SANCTI PATRIS NOSTRI

CYRILLI


ALEXANDR. ARCHIEPISCOPI

ΓΛΑΦΥΡΑ ΕΙΣ ΠΕΝΤΑΤΕΥΧΟΝ.

SCITA & elegantia COMMENTARIA

IN QVINQVE PRIORES MOYSIS LIBROS GENESIM, EXODVM, LEVITICVM, NVMEROS, ET DEVTERONOMION.

Nunc primùm Græcè & Latinè παραλλήλως edita studio R.P. ANDREAE SCHOTTI Antuerpiani Societatis IESV presbyteri.



ANTVERPIÆ

Apud Heredes MARTINI NVTII,

ET

IOANNEM MEVRSIVM,

ANNO M. DC. XVIII.

AD ILLVSTRISSIMVM
ET
REVERENDISSIMVM
GASPAREM
BORGIA-VELASCO
S. R. E.
CARDINALEM
AND. SCHOTTVS SOCIET. IESV.

IN ea semper fui sententia, Illustrissime Cardinalis, siquidem in studiis ac disciplinis consenescere sit, quod res est, iucundissimum; vt in pugnando miles sanguinem profundere gloriosum ducit, præclarè operam ponere, qui vel senes ad sacrosanctos Ecclesię Doctores Græcos Latinosque animum appellunt. Quemadmodum & cum iis perbellè agi censuit Plato, qui vel senes veram adipiscantur sapientiam, nihilque senectuti magis cauendum ducitur, quàm ne languori se desidiæque dedat. Illi verò Ecclesiæ Doctores optimi sunt S. Scripturæ (in qua dies noctesque meditantes beatos prædicat Vates Regius) fidique interpretes, sensaque S. Spiritus ope optimè possunt explanare, præ Rabbinis Iudaicisque fabulis atque ineptiis. *Narrauerunt* enim, ait idem Propheta, *iniqui fabulationes, sed nihil ad legem Dei.* Equidem dum Maiorum iussu in hac palæstra me diligenter senex exerceo, paratis in iuuentute vtriusq; linguæ cùm discendo, tum docendo subsidiis, post BASILIVM verè Magnum sanctissimum Religiosæ vitę & antiquissimū in Asceticis scriptorem, sumpsi mox in manus B. CYRILLVM Alexandrinum Archiepiscopum: qui singulari doctrina ac pietate præditus non modò interfuit, sed & præfuit Ephesino Concilio primo, nomine S. Cælestini Pontificis Max. I. & mysterium iam Incarnationis Filij à Deo edoctus, pro Deipara Virgine aduersus Nestorium impium hæresiarcham sic depugnauit, vt & scriptis suis fregerit, prostrauerit denique, & sua

In Timæo.

Psalm. 1.

Psalm. 118. vers. 85.

auctoritate, pallio, id est veste Pontificia donatus, damnarit. Duplex hic legendo euoluendoque animo meo occurrit, vt fieri solet, mœstitia. Dolebam in primis Græcè, qua vsus lingua sanctissimus & disertissimus vir sua conscripserat, nihil aut perpauca in manus hominum ad hanc diem peruenisse: cùm hoc tempore sæculi felicitate *S. Chrysostomi* omnia exierint, & quidem transmarina lingua Græca: Interpretibus interim interpolatis operâ P. Frontonis Ducæi Societ. nostræ Theologi. Terni præterea *Gregorij*, puta *Nazianzenus, Thaumaturgus*, & *Nyssenus*, huius item frater *Basilius Magnus* Lutetia Parisiorum adferrentur. Dolebam præterea auorum incuria veriùs quàm temporum iniuria iacere adhuc ac latere in Bibliothecis Italiæ, abdita eiusdem CYRILLI complura ingenij monumenta typis nondum publici iuris facta: vt *Homilias* eiusdem ἑορταστικὰς XXX. Paschæ festo, quot annis Alexandrinis Præsul præfuit, ad populũ pronunciatas; siue ἐγκύκλια γράμματα, *Epistolas circulares* de Paschę festo indicendo libeat appellare. Quas nunc demũ Ampliss. Card. Borromæi, Mediolanensium Antistitis, beneficio ex Ambrosiana Biblioth. Ambrosiani Collegij Doctor Ant. Salmatius profert, & acceptas eidem grata referet posteritas. Quales sermones, vt & de Incarnatione exstantes, à sacerdotibus olim Græciæ ac monachis ad concionandum non modò manibus sinuque gestari, sed & ad verbum edisci solere ob eloquentiam singularem rerumque copiam, auctor est Gennadius Massiliensis presbyter. In Prophetas verò minores XII. (nam in maiores, præterquam in Isaiam, nihil CYRILLI habemus) Commentarium hac forma, charactere, ac lingua vtraque nuper euulgauit nostræ Societatis senex doctiss. Iac. Pontanus. His nunc tandem addere, & in tuo nomine apparere voluimus, diu desiderata eiusdem ΓΛΑΦΥΡΑ', hoc est Scita & elegantia, in *Pentateuchum Moysis*. Septem quidem libros in *Genesim*; tres in *Exodum*; singulos verò in *Leuiticum, Numeros*, & *Deuteronomium*; numquam antea typis vlla lingua editos. In quibus, vt auctor est Nicephorus Callistus, quæ in veteri testamento figuratè dicta sunt, ad CHRISTVM & Ecclesiam nostram refert. Nam qui hactenus duo libri in *Genesim* Latinè tantùm circumferuntur, excerpta quædam sunt, vt & *Anagogæ* quæ leguntur. At in *Leuiticum* sedecim libros explanationum, qui vulgò obtruduntur, *Origenis* esse, non CYRILLI, eidemque postliminij iure restituendos rectè censuit, rationibusque euicit necessarijs doctiss. Rob. Card. Bellarminus, singulare Societatis ornamentum. Hos verò quos damus, germanos esse B. CYRILLI Commentarios in Pentateuchum quiuis sanæ mentis colligat: quòd & stylus bonus auctorum index cum ceteris

Sancti

Sancti illius scriptis ad amussim ita conueniat, vt, si quod est in his iudicium meum, non ouum sit ouo similius. Deinde quòd initio Comment. in Genesim, itemque in Exodum suos aduocet *De adoratione & cultu in spiritu & veritate Dialogos* XVII. ad Palladium, nuper luce donatos, Toleti quidem Carpetanorum anno Christi M. D. LXXVI. impensis illustris viri Ferdinandi Mendozæ Archidiaconi Toletani, interprete Bonauentura Brugensi, Romæ verò ex interpretatione Ant. Agellij Neapolitani, Acerniensis postea Episcopi anno M. D. LXXXVIII. Quamobrem labori huic nostro S. CYRILLO impenso, dum more maiorum patronum aduersus maledicorum calumnias, veluti Achillis clypeum quæro; deliberandum mihi fuit non diu, cùm statim ipse occurreres, qui me olim cum fratribus tuis germanis in Academia Gandiensi, proaui vestri *Francisci Borgiæ* Societatis IESV Præpositi Generalis tertij liberalitate fundata (vt in eius vita Latinè ibidem cum P. Ribadeneyra conscripsimus) obseruasti, cùm docentem me, sacrisque operantem audieris, vnà cum Carolo Gandiensium nunc Duce, & Sardiniæ nuper Prorege; itemque cum Inico Borgia Antuerpiensis arcis munitissimæ Catholici Regis auctoritate legionisque Hispanicę Præfecto. Memoria interim repetendo *Borgianam* familiam vestram militaribus viris armisque claram, sacros etiam viros dedisse. In his duos numero Pontifices Maximos, *Callistum Tertium*, qui *Alphonsus Borgia* antea est nuncupatus; & *Alexandrum Sextum*, *Rodericum* antea dictum. Plurimos adhæc *Cardinales* protulisse heroicâ claros virtute scio, quorum res gestas, qui eius temporis historiam sunt prosecuti, describunt Platina, Onuphrius, Iouius & A. Ciacconius. Hunc itaque meum laborem conatumque iuuandi Ecclesiam Catholicam, ac B. CYRILLI scripta augendi, si, vt opto & spero, bonam in partem accipies, & per Te alij legere non grauabuntur, operæ me esse pretium consecutum arbitrabor, tuisque commodis, & clientem me, Societatemque hanc minimam seruientem experieris. Antuerpiæ, Kal. Martijs. CIↃ. IↃC. XIIX.

ELOGIA ET IVDICIA

DE VITA SCRIPTISQ.

B. CYRILLI

ALEXANDRINI ARCHIEPISCOPI

EX EIVS OPERIBVS, CONCILIO EPHESINO I.

HISTORIA ECCLESIASTICA

SOCRATIS, THEODORETI AC NICEPHORI,

& Annalib. Ecclesiasticis Cardinalis Baronij.

Lib. 7. Hist. Eccles. c. 7. Niceph. lib. 14. c. 14.

A LEXANDRIÆ *Aegypti ciuitate natum* CYRILLVM *apparet, parentibus honestis & litteris ibidem imbutum, vbi disciplinæ tum maximè in illa vigerent Academia. Parentum nomina nondum comperi. Patruum habuit Theophilum, qui sex & viginti annos sedem illam Alexandrinam Patriarcha tenuit. Quo defuncto post triduum* CYRILLVS *optimorum est acclamatione suffectus, Honorio nonum, & Theodosio quintum Coss. vt Socrates scribit; anno Christi* CCCCXII. *Iam tum Episcopi munus rite cæpit obire, cumq; Alexandriæ hæresis Nouatiana esset exorta, & Anthropomorphitarũ, ac perfida Iudæorum natio mirè tumultuaretur,* CYRILLVS *veri fungens pastoris munere, hæreticos, vt lupos vrbe exegit, & Iudæos insolentes compescuit ac tandem profligauit, cùm eruditis scriptis, tum Concionibus ad populum habitis: quod clarum è Paschalibus ipsius Sermonibus seu Epistolis, nunc demum luce ac Latinitate donatis, auspiciis Fred. Cardin. Borromæi Mediolanensium Archiepiscopi. Catholicorum adhæc mores dissolutos correxit, rudes informando, consolando afflictos, & inopum indigentiæ opem adferens, vt in extremis illis Sermonibus obserues, quibus & anni tempus Paschaq; festum denunciat. Transtulit & Alexandriam lipsana SS. Marci Euangelistæ, Cyri item & Ioannis: quas reliquias in templum à Theophilo patruo in fano idolorum ædificatum traduxit, & dæmonum spectra locum infestantia abegit. Dum hæc geruntur ecce tibi, Deo permittẽte, ab inferis extitit veluti furia Nestorius, Orientis ea tempestate labes ac pernicies. Hic natus Germaniciæ, disertus quidem ipse, modicis tamen instructus litteris, ac pænitentis habitu formaq; intus verò fastu superbiaq; typho turgens, alios præ se contemnens: veteres etiam Ecclesiæ Doctores fastidiens. Hac fictitia sanctitatis specie Theodosium iuniorem Imp. Arcadij filium, & Theodosij senioris nepotem qua potuit arte doloq; circumuenit, vt eius commotus fama ex Antiocheno presbytero Patriarcham Constantinopolitanum renuntiarit, & auctoritate ornarit, Felice & Tauro Coss. Is primò zelum fidei præ se ferens, & hæreticos insectatus, Cæsarem ad exstirpandas vbiq; sectas hortabatur. Fore enim aiebat vt sic Deus opem imperio ferret, Persasq; & omnes adeò fidei hostes deuicturum: pacem denique Reip. pollicebatur. Hoc Nestorius initio Imperatoris animum vulgiq; fauorem demeruit, vt sanctus etiam vir Deoq; carus putaretur; lupus tamen erat qui ouis haberetur: & Pastoris indutus habitu: quiq; hæreses tollere videri vellet hoc agebat, vt suam callidè hæresim introduceret, mentibusq; piorum insereret. Cæpit blasphemam exserere linguam in B. Virginem* MARIAM, *negans impiè Dei matrem esse:* CHRISTI *quidem vt hominis, non verò Dei matrem asserens, inuertens nimirum Incarnationis Filij Dei mysterium: vt sicut naturas duas, sic & Filios duos Christosq;, teste Vincentio Lirinensi, faceret. Huic sese monstro* B. CYRILLVS *Alexandriæ Archiepiscopus, vir omni sapientiæ & sanctitatis exemplo clarissimus obiecit.*

Socr. lib. 7. cap. 29. Theodor. lib. 3. de fabul. hæret. cap. vlt.

Socrat. lib. 7. cap. 32. & Liberat. in Breuiar. cap. 3. & 4. Vinc. c. 17. Prosper adu. Collatorem c. 41.

Non-

Nondum autem principiò perspectis Nestorij animo quodq; Patriarcha esset Byzantinus Cæsarique acceptus,& magnæ exsisteret auctoritatis, modestè primùm egit Præsul, reducere in viam conatus, vt cum Catholicis per omnia sentiret. Datis igitur ad eum litteris, item ad Aegypti monachos de errore Nestorij, respondit ille vt hæreticus, arroganter, CYRILLVM *contemnens, erroremq; obstinatè tutatus, atque adeò disseminare latiùs ausus, vt è parua scintilla, quod solet, magnum breui sit natum incendium. Igitur eodem gliscenti malo quo tempestiuiùs occurreret, Cælestino Papæ, qui Romæ Petri tum cathedram tenebat, rem omnem de Nestoriana hæresi perscripsit, ratus fore, quod accidit, (cancer enim hæreseos serpit indies)vt longiùs manaret. Conscripsit & tres* De recta in Deum fide *libros, qui sunt in manibus, ad Theodosium & Reginas, puta Pulcheriam & Eudociam : exstantq; nuper editi libri quinque* Contradictionum aduersus Nestorij blasphemias S. CYRILLI, *cum Oecumenicis Synodis Romæ euulgatis, quorum librorum meminit* Commonitorio ad Eulogium CP. Presbyterum,*meminitq; in* Bibliotheca *Photius CP. Caput itaque Ecclesiæ ad incendium restinguendum interpellandum censuit, vt quid facto opus esset, nequid Resp. Christiana detrimenti caperet, Pontifex videret, qui* CHRISTI *in terris vicem gereret. Hic confestim re omni cognita, ne monachos Aegypti Nestorius peruerteret, Romæ Synodum indixit, qua Nestorij error præiudicio est damnatus. Pontifex adhæc* CYRILLO *per epistolam id negotij dedit, vt nisi intra decimum diem certior factus Nestorius resipisceret, sectamq; abiuraret, Ecclesiæ communione interdiceret. Quamobrem & Alexandriæ Concilium Episcoporum indictum vt Nestorij error damnaretur. Hic Anathematismos contrà Nestorium* CYRILLVS *conscripsit, qui Ephesum postea allati. Adhæc è Synodo ad Nestorium missi Episcopi super Cælestini Papæ decreto, rogantes vt abiurata hæresi regiâ ambularet viâ. At illis re infecta domum reuersis peruicax obdurat, fastu tumens tituloq; sibi placens, vulgiq; aura nixus, ac Principis demum auctoritate fretus, ad quem* CYRILLVM *prouocauit, & velut Apollinaristam per calumniam traduxit. Tenebras nimirum offundens, vt reus ipse actorem ageret: qui hæreticorum mos ferè est. Validè itaque respondit* CYRILLVS, *calumniamq; diluit. Necessarium itaque visum Cælestino Pont. ac Theodosio Imp. Ephesum quoque indicere Concilium Oecumenicum, cui* S. CYRILLVS *Papæ auctoritate præsedit, palliumq; ei concessum misit: de quo Theodorus Balsamon, & Nicephorus Callistus. Factus hic est conuentus ducentorum ampliùs Episcoporum in æde B. Mariæ Ephesi, decimo Kal. Iulias, Basso & Antiocho Coss. testante Vincentio Lirinensi cap. 41. Quod tertium est de quattuor* Oecumenicis Conciliis, *quæ Gregorius Magnus Pont. vt quattuor Euangelia censuit honoranda lib. 1. Regist. Epist. 24. Hic vt hæresiarcha damnatur Nestorius,& anathemate percussus, sedeq; ac dignitate suo est vitio pulsus, quòd errorem veritate commutare detrectaret. Assensit & Theodosius minor, Princeps optimus ac pius, tametsi initio falsus fuco & callida Nestorij hypocrisi fluctuarit: deceptus etiam à domesticis, qui hæretico tacitè fauebant. Vicit tandem veritas, floruitq;* CYRILLVS *laudem in cœtu piorum consecutus, hæreticos acriter vrgens & lupos à grege pastor arcens. Suffectus Constantinopoli in eius locum* Maximianus *est Patrum Ephesini Concilij consensu. Nestorius Oasin, quæ & Ibis dicitur, oppidum in Libyæ desertis, deportatur, vixitq; ad Elephantinam vrbem miser calamitatibus pressus, obijtq; miserior. Lingua enim sacrilega viuentis etiamnum à vermibus erosa, quæ* B. Virgini *laudem est maximam detrahere conatus. Addit Theodoretus libro 4. Hæret. fabul. totum adeò corpus spirantis adhuc contabuisse. Terram præterea hiatu illum absumpsisse, ad inferósque misisse Nicephorus refert, vbi pœnas det sempiternas. Euagrius & Theodoretus alium paulo exitum tribuunt. Ex his malis Deus, vt solet, bonum eruit. Nam post errorem illum Nestorij maior creuit in* B. Virginem *deuotio ac studium, quæ θεοτόκος, hoc est* Deipara, *veraq; Dei mater est, & à pijs appellatur, opemq; ac patrociniũ omnes imploramus.* CYRILLVS *adhæc bona ab ipsa est adeptus, ob defensum vindicatumq; à Nestorij calumnijs honorem. Cùm enim Theophilus eius patruus grauiter in vita à* Ioanne Chrysostomo *dissideret, mortuo vtroq;* CYRILLVS *in eadem cum patruo sententia hæsit, ratus rectè hunc iudicasse, & iustè* Chrysostomũ *throno depositũ, in exiliumq; fuisse deportatum, vt & diptychis seu tabulis sacris negaret inferendum, vt optimi Præsules à morte solebant. Quin etiam scribente Maximiano Patriarcha Constantinopolitano ac rogante mitiùs vt ageret* CYRILLVS, *& Chrysostomum defunctũ pro debito coleret, respondit contra Canones id esse, & aduersus Ecclesiam: vt Nicephorus Callistus refert. Fugit hic eum ratio, & humanum quid est passus, sed non ex odio aut inuidia, sed patrui falsa persuasione adductus. Noluit itaque Deus perpetuò illum à recto aberrare, sed hac est visione liberatus. Visus enim est secundùm quietem videre* Ioan. Chrysostomum *in ipsius venisse templum, angelis multis & cælestibus stipatum: pellendum quoque sua fuisse sede, nisi B. Virgo præsentem attulisset*

Part. 3. Ephes. Conc. Pag. 680. Phot. Cod. 49. & 169.

Theod. Balf. in Nomocan Photij Tit. 8 c. 1. Niceph. li. 14. cap. 34.

Socrat. lib. 7. cap. 34. Liberat. Breuiarii cap. 7. Euagrius lib. 1. cap. 7.

Niceph. lib. 14. c. 36. Geor. Cedrenus in Theodosio iuniore.

Niceph. lib. 14. c. 28.

Niceph. lib. 14. c. 25. 26. 27.

Niceph. lib. 14. c. 28. ex Niceta, & 47.

Card. Baron Tom. V. Annal. Eccles. ad an. Christi 412.

set opem, rogans Chrysostomum vt in solio suo CYRILLVM *relinqueret, tanquam famulum ac Sacerdotem, qui suum ab haeretici iniuria honorem vindicasset. Adeò grata semper* Virgo *extitit erga suos cultores.*

Scripsit autem subtili ingenio CYRILLVS *ac praecellenti iudicio & varia eruditione, stylo facili, vbere copia, verborumq́; elegantia, & sententiarum grauitate. Quibus scriptis Ecclesiam ornauit Catholicam: cuius etiam causa tot dimicationes cum aduersarijs fidei sustinuit, praefuitque Alexandrinis duos propè & triginta annos, piéque regens in Beatorum sedes commigrauit anno* CHRISTI, *ex Cardin. Baronij calculo, quadringentesimo quadragesimo quarto. Graeci in Menologio festum illi diem collocant die nono Iunij, cum hoc elogio:* Catholicae fidei propugnatori. *Romani verò in Martyrologio diem illi consecrant octauum & vicesimum Ianuarij. Plura autem idem Cardinalis Tomo* V. *& sexti initio Annalium Ecclesiasticorum inuestiganti suppeditabit. De scriptis autem ipsius haec Nicephorus, & quae animaduersione hic digna haec Card. notat Bellarminus. Nam Socratem illi parum aequum, vt Nouatianae secta asseclam, fuisse obseruauit & Baronius: aequiorem verò Nicephorum ex istis animaduertas.*

Obijt CYRILLVS Alex. anno CD. XLIV. Seditque an. XXXII.

EX

EX

NICEPHORO CALLISTO

HISTORIÆ ECCLESIAST.

LIB. XIV. CAP. XIV.

CYRILLVS, Theophili Alexandriæ Patriarchæ fratris filius, profanarum simul & sacrarum litterarum peritia multimodis omnes superabat. Virtutis etiam omni genere in qualibet laudem & gloriam consecutus excellebat. Cuius ad hæc vsque tempora scripta plurima circumferuntur, quorum longè optimum est, quod THESAVRVM inscripsit, ex omnibus sacrarum Litterarum scriptis, Syllogismorum ratiocinationibus & demonstrationibus mysterium sanctæ Trinitatis ostendens. Aliud præterea, cuius titulus est τὰ γλαφυρά, hoc est, *scita seu elegantia*: in quo ea quæ in veteri Testamento figuratè dicta sunt, ad CHRISTVM & Ecclesiam nostram refert. Liber item alius, qui *De spirituali cultu & adoratione* titulum habet, *ad Palladium* scriptus per dialogum [*sic enim locum illum legendum interpungendumq́; censeo, dum græce Nicephorus appareat*] Alius insuper, quem *contra Iulianum Imp.* libris x. pro sacro Euangelio conscripsit. Alij denique plures sunt, atque etiam epistolæ Synodales. Hæc ille. Eodem libro *diuinissimum & columnam ac fastigium rectæ fidei*, virumque *doctrina & virtute præstantem*, nominat. Alibi etiam velut *tubam quandam Ecclesiæ* vniuersum terrarum orbem personantem, & fortissimum Ecclesiæ propugnatorem ab omnibus celebratum, omnibusque in ore fuisse prædicat.

CARDIN. BELLARMINI

DE CYRILLO OBSERVATIO

IN CATALOGO ECCLESIAST. SCRIPTORVM.

I. Libri sedecim *in Leuiticum* qui circunferuntur, CYRILLI non sunt, sed *Origenis* potiùs, vt diximus in Origene; & manifestum hoc est, tum quia auctor vbique sensum literalem destruit, tum quia habentur isti libri inter opera *Origenis*: vt mirum sit, cur impressores in omnibus editionibus ista opera auctori non suo attribuant.

II. Scripsisse dicitur CYRILLVS in alios etiam Prophetas, sed non extant commentaria eius nisi *in Isaiam*.

III. Scripsit CYRILLVS libros XII. *in Ioannem*, sed quatuor intermedij perierunt. Sed Iodocus Clichtoueus ad imitationem CYRILLI, addidit quatuor libros intermedios. Itaque CYRILLI non sunt, nisi primi quatuor, & quatuor postremi.

IV. Liber *Aduersus Iudæos*, & breues illæ *Anagogæ* haud scio an CYRILLI sint. Sed res parui momenti est, cùm sint libelli breuissimi & leues.

V. *Thesaurus* creditur esse imperfectus: multa enim citantur à S. Thoma in opusculo *De erroribus Græcorum*, ex Thesauro CYRILLI, quæ in his libris non inueniuntur.

VI. Liber *De sacrosancta Trinitate* non videtur esse CYRILLI, sed alicuius posterioris. Auctor enim copiosè disputat de duabus naturis in CHRISTO, & de duabus voluntatibus, & operationibus: & reddit rationem cur non repugnent istis dogmatibus, qui aliquando dixerunt in CHRISTO esse operationem theandricam, & vnam Verbi naturam esse incarnatam. Itaque videtur auctor scripsisse post sextam Synodum.

ARGVMENTA GLAPHYRORVM
S. CYRILLI ALEXANDRINI
ARCHIEPISCOPI.
IN GENESIM LIBRORVM VII.

LIB. I. IN GENESIM.

L I B. I I.

L I B. I I I.

L I B. I V.

L I B. V.

L I B. V I.

L I B. V I I.

GLAPHYRORVM IN EXODVM ARGVMENTA.

CARO

CAROLVS SCRIBANI SOCIET. IESV,
PER FLANDRO-BELGICAM
PRÆPOSITVS PROVINCIALIS.

CVm *B. Cyrilli, Glaphyra in Pentateuchum Moysis* de Græcis Latinè reddita à P. Andrea Schotto Societ. nostræ sacerdote tres eiusdem Societatis, quibus id commissum fuit, recognouerint, & in lucem edi posse probauerint; pro potestate ad hoc mihi facta ab admodum R. P. N. *Mutio Vitellesco* Societatis nostræ Præposito Generali, concedo Heredibus Martini Nutij & Ioanni Meursio Typographis Antuerpiensibus facultatem typis ea mandandi. In cuius rei fidem hasce manu mea subscriptas, sigilloque officij mei munitas dedi. Antuerpiæ 3. Martij, anno 1618.

CAROLVS SCRIBANI.

APPROBATIO.

HÆ Cyrilli Alexandrini Episc. Homiliæ Paschales triginta, ab Antonio Salmatia latinitate donatæ, & eiusdem Glaphyra in Pentateuchum Moysis Græcolatina ab Andrea Schotto Societ. Iesv edita, cùm Auctoris vetustate & elegantia, tum commodo publico ad animos piorum excitandos, digna sunt vt in publicum prodeant ad multas horum temporum nouitates confundendas; cùm Ecclesia semper fuerit vna omnium temporum & horum. Quod testor 30. Ianuarij, anno M. DC. XVI.

Egbertus Spitholdius S. Theol. Licent. Canonicus & Plebanus Antuerpiensis, librorum Censor.

SVMMA PRIVILEGII.

ALberti & Isabellæ Claræ Evgeniæ, Archiducum Austriæ, Ducum Burgundiæ, Brabantiæ, &c. Serenissimorum Belgij Principum Priuilegio cautum est, nequis D. Cyrilli Archiepiscopi Alexandrini Homilias Paschales triginta ab Antonio Salmatia latinitate donatas, & eiusdem Glaphyra in Pentateuchum Mosis, interprete R. P. Andrea Schotto Antuerpiano, Societatis Iesv, præter Heredum Martini Nutij, & Ioannis Meursij Typographorum Antuerpiensium voluntatem in Belgio, vllo modo intra sexennium imprimat, aut alibi impressa in Belgicas Prouincias inferat. Qui secùs faxit, confiscatione librorum, & alia graui pœna multabitur, vti latiùs patet in litteris datis Bruxellæ anno 1616. die 27. Aprilis.

Signatum

Steenhuyse.

Τοῦ ἐν ἁγίοις

ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ ΚΥΡΙΛΛΟΥ ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣ

ΓΛΑΦΥΡΩΝ

ΕΙΣ ΓΕΝΕΣΙΝ ΒΙΒΛΙΟΝ α.

Ὅτι διὰ πάσης τῆς Μωσέως γραφῆς, τὸ τοῦ Χριστοῦ μυστήριον αἰνιγματωδῶς σημαίνεται.

ΕΡΕΥΝΑΤΕ τὰς γραφὰς τοῖς Ἰουδαίων δήμοις προσαπεφώνηκεν ὁ Χριστὸς· οὐχ ἑτέρως ἂν ἰσχύσαι τῆς αἰωνίας ζωῆς ἐφικέσθαι τινὰς ἐναργέστατα λέγων. εἰ μὴ καθάπερ τινὰ θησαυρὸν ἀνορύττοντες τὸ γράμμα τὸ νομικὸν, τὸν ἐν αὐτῷ κεκρυμμένον περιεργάζοιντο μαργαρίτην, τουτέστι Χριστὸν. ἐν ᾧ πάντες εἰσὶν οἱ θησαυροὶ τῆς σοφίας καὶ γνώσεως οἱ ἀπόκρυφοι, κατὰ τὴν τοῦ μακαρίου Παύλου φωνήν. περὶ τῆς οὕτω σεπτῆς καὶ ἀξιαγάστου σοφίας ἤτοι γνώσεως, ἔφη που καὶ Σολομών. ἐὰν ζητήσῃς αὐτὴν ὥσπερ ἀργύριον, καὶ ὡς θησαυροὺς ἀνερευνήσῃς αὐτὴν, τότε συνήσεις φόβον κυρίου, καὶ ἐπίγνωσιν θεοῦ εὑρήσεις. γένοιτο δ' ἂν † οὐδὲ τοῦ τοιοῦδε τὸ ἰσοστάσιον, πρός γε τοῖς τὴν ἀμώμητον ἐπαινοῦσι ζωὴν καὶ κατορθοῦν ᾑρημένοις τὰ πάντων ἄριστα καὶ ἐξαίρετα, καὶ φωτὸς τοῦ θείου τὸν οἰκεῖον ἀναπιμπλᾶσι νοῦν. διά τοι τοῦ δεῖν τοῖς περὶ θεοῦ λόγοις ἀκαταλήκτως ἐντρυφᾶν. καὶ λύχνον ὥσπερ τινὰ ποιεῖσθαι τὸ γράμμα τὸ ἱερὸν κατὰ τὸν ἅγιον ψαλμῳδὸν διακεκραγότα τε καὶ λέγοντα. λύχνος τοῖς ποσί μου ὁ νόμος σου, καὶ φῶς ταῖς τρίβοις μου. ἐνκοῦν ἐπειδήπερ σαφῶς καὶ ἀναφανδὸν ζωῆς ἐστι τῆς † αἰῶνος πρόξενον. καὶ ἁπάσης ἡμῖν † εὐθυμίας ὁδὸς τὸ περιεργάζεσθαι φιλεῖν τὸ Χριστοῦ μυστήριον. φέρε δὴ πάλιν ἱδρῶτας προσθέντες τὸν ὀνησιφόρον καὶ πρό γε τῶν ἄλλων καὶ ἡμῖν αὐτοῖς, † τὰ δι' ὧν ἂν ἡμῖν τὸ Χριστοῦ μυστήριον εὖ μάλα κατασημαίνοιτο. συναγεῖραί τε ἅμα, καὶ ὅπως ἂν ἕκαστον ἐννοιῶν ἔχοι, διειπεῖν σπουδάσωμεν. ὡς ἂν γένοιτο τὰ πρὸς ἡμῶν † εἰρημένα λεπτὰς ἔχοντα φαντασίας, ἔσθ' ὅτε τῶν ἀληθέστερον θεωρημάτων, πρόφασις ἀγαθὴ τοῖς εὐμαθεστέροις, καὶ ἀναβασμοὶ τρόπον τινὰ, πρὸς τὴν ἀμείνονά τε καὶ ὑπερβατωτέραν ἀνακομίζοντες γνῶσιν. ἐκθησόμεθα δὲ χρησίμως, πρότερον μὲν, τὰ ἱστορικῶς πεπραγ-

† ἴσως οὐδέν.

† αἰωνίου.

† εὐθυμίαν.

† ἴσως λείπει διαθεῖναι, ἢ δι' ὧν.

† γρ. εὑρημένα.

S. CYRILLI ARCHIEPISCOPI ALEXANDRINI

GLAPHYRORVM IN GENESIM

LIBER PRIMVS.

ANDREA SCHOTTO Societ. IESV, interprete.

Quòd per omnia Moysis scripta mysterium CHRISTI *figuratè significetur.*

SCRVTAMINI *Scripturas*, Iudaico populo Christus inclamauit: non alia ratione ad vitam pertingere posse quosdam manifestè dicens, nisi veluti thesaurum quendam effodientes legalem literam, abditam in ea margaritam, hoc est, Christum peruestigent, in quo sunt *omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi*, iuxta beati Pauli vocem. De hac porro adeò veneranda admirandaq; sapientia ac scientia Salomon etiam alibi ait: *Si quæsieris eam, sicut argentum, & sicut thesauros scrutatus fueris eam, tunc intelliges timorem Domini, & scientiam Dei inuenies.* Cui quidem rei nihil æquiparandum fuerit inculpatam vitam laudantibus, & optimis præstantissimisque actionibus vacare volentibus, & mentem diuino lumine repletam habentibus: propterea quòd oporteat in ijs, quæ de Deo scripta sunt, indesinenter sese oblectare, ac veluti lucernam quandam sacram Scripturam sibi statuere; iuxta Psalmistam clamantem, ac dicentem: *Lucerna pedibus meis lex tua, & lumen semitis meis.* Cùm itaque manifestè aperteq; accurata mysterij CHRISTI inuestigatio æternam vitam conciliet, & ad omnem rectam animi tranquillitatē nobis sit via; age rursus vtilissimum laborem adijcientes, ac præ alijs, etiam nobis ipsis, ea per quæ CHRISTI mysteriū quàm optimè nobis significari possit, colligere pariter, & quo pacto cuiusque rei sensus sese habeat, oratione persequi contendamus; vt quæ à nobis inuenta dictaque sunt, subtiles cogitationes habentia, nonnunquam veriorum contemplationum doctioribus bona sint occasio, & gradus quodammodo ad præstantiorem, maximeque sublimem illam scientiam euehentes. Exponemus itaque vtiliter, ea quæ historicè gesta

Ioan. 5. 39.

Colos. 2. 3.

Prou. 2. 4.

Psalm. 118. 105.

sunt,

ſunt, conuenientique eorum declaratione adhibita, & veluti ex typo atque vmbra narrationem transformantes, claram manifeſtamque eam efficiemus, tendente nobis oratione ad CHRISTI myſterium, & ipſum habente finem: ſiquidem verum eſt, quòd *finis legis & Prophetarum eſt* CHRISTVS. Si verò alicubi contingat, etiam aberrare ab ijs quæ magis ſunt conſentanea, vtpote in tanta contemplationum ſubtilitate atque obſcuritate, æquum eſt, vt veniam apud lectorem inueniam. Sciendũ verò etiam hoc, quòd cùm *de Adoratione, & cultu in ſpiritu & veritate* XVII. libros ſcripſerimus, multamque in illis contemplationum copiam complexi ſimus; Capita huic operi inſerta certo conſilio prætermiſimus, & inexaminata reliquimus; tametſi interdum accidit, vt alicuius eorum neceſſaria de cauſa meminerimus. Ordiemur itaque ab ijs quæ in *Geneſi* ſunt † politiora & ſelectiora; atque ita deinceps ordine reliquos *Moyſis* libros percurrentes, accuratè inueſtigabimus, vnà cum his etiam ea quæ ex alio Commentario ad ſcopum nobis propoſitum conducunt.

Rom. 10. 4.

S. Cyrilli libri XVII. de Adorat. & cultu in ſpiritu & veritate: *extſant Romæ Lat. interpr. Ant. Agellio.*

† Glaphyra *quid ſignificent.*

μένα. διασαφήσαντες δὲ τὰ τοιάδε συμμέτρως. καὶ οἱάπερ ἐκ τύπου καὶ σκιᾶς μεταπλάττοντες τὸ διήγημα, σαφῆ ποιησόμεθα τὴν ἀφήγησιν, ἀπονενευκότος ἡμῖν τοῦ λόγου πρὸς τὸ Χριστοῦ μυστήριον, καὶ αὐτὸ ἔχοντος πέρας, εἴπερ ἐστὶν ἀληθὲς, ὅτι τέλος νόμου καὶ προφητῶν ὁ Χριστός. εἰ δέ πῃ γένοιτο καὶ ἀφαμαρτεῖν τῶν πρεπωδεστέρων ὡς ἐν ἰσχνότητι νοημάτων καὶ ἀσαφείᾳ πολλῇ, συγγνώμονας εἶναι προσήκει τοὺς ἐντευξομένους. ἰστέον δὲ δὴ, ὅτι τῆς ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ προσκυνήσεως καὶ λατρείας ἑπτακαίδεκα συντεθέντες βιβλία, καὶ πολλὴν ἐν ἐκείνοις ἀθροίσαντες νοημάτων πληθὺν· παρήκαμεν οἰκονομικῶς τῇ προκειμένῃ συγγραφῇ τὰ † ἐντεταμένα κεφάλαια, καὶ ἀβασάνιστα τετηρήκαμεν· κἂν εἴ που συνέβη μνημονεῦσαί τινος ὡς ἐξ ἀναγκαίου λόγου. ἀρξώμεθα τοίνυν τῶν ἐπὶ τῇ γενέσει γλαφυρωτέρων. οὕτω τε λοιπὸν ἐφεξῆς τὰ πέντε Μωϋσέως δραμόντες βιβλία, περιεργασόμεθα πρὸς αὐτοῖς, καὶ τὰ ἐκ τῆς ἑτέρας γραφῆς τῷ προκειμένῳ χρήσιμα σκοπῷ.

† γρ. ἐντεταγμένα, ἢ ἐντεθειμένα.

De Adam.

LEgis verè peritus & ſacratiſſimus Paulus, ſalutis per CHRISTVM myſterium exploratiſſimum habens, ait, *Inſtaurationem in ipſo futuram omnium, quæ in cælo & quæ in terra ſunt,* in beneplacito ac voluntate Dei Patris: vniuerſorum nimirum redintegrationem, eorumque quæ corrupta erant, ad priſtinum ſuum ſtatum reſtitutionem; *Anacephalæoſis* ſiue *inſtaurationis* nomine appellans. Meminerat enim, vti par eſt, Dei alibi per vocem Prophetarum dicentis: *Ne memineritis priorum, & antiqua ne colligatis. Ecce, ego facio noua, quæ nunc orientur, & cognoſcetis ea.* Idcirco etiam ipſe, vtpote in diuinis ſermonibus enutritus, quæ nobis in his prædicta ſunt, finem iam ſortita eſſe in CHRISTO oſtendit, dicens: *Quòd ſi qua in* CHRISTO *eſt noua creatura, vetera præterierunt. Ecce facta ſunt omnia noua.* Reformati enim ſumus in CHRISTO, & facti noua creatura: atque in ipſo & quidem ſolo nouum nomen adepti ſumus. Vocati enim ſumus CHRISTI. Quamobrem idem diuinus Paulus alibi rurſum de nobis ait: *Qui autem ſunt* CHRISTI, *carnem ſuam crucifixerunt cum vitijs & concupiſcentijs.* Sancta enim eſt vita eorum qui in CHRISTO viuunt, & carnalibus affectibus ſuperior, terrenaque immunditia vacua. Quòd autem aduenturum eſſet nobis nomen nouum; inditum nobis in CHRISTO manifeſtum fuerit, clamante Deo per vo-

Epheſ. 1. 10.

In CHRISTO *omnia ſunt inſtaurata.*

Iſaia 43. 18.

2. Cor. 5. 17.

Apoc. 21. 5.

Gal. 5. 24.

Nouum nomen nobis inditum in CHRISTO.

Περὶ τοῦ Ἀδάμ.

ὉΝομομαθὴς ἀληθῶς καὶ ἱερώτατος Παῦλος τὸ διὰ Χριστοῦ σωτηρίας ἐννενοηκὼς τὸ μυστήριον ἀνακεφαλαίωσιν » ἐν αὐτῷ γενέσθαι φησὶ τῶν τε ἐν οὐρανῷ καὶ » τῶν ἐπὶ τῆς γῆς ἐν εὐδοκίᾳ τε καὶ θελήσει τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς, τὴν τῶν ὅλων ἐπανόρθωσιν, καὶ τὴν εἰς ὅπερ ἦν ἐν ἀρχῇ ἀναφοίτησιν τῶν καταφθαρμένων τῷ τῆς ἀνακεφαλαιώσεως » σαφηνίζων ὀνόματι. διεμέμνητο γάρ που κατά γε τὸ εἰκὸς, θεοῦ λέγοντος διὰ φωνῆς προφητῶν. μὴ μνημονεύετε τὰ πρῶτα, καὶ » τὰ ἀρχαῖα μὴ συλλογίζεσθε. ἰδοὺ ἐγὼ ποιῶ » καινὰ, ἃ νῦν ἀνατελεῖ καὶ γνώσεσθε. τοιγάρ » τοι καὶ αὐτὸς ἅτε καὶ θείοις ἐντεθραμμένος λόγοις, τὴν ἐν τούτοις ἡμῖν προαγορευθεῖσαν ἐκπεπερασμένην ἤδη πῶς ἐν Χριστῷ παρέδειξε λέγων, ὥστε εἴ τις ἐν Χριστῷ καινὴ » κτίσις· τὰ ἀρχαῖα παρῆλθεν· ἰδοὺ γέγονε » τὰ πάντα καινά. ἀνεστοιχειώμεθα γὰρ ἐν » Χριστῷ, καὶ γεγόναμεν καινὴ κτίσις. καὶ ἐν αὐτῷ δὴ καὶ μόνῳ τὸ καινὸν ὄνομα πεπλουτήκαμεν. κεκλήμεθα γὰρ Χριστοῦ. καὶ γοῦν πάλιν αὐτός που φησὶν ὁ θεσπέσιος Παῦλος περὶ ἡμῶν. οἱ δὲ τοῦ Χριστοῦ Ἰησοῦ τὴν σάρκα » ἐσταύρωσαν, σὺν τοῖς παθήμασι καὶ ταῖς ἐπι- » θυμίαις. ἁγιοπρεπὴς γὰρ ὁ βίος τοῖς ἐν Χρι- » στῷ, καὶ σαρκικῶν † ἐπέκεινα παθῶν, καὶ γεώδους ἀκαθαρσίας. ὅτι δὲ ἔμελλεν ἥξειν ἐφ᾽ ἡμᾶς τὸ καινὸν ὄνομα τὸ ἐπικληθὲν ἡμῖν ἐν Χριστῷ. σαφὲς ἂν γένοιτο, θεοῦ διακεκραγότος διὰ φω-

† ἴσως, κενά.

νῆς

νῆς ἁγίων· τοῖς δὲ δουλεύουσί μοι κληθήσεται ὄνομα καινὸν, ὃ εὐλογηθήσεται ἐπὶ τῆς γῆς. εὐλογήσουσι γὰρ τὸν θεὸν τὸν ἀληθινόν. οὐκοῦν ἐπειδήπερ οὐκ ἂν ἐνδοιάσειέ τις, ὀρθῶς καὶ εἰκότως φρονεῖν ᾑρημένος, ὅτι καινὰ γέγονεν ἐν Χριστῷ, φέρε καταθρήσωμεν τὴν παλαίωσιν ἥτις ποτέ ἐστι, καὶ τίνος ἂν λέγοιτο γενέσθαι τυχὸν ἡ πρὸς ἄμεινον ἐπανόρθωσις· ὡς αὐτό γε τοῦ μὴ εἰς ἅπαν ἐρρῶσθαι αὐτὸ καὶ ἀλωβήτως ἔχειν, ἤγουν ἀπὸ τοῦ κατεφθαρμένου, καὶ εἰς ὅπερ † οὐκ ἦν ἐν ἀρχαῖς ἀδοκήτως ὑπενηνεγμένου. εἰδείη γὰρ ἂν ὧδέ τις καὶ μάλα ὀρθῶς, ποῖ ὅποιπερ ἀνήκει ὁ τοῦ προτεθέντος λόγου διατείνει σκοπός. καὶ τὸ ἀμωμήτως ἔχον, ἐξοίχοιτο ἂν οὐδαμῶς. οὐκοῦν ὁ τῶν ὅλων ἀριστοτέχνης θεὸς, δυνάμει τῇ ἰδίᾳ καὶ παντουργικῇ, τουτέστι τῷ υἱῷ, πρὸς τὴν ὁτιοῦν τῶν πρακτέων χρώμενος. γέγονε γὰρ δι᾽ αὐτοῦ τὰ πάντα, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν. οὐρανόν τι καὶ γῆν καὶ πρό γε τῶν ἄλλων ἐν ἀρχῇ διετεκτήνατο. καὶ πρὸς γένεσιν ἐκάλει καί τοι μὴ ὄντα ποτέ. πῶς δ᾽ ἄρα τυχὸν εἴ τις ἔροιτο καὶ πόθεν, ἀκούσεται πρὸς ἡμῶν τὸ σοφὸν δὴ τοῦτο καὶ ἄριστον ἀληθῶς. τίς ἔγνω νοῦν κυρίου; ἢ τίς σύμβουλος αὐτοῦ ἐγένετο; εἰ γὰρ δή τις ἕλοιτο τὰ τοιάδε διαμαθεῖν, ὅτι δεήσει πάντως αὐτῷ καὶ νοῦ καὶ φρενὸς κατά γε τὴν ἐν θεῷ νοουμένην † οὐκ ἀμφίλογον. ἀλλ᾽ ὅτι μικρὰ τὰ ἐν ἡμῖν ἢ καὶ οὐδὲν ὅλως ὡς πρὸς θεὸν σαφηνιεῖ λέγων αὐτός. οὐ γάρ εἰσιν αἱ βουλαί μου ὡς αἱ βουλαὶ ὑμῶν, οὐδὲ ὥσπερ αἱ ὁδοὶ ὑμῶν αἱ ὁδοί μου. ἀλλ᾽ ὡς ἀπέχει ὁ οὐρανὸς ἀπὸ τῆς γῆς, οὕτως ἀπέχει ἡ ὁδός μου ἀπὸ τῶν ὁδῶν ὑμῶν, καὶ τὰ διανοήματα ὑμῶν ἀπὸ τῆς διανοίας μου. † ἀνείσθω δὴ οὖν ὡς περιττὴ καὶ οὐδαμόθεν ἁλώσιμος, ἡ περὶ τούτων βάσανος. δημιουργεῖ γὰρ ὡς οἶδε καὶ ὅπως ἂν δύναιτο θεός. ἐκπεποιημένων δὴ οὖν οὐρανοῦ καὶ γῆς ἐν ἀρχαῖς, εἶτα τοῦ τῶν ὑδάτων πλήθους εἰς ἕνα χῶρον συνεσταλμένης. εἶκειν γὰρ ἦν ἀνάγκη τῷ λέγοντι, συναχθήτω τὸ ὕδωρ εἰς συναγωγὴν μίαν. ἐξεκαλύπτετο μὲν ἡ γῆ, πόαις δὲ ταῖς οὕτω πολυειδέσι πανταχοῦ ἠνθίζετο. καὶ ἦν ἀσυνήθως εὐπρεπεστάτη ξύλων ἐγκάρπων λαχοῦσα γένεσιν. ἡλίου δὲ καὶ σελήνης ἐφαίνοντο κύκλοι. καὶ νόμος ἦν ὁ παρὰ τοῦ θεοῦ βραβεύων ἑκάστῳ τὸ τῆς ἀρχῆς μέτρον. τέτακτο γὰρ ὁ μὲν εἰς ἡμέραν καὶ αὐγὰς, ἡ δὲ εἰς νύκτα καὶ σκότος. καὶ αὐτὸς δὲ τοῖς ἄστροις ὁ σύμπας ἡμῖν οὐρανὸς κατεποικίλλετο. καὶ μὴν καὶ ἐφ᾽ ὅτῳ γεγόνασιν, ἐθεσμοθέτει λέγων. καὶ ἔστωσαν εἰς σημεῖα καὶ εἰς καιροὺς· καὶ εἰς ἡμέρας καὶ εἰς ἐνιαυτούς. καὶ ἔστωσαν εἰς φαῦσιν ἐν τῷ στερεώματι τοῦ οὐρανοῦ, ὥστε φαίνειν ἐπὶ τῆς γῆς. ἐπειδὴ δὲ ζωὴ κατὰ φύσιν ἐστὶν ὁ τῶν ὅλων δημιουργὸς, καὶ αὐτὴν τῶν ὑδάτων τὴν φύσιν μητέρα νηκτῶν καὶ τῶν εἰς ἀέρα πτηνῶν εἰργάζετο· γῆν δὲ δὴ πάλιν ἐκέλευε καὶ κτηνῶν πολυμερῆ φυτὸν ἐκδοῦναι φύσιν.

† Forte redundat οὐκ.

† λείπει, διάνοιαν.

† ἀντὶ τοῦ, παρείσθω.

cem Sanctorum: *Seruientibus mihi vocabitur nomen nouum, quod benedicetur super terram.* Benedicent enim Deum verum. Cùm itaque nemo, qui rectè sentire velit, dubitauerit, quòd noua facta sint in CHRISTO, quænam hæc antiquatio siue veterum abolitio sit, age consideremus; & cuiusnam rei facta esse dicatur in melius instauratio; nimirum ex eo quod non omnino integrum erat, neque prorsus illæsum: aut ex eo, quod corruptum erat, atque à priore statu incautè desciuerat. Ita enim & quidem rectè admodum quònam nobis propositi sermonis scopus tendat, intelligetur, nullaque ratione verus sensus nos fugerit. Optimus itaque omnium opifex Deus propria sua potentia omnium effectrice, hoc est, Filio, ad quamcunque rem agendam vsus (*omnia enim per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil*) cælum ac terram, & quidem ante alia initio creauit, & ad ortum vocauit, cùm alioqui nunquam extitissent. Si autem forsan quis dicat, Quo pacto, & vnde; audiet à nobis sapiens hoc optimumque reuera: *Quis cognouit mentem Domini? aut quis consiliarius eius fuit?* Si enim quis huiusmodi res inquirere velit, dubium non est, quin ei intellectus & mens, si cum Deo conferas, sint defutura. Quòd autem pusilla, aut nihil prorsus sint nostra ad Deum collata, ipsemet declarat, dicens: *Non enim sunt consilia mea, sicut consilia vestra, neque sicut semitæ vestræ, viæ meæ: sed quemadmodum distat cælum à terra, ita distat via mea à vijs vestris, & cogitationes vestræ à cogitatione mea.* Valeat itaque tanquam superflua, quæque concipi non potest, harum rerum indagatio. Creat enim sicut nouit, & vt potens est Deus. Creatis itaque initio cælo & terra, ac deinde aquarum multitudine in vnum locum contracta (necesse enim erat parêre dicenti: *Congregetur aqua in congregationem vnam*) detecta quidem est terra; tantaq; herbarum varietate effloruit, atque inusitato tunc more fructiferarum arborum fœtus ex se dedit. Solis autem & Lunæ orbes apparuerunt, diuinaque lex vnicuique initij sui modum dispertiebatur. Constitutus enim est ille quidem in diem ac splendorem; hæc autem in noctem & tenebras; ipsum verò etiam cælum totum stellis insignitum est. In quem porro vsum factæ sint, docuit dicens: *Et posita sunt in signa, & in tempora, & in dies, & in annos, & in illuminationem, in firmamento cæli, vt luceant super terram.* Cùm verò vita naturaliter sit; omnium opifex, ipsam etiam aquarum naturam, matrem natatilium, & volucrum aërem permeantium, operatus est. Terram verò rursum iussit multiformem iumentorũ naturam edere,

Apoc. 2. 17. & 3. 12.

Ioan. 1. 3.

Creationis mysterium non est anxiè inuestigandum.

Rom. 11. 34.

Isaiæ 55. 8.

Genes. 1. 9.

Genes. 1. 14.

a 2 &

& ferorũ animaliũ indomita genera, promptissimeque quidquid ipsi placuit, supraque omnem intellectum effecit. Vniuscuiusque enim rei quam fecit, Verbum opifex fuit, solusque nutus ijs ortum præbuit. Cùm verò rerum creatarum ornatus ac pulchritudo, etiam vniuersorum opifici placeret, postremò ad eius, cuius causa hæc facta erant, creationem se contulit, hominis inquam. Oportebat enim, oportebat, omnium creatorem, bonum sua natura existentem, ac potiùs ipsum bonum, id quod est, etiam à nobis cognosci. Oportebat terram refertam esse ijs, qui ipsum glorificare nossent, & ex concinnitate creaturarum, creatoris gloriam intueri. Nam, vt Isaias propheta ait: *Non in vanum fecisti eam*, terram nimirum; sed vt habitaretur. Necesse igitur erat animal in ipsa formari, ratione præditum, ostensis priùs ipsi omnibus, quæ ad delectationem facerent, quæque, vt rectè facta viderentur, persuaderent. Idcirco præmonstrato decenti ornatu cælo ac terra, & quæ in ijs sunt, hominis creationem est aggressus, cuius ortũ antiquius mente conceperat, tametsi omnem aliam creaturam extempore verbo ac proprio sermone formarat, vt Deus. Cùm autem homo animal sit reuera pulchrum Deoque simillimũ, ne videretur supremæ gloriæ simulacrum, eodem formationis modo, quo aliæ creaturæ quæ tales non sunt, constare, deliberatione, manualiq;, vt ita dicam, operatione eius structuram est dignatus. Formato enim ex terra simulacro, animal ratione præditum illud effecit: atque vt propriæ naturæ rationẽ superaret, corruptionis experte ac viuificante spiritu statim insigniuit. Scriptũ est enim: *Et insufflauit in faciem eius spiraculum vitæ, & factus est homo in animam viuentem*. Deinde paradiso ac delicijs donauit, & in omnia, quæ in terra sunt, imperium ei tribuit; natatilibusque simul & volucribus præfecit: quin & ferorum animalium armenta, nec non ea, quæ venenosa sunt, simul cum alijs ipsi subiecit. Quòd autem conueniat timeri hominem, naturalibus legibus persuasit. Erat itaque supremæ gloriæ simulacrum, & diuinæ potestatis imago super terram, homo. Cùm verò oporteret eum qui in tanta gloria atque delicijs erat constitutus, intelligere, se habere Deum præfectum, Regemque, ac Dominum; ne nimia prosperitate elatus facillimè in eam cogitationem laberetur, vt se ab eius, qui imperium tenet, potestate liberum esse existimaret, legem statim dedit, & transgressionibus minas vindices adiecit. Peccandi enim nulla adhuc erat in terris, vno existente ac solo, ratio. Vt autẽ fieret etiam sub lege,

Homo cur postremus creaturarũ creatus sit.

Isaiæ 45.18.

Hominis creatio diuersa ab alijs creaturis.

Genes. 2.7.

Homo in terris diuinæ gloriæ & potestatis simulacrum.

Lex homini cur data.

καὶ θηρῶν ἀγρίαν ἀπίθευτα γένη. καὶ ἀμελητὶ τὸ δοκοῦν καὶ ὑπὲρ νοῦν ἐξεπεράτετο ἐφ' ἑκάστῳ τῶν πεποιημένων. λόγος ἦν ὁ δημιουργὸς καὶ νεῦμα μόνον ἡ γένεσις. ἀνδανούσης δὲ καὶ αὐτῷ, τῷ τῶν ὅλων τεχνίτῃ τῆς ἐν τοῖς γεγονόσιν εὐκοσμίας, σκέψεις εἰσῄει λοιπὸν ἑτέρας τοῦ, δι' ὃν ἐκεῖνα παρήχθη πρὸς ὕπαρξιν, τελευταῖον εἰσφέρουσα, φημὶ δὲ τοῦ ἀνθρώπου. ἔδει γὰρ ἔδει τὸν τῶν ὅλων δημιουργὸν ἀγαθὸν ὄντα κατὰ φύσιν· μᾶλλον δὲ αὐτὸ τὸ ἀγαθὸν τοῦθ' ὅπερ ἐστὶ, καὶ πρὸς ἡμῶν γινώσκεσθαι. ἔδει πλήρη γενέσθαι τὴν γῆν τῶν εἰδότων δοξολογεῖν. καὶ ἀπὸ καλλονῆς κτισμάτων, καθὰ γέγραπται, τὴν τοῦ δεδημιουργηκότος κατασκέπτεσθαι δόξαν. ὡς γὰρ ὁ προφήτης φησὶ Ἡσαΐας, οὐκ εἰς κενὸν ἐποίησας αὐτὴν, δῆλον δὲ ὅτι τὴν γῆν. ἀλλ' εἰς τὸ κατοικεῖσθαι. ἦν οὖν ἀναγκαῖον, ζῶον ἐν αὐτῇ πλάττεσθαι λογικὸν προαναδειχθέντων αὐτῷ τῶν ὅσα ἐστὶ τελοῦντα πρὸς τέρψιν καὶ πρός γε εὖ πεποιῆσθαι δοκεῖν. ταύτῃ τοι προαναφλέξας ἐν κόσμῳ τῷ δέοντι γῆν τε καὶ οὐρανὸν καὶ τὰ ἐν αὐτοῖς, ἐπὶ τὴν τοῦ ἀνθρώπου κεχώρηκε κατασκευήν. οὗ τῆς γενέσεως πρεσβυτέραν ἐποιεῖτο τὴν σκέψιν· καί τοι τὴν ἄλλην ἅπασαν κτίσιν ἀποσχεδιάζων ῥήματι, καὶ τῷ ἰδίῳ λόγῳ συνιστὰς ὡς θεός. ἐπειδὴ δέ ἐστιν ἄνθρωπος ζῶον ἀληθῶς εὐφυὲς καὶ θεοειδέστατον· ὡς ἂν μὴ δοκῇ τῆς ἀνωτάτω δόξης τὸ μίμημα, τῶν ἴσων εἰς ποίησιν τοῖς οὐχ ὧδε ἔχουσι λαχεῖν, καὶ προβουλίοις ἐτίμα καὶ αὐτουργίᾳ τὸ τέχνημα. ἄγαλμα δὲ διαπλάσας ἐκ γῆς, ζῶον αὐτὸ λογικὸν ἀποτελεῖ. καὶ ἵνα τοὺς τῆς ἰδίας φύσεως ἀνατρέχοι λόγους, ἄφθαρτον ζωοποιὸν εὐθὺς ἐνεχάραττε πνεῦμα. γέγραπται γάρ· καὶ ἐνεφύσησεν εἰς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ πνοὴν ζωῆς. καὶ ἐγένετο ὁ ἄνθρωπος εἰς ψυχὴν ζῶσαν. εἶτα παραδείσου καὶ τρυφῆς ἠξίου. καὶ τὸ κατὰ πάντων τῶν ἐπὶ γῆς αὐτῷ προσνενέμηκε κράτος. νηκτοῖς ἐπέστησε καὶ πτηνοῖς ἡγεμόνα. καὶ ἀγέλας μὲν ἀγρίων αὐτῷ καθυπέζευγνυ θηρῶν. ὑπέστρωσε δὲ καὶ αὐτὰ τοῖς ἄλλοις ὁμοῦ τῶν ἰοβόλων τὰ γένη. ἐκδεδιέναι δὲ ὅτι προσήκει τὸν ἄνθρωπον, φυσικοῖς ἐκέλευσεν ἀναπείθειν νόμοις. ἦν οὖν ἄρα τῆς ἀνωτάτω δόξης τὸ ἐκμαγεῖον καὶ θεοπρεποῦς ἐξουσίας εἰκὼν ἐπὶ γῆς, ὁ ἄνθρωπος. ἐπειδὴ δὲ τὸν εἰς τοῦτο ἥκοντα λοιπὸν εὐκλείας καὶ τρυφῆς, διειδέναι δή που πάντως ἐχρῆν, ὅτι θεὸν ἔχει τὸν ἐφεστηκότα, βασιλέα τε καὶ κύριον· ἵνα μὴ ταῖς ἄγαν εὐημερίαις ἐπαιρόμενος διολισθήσῃ εἰς τὸ οἴεσθαι τυχὸν ἀπηλλάχθαι, καὶ ἐξουσίας καὶ τῆς τοῦ κρατοῦντος ὑπεροχῆς, νόμον εὐθὺς ἐδίδου, καὶ ταῖς παραβάσεσιν ἐποιεῖτο γείτονα, τὴν κολάζουσαν ἀπειλήν. ἁμαρτίας μὲν γὰρ, οὔπω τις ἦν ἐπὶ τῆς γῆς ὁ τρόπος, ἑνὸς ὄντος καὶ μόνου. ἵνα δὲ γένοιτο καὶ ὑπὸ νόμον, ἐπινοεῖ-

„ ἐπινοεῖταί τις αὐτῷ καὶ φυλακῆς τρόπος· ἀπὸ „ γὰρ παντὸς ξύλου, φησὶ, τοῦ ἐν τῷ παρα- „ δείσῳ βρώσει φαγῇ. ἀπὸ δὲ τοῦ ξύλου τοῦ γινώ- „ σκειν καλὸν καὶ πονηρὸν, οὐ φάγεσθε ἀπ᾽ αὐτοῦ. „ ᾗ δ᾽ ἂν ἡμέρᾳ φάγητε ἀπ᾽ αὐτοῦ, θανά- „ τῳ ἀποθανεῖσθε. εἶτα μιᾶς τοῦ Ἀδὰμ παραιρεθείσης πλευρᾶς, τὸ γύναιον διαπλάττεται. καὶ πρὸς παίδων γονὴν ὑπηρετῆσον αὐτῷ, καὶ συμβιοτεῦσον ὡς ὁμογενές. καὶ δὴ καὶ συνδιαιτώμενον ἐν ἁπλότητι διετέλει. ἐπειδὴ δὲ ταῖς τοῦ διαβόλου παρηνέχθη συκοφαντίαις πρὸς παράβασιν. καὶ τὸ ἀπόρρητον † τῶν ξύλων ἐδώδιμον ἐποιήσατο· συγκατώλισθε δὲ καὶ αὐτὸς ὁ προπάτωρ Ἀδὰμ, ἡ φύσις εὐθὺς θανάτῳ „ κατεδικάζετο. καὶ τῷ μὲν γυναίῳ τὸ, ἐν λύ- „ παις τέξῃ τέκνα. τῷ δὲ Ἀδὰμ, ἐπικατά- „ ρατος ἡ γῆ ἐν τοῖς ἔργοις σου, προσεφώνει θεός. καὶ πρός γε δὴ τούτοις, τῶν πολυεύκτων καὶ ἐν ἀρχαῖς ἐνδιαιτημάτων καὶ τῆς τοῦ παραδείσου τρυφῆς ἐξεπέμποντο. γυμνοὶ δὲ ὄντες καὶ ἀνείμονες, καὶ ἐν χρείᾳ λοιπὸν ἐσθημάτων ὄντες, τότε δὴ μόλις ἐμάνθανον. καὶ χιτῶνες ἦσαν αὐτοῖς πρὸς τοῦτο δερμάτινοι θεοῦ κατοικτείραντος. καὶ γῆν ἐπεγράφοντο μητέρα. καὶ τοῖς τῆς φθορᾶς † ὑπεφέροντο λίνοις. ἐλελοίπει δὲ οἶμαι παντελῶς. οὐδὲν τῶν εἰς ἐσχάτην ταλαιπωρίαν αὐτοῖς. ἀλλὰ τί δῆτα φήσειεν ἂν [illegible] τις εἰ πρὸς τοσαύτην ἔμελλεν ἀθλιότητα κατοιχήσεσθαι γεγονὼς ὁ ἄνθρωπος, πῶς οὐκ ἄμεινον αὐτῷ παρὰ πολὺ νοοῖτ᾽ ἂν εἰκότως τὸ μὴ ὑπάρχειν αὐτόν. λαμπρὸν δὲ οὕτως καὶ ἀξιάγαστον ἀποτελεῖ τὸν οὐκ εἰς μακρὰν ἐσόμενον οἰκτρὸν καὶ ἐλεεινὸν, καὶ ἐν ἀρᾷ καὶ δίκῃ. ἠγνόει μὲν οὐχ ἥκιστά γε τὸ μέλλον θεὸς ὢν κατὰ φύσιν ὁ δημιουργός. ἐπειδὴ δὲ εἰδὼς εἰργάζετο πῶς οὐκ ἀδικήσας μᾶλλον ἢ εὐνοήσας ἁλώσεται; εἴπερ ἐστὶ ἄμεινον ἀληθῶς τοῖς ἐσομένοις ἀθλίοις τὸ μηδόλως ἐλθεῖν εἰς γένεσιν, κατά γε τὴν αὐτοῦ τοῦ σωτῆρος φωνὴν, ἣν ἐπὶ τῷ „ προδότῃ λελάληκε μαθητῇ· καλὸν ἦν αὐ- „ τῷ εἰ οὐκ ἐγεννήθη ὁ ἄνθρωπος ἐκεῖνος. πρὸς δὴ τὰ τοιαῦτα φαίην ἂν, ὅτι σφαλερὸν ἄγαν καὶ τῆς εἰς λῆξιν ἡκούσης ἐμβροντησίας ἐγγὺς, μᾶλλον δὲ εἴσω, τὸ καὶ ἐπέκεινα πολὺ, τὸ τοῖς θείοις σκέμμασιν ὡς οὐκ ὀρθῶς γεγονόσιν ἐπιτιμᾶν· καὶ τὴν ἀνωτάτω φύσιν, ἢ τοῦ πρέποντος ἀλογῆσαι τυχὸν, ἢ γοῦν οἴεσθαι διαμαρτεῖν τοῦ χρησίμου τι καὶ ἐν ἀμείνοσιν ὡς ἔν γε τοῖς καθ᾽ ἡμᾶς· † πρέπει δ᾽ ἂν μᾶλλον ἐν ταῖς βουλαῖς καὶ πράγμασι τὸ ἀμωμήτως ἔχον, ἀπονέμοντας αὐτῇ. παραιτεῖσθαι τὸ φρονεῖν ὑπὲρ ἃ δεῖ φρονεῖν· καὶ τὸ περίεργον ἐν τούτοις οὐκ ἀνεπίπληκτον ἐᾶν. καὶ πρός γε δὴ τούτῳ κἀκεῖνο οἶμαί πως καταλογίζεσθαι χρή· πότερον τοῖς τὸ εἶναι μετὰ τοῦ εὖ εἶναι λαχοῦσιν, ἄμεινον δή πως τὸ μὴ ἐλθεῖν εἰς γένεσιν, ἤγουν τὸ ὑπάρξαι, καὶ τῆς τοῦ δημιουργοῦ μεταλαχεῖν ἡμερότητος· ἀλλ᾽ οὐκ ἂν ἐνδοιάσειέ τις καθάπερ ἐγῷμαι. ὥσ-

† ἴσως τὸ ξύλον.

† ἴσως ὑπεφέροντο.

† ἴσως πρέπειν.

excogitata est ipsi mandati obseruandi ratio: *Ex omni enim*, inquit, *ligno quod in paradiso est comedes. Ex ligno verò cognoscendi bonum & malum, non comedetis ex eo. Qua autem die comedetis ex eo, morte moriemini.* Deinde acceptâ vnâ costarum Adam mulier formatur, quæ ipsi ad sobolem gignendam inseruiret, ipsique conuiueret, veluti eiusdem generis, & in eadem cum eo simplicitate degeret. Postquam verò diaboli circumuentione ad transgressionem pellectus est, & ab interdicto ligno edit; lapsus autem vnà est primus parens Adam, natura statim morte damnata est. Et mulieri quidem: *Paries in doloribus filios*; Adæ verò: *Maledicta terra in operibus tuis*, acclamauit. Præterea iucundissimis illis, quibus initio fruebantur, voluptuosissimisque locis, & paradisi delicijs sunt eiecti. Cùm verò nudi ac sine amictu essent, vestibusque deinceps indigerent, tunc demum cognouerunt. Tunicæ porrò erant ipsis pelliceæ, commiserante Deo: & terram matris titulo insigniuerũt, interitusque retia incurrerunt, ac nihil planè ipsis ad extremam calamitatem defuit. Cæterùm dicat quis, vt arbitror, Si futurũ erat, vt ad tantam miseriam homo factus prolaberetur, quo pacto non multo satius meritò iudicandum sit, ipsum non existere? Splendidum verò adeò atque admirabilem constituit eum qui haud multo pòst esset futurus miserabilis, execrationique & pœnæ obnoxius. Atqui nequaquam ignarus erat futurorum Deus, natura existens creator. Cùm vero prudens ac sciens operatus fuerit, quopactò non nocuisse potiùs quàm iuuisse deprehendetur? si modò satius reuera est ijs, qui miseri futuri sint, non nasci potiùs? iuxta ipsius Saluatoris vocem, quam de proditore discipulo dixit: ***Bonum erat ei, si non natus esset homo ille.*** Ad hoc verò responderim, damnosum inprimis, summæq; vesaniæ proximum, aut potiùs quauis vesania maius esse, Dei consilia, tanquam non recta, insimulare: & supremam illam naturam, aut recti curam fortasse non habere, existimare: aut alioqui putare ipsam, in ijs quæ rebus nostris maximè conueniunt atque expediunt, falli & decipi: at potiùs par est, summam consiliorum actionumque perfectionem ipsi tribuentes, longè ab eo abesse, vt vltra quàm sapere non oportet, sapiamus; anxiamque horum inuestigationem, quæ culpa non vacat, prætermittere. Ad hæc autem etiam illud, vt arbitror, animaduertere oportet: vtrùm ijs, qui & esse, & bene esse adepti sunt, satius sit ortos non esse; an verò existere, & creatoris benignitatem consequi; siquidem nemo, mea quidem sententia, dubitauerit. Quemadmo-

Genes. 2. 17.

Mulieris formatio.

Lapsus primi parentis

Genes. 3. 16.

Error eorũ refellitur, qui putant præstitisse, vt non crearetur homo, si certum erat eum in mortem lapsurum.

Marc. 14. 21

Rom. 12. 3.

admodum enim ijs, quorum misera conditio est futura, si ad ortum ducantur, satius meritò expetibiliusque fuerit, si id non consequantur: eadem planè ratione, ijs qui nequaquam ita affecti fuerint, pulchra laudabilisq; res sit, existere ac viuere. Quid igitur? obsecro. Oportere enim censeo sermonem hac de re, etiam ad ea, quæ longè superiora nobis sunt, traduci: ad beatos, inquam, rursus Angelos. Facti enim sunt à Deo, & à non esse ad esse sunt vocati Angeli & Archangeli, Throni ac Potestates, & Principatus, aliaque his adhuc superiora, Seraphim. Accensus autem est etiam in ijs, quæ existunt, draco apostata, aliæque cum eo prauæ potestates: & erant vnà cum alijs sanctis atque rationalibus creaturis, supernas mansiones implentes, excellentes in gloria, longè præstantiore & incomparabiliter sublimiore, quàm nostra est, conditione præditi: vnde dictum est alibi à Deo: *Post Cherubim posui te.* Cæterùm firmam quidem ac stabilem suam gloriam habent sancta Cherubim, propriamque dignitatem inconcussam tuentur: & mille millia seruiunt Deo, ac totidem myriades astiterunt ei. Lapsus autem est cum alijs Satanas, suaq; gloria priuatus. Cùm itaque à propria sua dignitate defecturus esset, sua sponte ad offendendum Deum conuersus, effecit, vt à creatione, sanctorum inquam angelorum, vniuersorum opifex desisteret: adeoque eximiam atque admirabilem creaturam deturbaret. At verò quo pacto non iniuria affecta videretur, nisi ad ortum adducta fuisset, circumstans eum eousque & inseruiens multitudo, ac Deo creatori integram se seruans, & propriæ suæ dignitatis obliuionẽ nequaquã pati sustinens? Quid enim, dic mihi, valdè obest, si nonnulli præ sua arrogantia ac fastu, à bono statu, siue esse, exciderunt? Hi verò illis præstantiores, cum Deo existunt, ipsiusque benignitate affatim referti, assiduis atq; indesinentibus laudibus eum prosequuntur. Ac de ipsis, arbitror, alibi B. Dauid loquitur: *Beati omnes habitantes in domo tua, in sæcula sæculorum laudabunt te.* Cùm itaque de his sermo ita se habeat; age, etiam in ijs, quæ ad nos ipsos pertinent, eandem considerationẽ adhibeamus. Factus enim est in principio homo, suæ ipsius voluntatis dominus liberque, ad quod velit, motus ei est cõcreditus. Liber enim est Deus, ad cuius imaginem formatus est. Ita siquidem, neque aliter, laudem consequi poterat, quàm si voluntarius cerneretur virtutis operator: operumq; puritatem, tanquam mentis fructum ederet, non veluti naturalis necessitatis effectum, quæ extra id, quod bonum est, eum ferri non sineret,

Angeli à Deo facti.

3. Reg. 6. v. 25. & 27.

Psalm. 83. 5.

Homo creatus est libera voluntate præditus.

περ γὰρ τοῖς ἐσομένοις ἀθλίως εἰ παρενεχθεῖεν
εἰς γένεσιν, τὸ μὴ ταύτης τυχεῖν νοοῖτ' ἂν εἰκότως
ἄμεινόν τι καὶ αἱρετώτερον, κατὰ τὸν αὐτὸν οἶμαι
τρόπον καὶ τοῖς ὡς ἥκιστα διακεισομένοις χρῆ-
μα καλόν τι καὶ † ἀξιόληπτον τὸ ἐν ὑπάρξει
γενέσθαι καὶ ζῆν. τί οὖν εἰπέ μοι; χρῆναι γὰρ ἔγω-
γέ φημι τὸν ἐπὶ τόδε λόγον ἀναβιβάζεσθαι
πρὸς ἡμῶν, καὶ εἰς τὰ πολὺ λίαν τῶν καθ' ἡ-
μᾶς ἐπέκεινα, φημὶ δὲ δὴ πάλιν τοὺς μακα-
ρίους ἀγγέλους. πεποίηνται δὲ δὴ παρὰ θεοῦ. καὶ
τὴν ἐξ οὐκ ὄντων ἔχουσιν εἰς τὸ εἶναι πάροδον
ἄγγελοί τε καὶ ἀρχάγγελοι, θρόνοι τε καὶ ἐξου-
σίαι, δυνάμεις καὶ ἀρχαί· καὶ αὐτὰ δὲ πρὸς τού-
τοις τὰ ἀνώτατα Σεραφίμ. ἐπῆλθε δὲ καὶ αὐτὸς
ἐν τοῖς γεγονόσιν ὁ δράκων ὁ ἀποστάτης, καὶ αἱ
σὺν αὐτῷ δυνάμεις αἱ πονηραί· καὶ ἦσαν ὁμοῦ
τοῖς ἄλλοις † ἁγίοις καὶ λογικοῖς κτίσμασι,
τὰς ἄνω πληροῦντες μονὰς διαπρέποντες ἐν
δόξῃ. καὶ τῆς καθ' ἡμᾶς πολὺ δὴ λίαν ἐν ἀ-
μείνοσι καὶ ἀσύγκριτον ἔχοντες τὴν ὑπερο-
χήν. καὶ γοῦν εἴρηταί που παρὰ θεοῦ, μετὰ τῶν „
Et post septem alios dies emissa est secunda columba, & reuersa est ad vesperum, ramum oliuæ habens in ore suo. Et tertiam rursum emisit post alios septem dies, quæ non est reuersa ad eum amplius. Absorpta est itaque deinceps omnis aqua à terra, apparuitque rursus sicca, & quæ in ea erant. Postquam verò vnà cum filijs suis omnibusque qui ibidem congregati erant, egressus est, ac terram aquis liberam vidit, altare statim exstruxit, & holocaustum obtulit ex mundis atque immundis animalibus & volucribus, gratias nimirũ Deo qui saluarat reddens. Quo facto, *odoratus est*, inquit, *Dominus odorem suauitatis, & ait Dominus Deus, cogitans, Non addam vltrà maledicere terræ propter opera hominum. Quia incumbit cogitatio hominis diligenter ad mala ex adolescentia sua Non igitur vltrà percutiam omnem carnem viuentem, sicut feci: cunctis diebus terræ, sementis & messis, frigus & calor, æstas & ver, nox & dies non requiescet.* Præterea, *Et benedixit*, inquit, *Dominus Deus Noë & filijs eius, & dixit eis: Crescite & multiplicamini, & replete terram, & dominamini eius; & tremor vester & timor vester erit super omnes bestias terræ, & super omnia volatilia cæli, & super omnia quæ mouentur super terram, & omnes pisces maris sub manibus vobis dedi.* Cùm itaque sermo nobis huc vsque sit perductus, & in nudæ litteræ narratione historico more consumptus, nihil vltrà, vt ego quidem arbitror, requiritur. Age itaque, singula eorum quæ dicta sunt capita repetentes, occultam intus in ijs contemplationem transferentes, CHRISTI mysterium concinnemus, & salutis per ipsum prestitę imaginem quandam ac typum fuisse ostendamus Noë ipsum, sapiensq; atq; ineffabile de Arca diuinæ prouidẽtiæ consilium. Natus itaque est Noë ex Lamech, non eo qui virum & adolescentẽ occiderat, sed ex alio eiusdẽ nominis ex Seth. Ortus autẽ est etiam Dominus noster IESVS CHRISTVS ex Israël, sancto quidem propter patres, cæterùm ex populo mores Lamech referente, atque eiusdẽ cum homicida sententiæ, eiusdem etiã nominis quatenus homicidæ. Dictum autẽ est alibi ad Iudęos: *Quem prophetarũ non occiderunt patres vestri?* Et à CHRISTO: *Et vos implete mensurã patrum vestrorũ.* Quin etiam per vocẽ Isaiæ ait: *Quando extenderitis manus vestras ad me, auertam oculos meos à vobis. Manus enim vestræ sanguine plenæ sunt.* Atqui Noë vndecimus fuit ex Adam. CHRISTVS verò rursum veluti in vltimo atque vndecimo tempore carnem assumpsit, nostræque salutis administrationẽ est orsus. Quod ita se habere, verumque esse, facilè ex sacris Litteris didiceris. Ille enim qui operarios

Genes. 8. 21.

Noë CHRISTI typus.

A Stephano Actor. 7. 52. Matt. 23. 32. Isaia 1. 15.

mercede conducens in vineam suam vocabat hora vndecimâ, quosdam ita compellauit, Gentes nimirum: *Quid statis hîc tota die otiosi?* Ipsis verò apertè dicentibus, quòd nemo eos conduxisset, (nemo siquidem ante Saluatoris nostri aduentum Gentes ad Dei cognitionem vocauit) benignè ac clementer respondit: *Ite & vos in vineam, & quodcumq; fuerit iustum dabo vobis.* Porro lex etiam per Mosem edita, agni mactationem ad vesperum & ad lucernam peragi iussit. Siquidem labente iam quodammodo ad occasum tempore, ac tantùm-non contrahente se præsente sæculo, vnigenitus Dei filius homo est factus, mortemque pro omnibus est perpessus, liberans à pœna & supplicio, atq; ab omni eiuscemodi metu longissimè remouens eos qui fidē susceperint. Ipse enim verus est Noë, hoc est *iustitia & requies*: hoc enim nomen ipsum interpretatur. *Iustificati etenim sumus*, secundùm Scripturas, *non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus ipsi, sed iuxta magnam ipsius misericordiam.* Factus itaque est nobis credentibus, iustitia CHRISTVS, nec non requies, si modò verè dicitur, *quòd languit ipse propter iniquitates nostras, & propter peccata nostra traditus est, & vibice eius omnes sanati sumus*: &, Dominus *tradidit ipsum pro peccatis nostris*, iuxta Prophetæ vocem. Cùm itaque CHRISTVS pro nobis passus sit † carnaliter, beati atque admirandi sumus. Quid enim non eiusmodi cōsecuti sumus, cælestibus donis affluentes, eorumq; participationē adepti, & abiecto grauissimo peccati iugo, nonne spirituali deinceps felicitate fruimur? Ipse enim nos ad hoc vocauit dicens: *Accedite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego refocillabo vos. Tollite iugum meum super vos, & discite à me quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris.* Quòd enim quietem nobis daturus esset CHRISTVS, Gabriel etiam Archangelus sanctæ Virgini sic prædixit: *Ne timeas, Maria: inuenisti enim gratiam apud Deum. Et ecce concipies in vtero, & paries filium, & vocabis nomen eius* IESVM. *Ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis suis.* Quinetiam diuini Prophetæ requiem per ipsum euenturam accuratè prædixerunt; quorum vnus: *Confide*, inquit, *Sion, non dissoluantur manus tuæ. Dominus Deus tuus fortis in te, saluabit te, & innouabit te in charitate sua.* Isaias autem tantùm non ob oculos ponit dicens: *Cōfortamini manus remissæ, & genua dissoluta, consolamini pusillanimes mēte, cōfortamini ne timeatis. Ecce Deus noster. Ecce Dominus cum virtute venit, & brachium cum dominatione. Sicut pastor pascet gregem suum, & brachio suo congregabit agnos, &*

Matt. 20. 6.

Tit 3. 5.
Rom. 3.

CHRISTVS quies est & iustitia.

Isaia 53. 5.

Rom 4. 25. ex Isaia suprà.

Carni σαρκί. Vide an aliter legendum sit carnaliter σαρκικῶς.

Matt. 11. 28

Luc. 1. 30.

Sophon. 3. 16

Isaia 35. 3.

Isaia 40. 10

εἰς τὸν ἀμπελῶνα μεμισθωμένος ἐν ὥρᾳ τῇ ἑνδεκάτῃ προσπεφώνηκέ τισιν. ὅτι δ' ἂν εἶεν οἱ ἐξ ἐθνῶν, τί ἑστήκατε ὧδε ὅλην τὴν ἡμέραν ἀργοί; τῶν δὲ ἀναφανδὸν εἰρηκότων ὅτι οὐδεὶς ἡμᾶς ἐμισθώσατο. κέκληκε γὰρ οὐδεὶς πρὸ τῆς τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἐπιδημίας εἰς θεογνωσίαν τὰ ἔθνη, χρηστῶς καὶ φιλοικτιρμόνως, ὑπάγετε καὶ ὑμεῖς, φησὶν, εἰς τὸν ἀμπελῶνα. καὶ ὃ ἐὰν ᾖ δίκαιον δώσω ὑμῖν. καὶ ὁ διὰ Μωσέως νόμος τὴν τοῦ προβάτου σφαγὴν ἀναμέσον τῶν ἑσπερινῶν, πρὸς ἑσπέραν τε καὶ ὑπολύχνους ἤδη τελεῖσθαι προστέταχεν. οἱονεὶ γάρ πως ἐπ' αὐταῖς ἤδη δυσμαῖς ἥκοντος τοῦ καιροῦ, μονονουχὶ δὲ καὶ συστελλομένου λοιπὸν τοῦ παρόντος αἰῶνος, γέγονεν ἄνθρωπος ὁ μονογενὴς τοῦ θεοῦ λόγος, καὶ τὴν ὑπὲρ πάντων ἀνέτλη σφαγήν. ποινῆς καὶ δίκης ἐλευθερῶν καὶ παντὸς τοῦ τοιοῦδε δείγματος ἀπωτάτω τιθεὶς τοὺς πεπιστευκότας. αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ κατὰ ἀλήθειαν Νῶε, τουτέστιν ἡ δικαιοσύνη καὶ ἡ ἀνάπαυσις. ἑρμηνεύεται γὰρ ὧδε τὸ ὄνομα. δεδικαιώμεθα γὰρ κατὰ τὰς γραφὰς, οὐκ ἐξ ἔργων δικαιοσύνης ὧν ἐποιήσαμεν ἡμεῖς. ἀλλὰ κατὰ τὸ πολὺ αὐτοῦ ἔλεος γέγονε τοίνυν ἡμῖν τοῖς πεπιστευκόσι δικαιοσύνη Χριστὸς, καὶ μὴν καὶ ἀνάπαυσις. εἴπερ ἐστὶν ἀληθὲς ὡς μεμαλάκισται μὲν αὐτὸς διὰ τὰς ἀνομίας ἡμῶν. καὶ διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν παρεδόθη, καὶ τῷ μώλωπι αὐτοῦ ἡμεῖς ἰάθημεν. καὶ κύριος παρέδωκεν αὐτὸν ταῖς ἁμαρτίαις ἡμῶν κατὰ τὴν τοῦ προφήτου φωνήν. Χριστοῦ οὖν παθόντος ὑπὲρ ἡμῶν σαρκὶ μακάριοι καὶ ἀξιοζήλωτοι καὶ τί γάρ; οὐχὶ τῶν τοιῶνδε μετακεκλήμεθα, καὶ τῶν οὐρανίων χαρισμάτων κατατρυφῶμεν, καὶ καταπλουτοῦμεν τὴν μέθεξιν, καὶ τὸ δυσαχθὲς τῆς ἁμαρτίας ἀποβαλόντες φορτίον, ἀνίμεθα λοιπὸν εἰς εὐημερίαν πνευματικήν. ἐκάλει γὰρ ἡμᾶς εἰς τοῦτο λέγων αὐτός· δεῦτε πρός με πάντες οἱ κοπιῶντες, καὶ πεφορτισμένοι, κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς. ἄρατε τὸν ζυγόν μου ἐφ' ὑμᾶς, καὶ μάθετε ἀπ' ἐμοῦ ὅτι πρᾶός εἰμι καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ, καὶ εὑρήσετε ἀνάπαυσιν ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν. ὅτι γὰρ ἔμελλεν ἀναπαύσαι ἡμᾶς ὁ Χριστὸς καὶ ὁ ἀρχάγγελος Γαβριὴλ προσανεφώνει τῇ ἁγίᾳ παρθένῳ λέγων, μὴ φοβοῦ Μαριάμ. εὗρες γὰρ χάριν παρὰ τῷ θεῷ καὶ ἰδοὺ συλλήψῃ ἐν γαστρὶ καὶ τέξῃ υἱὸν καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν· αὐτὸς γὰρ σώσει τὸν λαὸν αὐτοῦ ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν. καὶ μὴν καὶ οἱ θεσπέσιοι προφῆται τὴν δι' αὐτοῦ γενησομένην ἀνάπαυσιν προαναφωνεῖν ἐσπούδαζον. ὁ μὲν γάρ ἔφασκε, θάρσει Σιών. μὴ παρείσθωσαν αἱ χεῖρές σου, κύριος ὁ θεός σου ἐν σοὶ δυνατὸς σώσει σε καὶ ἀνακαινιεῖ σε ἐν τῇ ἀγάπῃ αὐτοῦ. Ἡσαΐας δὲ αὖ μονονουχὶ καὶ ἐν ὄψει λοιπὸν ἐποιεῖτο λέγων, ἰσχύσατε χεῖρες ἀνειμέναι. καὶ γόνατα παραλελυμένα. παρακαλέσατε οἱ ὀλιγόψυχοι τῇ διανοίᾳ. ἰσχύσατε, μὴ φοβεῖσθε. ἰδοὺ ὁ θεὸς ἡμῶν. ἰδοὺ κύριος μετὰ ἰσχύος ἔρχεται, καὶ ὁ βραχίων μετὰ κυρείας. ὁ ποιμὴν ποιμανεῖ τὸ ποίμνιον αὐτοῦ. καὶ τῷ βραχίονι αὐτοῦ συνάξει ἄρνας. καὶ

τὰς

τὰς ἐν γαστρὶ ἐχούσας παρακαλέσει. γέγονε τοίνυν ἡμῖν δικαιοσύνη τε καὶ ἀνάπαυσις ὁ Χριστός· σέσωκε δὲ ἡμᾶς καὶ ἀπὸ τῆς γῆς ἧς κατηράσατο κύριος ὁ θεός. ταυτὶ γὰρ ἡμῖν ἐπὶ Νῶε προφητεύων ἔφασκεν ὁ Λάμεχ. ἔστι δὲ οὐκ ἀμφίλογον ὅτι τὰ ἐν Ἀδὰμ παραβάσεως τὰ ἐγκλήματα, λέλυται πάλιν ἐν Χριστῷ. γέγονε γὰρ ὑπὲρ ἡμῶν κατάρα κατὰ τὸ γεγραμμένον· τῆς ἀρχαίας ἀρᾶς ἀπαλλάττων τὴν γῆν. δι' αὐτοῦ γὰρ ἅπαντα πρὸς τὸ ἐν ἀρχαῖς ἀνακεφαλαιοῦσθαί φαμεν τὸν πατέρα καὶ θεόν· καὶ τὰ μὲν ἀρχαῖα παρῆλθε· γέγονε δὲ τὰ πάντα καινά. καὶ εἴ τις ἐν Χριστῷ καινὴ κτίσις. εἴπερ ἐστὶ δεύτερος Ἀδὰμ δι' ὑπακοῆς ἀνατρέπων τὸ τοῦ πρωτοπλάστου κατηγόρημα· φημὶ δὴ τὴν ἐν ἀρχαῖς παραίτησιν γεγενημένην παρακοήν. ὧδε φρονεῖν ἐδόκει καὶ τῷ θεσπεσίῳ Παύλῳ. γράφει γὰρ οὕτως· ὥσπερ γὰρ διὰ τῆς παρακοῆς τοῦ ἑνὸς ἀνθρώπου ἁμαρτωλοὶ κατεστάθησαν, οὕτω καὶ διὰ τῆς ὑπακοῆς τοῦ ἑνὸς, δίκαιοι κατασταθήσονται πολλοί. γέγονε δὲ ὁ Χριστὸς ὑπήκοος τῷ πατρὶ μέχρι θανάτου, θανάτου δὲ σταυροῦ. ὥσπερ οὖν ἐπάρατος ἦν ἡ γῆ διὰ τὴν ἐν ἀρχαῖς παράβασιν ἐν Ἀδάμ, οὕτω γέγονεν εὐλογημένη διὰ τὴν ὑπακοὴν τοῦ Χριστοῦ. ἐλυτρώσατο δὲ καὶ ἑτέρως ἡμᾶς ἀπὸ τῆς γῆς ἐπικαράτου γεγενημένης. καινοὺς γὰρ οὐρανοὺς, καὶ καινὴν γῆν, κατὰ τὰ ἐπαγγέλματα αὐτοῦ προσδοκῶμεν, καθὰ καὶ ὁ σοφὸς τοῦ σωτῆρος εἴρηκε μαθητής. ἐνεκαίνισε δὲ ἡμῖν καὶ τὴν εἰς τὰ ἄνω τε καὶ εἰς οὐρανοὺς ἀναφοίτησιν· καὶ πρόδρομος ὑπὲρ ἡμῶν εἰς τὴν ἁγίαν εἰσέφρησε γῆν· ἣν κληρονομήσειν ἔφασκε τοὺς πραεῖς, τουτέστι τοὺς τοῖς εὐαγγελικοῖς μαθήμασιν εἰς πραότητα παιδαγωγουμένους. εἴπερ ὁ μὲν νόμος ὀφθαλμὸν ἀντὶ ὀφθαλμοῦ, καὶ ὀδόντα ἀντὶ ὀδόντος, τραῦμά τε ἀντὶ τραύματος ἀντεπάγεσθαι δεῖν τοῖς ἀδικοῦσιν ἐκέλευεν. ἡμῖν δὲ Χριστὸς, τῷ παίοντί σε, φησὶ, εἰς τὴν δεξιὰν σιαγόνα, στρέψον αὐτῷ καὶ τὴν ἄλλην. Νῶε τοίνυν γέγονεν ἑνδέκατος ἐξ Ἀδὰμ διά τε Σὴθ καὶ Ἐνώς. ὃς ἤλπισεν ἐπικαλεῖσθαι τὸ ὄνομα κυρίου τοῦ θεοῦ αὐτοῦ, διὰ πλείστην ὁσιότητα καὶ θεοφιλῆ πολιτείαν. γενεαλογεῖται δὲ καὶ ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς παρὰ τῶν ἁγίων εὐαγγελιστῶν ἐξ Ἀδάμ, καὶ μέχρις αὐτοῦ τοῦ Ἰωσὴφ διὰ παντὸς, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἁγίου τοῦ τῆς γενεαλογίας ἥκοντος λόγου. ἀλλὰ φέρε λέγωμεν τὸν οἱονεὶ φυρμὸν καὶ τὴν εἰς ἄλληλα γεγενημένην ἀνάχυσιν τῶν γενῶν. τοῦ τε ἁγίου φημὶ καὶ τοῦ μὴ τοιοῦδε, τουτέστι τοῦ βεβήλου καὶ μυσαρωτάτου. ὅνπερ γὰρ τρόπον οἱ ἐξ Ἐνὼς γεγονότες τὴν ἐπίκλησιν θεοῦ, ταῖς τῶν ἀνθρώπων ἐπεμαίνοντο θυγατράσιν, οὗ γεγονότος ἑτερότροποι ἦσαν ἑαυτοὺς· καὶ τοῖς ἐκείνων ἤθεσί τε καὶ νόμοις διαβιοῦν ἡρημένοι, τὴν εἰς πᾶν ὁτιοῦν τῶν ἐκτόπων κατήρρωσαν ἀποφθοράν. οὕτως καὶ οἱ ἐξ αἵματος τοῦ Ἰσραὴλ, ἕως μὲν ἦσαν ἁγιοπρεποῦς πολιτείας ἐργάται, καὶ προγονικῆς εὐσεβείας ἄριστοι

prægnantes consolabitur. Factus itaque est nobis iustitia & requies CHRISTVS: liberauit autem nos etiam à terra cui maledixerat Dominus Deus. Hoc enim nobis de Noë prophetans dixit Lamech. At verò nequaquam dubium est, quòd transgressionis in Adam accusatio, in CHRISTO rursus abolita sit. *Factus* enim *est pro nobis maledictio*, sicut scriptum est, à veteri maledictione terram liberans. Per ipsum siquidem dicimus patrẽ ac Deum cuncta instaurasse: ac *vetera quidẽ præterierunt, facta sunt autem omnia noua: siqua noua in* CHRISTO *creatura*: siquidẽ secundus Adam per obedientiã auertit primi parentis crimen, veterem inquam illam statim initio expulsionis causam inobedientiam: quod & Paulus confirmat, dicens: *Quemadmodum enim per inobedientiam vnius hominis peccatores constituti sumus; ita & per vnius obedientiam iusti constituentur multi. Factus est* autẽ CHRISTVS *obediens patri vsque ad mortem, mortem autem crucis.* Quemadmodum igitur maledicta erat terra ob primam illam transgressionem in Adam; ita facta est benedicta per obedientiam CHRISTI. Liberauit autem nos etiam alia ratione à terra maledicta effecta. *Nouos enim cælos, & nouam terram,* iuxta promissiones ipsius, *exspectamus*, sicut & sapiens CHRISTI discipulus dixit. Instaurauit autem nobis etiam ad superna & in cælos reditum: & præcursor pro nobis sanctam terram ingressus est, cuius mãsuetos hæredes fore dixit, hoc est qui Euãgelica disciplina ad mansuetudinem sunt edocti. Siquidem lex oculum pro oculo, & dentem pro dente, & vulnus pro vulnere infligi, iniuriã inferentibus iussit. CHRISTVS autem nobis: *Percutienti te,* inquit, *in dexteram maxillam, præbe illi & aliam.* Noë igitur vndecimus natus est ab Adam per Seth & Enos, *qui sperauit vocari nomine Dei sui*, ob summam pietatem vitæque sanctimoniã. Describitur autem etiam genealogia Domini nostri IESV CHRISTI à sanctis Euangelistis ab Adam, ad Ioseph vsque, per omnem, vt ita dicam, Sanctum genealogiæ sermone ducto. Cæterùm age dicamus coinquinationem quodãmodo, confusionemque inter se generationum, sancti inquam, cum eo qui talis non est, hoc est profano atque impuro. Quemadmodum enim qui ex Enos nati erant, cognomento Dij, in filias hominum exarserunt, quo facto diuersi à seipsis sunt effecti, & ad earum mores ac leges vitam suam instituentes defectione in absurdissima quæque laborarunt: ita etiam qui ex sanguine Israël orti sunt, quamdiu vitæ sanctimoniam exercuerunt, & auitæ pietatis optimos imitatores sese

Gal. 3.13.
CHRISTVS liberauit nos à maledictione terra.
2.Cor. 5.17.
Rom. 5.12.
Phil. 2. 8.
2.Pet. 3.13.
Apoc. 21.1.
Matth. 5. 4.
Exod. 21.23.
Leuit. 24.19
Deut. 19.21.
Matt. 5.39.
Luc. 6.29.
Matt. 1.1.
Luc. 3.23.
Confusio generationum in Genesi spiritualiter explicata de Israëlitis & Gentibus.

præbuerunt, omnem quidem prauitatis modum à se profligarunt, & sinceram omnino atque illibatam in seipsis gloriosæ vitæ laudem conseruarunt. Postquam verò finitimis populis sunt immisti, damnante id lege, statim nequitia, quæ in ijs regnabat, repleti, & procliues admodum ad vitium, ac quibus non extremis malis laborantes sunt deprehensi? Atqui hoc magis mirandum est, Gentes enim creaturas contra creatorem ac factorem colentes, & in errorem de Deorum pluralitate lapsæ, honorem dæmonibus exhibuerunt: Israël verò primitiua ac paterna origine sanctus, nihili planè defectionem fecit. Idcirco Deus per vocem sanctam ad eos ait: *Abite in insulas Cethim, & videte, & in Cedar mittite, & considerate vehementer, & videte si facta sunt talia: si mutabunt Gentes deos suos, & certè hi non sunt dij. At populus meus mutauit gloriam eorum, de qua non proderit eis. Obstupuit cælum super hoc, & inhorruit terra extra modum, dicit Dominus, quia duo mala fecit populus meus: Me dereliquerunt fontem aquæ viuentis, & foderunt sibi lacus contritos, qui non poterunt aquam continere.* Et rursum: *Quia iuxta numerum vrbium tuarum erant dij tui Iuda, & secundùm numerum viarum Ierusalem sacrificauerunt Baal, cur loquimini ad me? Omnes vos deliquistis, & omnes vos impiè egistis aduersus me, dicit Dominus.* In tantam enim prauitatem cogitationum, ac potiùs operum lapsi sunt, vt cum mulieribus vagis errantibusque adhuc commiscerentur. Cùm verò peperissent, necesse planè erat, fœtus Iudaicorum rituum notitia insigniri, & circumcisionem octaua die, sacrificiaque ad hanc rem pertinentia fieri: donarium immundis dæmonibus ex sanctificatis populis deferebant. Atque hoc est, vt arbitror, per vocem prophetæ de ipsis dictum: *quia filij alieni nati sunt ipsis.* Corrupto enim deinceps sancto genere ob coniunctionem cum malo, cumque iam qui antea animo ac moribus dissidebant, in vnum coaluissent, meritò totius vniuersi opifex, Israëlis simul & Gentium, omniumque, qui in terris erant, internecionem parabat. At verò innata sibi benignitate victus, non pari ira, quam peccata eorum merebantur, in eos inuectus est. Ne verò vniuersum mortalium genus interiret, iustificationem per fidem, remissionemque per aquam præmonstrauit per Noë. Idcirco factus est homo, *& cum hominibus cõuersatus* vnigenitus, sicut scriptum est; verus ille Noë, & quidem veluti in typo veteris illius ac celeberrimæ arcæ Ecclesiam exstruxit, quam qui ingressi essent, imminentem orbi interitum euitarent. Ita etiam diuinus Pau-

Ierem. 2. 10.

Cap. 2. 18. & 11. 13.

Cap. 2. 29.

Psal. 17. 46.

Bar. 3. 38.

μιμενοι, πάντα μὲν ἀπεσκύδαζον φαυλότητος τρόπον. ἀπαραποίητα τε παντελῶς ὡς ἦν γε δὴ σφίσιν αὐτοῖς, τῆς εὐκλεοῦς πολιτείας τετηρήκασι τὰ αὐχήματα. ἐπειδὴ δὲ τοῖς ὁμόροις ἔθνεσιν ἐνεπλέκοντο, καί τοι διαβεβληκότος τὸ χρῆμα τοῦ νόμου ἀναπιμπλάμενοι παραχρῆμα τῆς ἐνούσης αὐτοῖς βδελυρίας, εὐπαροιστοί τε ἐλαφροὶ λίαν, ἔτι γὰρ οὐχὶ τῶν ἀνωτάτω κακῶν νοσοῦντες ἡλίσκοντο; καὶ τό γε παραδοξότερον. τὰ μὲν γὰρ ἔθνη τῇ κτίσει καί τοι λελατρευκότα παρὰ τὸν κτίσαντα, καὶ ποιητήν, καὶ εἰς πολύθεον πλάνην ἀπονενευκότα τῇ πρὸς τοῦτο γνησιότητι, τὰς τῶν δαιμόνων ἀγέλας ἐτίμων. ὁ δὲ ἄνωθέν τε καὶ ἐκ πατέρων ἅγιος Ἰσραήλ, ἐν ὀλίγῳ παντελῶς ἐποιεῖτο λόγῳ τὴν ἀπόστασιν. τοιγάρτοι θεὸς διὰ φωνῆς ἁγίας φησὶ πρὸς αὐτούς. ἀπέλθετε εἰς νήσους Χεττιείμ, καὶ ἴδετε, καὶ εἰς Κηδὰρ ἀποστείλατε, καὶ νοήσατε σφόδρα, καὶ ἴδετε εἰ γέγονε τοιαῦτα, εἰ ἀλλάξονται ἔθνη θεοὺς αὐτῶν, καὶ οὗτοι οὐκ εἰσὶ θεοί. ὁ δὲ λαός μου ἠλλάξατο τὴν δόξαν αὐτῶν, ἐξ ἧς οὐκ ὠφεληθήσονται. ἐξέστη ὁ οὐρανὸς ἐπὶ τούτῳ, καὶ ἔφριξεν ἡ γῆ ἐπὶ πλεῖον σφόδρα, λέγει κύριος. ὅτι δύο καὶ πονηρὰ ἐποίησεν ὁ λαός μου. ἐμὲ ἐγκατέλιπον πηγὴν ὕδατος ζῶντος, καὶ ὤρυξαν ἑαυτοῖς λάκκους συντετριμμένους, οἳ οὐ δυνήσονται ὕδωρ συνέχειν. καὶ πάλιν. ὅτι κατὰ ἀριθμὸν πόλεών σου, ἦσαν θεοί σου Ἰούδα, καὶ κατὰ ἀριθμὸν διόδων τῆς Ἱερουσαλήμ, ἔθυον τῇ Βάαλ. ἵνα τί λαλεῖτε πρός με, πάντες ὑμεῖς ἠνομήσατε. καὶ πάντες ὑμεῖς ἠσεβήσατε εἰς ἐμέ, λέγει κύριος. κατώχοντο γὰρ εἰς τοῦτο σκαιότητος λογισμῶν μᾶλλον δὲ καὶ ἐγχειρημάτων. ὡς γυναιξὶ μὲν ἐπιμίσγεσθαι πλανωμένοις ἔτι. ἐπειδὴ δὲ ἔτικτον. καί τοι δέον εὐθὺς τῆς Ἰουδαίων λατρείας, ἐναποσημαίνεσθαι τοῖς βρέφεσι τὰ γνωρίσματα τὴν ἐν ὀγδόῃ περιτομήν, καὶ τὰς ἐπὶ τούτων θυσίας, ἀναθήματα τοῖς ἀκαθάρτοις δαίμοσι τὰ ἐκ τῶν ἡγιασμένων ἀπεφέροντο λαῶν. καὶ τοῦτο οἶμαι ἐστὶ τὸ διὰ φωνῆς προφήτου περὶ αὐτῶν εἰρημένον. ὅτι τέκνα ἀλλότρια ἐγεννήθησαν αὐτοῖς. συναφείᾳ τοιγαροῦν τῇ πρὸς τὸ χεῖρον καταφθειρομένου λοιπὸν τοῦ ἁγίου γένους. καὶ ὅσον ἥκειν εἰς ταυτότητα καὶ διαφορὰν γνώμης τε καὶ τρόπου. καὶ μιᾶς τε ἐθνῶν συνειλεγμένων εἰς ἓν τοῦ τε Ἰσραήλ, καὶ τῶν ἐθνῶν ὄλεθρον ἁπάντων τῶν ὄντων ἐπὶ τῆς γῆς ὁ τῶν ὅλων δημιουργὸς εἰκότως κατεψηφίζετο. ἡμερότητι δὲ τῇ ἐμφύτῳ νικώμενος. οὐκ ἰσοπαλῆ ταῖς ἁμαρτίαις αὐτῶν ἐποιεῖτο τὴν ὀργήν. ἵνα δὲ μὴ εἰς ἅπαν καταφθείρεται τὸ ἐπὶ γῆς γένος, ὡς ἐν πίστει δικαίωσιν, καὶ τὴν δι' ὕδατος ἄφεσιν προανέδειξε διὰ Νῶε. ταύτῃ τοι γέγονεν ἄνθρωπος, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συνανεστράφη ὁ μονογενής, κατὰ τὸ γεγραμμένον. ὁ ἀληθέστερος Νῶε. καὶ δὴ καὶ ὡς ἐν τύπῳ τῆς ἐν ἀρχαῖς ἐκείνης, καὶ διαβοήτου κιβωτοῦ. μονονουχὶ καὶ ἐπήξατο τὴν ἐκκλησίαν. εἰς ἣν οἱ εἰσπεπηδηκότες, τὸν ἐπηρτημένον τῷ κόσμῳ διαδιδράσκουσιν ὄλεθρον. οὕτω καὶ ὁ θεσπέσιος Παῦλος

λος τὸ ἐπὶ τῇ κιβωτῷ μυστήριον διερμηνεύει
„ λέγων. πίστει χρηματισθεὶς Νῶε, κατεσκεύα-
„ σε κιβωτὸν εἰς σωτηρίαν τοῦ οἴκου αὐτοῦ. εἰς ἣν
„ ὥσπερ καὶ Πέτρος φησὶ ὀλίγαι, τουτέστιν ὀκτὼ
„ ψυχαὶ, διεσώθησαν δι᾽ ὕδατος. ὃ καὶ ἀντίτυ-
„ πον ἡμᾶς νῦν σώζει βάπτισμα, οὐ σαρκὸς ἀπό-
„ θεσις ῥύπου· ἀλλὰ συνειδήσεως ἀγαθῆς ἐπερώ-
τημα εἰς θεόν. τίνα δὴ οὖν ἄρα τρόπον ἡ κιβωτὸς
„ διεπήγνυτο; Τριακοσίων πήχεων, φησὶ, ποιή-
„ σεις τὸ μῆκος τῆς κιβωτοῦ. καὶ εὖρος πεντή-
„ κοντα. ὕψος δὲ τριάκοντα. ἐπισυνάγων ποι-
„ ήσεις τὴν κιβωτὸν· καὶ εἰς πῆχυν συντελέσεις
„ αὐτὴν ἄνωθεν. ὅτι δὲ τὸ Χριστοῦ μυστήριον ὑπο-
σημαίνοιεν ἂν εἰ καὶ λίαν ἀμυδρῶς ἡ τοιάδε κα-
τασκευὴ, παντί τῳ σαφὲς ἂν γένοιτο καὶ μάλα
ῥᾳδίως· τοῦ θεσπεσίου Παύλου γράφοντος τοῖς ἐν
πίστει δεδικαιωμένοις, ὡς ἀδιάλειπτον περὶ αὐ-
„ τῶν ποιοῖτο τὴν προσευχήν· ἵνα ἐξισχύσωσι
„ καταλαβέσθαι σὺν πᾶσι τοῖς ἁγίοις. τί τὸ πλά-
„ τος καὶ μῆκος καὶ ὕψος, καὶ βάθος. γνῶ-
„ ναί τε τὴν ὑπερβάλλουσαν τῆς γνώσεως ἀγάπην
„ τοῦ Χριστοῦ. τίς οὖν ἄρα ἐστὶ τῶν τῆς κιβωτοῦ μέ-
τρων ὁ λόγος; τῆς ἁγίας καὶ ὁμοουσίου τριάδος,
ὀρθὴ καὶ ἀπεξεσμένη δήλωσις, καὶ τῆς μιᾶς θεό-
τητος τὸ ἀρτίως ἔχον καὶ τὸ εἰς πᾶν ὁτιοῦν παν-
τέλειον. τοῦτο γὰρ ἡμῖν ὡς ἔν γε δὴ τοῖς προκει-
μένοις ἀριθμοῖς ὑποδηλούμενον, κατίδοι τις
ἄν, ἐκεῖνο διενθυμούμενος· ὡς ἔστιν ἔθος τῇ
θεοπνεύστῳ γραφῇ. τοὺς τὴν ἀνόπιν ἔχοντας
ἀνακύκλησιν ἀριθμοὺς, τελειότητος ποιεῖσθαι
σύμβολον. οἷον δὲ δή τι φημί· ἀρχομένη γὰρ ἐκ
πρώτης ἡ ἑβδομὰς, ἐν σαββάτῳ διαπεραί-
νεται κατὰ τὴν ἑβδόμην. εἶτα πάλιν ἀριθμού-
μεν τὴν ἐφ᾽ ἑξῆς ἀπὸ πρώτης ἀρχόμενοι μέ-
χρι πάλιν ἑβδόμης. ὁμοίως εἰς ἀριθμὸν ἰόντες
τὸν δέκα, πάλιν ἐκ πρώτης τῆς ἐφ᾽ ἑξῆς δεκά-
δος ἀρχόμεθα. κατὰ τὸν ἴσον δὲ τοῦτον τρόπον
τε καὶ λόγον, συγκείσεται καὶ ὁ τέλειος ἐκ τε-
λείων ἀριθμὸς· τουτέστιν ὁ ἑκατὸν ἐκ δεκάδων
δέκα· καὶ ἀνακύκλησιν ἔχων καὶ ἀναδρομὴν τὴν
εἰς μονάδα πάλιν. ὅπερ οὖν ἔφην, τελειότητος
σύμβολον παρά γε τῇ θείᾳ γραφῇ πᾶς ἀριθ-
μὸς ἀνόπιν ὥσπερ ἰὼν μετὰ τὸ εἰς πέρας ἥκειν
τὸ αὐτῷ πρέποντι καὶ ὡρισμένον. ὅρα τοίνυν τῆς
ἁγίας τριάδος τὸ παντέλειον ὡς ἐν τρισὶ πή-
χεων ἑκατοντάσι. τοῦτο γὰρ μῆκος τῇ κιβωτῷ.
ὅτι δέ ἐστιν, ἵν᾽ οὕτως εἴπωμεν, τελειότης τελειο-
τήτων ἡ ὡς ἐν μονάδι θεότης, ὑπεμφήνειεν
ἂν τὸ εὖρος, εὖ μάλα ἐπὶ πήχεις ἰὸν πεντή-
κοντα· τουτέστιν ὡς ἐν ἑβδομάσιν ἑπτὰ προσε-
νηνεγμένης αὐταῖς καὶ μονάδος. διὰ τὸ μίαν
εἶναι θεότητος φύσιν καὶ αὐτὸ δὲ τὸ ὕψος, οὐχ᾽
ἑτέραν ἡμῖν ἢ ταύτην ὠδίνει τὴν ἔννοιαν. ἀπο-
περαίνεται μὲν γὰρ εἰς πήχεων δεκάδα τρίτην·
εἰς ἕνα δὲ δὴ τὸ ὑπερκείμενόν τε καὶ ἀνωτάτω
„ καταλήγει πάλιν. τριάκοντα γάρ, φησι, πήχεων
„ τὸ ὕψος αὐτῆς καὶ εἰς ἕνα πῆχυν συντελέσεις αὐ-
„ τήν. μεριζομένη γὰρ ὥσπερ εἰς τρεῖς ὑποστάσεων

lus mysterium de Arca explicat, dicens: *Fide Noë responso accepto aptauit arcã in salutẽ domus suæ.* (Hebr. 11. 7.) In qua, vt alibi Petrus etiam ait, *paucæ, hoc est, octo animæ saluatæ sunt per aquam:* (1. Pet. 3. 20. & 21.) cuius effigies baptismus etiam nunc nos saluat, *non carnis depositio sordium, sed conscientiæ bonæ interrogatio in Deum.* Quonam igitur modo arca exstructa est? *Trecentorum cubitorum,* (Gen. 6. 15.) inquit, *facies longitudinem arcæ; & latitudinem quinquaginta; altitudinem verò triginta. Colligens facies arcam, & in cubitum consummabis eam desuper.* Quòd verò eiusmodi arcæ fabricatio CHRISTI mysterium significet, facilè cuiuis manifestum fuerit, Paulo ita scribente ad eos, qui per fidem iustificati erant, pro quibus indesinenter se orare dicit, *vt possint comprehendere cum omnibus sanctis, quæ sit latitudo, & longitudo, & sublimitas & profundum: scire etiam præminentem scientiæ charitatem* CHRISTI. (Ephes. 3. 18.) Quænam igitur est mensurarum arcę ratio? (Arcæ longitudo, latitudo & profunditas quid significet.) Sanctæ & consubstantialis Trinitatis recta pulcherrimaque significatio, vniusque Deitatis, quæ integrè se habet, omnibusque modis perfectissima est. Hoc enim nobis in his propositis numeris significari apertè intelligat, qui considerauerit, sacræ Scripturæ familiare esse, eos numeros, qui in se reuoluuntur, perfectionis symbolum statuere. Exempli gratia: Septenarius numerus à primo incipiens, in Sabbato absoluitur ad septimum diem. (Septenarius numerus.) Deinde rursum reliquos computamus à primo incipientes, ad septimum vsque rursum. Similiter ad denarium numerum progressi, rursum sequentem decadem à primo incipimus, (Denarius.) atque eadem planè ratione etiam perfectus ex perfectis numerus constituetur: hoc est centum ex decem denarijs, rursum ad vnitatem reuolutionem habens. Quod igitur dixi, in sacris Litteris perfectionis symbolum est omnis numerus in caput quodammodo rediens, postquã ad conuenientem ipsi & præfinitum terminum peruenerit. Vide itaque Sanctę Trinitatis omnimodam perfectionem, veluti in tribus cubitorum centurijs significatam. Hæc enim est arcæ longitudo. Quòd verò sit, vt ita dicamus, perfectio perfectionum Deitas in vnitate, declarat latitudo, quinquaginta cubitis constans, hoc est veluti in septem septenarijs adiuncta ipsis etiã vnitate, ideo quòd vna sit Deitatis natura. Ipsa verò etiam altitudo, non alium nobis, quàm hunc sensum, gignit. Terminatur enim in tertiam cubitorum decadem. In vnum verò rursus summũ desinit. *Triginta enim,* inquit, *cubitorũ altitudo ipsius: & in vnum cubitum consummabis eam.* (Genes. 6. 15.) Siquidem sancta Trinitas in tres hypostases,

 nec

nec non propriarum personarum differentias dilatata, in vnam Deitatis naturam contrahitur. Gentes enim deorum pluralitate gaudent. Nos autem Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum in propriis reuera hypostasibus constituentes, vnitate naturæ ornare solemus: & substantiæ identitate tantùm non simul erecta, in vnum cubitum longam & latam, nec non altam arcam consummamus. Saluat itaque nos per fidem CHRISTVS, & veluti in arcam in Ecclesiam nos inducit, in qua constituti mortis metum euademus, securi ne cum mundo condemnemur. Adest enim nobis iustus Noë, hoc est CHRISTVS. Operæ pretium verò esse arbitror, accuratè inquirere, quinam vnà cum Noë arcam sint ingressi, & salutem per fidem & aquam sint consecuti. Scriptum igitur est, *quòd ingressus est Noë in arcam, & filij ipsius & vxor ipsius, & vxores filiorũ ipsius cum ipso.* Induxit autem cum his, ex omni genere animalium & volucrium septem quidem ex mundis, duo verò ex immũdis. Ita enim Deo præcipere visum fuit. Nomina autem filiorũ ipsius Sem, Cham, Iaphet. Interpretatur verò Sem planta & perfectus: Cham verò ardor: Iaphet autem latitudo. Saluati enim sumus in CHRISTO per fidem, qui ex imperfectione vitæ legalis in Euangelicæ vitæ perfectionẽ, veluti tenelli quidam stolones sumus transplantati. Idcirco etiam diuinus Dauid Iudæorum populũ, iustificationẽ per CHRISTVM non admittentem increpat dicens: *Dilexisti malum magis quàm bonum, iniquitatem magis quàm loqui æquitatem. Dilexisti omnia verba † præcipitationis, linguam dolosam.* Blasphemauerunt enim intemperanter in Filium. *Idcirco,* inquit, *Deus destruet te in finem: euellet te & emigrabit te de tabernaculo tuo, & radicem de terra viuentium.* De ijs verò qui iustificationem & vitam in CHRISTO amãt: *Plantati in domo Domini, in atrijs Dei nostri florebunt.* Quòd verò non absq; diuino igne, atque intellectuali & veluti ardore per spiritum, gratiam, quæ ab ipso in nos manauit, operatus sit Emanuel, confirmat diuinus Paulus, iubens eos, *qui in sanctificatione vocati sunt, feruentes spiritu videri.* quod nihilo minùs testatur Ioannes, dicens: *Ego quidem baptizo vos in aqua ad pœnitentiam. Qui autem post me venit, potentior me est, cuius non sum idoneus vt calceamenta portem. Ipse vos baptizabit Spiritu sancto & igni.* Refrixit enim charitas Iudæorum, eò quòd *multiplicata sint iniquitates eorum*, sicut scriptum est. Feruentes autem admodũ etiam ad hoc sumus nos. Idcirco dicimus: *Quis nos separabit à charitate* CHRISTI?

Genes. 7. 7. & 13.

Sem, Cham & Iaphet cum Noe arcam ingressi quid significent.

Psal. 51. 5.

† καταποντισμοῦ, Hieron. vertit, verba ad deuorandũ.

Psal. 91. 14.

2. Thes. 2. 13.

Rom. 12. 11.

Matt. 3. 11.

Psal. 15. 4.

Rom. 8. 35.

καὶ μὴν καὶ προσώπων ἰδικῶν διαφορὰς ἡ ἁγία τριὰς, εἰς μίαν θεότητος οἱονεὶ συστέλλεται φύσιν. ἕλληνες μὲν γὰρ τὴν εἰς πολύθεον πλάνησιν τιμῶσιν ὁδόν. ἡμεῖς δὲ πατέρα, καὶ μὴν καὶ υἱὸν καὶ ἅγιον πνεῦμα καταλογιζόμενοί τε καὶ τιθέντες ἀληθῶς ἐν ὑποστάσεσιν ἰδικαῖς, ἑνότητι φύσεως στεφανοῦν εἰθίσμεθα. καὶ τῇ τῆς οὐσίας ταυτότητι συνεγείροντες μονονουχὶ καὶ εἰς ἕνα πῆχυν τὴν μακρὰν καὶ εὐρεῖαν, καὶ μὴν τοι καὶ ὑψηλὴν, συντελοῦμεν κιβωτόν. ἀνασώζει τοιγαροῦν ἡμᾶς ἐν πίστει Χριστὸς, καὶ οἷά περ εἰς κιβωτὸν εἰσοικίζεται τὴν ἐκκλησίαν. ἐν ᾗ γεγονότες ὑπερνηξόμεθα μὲν τοῦ θανάτου τὸ δεῖμα, διαδιδράσκομεν δὲ τὸ συγκατακρίνεσθαι τῷ κόσμῳ. συνέστι γὰρ ἡμῖν ὁ δίκαιος Νῶε, τουτέστι Χριστός. ἄξιον δὲ οἶμαι πολυπραγμονῆσαι λεπτῶς τίνες ἂν νοοῖντο τυχὸν οἱ τῷ Νῶε συνεισελθόντες εἰς τὴν κιβωτὸν, καὶ τὴν διὰ πίστεώς τε καὶ ὕδατος σωτηρίαν ἀποκερδαίνοντες. γέγραπται τοίνυν, ὅτι εἰσῆλθε Νῶε εἰς τὴν κιβωτὸν, καὶ οἱ υἱοὶ αὐτοῦ, καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ, καὶ αἱ γυναῖκες τῶν υἱῶν αὐτοῦ μετ' αὐτοῦ. συνεισκεκόμικε δὲ τούτοις, καὶ ἀπὸ παντὸς ζώου καὶ τῶν πετεινῶν, ἑπτὰ μὲν τῶν καθαρῶν, ἀνὰ δύο δὲ αὐτῶν ἀκαθάρτων. ἐδόκει γὰρ ὧδε θεσμοθετεῖν τῷ θεῷ. ὀνόματα δὲ τοῖς υἱοῖς αὐτοῦ, Σὴμ, Χὰμ, Ἰάφεθ, διερμηνεύεται δὲ ὁ μὲν Σὴμ, φύτευμα καὶ τέλειος· † θερμασία δὲ ὁ Χὰμ, καὶ πλατυσμὸς ὁ Ἰάφεθ. σεσώσμεθα γὰρ ἐν Χριστῷ διὰ πίστεως οἱ ἐξ ἀτελοῦς ὥσπερ πολιτείας τῆς κατὰ νόμον εἰς τὴν τῆς εὐαγγελικῆς παιδεύσεως τελειότητα, καθάπερ τινὰ μόσχια πεφυτευμένοι λεπτά. τοιγάρτοι καὶ ὁ θεσπέσιος Δαβὶδ, τοῖς μὲν τῶν Ἰουδαίων λαοῖς τὴν ἐν Χριστῷ δικαίωσιν οὐ προσιεμένοις ἐπιτιμᾷ λέγων. ἠγάπησας κακίαν ὑπὲρ ἀγαθωσύνην· ἀδικίαν ὑπὲρ τὸ λαλῆσαι δικαιοσύνην· ἠγάπησας πάντα ῥήματα καταποντισμοῦ· γλῶσσαν δολίαν. δεδυσφημήκασι γὰρ ἀκαθέκτως εἰς τὸν υἱόν. διὰ τοῦτό φησι, ὁ θεὸς καθελεῖ σε εἰς τέλος· ἐκτίλαι σε καὶ μεταναστεῦσαι σε ἀπὸ σκηνώματός σου. καὶ τὸ ῥίζωμά σου ἐκ γῆς ζώντων. περὶ δὲ τῶν ἠγαπηκότων τὴν ἐν Χριστῷ δικαίωσιν καὶ ζωὴν, πεφυτευμένοι ἐν τῷ οἴκῳ κυρίου, ἐν ταῖς αὐλαῖς τοῦ θεοῦ ἡμῶν ἐξανθήσουσιν. ὅτι δὲ οὐ δίχα τοῦ θείου πυρὸς καὶ νοητοῦ, καὶ οἱονεὶ τῆς διὰ πνεύματος θερμασίας ἐνήργηκεν εἰς ἡμᾶς τὴν παρ' ἑαυτοῦ χάριν ὁ Ἐμμανουὴλ, πιστοῦται καὶ ὁ θεσπέσιος Παῦλος· τῷ πνεύματι ζέοντας ὁρᾶσθαι θέλων τοὺς ἐν ἁγιασμῷ κεκλημένους· οὐδὲν δὲ ἧττον ἡμᾶς ἐμπεδοῖ καὶ ὁ σοφὸς Ἰωάννης λέγων. ἐγὼ μὲν βαπτίζω ὑμᾶς ἐν ὕδατι εἰς μετάνοιαν· ὁ δὲ ὀπίσω μου ἐρχόμενος ἰσχυρότερός μου ἐστίν· οὗ οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς τὰ ὑποδήματα βαστάσαι. αὐτὸς ὑμᾶς βαπτίσει ἐν πνεύματι ἁγίῳ καὶ πυρί. ἀπέψυκται μὲν γὰρ ἡ τῶν Ἰουδαίων ἀγάπη διὰ τὸ πληθυνθῆναι τὴν ἀνομίαν παρ' αὐτοῖς, καθὰ γέγραπται. θερμοὶ δὲ δὴ λίαν καὶ πρός γε τοῦτο ἡμεῖς. τοιγάρτοι φαμὲν· τί ἡμᾶς χωρίσει ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ Χριστοῦ; θλί-

† θερμοσίαν, πλατυσμόν.

θλῖψις. ἢ στενοχωρία. ἢ λιμός. ἢ διωγμός.
ἢ γυμνότης. ἢ κίνδυνος. ἢ μάχαιρα. οὐκοῦν
τῶν ζεόντων τῷ πνεύματι τύπος ἂν γένοιτο
καὶ μάλα σαφὴς ὁ Χὰμ, ὃς νοεῖται θερμασία.
ἐπεὶ δὲ καὶ εἰς πλατυσμὸν καρδίας ἀπενηνέγ-
μεθα τὴν ἐν νόμῳ ζωῆς τὴν θλῖψιν ἐκβαίνον-
τες· ὑπεμφήνειεν ἂν ὁ τρίτος ἡμῖν Ἰάφεθ,
εἰς πλατυσμὸν μετονομαζόμενος. Ἰουδαίοις
μὲν γὰρ προσεφώνει θεὸς διὰ φωνῆς Ἡσαΐου.
„ ἀκούσατε λόγον κυρίου ἄνδρες τεθλιμμένοι,
„ καὶ ἄρχοντες τοῦ λαοῦ τοῦ ἐν Ἱερουσαλήμ. καὶ
„ πάλιν· μάθετε ἀκούειν στενοχωρούμενοι. ἐκβε-
βηκὼς δὲ ὁ Παῦλος τὴν ἐν νόμῳ στένωσιν προσ-
„ πεφώνηκέ τισι τῶν ἤδη πεπιστευκότων· τὸ στό-
„ μα ἡμῶν ἀνέῳγε πρὸς ὑμᾶς Κορίνθιοι. ἡ
„ καρδία ἡμῶν πεπλάτυνται· οὐ στενοχωρεῖσθε
„ ἐν ἡμῖν. στενοχωρεῖσθε δὲ ἐν τοῖς σπλάγχνοις
„ ὑμῶν. τὴν δὲ αὐτὴν ἀντιμισθίαν, ὡς τέκνοις
„ λέγω, πλατύνθητε καὶ ὑμεῖς. μὴ γίνεσθε ἑτε-
„ ροζυγοῦντες ἀπίστοις. ἠκολούθουν γὰρ ἔτι τοῖς
Ἰουδαίων ἐντάλμασι. καὶ ἀνοήτοις εἰκαιοβου-
λίαις. ψάλλει δέ που καὶ ὁ Δαβὶδ πρὸς τὸν
τῶν ὅλων σωτῆρα Χριστὸν, ὡς ἐκ προσώπου
„ τοῦ νέου λαοῦ καὶ ἐν Χριστῷ· ὁδὸν ἐντολῶν σου
„ ἔδραμον, ὅταν ἐπλάτυνας τὴν καρδίαν μου.
πεπλάτυνται γὰρ ἡμῶν ὁ νοῦς εἰς σοφίαν, ἐνηυ-
λισμένου τε καὶ ᾠκηκότος ἐν ταῖς ἁπάντων ψυ-
χαῖς διὰ πνεύματος τοῦ Ἐμμανουήλ. τοιοῦ-
δε μὲν οὖν οἱ ἐν Χριστῷ διὰ πίστεως. ὅτι δὲ
πλείστη μὲν ἡ τῶν ἐν πίστει δεδικαιωμένων
καθαρωτάτη πληθύς· μείων γε μὴν ἡ ἐξ Ἰου-
δαίων, ἀναμάθοι τις ἂν ἐντεῦθεν ἀμογητί.
ἑπτὰ μὲν γὰρ ἐν τῇ κιβωτῷ τὰ ἐκ τῶν καθα-
ρῶν εἰσκεκόμικε ζώων, ἀνὰ δύο δὲ αὐτὰ ἐκ
τῶν ἀκαθάρτων· τουτέστι τῶν κυριοκτόνων Ἰου-
„ δαίων. σέσωσται γὰρ τὸ κατάλειμμα, κατὰ
τὴν τοῦ προφήτου φωνήν. πλὴν ὅτι κατὰ
καιροὺς ἀπανίστασθαί τι καὶ ἀποφοιτᾶν τῆς πί-
στεως ἔμελλόν τινες τῶν ἐξ αἵματος Ἰσραήλ.
„ ὑποτυποῖ πάλιν. ἀπέστειλε γὰρ, φησὶν, ἐκ
„ τῆς κιβωτοῦ τὸν κόρακα ἰδεῖν εἰ κεκόπακε τὸ
„ ὕδωρ· ὁ δὲ οὐχ ὑπέστρεψεν. ἐναπεπνίγη δὲ οἶμαι
τοῖς ὕδασιν, ἔρεισμά τι καὶ στάσιν οὐχ εὑρη-
κώς. οὐκοῦν τὸ τῆς πίστεως ἀπολισθῆσαι τοῦ
Χριστοῦ καὶ ἀπονοσφίζεσθαι, πάντως πρόξε-
νον ἀπωλείας. οὕτω καὶ ὁ μακάριος Παῦ-
λος τοῖς μετὰ τὴν πίστιν ἐν νόμῳ τελειουμέ-
„ νοις, ἤγουν οἰηθεῖσιν ἔσεσθαι τελείοις, κατηρ-
„ γήθητε, φησὶν, ἀπὸ Χριστοῦ, οἵτινες ἐν νόμῳ
„ δικαιοῦσθε, τῆς χάριτος ἐξεπέσατε· ἡμεῖς
„ γὰρ πνεύματι ἐκ πίστεως ἐλπίδα δικαιοσύ-
„ νης ἀπεκδεχόμεθα. ἄθρει δὲ ὅπως ἐκ τῶν
ἀκαθάρτων πτηνῶν ὁ κόραξ ἀποστάτης. ἦσαν
γὰρ ἐξ Ἰουδαίων οἱ μετὰ τὴν ἐν Χριστῷ δικαίω-
σιν ἀνόπιν ἰόντες ἐπὶ τὰς τοῦ νόμου σκιάς. καὶ
περὶ αὐτῶν οἶμαί που, καὶ ὁ σοφὸς Ἰωάννης γρά-
„ φει· ἐξ ἡμῶν ἐξῆλθον, ἀλλ' οὐκ ἦσαν ἐξ ἡμῶν· εἰ
„ γὰρ ἦσαν ἐξ ἡμῶν, μεμενήκεισαν ἂν μεθ' ἡμῶν.

tribulatio? an angustia? an fames? an nuditas? an periculum? an persecutio? an gladius? Typus igitur eorum qui feruent spiritu, & quidem manifestus admodum, fuerit Cham, qui interpretatur, feruor.

Cham typus eorum qui feruent fide.

Quòd verò etiam in laxitatem siue latitudinem cordis deducti sumus, afflictionem vitæ legalis egressi, tertius nobis Iaphet apertè significat, qui latitudinis cognomen accepit. Iudeos etenim allocutus est Deus per vocem prophetæ Isaiæ: *Audite sermonem Domini viri afflicti, & principes populi in Ierusalem.* Et rursum: *Discite audire angustiati.*

Isaia 28.14.
Isaia 66.5.

Paulus autem cùm has legis angustias euasisset, quibusdam eorum, qui iam fidem amplexi erant, ita ait: *Os nostrum patet ad vos ô Corinthij, cor nostrum dilatatum est. Non angustiamini in nobis: angustiamini autem in visceribus vestris. Eandem autem habentes remunerationem, (tanquam filijs dico) dilatamini & vos. Nolite iugum ducere cum infidelibus.*

2.Cor. 6.11.

Acquiescebāt enim adhuc Iudæorum præceptis, & infrugiferis vaniloquijs. Dauid autem alibi ita ad vniuersorum Saluatorem CHRISTVM canit, veluti ex persona noui ac Christiani populi: *Viam mandatorum tuorum cucurri, quando dilatasti cor meum.*

Psal.118.32.

Amplificata enim ac dilatata est mens nostra ad sapiētiam inhabitante in omnium animis per spiritum, Emanuele. Eiuscemodi igitur sunt ij qui in CHRISTO sunt per fidem. Quòd autē frequens admodum sit purissima eorum, qui per fidem iustificati sunt, multitudo: minor verò Iudæorum, facilè quis hinc intelligat. Septem enim in arcam ex mundis immissa sunt, duo autem ex immundis hoc est, Dñi interfectoribus Iudæis. *Salua enim facta sunt reliquiæ*, iuxta Prophetæ vocem.

Septena ex mundis in arcam immissa: bina ex immundis quid significent.
Rom. 9.27.
Isaia 10.22.

Præterea quòd temporis progressu à fide discessuri defecturique essent nonnulli ex sanguine Israël, rursum figuratè significauit. *Emisit enim*, inquit, *ex arca coruum, ad videndum si cessasset aqua, ille verò non est reuersus.* Submersus autem est, vt arbitror, aquis, vbi subsisteret non inueniens. Quocirca à fide Christi descifcere atq; alienari omnis interitus est causa.

Gen.8.6.
Coruus arca egressus, neque rediens quid significet.

Ita etiam B. Paulus ijs qui post fidem acceptam in lege perfecti erant, aut alioqui existimāt se fore perfectos: *Euacuati estis*, inquit, *à* CHRISTO, *qui in lege iustificamini, à gratia excidistis. Nos enim spiritu ex fide spem iustitiæ exspectamus.*

Galat. 5.4.
2 Cor. 3.14.

Animaduerte autē quo pacto ex immundis volucribus coruus defector fuerit. Erant enim nonnulli ex Iudæis, qui post iustificationē per CHRISTVM acceptam ad legis vmbras redibāt. Ac de ijs quidem, vt arbitror, sapiens Ioannes scribit: *A nobis egressi sunt, sed non erant ex nobis. Nam si fuissent ex nobis, permansissent vtique nobiscum.*

Coruus typus Iudæorum.
1.Ioan.2.19.

Dicen-

1. Tim. 4. 1.

Dicente autem etiam spiritu manifestè, quòd *in vltimis temporibus deficient quidam à fide, attendentes spiritibus erroris*; vide etiam huius rei manifestum typum per Noë factũ. Emisit enim primam ac secundam columbam speculaturas quodammodo an subsedisset diluuium. Hæ verò reuersæ sunt, veluti in caueam in arcã, habente vna ramum in ore suo, sicut scriptũ est, oliuę nimirũ. Emittuntur enim Sancti à CHRISTO speculaturi mundum, quique in eo sunt. Redeunt autem veluti loquentes pacem. Hoc enim arbitror obliquè significare ramũ oliuæ in ore columbæ. Oliua enim semper est symbolũ pacis. Pij quidem igitur sunt, qui per fidem purgati, & veluti in mansuetudine vitæ Euangelicæ à Deo delecti sunt. Cæterũ quòd ex ipsis etiam nonnulli in vltimis temporibus, vt modò dixi, sint defecturi, typus iste declarat. Tertia enim atque vltima mittitur columba, neque illi curæ fuit reditus. remansit enim. *Quiescente autem diluuio, subsedit arca super montes Ararad*, quos interpretaberis Testimoniũ descensus. Excelsi enim ac veluti in montibus constituti sunt, ob Euangelicæ vitæ sublimitatẽ, qui in CHRISTO per fidem, supernum, quodque ex cælo descendit Dei Verbum, vbiuis terrarũ prædicant: quibus ipse etiam Deus inclamat, per vocem Prophetæ: *Sitis mihi testes, & ego testis, dicit Dominus Deus, & puer quem elegi.* Sublimior itaque est terrenis rebus eorum qui in CHRISTO sunt gloria. Quòd autem summus etiam pontifex nobis factus sit Emanuel, per quem & accessum nacti sumus ad Patrem ac Deum, innouatique & pristino statui restituti, abolita maledictione, quę à primo parente in nos propagata erat, ex ijs, quæ deinceps scripta sunt, animaduerte. *Postquam enim*, inquit, *siccata est terra, egressus est Noë arcam, & omnes qui cum ipso erant, & erexit*, inquit, *altare Deo: & accepit ex omnibus animalibus mundis, obtulitq; holocausta super altare. Et odoratus est*, inquit, *Dominus odorem suauitatis, & dixit Dominus Deus, recogitans, Non addã ampliùs maledicere terræ propter opera hominum.* Et paulò pòst: *Et benedixit Dominus Deus Noë, & filijs eius, & dixit eis, Crescite & multiplicamini, & implete terram, & dominamini eius. Et tremor vester & timor vester erit super omnes bestias terræ, & super omnes aues cæli, & omnes pisces maris sub manibus vobis dedi.* Quando itaque factus est noster Pontifex CHRISTVS, & oblati sumus per ipsum spiritualiter in odorem suauitatis, Deo ac Patri, tunc etiam benignitatis eius affatim sumus participes effecti, firmamquè promissionem nacti, mortem non

Gen. 8. 8.

Columba emissa ex arca typus sanctorum.

Ramus oliuæ in ore columbæ quid significet.

Arca in monte Ararad subsistens quid significet.

Isaia 43. 10. & 12.

Gen. 8. 18.

Genes. 9. 1.

λέγοντος δὲ καὶ τοῦ πνεύματος ἐναργῶς, ὅτι ἐν ὑστέροις καιροῖς ἀποστήσονταί τινες τῆς πίστεως προσέχοντες πνεύμασι † πλάνοις. ὅρα καὶ τοῦδε σαφῆ τύπον διὰ Νῶε γεγενημένον. ἀπέστελλε μὲν γὰρ πρώτην τε καὶ δευτέραν περιστερὰν κατασκεψομένας, ὥσπερ εἰ ἐν ὑφιζήσει γέγονεν ὁ κατακλυσμός. αἱ δὲ ὑπενόστουν ὡς εἰς καλιὰν εἰς τὴν κιβωτὸν, καί τι κάρφος ἐχούσης μιᾶς ἐν τῷ στόματι αὐτῆς, καθὰ γέγραπται. θαλὸς δὲ τοῦτο ἐλαίας ἦν. ἀποστέλλονται μὲν γὰρ οἱ ἅγιοι παρὰ Χριστοῦ κατασκεψόμενοί τε τὸν κόσμον, καὶ τοὺς ἐν αὐτῷ. ὑποστρέφουσι δὲ ὥσπερ λαλοῦντες εἰρήνην. τοῦτο γὰρ οἶμαι πλαγίως ὑποδηλοῦν τὸ ἐν στόματι κεῖσθαι τῆς περιστερᾶς τὸν τῆς ἐλαίας θαλόν. σύμβολον γὰρ εἰρήνης ἀεί πως ἐστὶ τὸ φυτόν. φιλόθεοι μὲν οὖν οἱ ἐν πίστει κεκαθαρμένοι, καὶ ὡς ἐν πραότητι πολιτείας εὐαγγελικῆς, ἀπόλεκτοι τῷ θεῷ. πλὴν, ὅτι καὶ ἐξ αὐτῶν ἀποστήσονταί τινες ἐν ἐσχάτοις καιροῖς, καθάπερ ἔφην ἀρτίως, ἐμφήνειεν ἂν ὁ τύπος. τρίτη γὰρ καὶ τελευταία πέμπεται περιστερὰ, καὶ οὐκ ἐμέλετο τῆς ὑποστροφῆς. ἀπομεμένηκε γάρ. ὑπολωφήσαντος δὲ τοῦ κατακλυσμοῦ, κεκάθικεν ἡ κιβωτὸς ἐπὶ τὰ ὄρη Ἀραράτ, ἃ διερμηνεύεται μαρτυρία καταβάσεως. ὑψηλοὶ γὰρ ὥσπερ καὶ οἱονεί πως ἐν ὄρεσι διὰ τὸ τῆς εὐαγγελικῆς πολιτείας ὑπερανεστηκὸς, οἱ ἐν Χριστῷ διὰ πίστεως, τὸν ἄνωθεν καὶ ἐξ οὐρανοῦ καταβεβηκότα θεὸν λόγον, τοῖς ἁπανταχῆ κηρύττοντες. οἷς καὶ αὐτὸς ἐπιφωνεῖ θεὸς διὰ προφήτου φωνῆς· γένεσθέ μοι μάρτυρες, κἀγὼ μάρτυς, λέγει κύριος ὁ θεὸς καὶ ὁ παῖς ὃν ἐξελεξάμην. ἀνωτέρω δὴ οὖν τῆς ἐν κόσμῳ χθαμαλότητος τῶν ἐν Χριστῷ τὰ αὐχήματα. γέγονε δὲ ὅτι καὶ ἀρχιερεὺς ἐφ' ἡμᾶς ὁ Ἐμμανουὴλ, δι' οὗ καὶ τὴν προσαγωγὴν ἐσχήκαμεν πρὸς τὸν πατέρα καὶ θεὸν, καὶ ἀνεκαινίσθημεν πρὸς τὸ ἐν ἀρχαῖς, λελυμένης τῆς ἀρᾶς, τῆς ἐπὶ τῷ πρωτοπλάστῳ φημί. ὅρα δὴ τοῖς ἐφεξῆς γεγραμμένοις ἐμβαλεῖν. ἐπειδὴ γὰρ ἐξηράνθη, φησὶν, ἡ γῆ, ἐξῆλθεν ὁ Νῶε τῆς κιβωτοῦ, καὶ πάντες οἱ σὺν αὐτῷ. καὶ ᾠκοδόμησε, φησὶ, θυσιαστήριον τῷ θεῷ, καὶ ἔλαβεν ἀπὸ πάντων τῶν κτηνῶν τῶν καθαρῶν, καὶ ἀπὸ πάντων τῶν πετεινῶν τῶν καθαρῶν καὶ ἀνήνεγκεν ὁλοκαρπώσεις ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον. καὶ ὠσφράνθη ὁ θεὸς ὀσμὴν εὐωδίας, καὶ εἶπε κύριος ὁ θεὸς διανοηθείς. οὐ προσθήσω ἔτι καταράσασθαι τὴν γῆν, διὰ τὰ ἔργα τῶν ἀνθρώπων. καὶ μεθ' ἕτερα πάλιν. καὶ εὐλόγησε κύριος ὁ θεὸς τὸν Νῶε, καὶ τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ, καὶ εἶπεν αὐτοῖς· αὐξάνεσθε καὶ πληθύνεσθε, καὶ πληρώσατε τὴν γῆν, καὶ κατακυριεύσατε αὐτῆς καὶ ὁ φόβος ὑμῶν, καὶ ὁ τρόμος ἔσται ἐπὶ πᾶσι τοῖς θηρίοις, καὶ ἐπὶ πᾶσι τοῖς κτήνεσι τῆς γῆς, καὶ ἐπὶ πάντα τὰ ὄρνεα τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ἐπὶ πάντα τὰ κινούμενα ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ † ἐπὶ πάντας τοὺς ἰχθύας τῆς θαλάσσης ὑπὸ χεῖρας ὑμῖν δέδωκα. οὐκοῦν ὅτι γέγονεν ἡμῶν ἀρχιερεὺς ὁ Χριστὸς, καὶ προσεκομίσθημεν δι' αὐτοῦ, νοητῶς εἰς ὀσμὴν εὐωδίας τῷ θεῷ καὶ πατρὶ, τότε καὶ εὐμενείας τῆς παρ' αὐτοῦ πλουσίως ἠξιώμεθα, καὶ βεβαίαν ἐσχήκαμεν τὴν ὑπόσχεσιν, τοῦ μη-

κέτι

† ἀπ. πλάνης.

† ἐν.

κέτι καθ' ἡμῶν ἰσχύσειν τὸν θάνατον. λέλυται καὶ τὰ ἐξ ὀργῆς. οἴχοιται δέ ποι καὶ τὰ ἐκ τῆς ἀρχαίας ἀρᾶς ἐκείνης. ηὐλογήμεθα γὰρ ἐν Χριστῷ· δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ τῷ θεῷ καὶ πατρὶ ἡ δόξα, σὺν τῷ ἁγίῳ πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

Περὶ τῆς γυμνώσεως τοῦ Νῶε καὶ τοῦ Χάμ.

Συμπεπερασμένων ἁπάντων τῶν ἐπὶ τῇ κιβωτῷ, καὶ παρῳχηκότος μὲν τοῦ κατακλυσμοῦ· γηπονοῦντος δὲ ἤδη τοῦ Νῶε, τίνα δὴ ἄρα τὰ ἐν αὐτῷ πεπραγμένα παρὰ τοῦ Χάμ· πολυπραγμονήσει πάλιν ἡμῖν ὁ λόγος. ἀναπείσει γὰρ δὴ τοὺς οἵπερ ἂν ἕλοιντο διαβιοῦν ἐννόμως, τῆς εἰς τοὺς πατέρας αἰδοῦς οὐδέν τι παράπαν ἡγεῖσθαι τὸ ἰσοστάσιον, καὶ παραιτεῖσθαι σαφῶς ὥς τι τῶν σφαλερωτάτων τὸ κατά τινα γοῦν ὅλως ἐπιμώμησιν αὐτοῖς. κἂν εἰ τοῦ πρέποντος ἔξω φέροιντο βραχὺ τῆς τῆς φύσεως ἀσθενείαις ὑπενηνεγμένοι. ὅτι γὰρ σεπτὸν ἀεί πως ἐστὶ τῶν γονέων τὸ χρῆμα, καὶ αὐτὸς ὁ θεῖος ἡμᾶς ἐκπαιδεύει νόμος. προεπιτάξας γὰρ δεῖν ἐξ ὅλης ψυχῆς καὶ καρ„δίας, τὸν ἕνα τε καὶ φύσει θεὸν ἀγαπᾶν, τίμα, φησὶ, „τὸν πατέρα σου καὶ τὴν μητέρα σου. ἵνα εὖ σοι γένηται, καὶ „ἔσῃ μακρόβιος ἐπὶ τῆς γῆς. ἐν εἰκόνι γὰρ ὥσπερ καὶ ἐν μιμήσει θεοῦ καταλογισθεῖεν ἂν, οἱ γεγεννηκό„τες. μνήσθητι γάρ, φησι, ὅτι δι' αὐτῶν ἐγεννήθης. „ταύτῃ τοι πάλιν, φησὶ, ὀφθαλμὸν καταγελῶν„τα πατρὸς, καὶ ἀτιμάζοντα γῆρας μητρὸς, ἐκκό„ψειαν αὐτὸν κόρακες ἐκ τῶν φαράγγων. ὅτι τοίνυν καὶ ἐν ἀρᾷ καὶ δίκῃ τὸ μηδεὶν οἴεσθαι τιμᾶν πατέρας, καὶ μὴν καὶ αἰδοῦς ἁπάσης ἀξιοῦν, καὶ διά γε „τοῦ Χὰμ ἀναμάθοι τις ἂν καὶ λίαν εὐκόλως. ἦσαν „γάρ, φησι, οἱ υἱοὶ Νῶε οἱ ἐξελθόντες ἐκ τῆς κιβω„τοῦ, Σὴμ, Χὰμ, Ἰάφεθ. Χὰμ δὲ ἦν πατὴρ Χανα„άν. τρεῖς οὗτοι εἰσὶν οἱ υἱοὶ Νῶε. ἀπὸ τούτων δι„εσπάρησαν ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν. καὶ ἤρξατο Νῶε ἄν„θρωπος γεωργὸς γῆς, καὶ ἐφύτευσεν ἀμπελῶνα, „καὶ ἔπιεν ἐκ τοῦ οἴνου, καὶ ἐμεθύσθη, καὶ ἐγυμνώθη ἐν τῷ „οἴκῳ αὐτοῦ· καὶ εἶδε Χὰμ ὁ πατὴρ Χαναὰν τὴν γύμ„νωσιν τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, καὶ ἐξελθὼν ἀπήγγειλε τοῖς „ἀδελφοῖς αὐτοῦ ἔξω. καὶ λαβόντες Σὴμ καὶ Ἰάφεθ „τὸ ἱμάτιον, ἐπέθεντο ἐπὶ τὰ δύο νῶτα αὐτῶν, καὶ „ἐπορεύθησαν ὀπισθοφανῶς, καὶ συνεκάλυψαν τὴν „γύμνωσιν τοῦ πατρὸς αὐτῶν, καὶ τὸ πρόσωπον αὐ„τῶν ὀπισθοφανὲς, καὶ τὴν γύμνωσιν τοῦ πατρὸς οὐκ „εἶδον. ἐξένηψε δὲ Νῶε ἀπὸ τοῦ οἴνου, καὶ ἔγνω ὅσα „ἐποίησεν αὐτῷ ὁ υἱὸς αὐτοῦ ὁ νεώτερος, καὶ εἶπεν. ἐπι„κατάρατος Χαναάν, παῖς οἰκέτης ἔσται τοῖς ἀδελ„φοῖς αὐτοῦ, καὶ εἶπεν. εὐλογητὸς κύριος ὁ θεὸς Σὴμ, „καὶ ἔσται Χαναὰν παῖς αὐτοῦ. πλατύναι ὁ θεὸς τῷ „Ἰάφεθ, καὶ κατοικησάτω ἐν τοῖς σκηνώμασι Σὴμ, „καὶ γενηθήτω Χαναὰν παῖς αὐτοῦ. Νῶε μὲν γὰρ ἀμπελῶνα πεφυτευκὼς, τῶν οἰκείων ἐνεφορεῖτο πόνων, καὶ κάτοινος μὲν ἀσυνήθως ἦν. ἀδίκητον δὲ φιλοινίας ἔγκλημα. τὸν αἰεὶ θέλητον † ὑπομείνας γύμνωσιν, οἴκοι καὶ ἄπτ... ἦν τοῖς πολλοῖς. εἶδέ τις φρένας οὐκ ἀσφαλής. φημὶ δὴ τὸν Χὰμ, τῆς θέας πάπρεπῆς

†In. ἄν. – † Forte ὑπέμεινε. – † in.

amplius in nos imperium habituram. Abolita etiam sunt ea, quæ ipsius iram comitantur, & veteris illius maledictionis effectus sublati. Benedicti enim sumus in CHRISTO, per quem & in quo Deo ac Patri gloria cum sancto Spiritu in sæcula sæculorum, Amen.

De nudatione Noë & Cham.

PEractis omnibus quæ ad arcam pertinent, cumque iam cessasset diluuium, & Noë agriculturam exerceret, quænam ipsi à Cham acciderint iterum inquiramus. Facilè enim ex ijs intellexerint, qui legitimè vitam instituere velint, nihil omnino antiquius, aut prius habendum quàm parentes revereri, fugiendumque tanquam noxium inprimis eos quacumque ratione irridere, etiamsi nonnunquam, ab eo quod par est, præ naturæ suæ imbecillitate deflectant. Quòd enim veneratio summa parentibus debeatur, ipsa etiam diuina lex nos docet. Cùm enim priùs præcepisset vnum ac natura Deum ex tota anima & corde amandum esse: *Honora*, inquit, *patrem tuum & matrem tuam, vt bene sit tibi, & sis longæuus super terram*. Parentes enim Deum imitantur, eiusque imaginem præ se ferunt. *Memento*, inquit, *quòd per ipsos natus sis*. Idcirco rursum ait: *Oculum qui deridet patrem, & qui inhonorat senectutem matris, eruant eum corui † de conuallibus*. Quòd itaque maledictio & supplicium debeatur ijs, qui honorem ac reuerentiam parentibus derogant, per Cham etiam facilè quis intelligat. *Erant enim*, inquit, *filij Noë, qui egressi sunt ex arca Sem, Cham, Iaphet. Cham autem erat pater Chanaan. Tres hi sunt filij Noë. Ab his disseminati sunt super vniuersam terram. Et cœpit Noë homo agricola terræ, & plantauit vineam, & bibit de vino, & inebriatus est, & nudatus est in domo sua, & vidit Cham pater Chanaan nuditatē patris sui, & egressus nunciauit duobus fratribus suis: & accipientes Sem & Iaphet pallium imposuerūt super duo dorsa eorum, & incesserunt retrorsum, & operuerunt nuditatē patris sui: faciesq; eorum auersæ erant, & patris virilia non viderunt. Euigilauit autem Noë à vino, & cognouit quæcumq; fecit ei filius iunior; & ait: Maledictus Chanaan, seruus domesticus erit fratribus suis. & ait: Benedictus Dominus Deus Sem, & erit Chanaan seruus eius. Dilatet Deus Iaphet, & habitet in tētoriis Sem, & erit Chanaan seruus eius.* Noë enim cùm vineam plantasset, suis laboribus vacabat, atq; ebrius præter morē effectus est. Atqui inopinata ebrietate correptus est, inscius atque imprudens detectus est, domi & à multis non visus. Hic verò parū sanæ mentis, Cham inquam, ex spectaculi

Parentibus summa reuerentia debetur. – Exod. 20.12 – Eccli. 7.30. – Prou. 30.17. – † Vulg. de torrentibus. – Gen. 9.18.

deformitate risus occasionẽ captauit, neque solùm non obtexit, atq; opem tulit patri suo, quem vinum vicerat atq; prostrauerat; sed omissa hac cura, & honore qui parenti debetur neglecto, alios etiam ad spectandum inuitat, & senem tanquam in scena fratribus irridendum exponit. Illi verò nefario illius consilio non auscultarunt, ac potiùs euentum rei redarguentes, & spectaculi deformitatẽ vestibus occultantes, retrorsum incedebant. Visum enim ipsis est piè agere, & femora patris, per quæ orti erant, reuereri. Postquam verò expergefactus est, conscius fuit rei pater, & maledicit statim ei, qui debitæ ipsi reuerentiæ leges temerè violarat: & seruitutis iugum ipsi meritò imponit: Chanaan vocans propter eos, qui ex ipso orituri erant Chananæos, qui supplicij ipsius participes futuri erant. In vniuersam enim progeniem pœna propagata est. Benedixit autẽ eis qui ipsum honorarant. Significauit autem hoc ipsum arcanum quoddam de Iudæis mysteriũ. Tres enim omnes populi fuerunt. Nimirũ qui in primo tempore quemadmodum & Sem, medij verò qui per maledictum Cham intelliguntur, tertij autem ac postremi per vltimum Iaphet, qui interpretatur *dilatatio*. Postquã verò nobis reuelauit Deus ac Pater proprium filium, qui per femur significatur, & quantum attinet ad spiritualem deitatis pulchritudinem, deformem atque inuenustum propter humanitatem. (Neque enim *habuit formam, neque pulchritudinem*, iuxta Prophetę vocem) tunc demum quemadmodum ipse rerum exitus testabitur, primus quidem ac postremus populus, hoc est, qui initio ac primi crediderunt; nec non qui vocatus est in vltimis, reueriti sunt Emmanuelem. Benedixit autem eis Deus ac pater. Qui verò inter duos hosce medius fuit, irridens CHRISTUM ob humanitatis deformitatem, & Dei filium multis modis ignominia afficiens, seruitutem subijt, & auita libertate excidit. Quòd verò futuri sint qui in vltimis temporibus ex Iudæis credent primorum illorum participes ac socij, veluti in vnam ciuitatem siue habitationem ac domum collecti, hoc est Ecclesiam, declarauit dicens: *Dilatet Deus Iaphet*, hoc est, tertio atque vltimo (tertius enim Iaphet) *& habitet in domibus Sem*, hoc est in primi, *& fiat Chanaan seruus illorum.* Hoc arbitror est, quòd CHRISTUS ad populos Iudæorum ait: *Amen, amen dico vobis, quòd omnis qui facit peccatum seruus est peccati. Seruus autem non manet in domo in æternùm, filius manet in æternum.* Si ergo vos filius liberauerit, verè liberi eritis. Irridentes enim mi-

Sem & Iaphet & Cham typus sunt trium populorum.

Isaia 53.2.

Gen. 9.27.

Ioann. 8.35.

quòd omnia quæ voluerit faciet, dixit. Omnium verò nostrûm Saluator ad Iudæorum populos ipsum nihil pendentes, ita alibi ait: Ioan 3.15. *Vos secundùm carnem iudicatis.* Et rursum: Ioan. 5. 30. *Et si iudico ego, iudicium meum iustum est; quia non quæro voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me, patris.* Ac Cyro quidem dixit Deus: *Vocaui te nomine meo.* Dominus autem reuera est Emmanuel, tametsi apparuit homo. Quòd verò in typum gloriæ CHRISTI, ea quæ de Cyro dicuntur, posita sint, ex ijs quæ deinceps à Propheta narrantur, Isaia 45. 12. manifestum fiet. *Ego feci terram & hominem super eam. Ego manu mea firmaui cælum, ego omnibus stellis mandaui.* Ita Cyrill. *Ego suscitaui eum cum iustitia, & omnes viæ eius rectæ. Ipse ædificabit ciuitatem meam, & captiuitatem populi mei conuertet, non cum pretio, neque cum muneribus, dixit Dominus Sabaoth.* Isaia 45.14. *Hæc dicit Dominus Deus Sabaoth: Laborauit Aegyptus, negotiatio Aethiopum, & Sabain viri excelsi ad te transibunt, & tibi erunt serui: & post te sequentur vincti manicis, & adorabunt te, & deprecabuntur, quia in te Deus est, & non est Deus præter te. Tu enim es Deus, & nesciuimus, Deus Israël Saluator. Confundentur & auertentur omnes aduersantes ei, & ambulabunt in confusione.* Qui enim creauit terram, & hominem super eum, quique cælum stellis ornauit, excitauit nobis iustitiam IESVM, redimentem gratis, (Rom. 5. 1. *Iustificati enim sumus per fidem*) liberantem à vinculis & captiuitate, ædificantem spiritualiter intellectualem Ierusalem, & fundantem Ecclesiam, Matt. 16.18. quę ab ipsis inferni portis commoueri non possit, nec ab inimicis vinci. Hunc secundùm naturam Deum existentem cognoscentes, ij qui olim errauerant, Isaia 45.15. dicunt: *Tu enim es Deus noster, & nesciuimus, & non est Deus præter te.* Hunc adorabũt, huic se flectet *omne genu, omnisq́; lingua confitebitur,* Philip. 2. 11. *quòd Dominus* IESVS CHRISTVS *in gloria est Dei Patris.* Huic quidam ex Israëlitis obsistere sunt conati; confusi verò sunt, & conciderunt, & retrorsum ierunt, iuxta pro- Isaie 42.17. Ierem. 15.7. phetæ vocem. Cyrus itaque Cambysis filius, fundauit templũ Dei in Hierosolymis in typum CHRISTI. Quòd verò ipse Emmanuel rem hanc spiritualiter esset perfecturus, per aliam statim figuram intelliges. Postquam enim Cyrus Israëlem à Babylonica seruitute liberauit, duces statim ac veluti principes populi designati sunt, Zorobabel filius Salathiel, ex tribu Iuda, & Iesus filius Iosedec sacerdos magnus: quibus cùm Hierosolymã peruenissent, per vocem Aggæi Prophetæ Deus domus suæ extruendæ curam Agg. 1. 1. iniungit. Ita enim scriptum est: *In anno secundo Darij regis, in mense sexto, in die vna*

ὅτι πάντα τὰ θελήματά μου ποιήσει, φησί. προσπεφώνηκε δέ που καὶ τοῖς Ἰουδαίων λαοῖς ἐξουθενοῦσιν αὐτὸν ὁ πάντων ἡμῶν Σωτήρ. ὑμεῖς κατὰ τὴν σάρκα κρίνετε. καὶ ἑτέρωθί που. καὶ ἐὰν κρίνω ἐγώ, ἡ κρίσις ἡ ἐμὴ ἀληθινή ἐστιν. ὅτι οὐ ζητῶ τὸ θέλημα τὸ ἐμὸν, ἀλλὰ τὸ θέλημα τοῦ πέμψαντός με πατρός. καὶ Κύρῳ μὲν ἔφη θεός· ἐκάλεσά σε τῷ ὀνόματί μου. κύριος δὲ ἀληθῶς ὁ Ἐμμανουὴλ, εἰ καὶ πέφηνεν ἄνθρωπος. ὅτι δὲ εἰς τύπον Χριστοῦ τῆς δόξης τὰ ἐπὶ Κύρῳ τέθειται, πληροφορήσει σαφῶς τὰ ἑξῆς εἰρημένα διὰ τῆς τοῦ προφήτου φωνῆς. ἐγὼ ἐποίησα γῆν καὶ ἄνθρωπον ἐπ᾽ αὐτῆς. ἐγὼ τῇ χειρί μου ἐστερέωσα τὸν οὐρανὸν, καὶ πᾶσι τοῖς ἄστροις ἐνετειλάμην. ἐγὼ ἤγειρα αὐτὸν κατὰ δικαιοσύνην. καὶ πᾶσαι αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ εὐθεῖαι. οὗτος οἰκοδομήσει τὴν πόλιν μου, καὶ τὴν αἰχμαλωσίαν τοῦ λαοῦ μου ἐπιστρέψει, οὐ μετὰ λύτρων, οὐδὲ μετὰ δώρων, εἶπε κύριος Σαβαώθ. οὕτως λέγει κύριος, ἐκοπίασεν Αἴγυπτος, καὶ ἐμπορίαι Αἰθιόπων, καὶ οἱ Σαβαεὶμ ἄνδρες ὑψηλοὶ ἐπὶ σὲ διαβήσονται, καὶ σοὶ ἔσονται δοῦλοι. καὶ ὀπίσω σου ἀκολουθήσουσι δεδεμένοι ἐν χειροπέδαις, καὶ προσκυνήσουσί σοι. καὶ ἐν σοὶ προσεύξονται, ὅτι ἐν σοὶ ὁ θεός ἐστι, καὶ οὐκ ἔστι θεὸς πλὴν σοῦ. σὺ γὰρ εἶ θεὸς, καὶ οὐκ ᾔδειμεν. ὁ θεὸς τοῦ Ἰσραὴλ σωτήρ. αἰσχυνθήσονται καὶ ἐντραπήσονται πάντες οἱ ἀντικείμενοι αὐτῷ· καὶ πορεύσονται ἐν αἰσχύνῃ. ὁ γὰρ ποιήσας τὴν γῆν, καὶ ἄνθρωπον ἐπ᾽ αὐτῆς, ὁ διακοσμήσας τοῖς ἄστροις τὸν οὐρανὸν, ἤγειρεν ἡμῖν δικαιοσύνην τὸν Ἰησοῦν ἐκλυτρούμενον δωρεάν. δεδικαιώμεθα γὰρ ἐν πίστει. δεσμῶν ἀνιέντα καὶ αἰχμαλωσίας, οἰκοδομοῦντα πνευματικῶς τὴν νοητὴν Ἱερουσαλὴμ, καὶ θεμελιοῦντα τὴν ἐκκλησίαν, ὡς καὶ αὐταῖς ἀκαταστάτους εἶναι τὰς ᾅδου πύλας, καὶ ἀνάλωτον ἐχθροῖς. τοῦτον ὄντα θεὸν κατὰ φύσιν ἐπιγινώσκοντες οἱ πάλαι πλανώμενοι, λέγουσι. σὺ γὰρ εἶ θεὸς ἡμῶν, καὶ οὐκ ᾔδειμεν. καὶ οὐκ ἔστι θεὸς πλὴν σοῦ. τούτῳ προσκυνήσουσι, τούτῳ κάμψει πᾶν γόνυ, καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσεται ὅτι κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς εἰς δόξαν θεοῦ πατρός. τούτῳ πεπολεμήκασιν ἀνθίστασθαί τινες τῶν ἐξ Ἰσραήλ. κατῃσχύνθησαν δὲ καὶ πεπτώκασι, καὶ ἐν τροπῇ πεπόρευνται κατὰ τὴν τοῦ προφήτου φωνήν. Κῦρος μὲν οὖν ὁ Καμβύσου, τεθεμελίωκε τὸν οἶκον τοῦ θεοῦ τὸν ἐν Ἱεροσολύμοις, εἰς τύπον Χριστοῦ. ὅτι δὲ αὐτὸς ἔμελλεν ὁ Ἐμμανουὴλ ἀποπεραίνειν τὸ χρῆμα πνευματικῶς τε καὶ νοητῶς, καὶ δι᾽ ἑτέρας εὐθὺς ἀναμάθοι τις ἂν εἰκόνος. ἐπειδὴ γὰρ τῆς ἐν Βαβυλῶνι δουλείας ἀνῆκεν ὁ Κῦρος τὸν Ἰσραὴλ, καθηγηταὶ παραχρῆμα καὶ οἱονεί πως ἐξάρχοντες ἀνεδείκνυντο τοῦ λαοῦ, Ζοροβάβελ ὁ τοῦ Σαλαθιὴλ ἐκ φυλῆς Ἰούδα, καὶ Ἰησοῦς ὁ τοῦ Ἰωσεδὲκ ὁ ἱερεὺς ὁ μέγας. οἷς καὶ ἀφιγμένοις εἰς Ἱεροσόλυμα διὰ φωνῆς Ἀγγαίου τοῦ προφήτου τὴν εἰς τὸν οἶκον ἐγχειρεῖ φιλεργίας ἐπισκήπτει θεός. γέγραπται γὰρ οὕτω. ἐν τῷ δευτέρῳ ἔτει ἐπὶ Δαρείου τοῦ βασιλέως ἐν τῷ μηνὶ τῷ ἕκτῳ, μιᾷ

τοῦ μηνὸς ἐγένετο λόγος κυρίου ἐν χειρὶ Ἀγγαίου τοῦ προφήτου λέγων. εἰπὸν πρὸς Ζοροβάβελ τὸν τοῦ Σαλαθιὴλ τὸν ἐκ φυλῆς Ἰούδα, καὶ πρὸς Ἰησοῦν τὸν τοῦ Ἰωσεδὲκ τὸν ἱερέα τὸν μέγαν λέγων, τάδε λέγει κύριος παντοκράτωρ. ὁ λαὸς οὗτος λέγουσιν· οὐχ ἥκει ὁ καιρὸς τοῦ οἰκοδομῆσαι τὸν οἶκον κυρίου. καὶ ἐγένετο λόγος ἐν χειρὶ Ἀγγαίου τοῦ προφήτου λέγων· εἰ καιρὸς μὲν ὑμῖν ἐστὶ τοῦ οἰκεῖν ἐν οἴκοις κοιλοστάθμοις· ὁ δὲ οἶκος κυρίου ἐξηρήμωται. καὶ μεθ' ἕτερα πάλιν, καὶ ἐξήγειρε κύριος τὸ πνεῦμα Ζοροβάβελ τοῦ Σαλαθιὴλ ἐκ φυλῆς Ἰούδα, καὶ τὸ πνεῦμα Ἰησοῦ τοῦ Ἰωσεδὲκ τοῦ ἱερέως τοῦ μεγάλου, καὶ τὸ πνεῦμα τῶν καταλοίπων παντὸς τοῦ λαοῦ. καὶ εἰσῆλθον, καὶ ἐποίουν τὰ ἔργα ἐν τῷ οἴκῳ κυρίου παντοκράτορος θεοῦ αὐτῶν. ἄθρει δὴ οὖν ὡς ἐν τύπῳ καὶ εἰκόνι διπλῇ τὸν Ἐμμανουήλ. βασιλέα μὲν ὡς ἔν γε τῷ Ζοροβάβελ, ὃς ἦν ἐκ φυλῆς Ἰούδα τῆς τότε κρατεῖν λαχούσης ἐν Ἰσραήλ. ἀρχιερέα δὲ αὖ ὡς ἐν ὁμωνύμῳ τῷ Ἰησοῦ τῷ ἀρχιερεῖ τῷ μεγάλῳ. καὶ μὴν καὶ ἐξάρχοντα τῆς ὁδοῦ, τῆς εἰς τὴν ἁγίαν πόλιν, ἐκ γῆς ἀλλοφύλων. φημὶ δὴ πάλιν τῆς Βαβυλωνίων. ἄθρει καὶ τεχνουργὸν ὄντα, καὶ ἐπιμελητὴν τοῦ ἁγίου ναοῦ. ἑπόμεθα γὰρ διὰ πίστεως καθηγητῇ τῷ Χριστῷ, ὡς βασιλεῖ καὶ ἀρχιερεῖ ἐκ διαβολικῆς πλεονεξίας. καὶ ὥσπερ ἐκ γῆς ἀλλοφύλων, ἐξ ἀπάτης κοσμικῆς, εἰς τὴν ἁγίαν εἴσιμεν πόλιν τὴν τῶν πρωτοτόκων ἐκκλησίαν, ἣν αὐτὸς ἐγείρει Χριστὸς ὡς ἔν γε λίθοις τοῖς νοητοῖς. καὶ μαρτυρήσει γράφων ὁ Παῦλος τοῖς διὰ πίστεως ἐκλελυτρωμένοις, καὶ ἀκολουθεῖν ἑλομένοις τοῖς ἴχνεσι τοῦ Χριστοῦ. ἐν ᾧ καὶ ὑμεῖς συνοικοδομεῖσθε εἰς κατοικητήριον τοῦ Χριστοῦ ἐν πνεύματι. ὅτι δὲ καὶ ἀμείνων ἡ δόξα τῆς ἐκκλησίας παρὰ τὴν πρώτην καὶ ἐν ἀρχαῖς τὴν ἐπί γε φημὶ τῷ ἐκ λίθων ναῷ διαμεμήνυκεν εἰπὼν διὰ φωνῆς Ἀγγαίου πάλιν. τίς ἐξ ὑμῶν ὃς εἶδε τὸν οἶκον τοῦτον ἐν τῇ δόξῃ αὐτοῦ τῇ ἔμπροσθεν, καὶ πῶς ὑμεῖς βλέπετε αὐτὸν νῦν καθὼς οὐχ ὑπάρχοντα ἐνώπιον ὑμῶν. καὶ μεθ' ἕτερα πάλιν ἐμὸν τὸ ἀργύριον καὶ ἐμὸν τὸ χρυσίον, λέγει κύριος παντοκράτωρ. διότι μεγάλη ἔσται ἡ δόξα τοῦ οἴκου τούτου ἡ ἐσχάτη ὑπὲρ τὴν πρώτην, λέγει κύριος παντοκράτωρ· καὶ ἐν τῷ τόπῳ τούτῳ δώσω εἰρήνην, καὶ εἰρήνην ψυχῆς εἰς περιποίησιν παντὶ τῷ κτίζοντι τοῦ ἀναστῆσαι τὸν ναὸν τοῦτον. καὶ ἀνιδρωτὶ μὲν ἄν τις συλλέξαιτο τὰ δι' ὧν ἡμῖν ὡς ἔν γε τοῖς πάλαι Χριστὸς κατεγράφετο. ἵνα δὲ μὴ τῷ πλήθει τῶν παραδειγμάτων ἀποκομίζεσθαί ποι τοῦ πρέποντος ὁ λόγος ἡμῖν δοκῇ, παρέντες πως τὸ καὶ δι' ἑτέρων ἰέναι λοιπόν, ἐκεῖνό φαμεν. δεήσει δὴ πάντως ἡμῖν, δυοῖν ἑλέσθαι θάτερον. ἢ γὰρ τοὺς δι' ὧν ἐκεῖνα γεγόνασιν εἰσάπαν ἀναιρήσομεν, καθορίζοντες τῶν τύπων τὸ μὴ λίαν ἀπλημμελές, εἰ νοοῖντο δι' ἀνθρώπων τῶν καθ' ἡμᾶς γεγονότες, καίτοι πολὺ λίαν ἔχοντες τὸ θεοπρεπές, ἢ τὸ πνεῦμα λέγοντες ἀεὶ μορφοῦσθαι πρὸς εἶδος τὸ καθ' ἡμᾶς·

mensis, factum est verbum Domini in manu Aggaei prophetae ad Zorobabel, filium Salathiel, ducem Iuda, & ad Iesum, filium Iosedec, sacerdotem magnum, dicens: Haec ait Dominus exercituum, dicens: Populus iste dicit: Nondum venit tempus aedificandi domum Domini. Et factum est verbum Domini in manu Aggaei prophetae, dicens: Num tempus vobis est, vt habitetis in domibus † concauis: at domus Domini deserta est: Et post pauca rursum: *Et suscitauit Dominus spiritum Zorobabel, filij Salathiel, † de tribu Iuda, & spiritum Iesu, filij Iosedech, sacerdotis magni, & spiritum reliquorum omnis populi: & ingressi sunt, & faciebant opera in domo Domini exercituum Dei sui.* Vide itaque duplici typo ac figura expressum Emmanuelem, Regem quidem, veluti in Zorobabel, qui erat ex tribu Iuda, quae tum temporis regnabat in Israël. Summum verò Pontificem, vt in magno sacerdote eiusdem cum CHRISTO nominis, nec non ducem viae in sanctam ciuitatem è terra alienigenarum, Babyloniorum inquam. Vide etiam architectum ac procuratorem sancti templi. Sequentes enim per fidem ducem CHRISTVM, tanquam Regem & summum Pontificem, ex diabolica tyrannide, ac veluti ex terra alienigenarum, ex fraude mundana in sanctam ciuitatem ingredimur Ecclesiam primogenitorum, quam ipsemet CHRISTVS eriget, in spiritalibus lapidibus; quod & Paulus testatur, scribēs ijs qui per fidem redempti sunt, quique CHRISTI vestigijs insistere volunt: *In quo & vos simul aedificati estis in habitaculum* CHRISTI *in spiritu.* Quòd verò longè praeclarior sit gloria Ecclesiae, quàm primi illius templi ex lapidibus facti, ipsemet per vocem Aggaei declarat dicens: *Quis ex vobis vidit domum istam in gloria sua qua antè, & quomodo vos videtis ipsam nunc sicut non existentem in conspectu vestro?* Et paulo pòst rursum: *Meum argentum, & meum aurum, dicit Dominus omnipotens: quia magna erit gloria domus istius nouissimae plusquam primae, & in loco isto dabo pacem, dicit Dominus omnipotēs.* Et pax animae cedit in possessionem omni exstruenti templum hoc. Multa praeterea alia facilè quis collegerit, per quae nobis, vt in veteribus, CHRISTVS describebatur. Ne verò multitudine exemplorū sermo supra quàm par est euagetur, praetermissis alijs, illud dicamus. Oportebit enim omnino duorum alterum sumere. Aut enim eos per quos illa facta sunt, in vniuersum tollemus, suam typis auctoritatem derogantes, si censeantur per homines nostri similes facti, tametsi diuinas res in se contineant; aut dicentes semper spiritum nostram formam accipere;

† Vulg. laqueatis.

Agg. 1. 14.

† Vulg. ducis Iuda.

Ephes. 2. 22.

Ecclesia gloria templo praestantior.

Agg. 2. 4.

Agg. 2. 9.

necessariò fatebimur Spiritum etiam in Cyrum transformatum, qui Deum non nouerat. Dictum enim est ad eum: *Tu verò non cognoscebas me*. Sublatis verò ijs quæ in typis, vmbra quidē censebitur Aaron: Zorobabel autē Salathielis filius, & Iesus Iosedec filius, sacerdos magnus, nihil præter inane & solū nomen habebunt. At verò, qui rectæ rationis iudiciū sequuntur, potiùs probauerint, hominem fuisse Melchisedec, regem ciuitatis Salem. Hunc verò nobis in typum CHRISTI proposuit Paulus subtilis acerrimusque spiritualium contemplationum indagator. Reluctantes verò hi nihilominus dicunt Melchisedec hominem non fuisse; Spiritum verò potiùs sanctum, aut alioqui aliam quandam potestatem supernam, atque cælestem, sacerdotali functione præditam. Ita enim quibusdam sentire placet, qui quidem duobus modis errare dicendi sunt, cùm diuinam atque ineffabilē Spiritus sancti naturam ad ea, quę ipsi minimè conueniunt, demittant: tum creaturam, quæ facta ac creata est, ad gloriam longè ipsa superiorem stolidè extollant. Quonam autem pacto, dicam. Scriptum est de Melchisedec, quòd *erat sacerdos Dei altissimi*. Si autem Spiritus sanctus est Melchisedec, refertur inter sacerdotes Spiritus, & sacerdotali ministerio fungitur. Laudabit itaque etiam ipse cum angelis Deum altissimū. Scriptum est enim: *Benedicite Deo omnes angeli eius, ministri eius facientes voluntatem ipsius*. Neque verò dubium esse poterit, quin qui alteri alicui sacrificat, non sibi ipsi, sed Deo, vt superiori, sacrificat. Quocirca si dicimus Spiritum sacerdotio fungi, diuina omnino natura inferior erit, & creatis accensebitur, adorabitq; vnà nobiscū. Sanctificabit verò non seipsum, siquidē quod sanctificatur, præstantiori alicui, quàm ipsum ex sua natura est, sanctificatur. Sāctificabitur itaq; nobiscū. Quo pacto igitur Deus secundū naturam erit, id quod sanctificatū est? An non enim omnis sacerdos sanctificatur, atque ita ingreditur ad sacrorum administrationem? *Neque enim quisquam sumit sibi honorem*, sicut scriptum est, *sed qui vocatur à Deo, tanquā Aaron*. Adijcit autem Paulus: *Sic & CHRISTVS non semetipsum glorificauit, vt pontifex fieret, sed qui locutus est ad eum: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Quemadmodum & alio in loco dixit: Tu es sacerdos in æternum secundùm ordinem Melchisedec*. Sciendum enim est, quòd neque ipse Filius Verbum ex Patre sacerdotio fungi dicatur, & in sacrificantiū ordine esse, nisi in quantum homo propter nos est factus, & sicut vocatur *Propheta & Apostolus*, propter humanita-

Isaia 45.4. Heb.7.1. Melchisedec non fuit Spiritus sanctus, vt Hierax hæreticus docuit, teste Epiphanio hæresi 67. & Samaritæ, Sem, Noe filium. Vide & Melchisedecianos, hæresi 55. Heb.7.1. Psal.102.20 Heb.5.4. Psal.2.7. Psal.109.4. Filius Dei sacerdos dicitur, quà homo est.

ἐξ ἀνάγκης ὁμολογήσομεν καὶ εἰς Κῦρον αὐτὸ διαπεπλάσθαι ποτέ, τὸν οὐκ εἰδότα θεόν. εἴρηται γὰρ πρὸς αὐτόν, σὺ δὲ οὐκ ᾔδεις με. ἀνῃρημένων δὲ τῶν ἐν τύποις, σκιὰ μὲν ἴσως ὁ Ἀαρών, Ζοροβάβελ δὲ ὁ τοῦ Σαλαθιήλ, καὶ μέντοι καὶ Ἰησοῦς ὁ τοῦ Ἰωσεδὲκ ὁ ἱερεὺς ὁ μέγας, ἐν ὀνόμασιν εἶεν ἂν ψιλοῖς τε καὶ μόνοις. ἀλλ' οἶμαι δὴ μᾶλλον ἐκ λογισμοῦ τοῦ εἰκότως ἀναπεπεισμένους συναινέσειν ὀρθῶς, ὡς ἦν μὲν ἄνθρωπος ὁ Μελχισεδέκ, πόλεως βασιλεύων τῆς Σαλήμ. τύπον δὲ ἡμῖν αὐτὸν ἐποιεῖτο Χριστοῦ, λεπτὸς ὢν εἰς θεωρίας πνευματικὰς ὑπάρχων ὁ Παῦλος. ἐνιστάμενοι δὲ μετὰ τοῦτο καὶ οὐδὲν ἧττον λέγουσιν, ὡς ἄνθρωπος μὲν οὐκ ἦν ὁ Μελχισεδέκ· τὸ πνεῦμα δὲ μᾶλλον τὸ ἅγιον. ἢ γοῦν ἑτέρα τις δύναμις τῶν ἄνωθεν καὶ ἐξ οὐρανοῦ, τὴν λειτουργικὴν ἔχουσα τάξιν. δοκεῖ γὰρ ὧδε φρονεῖν ἑτέροις, ἐκεῖνό φαμεν ἀναγκαίως ὅτι πλημμελήσουσι κατὰ δύο τρόπους, καὶ τὴν θείαν καὶ ἄρρητον τοῦ πνεύματος φύσιν εἰς τὸν μὴ πρέποντα τρόπον αὐτῇ κατασύροντες. καὶ τὴν γεννητὴν καὶ πεποιημένην κτίσιν, εἰς δόξαν ὑπερτενῆ φλυάφως ἀνακομίζοντες. τίνα τρόπον ἐρῶ. γέγραπται περὶ τοῦ Μελχισεδέκ, ὡς ἦν ἱερεὺς τοῦ θεοῦ ὑψίστου. εἰ δὲ δὴ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιόν ἐστιν ὁ Μελχισεδέκ, κατακομίσθη λοιπὸν ἐν ἱερουργοῖς τὸ πνεῦμα, καὶ λειτουργικὴν ἔχει τὴν ὑπουργίαν. ὑμνήσει δὴ οὖν καὶ αὐτὸ μετὰ τῶν ἁγίων ἀγγέλων, τὸν ἀνωτάτω θεόν. γέγραπται γάρ, ὅτι εὐλογεῖτε τὸν κύριον πάντες οἱ ἄγγελοι αὐτοῦ λειτουργοὶ αὐτοῦ, οἱ ποιοῦντες τὸ θέλημα αὐτοῦ. εἴη γὰρ ἂν οὐδαμόθεν ἀσυμφανές, ὡς ὃς ἑτέρῳ τινὶ πάντως ἱερουργεῖ, καὶ οὐχ ἑαυτῷ τὸ ἱερουργεῖν, ἱερουργεῖ δὲ τῷ θεῷ, τῷ προὔχοντι. οὐκοῦν εἰ φαμὲν ἱερατεύειν τὸ πνεῦμα, τὴν θείαν που πάντως ὑποκαθήσει φύσιν· πλεῖ δὲ μᾶλλον καὶ ἐν γεννητοῖς. καὶ προσκυνήσει μὲν μεθ' ἡμῶν. ἁγιασθήσεται δὲ πάντως οὐχ ἑαυτό. ἐπεί τοι τὸ ἁγιαζόμενον, κρείττονί τινι πάντως ἢ καθ' ἑαυτὸ τὴν φύσιν ἁγιάζεται. ἁγιασθήσεται δὲ μεθ' ἡμῶν. πῶς οὖν ἔτι καὶ θεὸς κατὰ φύσιν τὸ ἁγιαζόμενον; ἢ γὰρ οὐ πᾶς ἱερεὺς ἁγιάζεται, εἰσί τε οὕτως ἐπὶ τὸ χρῆναι λοιπόν, καὶ ἱερουργεῖν. οὐ γὰρ ἑαυτῷ τις λαμβάνει τὴν τιμήν, καθὰ γέγραπται, ἀλλ' ὁ καλούμενος ὑπὸ τοῦ θεοῦ καθὰ καὶ Ἀαρών. προστέθεικε δὲ ὁ Παῦλος, ὅτι καὶ αὐτὸς ὁ Χριστὸς οὐχ ἑαυτὸν ἐδόξασε γεννηθῆναι ἀρχιερέα, ἀλλ' ὁ λαλήσας πρὸς αὐτόν, υἱός μου εἶ σύ, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε. καθὼς καὶ ἐν ἑτέρῳ λέγει, σὺ ἱερεὺς εἰς τὸν αἰῶνα κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδέκ. εἰδέναι γὰρ ἀναγκαῖον, ὡς οὐδ' ἂν αὐτὸς ὁ υἱὸς ὁ ἐκ θεοῦ πατρὸς λόγος, ἱερατεύειν λέγοιτο, καὶ ἐν τάξει γενέσθαι τῇ λειτουργικῇ, εἰ μὴ νοοῖτο καθ' ἡμᾶς δι' ἡμᾶς γεγονώς. καὶ ὥσπερ κέκληται προφήτης καὶ μὴν καὶ ἀπόστολος διὰ τὸ ἀνθρώπινον.

πινον, οὕτω καὶ ἱερεύς. πρέπει γὰρ αὐτῷ τῷ δουλείας σχήματι, τὰ δουλοπρεπῆ, καὶ τοῦτό ἐστιν ἡ κένωσις. ὁ γὰρ ὑπάρχων ἐν μορφῇ καὶ ἰσότητι τοῦ πατρός, ᾧ καὶ αὐτὰ τὰ ἄνω παρεστήκασι Σεραφίμ, ᾧ λειτουργοῦσι χίλιαι χιλιάδες ἀγγέλων. ἐπειδὴ κεκένωκεν ἑαυτόν, τότε δὴ τότε τῶν ἁγίων λειτουργὸς καὶ τῆς σκηνῆς τῆς ἀληθινῆς ἀναδειχθῆναι λέγεται. τότε καὶ ἡγίασται μεθ' ἡμῶν, ὁ ὑπὲρ πᾶσαν κτίσιν. » ὅ, τε γὰρ ἁγιάζων, φησὶ, καὶ οἱ ἁγιαζόμενοι ἐξ ἑνὸς πάντες, δι' ἣν αἰτίαν οὐκ ἐπαισχύνεται ἀδελφοὺς καλεῖν αὐτοὺς λέγων, ἀπαγγελῶ τὸ ὄνομά σου τοῖς ἀδελφοῖς μου. « οὐκοῦν ὁ ἁγιάζων ὡς θεὸς, ὅτε γέγονεν ἄνθρωπος, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν, καὶ κεχρημάτικεν ἀδελφὸς κατὰ τὸ ἀνθρώπινον, (ὅτε καὶ σὺν ἡμῖν ἁγιάζεσθαι λέγεται). † ἔστι τοίνυν καὶ τὸ δεῖν ἱερατεύειν καὶ τὸ ἁγιάζεσθαι μεθ' ἡμῶν τῆς μετὰ σαρκὸς οἰκονομίας, καὶ τοῖς τῆς κενώσεως μέτροις, ὀρθῶς τε καὶ ἀμωμήτως φρονεῖν ᾑρημένοι, τὰ τοιάδε προσγράψομεν. εἰ δὲ δὴ τὸ πνεῦμα μηδαμοῦ τὴν κένωσιν ὑπομεμενηκὸς ἱερατεύειν λέγομεν, δόξης αὐτὸ τῆς θεοπρεποῦς ἐξοίσομεν. καὶ ἐν τοῖς ὑπὸ θεὸν λογιούμεθά που, μέτρον αὐτῷ διδόντες τὸ γενητόν. ἢ δὴ δεικνύτωσαν ἡμῖν ἐνανθρωπῆσαι τὸ πνεῦμα, καὶ ὑπόβασιν οἰκονομικὴν ὑπομεῖναι, καθάπερ ἀμέλει καὶ τὸν υἱόν. οὐ γὰρ ἐπειδήπερ ἐστὶν ὁμοούσιος ἡ ἁγία καὶ προσκυνουμένη τριὰς, ταύτῃ τοι καθ' ὅπερ ἂν ἕλοιτό τις προσώπου τὸν τῆς ἐνανθρωπήσεως καθιερεῖ λόγον. γέγονε γὰρ ἄνθρωπος, οὐκ αὐτὸς ὁ πατὴρ, οὐδὲ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, μόνος δὲ ὁ υἱός. οὕτως ἡμᾶς αἱ θεῖαι μεμυσταγωγήκασι γραφαί. τί τοίνυν παραβιάζονται τὴν ἀλήθειαν, καὶ τὸ πρόφασιν οὐκ ἔχον τοῦ κεκενῶσθαι δεῖν, φημὶ δὴ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐν τοῖς τῆς κενώσεως καταχομίζουσι μέτροις; εἴπερ ἐστὶν ἀληθῶς τοῖς ἱερουργεῖν τεταγμένοις ἐναρίθμιον. ἱερεὺς μὲν γὰρ ἦν ὁ Μελχισεδέκ. ἀλλ' εἰς τιμὴν φησὶ τοῦ υἱοῦ πρὸς τύπον τῆς κατ' αὐτὸν ἐσομένης ἱερωσύνης κατὰ καιροὺς, αὐτὸ δι' ἑαυτοῦ διεμορφοῦτο τὸ πνεῦμα. οὐκοῦν ἐρήσομαι γὰρ, κατημέλησεν ἄρα τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, τῆς εἰς τὸν υἱὸν τιμῆς καὶ ἀγάπης, καὶ ὀλίγου τοῦ πράγματος φροντίζειν ἀξιοῖ· καίτοι πῶς οὐ λῆρος ἤδη ταυτὶ φρονεῖν ἢ λέγειν; δοξάζει γὰρ τὸν υἱὸν ὁ παράκλητος τουτέστι τὸ πνεῦ- » μα. καὶ περὶ αὐτοῦ φησιν, ἐκεῖνος ἐμὲ δοξάσει. « τὸ τοίνυν τιμᾶν ᾑρημένον καὶ τοῦτο ἀκαταλήκτως, τί μὴ μᾶλλον αὐτὸ γέγονεν Ἀαρών; αὐτὸ δὴ καὶ Κῦρος ὁ Περσῶν τε καὶ Μήδων κρατήσας, καὶ μήν τοι καὶ Ἰησοῦς ὁ τοῦ Ἰωσεδέκ· καὶ μήν τοι καὶ Ζοροβάβελ ὁ τοῦ Σαλαθιὴλ, ὁ ἐκ φυλῆς Ἰούδα, ἢ καὶ Μωσῆς, πρὸς ὃν εἴρηταί που τὴν Χριστοῦ μεσιτείαν ἐφ' ἑαυτοῦ δεικνύοντα; » προφήτην ἀναστήσω αὐτοῖς ἐκ τῶν ἀδελφῶν αὐτῶν, ὥσπερ σε, καὶ δώσω τοὺς λόγους μου ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ, καὶ λαλήσει αὐτοῖς καθὰ ἂν ἐντείλωμαι αὐτῷ. « τί μὴ γέγονεν αὐτὸ καὶ Ἰησοῦς ὁ τοῦ Ναυῆ ὁ μετὰ Μωσέα στρατηγὸς, ὃς διεβίβασε τὸν Ἰορδάνην σὺν

† ἴσως ἐν.

tem quam assumpsit, ita etiam *sacerdos*. Conueniũt enim formæ seruitutis, seruilia. Atq; hoc est exinanitio. Qui etenim æqualis erat Patri, cui etiam superna Seraphim assistunt; cui seruiunt mille millia angelorũ, postquã semetipsum exinaniuit, tunc demũ sanctorum & veri tabernaculi sacerdos declaratus dicitur. Tunc etiam sanctificatus est nobiscum is, qui omnẽ creaturã superat: *Qui enim sanctificat, inquit, & ij qui sanctificantur, ex vno omnes. Qua de causa non pudet ipsum fratres suos vocare, dicens: Nunciabo nomen tuum fratribus meis.* Sanctificans ergo Deus, quando factus est homo, & habitauit in nobis, vocatusq; est frater, secundùm humanitatem, tunc etiam nobiscũ sanctificari dicitur. Sacerdotio igitur fungi, & nobiscum sanctificari, per carnem assumptã ipsi accidit: exinanitionique ipsius, modò rectè sentire velimus, hæc adscribemus. Si verò Spiritum sanctũ, cùm nequaquam se exinaniuerit, sacerdotio functũ dicamus, diuina ipsum gloria priuamus, atque in ijs quæ Deo inferiora sunt constituemus, inter creata collocantes; aut ostendãt nobis Spiritum humanitatẽ assumpsisse, imminutionemque diuino consilio institutam sustinuisse, quemadmodum Filium. Neque enim cùm consubstantialis sit sancta ac veneranda Trinitas, idcirco cui quisque voluerit personæ Incarnationis ratio tribuenda est. Factus etenim est homo, non ipse Pater, nõ Spiritus sanctus: solus verò Filius. Ita nos sacræ litteræ docent. Quid igitur torquent veritatem, eique vim inferunt, & id, quod exinanitionis occasionem non habuit, Spiritum inquam sanctum exinanitum contendunt, in sacerdotum numerũ eum referentes? (sacerdos enim fuit Melchisedec.) Ceterùm in honorẽ, aiunt, Filij, in typum futuri eius sacerdotij ipse per se transfiguratus est Spiritus. Ergo, dixerim enim, neglexit Spiritus sanctus honorem amoremq; in Filium, paruamq; huius rei curam gessit. Atqui quo pacto non hoc vanum cogitatu & dictu fuerit? Glorificat enim Filium Paracletus, hoc est, Spiritus. Et de ipso inquit, *Ille me clarificabit.* Qui igitur honorare vult, atque hoc quidem perpetuò, cur non potiùs Aaron est factus? aut Cyrus Persarum ac Medorum rex? vel Iesus filius Iosedec, nec nõ Zorobabel Salathielis filius ex tribu Iuda, aut Moyses, ad quem CHRISTI mediationẽ siue intercessionem præ se ferentem dictum est? *Prophetam suscitabo eis ex fratribus eorum, sicut te, & dabo sermones meos in ore ipsius, & loquetur eis quemadmodũ præcepero ei.* Aut cur non factus est Iosue, filius Naue, qui post Moysen dux exercitus fuit? qui traduxit Israëlitas per

Exinanitio quid sit.

Heb. 2. 11.

Psal. 21. 23.
Heb. 2. 12.

CHRISTVS homines fratres suos vocat, quia cum ipsis sanctificatur.

Incarnatio soli Filio conuenit.

Ioan. 16. 14.

Isaia 45. 1.
Aggai 1. 1.

Deut. 18. 18.
Actor. 3. 22.

per Iordanẽ? & circumcidit cultris lapideis, induxitq; in terram promissionis? Nonne enim in CHRISTO baptizati sumus, & circumcisi circumcisione non manufacta, per Spiritum, facti autẽ sumus hæredes regni cælorum? Atqui quo pacto non manifestũ hoc fuerit? Quocirca si Spiritum statuimus semper formatũ & veluti in vnoquoque eorum, quos diximus, vt honoret Filium, verè vtiq; dicetur, paruam decorationem habuisse: quippe qui veterũ alicui se immiserit in typum ac similitudinẽ Filij. Apage igitur cum ista cogitationũ absurditate? Melchisedec itaq; homo fuit, non Spiritus sanctus. Quòd verò neque potestas aliqua sancta & administratoria fuerit, vt nonnulli censent; age, rursus dicamus firmas rationes ad veritatis demonstrationẽ conferentes. Illi enim pulcrè sibi videntur opinionem suam constabilire. Cùm enim, aiunt, scriptum sit de Melchisedec, quòd *patre ac matre caruerit*, quodq; *nulla illius genealogia* recẽseatur; benedixit verò Abrahę Melchisedec tali existenti: *benedicitur autẽ id quod minus est à maiore ac præstantiore* citra vllam controuersiam; nequaquã existimetur homo fuisse, sed ex sua natura Angelus, aut alioqui venerãda aliqua; & gloriosa superna potestas atq; administratoria. Ego verò, amici, demiror vehemẽter, si fortè pietas quædam ac reuerentia erga Abraham eos à recto abduxerit, & à necessarijs ad veritatẽ consequendam cogitationibus auulserit. Cùm enim in similitudinem ac typum Emmanuelis Melchisedec statuunt, non rerum qualitatem considerant, neque sacerdotij modum explorant, sed potiùs eorum quibus id officij genus delatum est, naturas inquirunt. Quid enim obstiterit (meritò quis ijs dicat) quo minùs Abraham benedictus sit à Melchisedec, nimirum vt ab homine. Neque enim in his naturæ, sed eorum quę aguntur mens expenditur, veritatísque sermones figuris eorum, quę in vmbris fiunt, præstantiores censentur. Quòd enim absurdissimum sit, non ea quæ significantur, vmbris opponere, sed potiùs eorũ quæ in medium adferuntur, naturas explorare, etiam hinc intelligere licet. Delectus enim erat Aaron, ac præfectus & dux sancti tabernaculi, suprema sacerdotali dignitate insignitus. Quo pacto igitur sanctificatus est, mactato ariete, atque summitate dextræ ipsius auriculæ, & manus ac pedis, sanguine perunctis: atque ita sacerdotio initiatus est? Atqui dixerim huiuscemodi hominibus: si naturis eorum, quæ sanctificãt, & eorum quæ sanctificantur, adhærere bonum est; neque potiùs veluti ex typo & vmbra ad

Iosue 5.3.

Melchisedec homo fuit, non sanctus Spiritus, neq; Angelus.

Heb.7.3.

Heb.7.7.

ὑμᾶς Ἰσραήλ; καὶ περιέτεμε μαχαίραις πετρίναις, εἰσκεκόμικε δὲ καὶ εἰς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας; ἢ οὐκ ἐν Χριστῷ βεβαπτίσμεθα καὶ περιτετμήμεθα μὲν ἀχειροποιήτῳ περιτομῇ διὰ πνεύματος, γεγόναμεν δὲ κληρονόμοι τῆς τῶν οὐρανῶν βασιλείας; καί τοι πῶς τοῦτο οὐκ ἐναργές; οὐκοῦν ἢ τὸ πνεῦμα δώσομεν ἀεὶ μορφούμενον, καὶ ὡς ἐν ἑκάστῳ τῶν ὠνομασμένων, ἵνα τιμήσῃ τὸν υἱόν, ἤγουν ἔσται λοιπὸν ἀληθὴς ὁ λόγος, ὡς ὀλίγα τοῦ πρέποντος καταπεφρόνηται πεφροντικός· † ἐφῆκε γὰρ δὴ τῶν ἀρχαιοτέρων τισὶν εἰς τύπον καὶ ὁμοίωσιν πλάττεσθαι τοῦ υἱοῦ. ἄπαγε τῆς τῶν λογισμῶν ἀτοπίας. οὐκοῦν ἄνθρωπος ὁ Μελχισεδέκ, οὐχὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον· ἔτι δὲ οὐδ᾽ ἂν εἶναι νοοῖτο δύναμις ἁγία καὶ λειτουργική, καθὰ φρονεῖν ἔδοξέ τισι, φέρε δὴ λέγωμεν, τὰ ἐξ εἰκότων συλλέγοντες λογισμῶν εἰς τὴν τῆς ἀληθείας ἀπόδειξιν. ἐκείνοις μὲν γάρ, ποιός δέ τις καὶ σοφός, καθάπερ οὖν οἴονται κατὰ σφᾶς αὐτοὺς συντίθεται λόγος. ἐπειδὴ γάρ, φησι, γέγραπται περὶ τοῦ Μελχισεδέκ, ὡς ἀπάτωρ τε ἦν, καὶ ἀμήτωρ, καὶ μὴν καὶ ἀγενεαλόγητος· εὐλόγηκε δὲ καί τοι τοιοῦτον ὄντα τὸν Ἀβραάμ. εὐλογεῖται δὲ τὸ ἔλαττον ὑπὸ τοῦ κρείττονος ἁπάσης ἀντιλογίας δίχα, μὴ νοείσθω καθ᾽ ἡμᾶς, ἀλλ᾽ ἔξω τὴν φύσιν ἄγγελος, ἤγουν, τῶν ἄνω δυνάμεων καὶ λειτουργικῶν μία τις σεπτὴ καὶ δεδοξασμένη. ἐγὼ δὲ ἀγαπητοὶ τεθαύμακα λίαν· εἰ τρόπος αὐτοὺς εὐλαβείας τῆς εἰς τὸν θεσπέσιον Ἀβραάμ, τοῦ τε χρησίμου καὶ πρέποντος ἀπεκόμισε θήρας, καὶ τῶν ἀναγκαίων εἰς ἀληθείας εὕρεσιν ἀπεβουκόλησε λογισμῶν. εἰς ὁμοίωσιν γὰρ δὴ καὶ τύπον τοῦ Ἐμμανουὴλ παραδεικνύντες ἡμῖν τὸν Μελχισεδέκ, οὐκ εἰς τὴν τῶν πραγμάτων ποιότητα βλέπουσιν, ἢ τὸν τῆς ἱερωσύνης δοκιμάζουσι τρόπον· βασανίζουσι δὲ μᾶλλον τῶν εἰς τοῦτο παρενηνεγμένων τὰς φύσεις. τί γὰρ ἂν γένοιτο τὸ λυποῦν, φαίη τις ἂν εἰκότως, αὐτοῖς ἀλογεῖσθαι τὸν Ἀβραάμ, ὡς ἐξ ἀνθρώπου τυχεῖν τοῦ Μελχισεδέκ, κἂν εἰ μὴ νοοῖτο κρείττων αὐτοῦ; οὐ γὰρ αἱ φύσεις ἐν τούτοις, ἀλλ᾽ ὁ τῶν δρωμένων δοκιμάζεται νοῦς. καὶ τῆς ἀληθείας οἱ λόγοι, τῶν ἐν σκιαῖς αἰνιγμάτων ἀμείνους παραφαίνονται. ὅτι γάρ ἐστι τῶν λίαν ἀτοπωτάτων, οὐχὶ τὰ ἐκ τῶν σημαινομένων ἀντιπαρεξάγειν τοῖς ἐν σκιαῖς, ἐπ᾽ αὐτὰς δὲ μᾶλλον ἰέναι τὰς φύσεις τῶν εἰς μέσον ἐνηνεγμένων, εἴσῃ τοι κἀντεῦθεν. ἀπόλεκτος ἦν Ἀαρών, προεστηκὼς καὶ ἡγούμενος τῆς ἁγίας σκηνῆς, ταῖς ἀνωτάτω τιμαῖς ἐν ἱερωσύνῃ κατεστεμμένος. πῶς οὖν ἡγιάζετο; ἢ κριὸς ἐσφάζετο, καὶ τῷ αἵματι κατεχρίετο τὸ ἄκρον τοῦ ὠτὸς τοῦ δεξιοῦ, καὶ μὴν καὶ χειρὸς καὶ ποδός· ἐτελειοῦτο δὲ οὕτω πρὸς ἱερουργίαν; ἀλλ᾽ ὦ βέλτιστοι, φαίην ἂν αὐτοῖς· εἰ ταῖς φύσεσι τῶν ἁγιαζόντων καὶ τῶν ἁγιαζομένων προσκεῖσθαι καλόν. καὶ οὐχὶ δὴ μᾶλλον ὡς ἐκ τύπου, καὶ σκιᾶς ἐπ᾽

αὐτὴ

† ἔστι καὶ γρ. ἢ ἴσως, πέφυκε.

αὐτὸ τῆς ἀληθείας εἶναι τὸ κάλλος, πῶς ἐπὶ τὸ ἔλαττον ὑπὸ τοῦ κρείττονος εὐλογεῖται; τί τὸ ἄμεινον ἐν τούτοις; φραζόντων ἐκεῖνοι. ἆρα καὶ κριοῦ κατόπιν τὸν Ἀαρὼν θήσομεν; ἐν ἀλόγῳ ζώῳ τελεῖται τὸ λογικόν. αἵματι προβάτων τὸν ἀπόλεκτον εἰς ἱερωσύνην ἡγιάσθαι φήσομεν, καὶ σποδὸς δαμάλεως ῥαντίζουσα, τοὺς κεκοινωμένους ἁγιάζει, πρὸς τὴν τῆς σαρκὸς καθαρότητα· τί οὖν ἄρα τὸ χρῆμα; τί τῶν νοημάτων τὸ βάθος; τύποι καὶ εἰκόνες τὰ δρώμενα, καὶ ἵν' οὕτως εἴπωμεν, ἁγιασμοῦ προανάδειξις ἦν τοῦ κατὰ Χριστόν. ὁ δὲ τύπος ἐν πράγμασιν, οὐκ ἐν τῇ τῶν ἁγιαζόντων, ἤγουν τῶν ἁγιαζομένων καταφωρᾶται φύσει. ἐπεὶ, καθάπερ ἔφην ἀρτίως, τὸ κρεῖττον ὑπὸ τοῦ ἐλάττονος εὐλογεῖται. εἴπερ ἐστὶν ἐν ἀμείνοσιν ἡ ἀνθρώπου φύσις δαμάλεως καὶ κριοῦ. μὴ τοίνυν ἐρυθριάτωσαν, κἂν εἰ πολὺ κρείττων ὑπάρχων ὁ Ἀβραὰμ τοῦ Μελχισεδὲκ, εὐλογεῖσθαι λέγηται παρ' αὐτοῦ. ὁ γὰρ τύπος ἦν ὁ νικῶν, καὶ οὐχὶ δὴ μᾶλλον ἡ τοῦ εὐλογοῦντος φύσις. θαυμάζω δὲ ὅτι καὶ εἰς ὁμοίωσιν καὶ τύπον διαμορφοῦντες αὐτὸν τοῦ υἱοῦ, ἀμήτορα εἶναι καὶ ἀπάτορά φασιν ὡς ἄγγελον, καίτοι τρόπον τινὰ καὶ ἀμφιθαλοῦς ὄντος Χριστοῦ. γέγονε γὰρ αὐτῷ μήτηρ μὲν ἐπὶ γῆς, ἡ ἁγία παρθένος. ἦν δὲ καὶ ἔστιν ἐν οὐρανῷ πατὴρ, ὁ θεός. δεῖν δὲ οἶμαι τὰς εἰκόνας γράφεσθαι, πρὸς τὰ ἀρχέτυπα. ἐπειδὴ δὲ, μήτε ἀρχὴν ἡμερῶν, μήτε ζωῆς ἔχειν τέλος τὸν Μελχισεδὲκ ὁ θεσπέσιος ἔφη Παῦλος, ταύτητοι καὶ δύναμιν λογικὴν καὶ ἱερουργὸν ὑπάρχειν αὐτὸν, διατείνονταί τε καὶ λέγουσιν. οὐκ ἐννοοῦντες, ὅτι παρατρέχει τι τῶν ἀναγκαίων αὐτούς. οὐδὲν γὰρ τῶν τελούντων ἐν γενητοῖς, ἄναρχον ἔσται κατὰ τὸν χρόνον. ἀλλ' εἴ τι περ ὅλως παρῆκται πρὸς ὕπαρξιν, τοῦτο καὶ ἀρχὴν ἔχει ζωῆς καὶ ἡμερῶν. τίς οὖν ἄρα τῷ μακαρίῳ Παύλῳ γέγονε σκοπὸς τοῦ λόγου; ἢ πῶς εἰς τύπον καὶ ὁμοίωσιν τοῦ Χριστοῦ παρέδειξε τὸν Μελχισεδέκ; τῶν ἐξ εἰκαιότητος οὖν ἐννοιῶν τὸν νοῦν ἀποστήσαντες, φέρε δὴ φέρε διασκεψώμεθα, καὶ ὡς ἔνι λέγωμεν, νομομαθὴς ὢν ἄγαν, οὐκ ἐξ ἁπλῶν ἐννοιῶν τὸν † πρὸς Ἰουδαίους ποιεῖται λόγον, ἀλλ' ἐκ γραμμάτων Μωσαϊκῶν, οἷς ἦν εἰκὸς καὶ οὐχ ἑκόντας παραχωρεῖν, σὺν τῇ ἀληθείᾳ πολεμεῖν ἐγνωκότας. δέχεται τοίνυν τὸν Μελχισεδὲκ, εἰς ὁμοίωσιν τότε καὶ ὑποτύπωσιν τοῦ Χριστοῦ, διά τοι τὸ λέγεσθαι βασιλέα δικαιοσύνης, καὶ μὴν καὶ εἰρήνης. πρέποι γὰρ ἂν εἶναι τουτὶ δὴ μόνῳ κατὰ λόγον τὸν μυστικὸν, τῷ Ἐμμανουήλ. δικαιοσύνης γὰρ καὶ εἰρήνης πρύτανις ἀνεδείχθη, τοῖς ἐπὶ γῆς. καὶ δεδικαιώμεθα μὲν ἐν αὐτῷ, τὸ τῆς ἁμαρτίας ἄχθος ἀποπεμψάμενοι. ἐσχήκαμεν δὲ καὶ εἰρήνην τὴν πρὸς τὸν πατέρα καὶ θεὸν, τὴν μεσολαβοῦσιν τι καὶ διιστῶσιν ἡμᾶς τῶν τρόπων

† ἄλλ. περὶ Ἰουδαίοις.

ipsam veritatis pulchritudinem se conferre, quo pacto iam minus à præstantiore benedicitur? quid verò præstantius ex his sit ipsi dicant. Porro si Aaronem ariete inferiorem statuimus, & ab animali rationis experte benedicitur id quod ratione præditum est, id quod ad sacerdotiū delectum erat, sanguine nullo sanctificatum dicemus, & cinis vituli affusus eos, qui participes facti sint, sanctificabit ad carnis puritatem. Quid igitur hæc res sibi vult? aut quænam horum sensuum altitudo? Typi sunt & imagines, atque, vt ita dicamus, præmonstrationes sanctificationis per CHRISTVM. Typus verò in rebus non in sanctificantium aut sanctificatorum natura deprehenditur: quandoquidem, vt modò dixi, id quod præstantius est ab inferiore benedicitur, si modò præstantior est hominis natura quàm vituli & arietis. Ne igitur eos pudeat, etiamsi Abraham multo potior ac melior existens quàm Melchisedec, ab eo benedictus dicatur. Typus enim erat vincens, non autem benedicentis natura. Miror verò, quòd cùm ipsum statuant in similitudinem ac typum filij, matre ac patre carere contendant, vt angelum, cùm vtroq; parente CHRISTVS quodammodo floreat. Mater enim ipsius in terris fuit sancta Virgo. Erat autē ei & est in cælis pater Deus. Oportere verò arbitror imagines ad archetypa depingi. Quoniam verò diuinus Paulus, *neque principium dierum, neque finem vitæ habere Melchisedec* dixit, idcirco eum potestatem rationalem & sacerdotem esse contendunt, non intelligētes quòd aliquid eorum, quæ necessaria sunt, eos prætereat. Nihil enim eorum quæ creata sunt, principij expers fuerit ratione temporis: sed quidquid in vniuersum essentiam accepit, hoc etiam principium habet vitæ ac dierū. Quisnam itaque beati Pauli scopus fuit? aut quo pacto *in similitudinem ac typum* CHRISTI Melchisedec statuit? Age igitur, abducto intellectu ab hac absurditate opinionum id cōsideremus, & quod fieri poterit dicamus. Paulus itaq;, vtpote qui legē optimè † callebat, non simplicibus argumentis cum Iudæis agebat; sed scriptis Mosaicis, quibus verisimile erat ipsos etiam nolentes cessuros, qui veritati repugnare norant. Statuit itaque Melchisedec in similitudinem ac typum CHRISTI, propterea quòd dicatur *rex iustitiæ & pacis*. Conuenit enim hoc soli mystica ratione Emmanueli. Iustitiæ enim ac pacis auctor atque largitor effectus est mortalibus. *Iustificati siquidem sumus per ipsum*, excusso peccati iugo. Consecuti etiam sumus pacem ad patrem ac Deum ab immunditiis

Heb. 7. 7.

Heb. 7. 3.

Heb. 7. 3.

Melchisedec à Paulo statuatur in typum CHRISTI.

† *vt secus pedes Gamalielis eruditus, &c.* Actor. 22. 3.

Heb. 7. 2.

Rom. 5. 1. 1. Cor. 6. 11.

morum,quæ nos ab eo dirimebat atque seiungebat,abluti,& vniti quodammodo ipsi per spiritum. *Qui* enim *Domino adhæret*, inquit idem, *vnus spiritus est*. *Melchi* igitur, si græcè reddas, *regem* significat: *Sedech* verò *iustitiam*. Facileque quis animaduertat propriam suam appellationem nactum, iuxta vim eorum, quæ significantur, *Rex iustitiæ*: in eo autem quòd dictus sit *rex Salem*, *Rex pacis*. Aptauit itaque diuinus Paulus hæc ex similitudine clara ac manifesta Melchisedec CHRISTO. Statuit autem symbolum siue typum sacerdotij præstantioris, quàm est legale, benedictionem Abrahæ factam, vinique & panum oblationem. Neque enim alia ratione benedicti sumus à CHRISTO, magno ac vero sacerdote. Benedicti verò sumus perinde atque Abraham, principibus sæculi huius fortissimè debellatis, & aduersarijs superiores declarati, nulliusque eorum, quæ in mundo sunt, egentes: at verò potiùs spiritales diuitias censentes ea, quæ Dei sunt, & gloriosam atque immarcescibilem supernorum donorum largitionem. Animaduerte enim quòd victori Abraham, & redeunti à cæde regum, sicut scriptum est, & dedignanti quidquam à principe Sodomorũ possidendum accipere, benedixit Melchisedec. Rex enim Sodomorum victori Abrahæ dixit: *Da mihi animas*, † *equitatum verò tibi accipe*. Ipse verò nihil eorum quæ Regis Sodomorum erant, sibi vendicans: *Extendam*, inquit, *manum meam ad Deum altissimum, qui creauit cælum ac terram, si à filo [subtegminis] vsque ad corrigiam calcei accepero ex omnibus tuis, vt non dicas: Ego ditaui Abraham*. Neque enim Sanctorum consuetudo est mundanis diuitijs gaudere. Victores itaque visibilium pariter & inuisibilium inimicorum, neque quidquam mundanum admittentes, at potiùs supernas diuitias suspicientes benedicimur à CHRISTO pacis rege. Benedicimur autẽ tanquã donum cæli, & viaticũ vitæ suscipientes ea, quæ mystica atq; arcana sunt. Taceatur, si videtur, tantisper. Benedicimur verò à CHRISTO, & deprecationibus pro nobis ad Patrẽ. Melchisedec enim benedixit Abrahæ, hoc pacto: *Benedictus Deus altissimus, qui tradidit inimicos tuos captiuos tuos*. Dominus verò noster IESVS CHRISTVS omniũ nostrũ propitiatio: *Pater sancte*, inquit, *serua eos* † *in veritate tua*. Ex ipsa igitur nominum interpretatione rapit id, quod ad figurandum CHRISTVM facit. Ipsum etiam sacerdotij modum in exemplum rei manifestè ob oculos posuit. *Panes enim & vinum obtulit Melchisedec*. Quòd verò patre ac matre careret, eiusque genealogia igno-

> 1.Cor.6.17. — Melchisedec quid significet. — Malchus pro rege, aut purpura Syriacè. — Heb.7.2. — Heb.7.1. — Gen.14.17. — Gen.14.21. — † Vulg. Cetera tolle tibi. — Gen.14.20. — Ioan.17.11. — † Vulg. in nomine tuo. — Gen.14.18. — Heb.7.3.

ἀκαθαρσίαν ἀπονιψάμενοι, ἑνούμενοί τι ὥσπερ αὐτῷ διὰ πνεύματος. ὁ γὰρ κολλώμενος τῷ κυρίῳ, φησὶν, ἓν πνεῦμά ἐστιν. ἔστι τοίνυν κατά γε τὴν Ἑλλάδα φωνὴν, Μελχὶ μὲν, ὁ βασιλεύς· Σεδὲκ δὲ, δικαιοσύνη. καὶ ἴδοι τις ἂν τὸν Μελχισεδὲκ, ὡς ἐν ἰδίᾳ κλήσει πεπλουτηκότα, κατά γε τὴν ἐκ τῶν σημαινομένων δύναμιν, τὸ, βασιλεὺς δικαιοσύνης. ἐν δὲ τῷ, βασιλεὺς εἰρῆσθαι Σαλὴμ, βασιλεὺς εἰρήνης. ἥρμοσε δὴ οὖν ὁ θεσπέσιος Παῦλος, ὡς ἐξ ὁμοιώσεως ἤδη σαφοῦς τε καὶ ἐμφανοῦς τοῦ Μελχισεδὲκ, τὰ τοιάδε Χριστῷ. δέχεται δὲ τὸ ὑπὲρ νόμον ἱερωσύνης σύμβολον, τὸ κατευλογῆσαι τὸν Ἀβραὰμ, οἶνόν τε καὶ ἄρτους αὐτῷ παρασχεῖν. εὐλογούμεθα γὰρ οὐχ ἑτέρως, παρὰ Χριστοῦ τοῦ μεγάλου τε καὶ ἀληθοῦς ἱερέως. εὐλογούμεθα δὲ κατὰ τὸν θεσπέσιον Ἀβραὰμ, εὐσθενέστατα καταγωνισάμενοι τοὺς ἄρχοντας τοῦ αἰῶνος τούτου, καὶ τῆς τῶν πολεμίων χειρὸς ἀμείνους ἀναδεικνύμενοι, καὶ μηδενὸς τῶν ἐν κόσμῳ δεδεημένοι· πλοῦτον δὲ μᾶλλον ἡγούμενοι νοητὸν τὰ παρὰ θεοῦ, καὶ τὴν εὐκλεᾶ καὶ ἀμάραντον τῶν ἄνωθεν χαρισμάτων διανομήν. ἐννόει γὰρ ὅτι νενικηκότα τὸν Ἀβραὰμ καὶ ὑποστρέφοντα μὲν ἐκ τῆς κοπῆς τῶν βασιλέων, κατὰ γέγραπται, οὐκ ἀξιώσαντα δέ τι παρὰ τοῦ Σοδόμων ἄρχοντος εἰς ἰδίαν κτῆσιν ἑλεῖν, † εὐλόγησε † τὸν Μελχισεδέκ. ὁ μὲν γὰρ Σοδομιτῶν ἡγούμενος, ὡς νενικηκότι τῷ Ἀβραὰμ ἔφασκε, δός μοι τοὺς ἄνδρας, τὴν δὲ ἵππον λάβε σεαυτῷ. ὁ δὲ μηδενὸς τῶν ἐκείνου μεταποιεῖσθαι διεγνωκὼς, ἐκτενῶ, φησι, τὴν χεῖρά μου πρὸς τὸν θεὸν τὸν ὕψιστον, ὃς ἔκτισε τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, εἰ ἀπὸ σπαρτίου ἕως σφαιρωτῆρος ὑποδήματος λήψομαι ἀπὸ πάντων τῶν σῶν, ἵνα μὴ εἴπῃς, ἐγὼ ἐπλούτισα τὸν Ἀβραάμ. χαίρειν γὰρ ἁγίοις ἔθος, οὐκ ἐπὶ πλούτῳ κοσμικῷ. κεκρατηκότες τοίνυν ὁρατῶν καὶ ἀοράτων ἐχθρῶν, καὶ οὐδὲν ἀπὸ κόσμου δεχόμενοι, τιμῶντες δὲ μᾶλλον τὸν ἄνωθεν πλοῦτον, εὐλογούμεθα διὰ Χριστοῦ, τοῦ τῆς εἰρήνης βασιλέως. εὐλογούμεθα δὲ, ξένιον ὥσπερ οὐρανοῦ, καὶ † ζωῆς ἐφόδιον δεχόμενοι, τὰ μυστικά. σεσιγήσθω γάρ πως, εἰ δοκεῖ· εὐλογούμεθα δὲ παρὰ Χριστοῦ, καὶ πρεσβείαις ταῖς ὑπὲρ ἡμῶν πρὸς τὸν πατέρα. ὁ μὲν γὰρ Μελχισεδὲκ εὐλόγει τὸν Ἀβραὰμ, οὕτω λέγων. εὐλογητὸς ὁ θεὸς ὁ ὕψιστος, ὃς ἔδωκε τοὺς ἐχθρούς σου ὑποχειρίους σοι. ὁ δὲ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, τὸ πάντων ἡμῶν ἱλαστήριον, πάτερ ἅγιε, φησι, τήρησον αὐτοὺς ἐν τῇ ἀληθείᾳ σου. οὐκοῦν καὶ ἐκ τῆς τῶν ὀνομάτων ἑρμηνείας ἁρπάζει τὸ χρήσιμον, εἰς ὑποτύπωσιν τοῦ Χριστοῦ. καὶ αὐτὸν δὲ τῆς ἱερωσύνης τὸν τρόπον, εἰς παράδειξιν τοῦ πράγματος ἐποιεῖτο σαφῆ. ἄρτους γὰρ καὶ οἶνον ἐξεκόμιζεν ὁ Μελχισεδέκ. ὅτι δὲ ἀπάτωρ ἢ ἀμήτωρ ἦν, ἤγουν ἀγενεαλόγητος,

> † κ. εὐλογῆσαι. — † Fortè ὁ. — † ἄλ. γῆς.

γητος ἢ ἀρχὴν ἡμερῶν, ἢ τέλος ζωῆς οὐκ ἔχων ὁ Μελχισεδέκ, οὐδαμοῦ διαμεμήνυκε τὸ γράμμα τὸ ἱερόν. πεφενάκικεν οὖν ἄρα, φαίη τις ἂν ἴσως, ὁ θεσπέσιος Παῦλος. οὐ τοῦτο φαμέν, μὴ γένοιτο. λαλεῖ γὰρ ἀλήθειαν. δέχεται δὲ μᾶλλον ὁ μυσταγωγὸς τεχνίτης, † ἂν ἄγαν εἰς τύπον τῆς δόξης τοῦ Ἐμμανουὴλ, καὶ τὴν ἐπὶ τούτοις αὐτοῖς οἰκονομικὴν ἀφήγησιν. ὅτι γὰρ μόνον ἦν ἱερεὺς ὁ Μελχισεδέκ, ἡ θεόπνευστος ἡμῖν ὑπέφηνε γραφή, γένος οὐκ ὀνομάσασα ἢ τίνος ἐξέφυ πατρὸς ἢ μητρός· ἀλλ' οὐδὲ εἰς πόσον ἐτῶν κατέληξεν ἀριθμὸν, ἢ ποίας ἔχων εὑρίσκεται τῆς ἱερωσύνης τὰς διαδοχὰς προσθεῖσαν εὑρίσκομεν. ὑποπλάττεται τοίνυν ἡ τῶν † τοσούτων ἡμῖν ἀφήγησις, οἱονεί πως τὸ διηνεκὲς καὶ ἄναρχον τοῦ Χριστοῦ, καθὸ νοεῖται θεός. ἄναρχον δέ φημι, τὸ ὡς ἐν ποσότητι δηλονότι τῇ κατὰ χρόνον. αὐτὸς γάρ ἐστι τῶν αἰώνων ὁ ποιητής. ὑπεμφαίνει δὲ πρὸς τούτῳ, καὶ τὸ ἀκατάληκτον τῆς ἱερωσύνης. διὰ τοῦτό φησιν ὁ μακάριος Παῦλος περὶ τοῦ Μελχισεδέκ, ὅτι μήτε ἀρχὴν ἡμερῶν μήτε ζωῆς τέλος ἔχων, ἀφωμοιωμένος δὲ τῷ υἱῷ τοῦ θεοῦ μένει εἰς τὸ διηνεκὲς ἱερεύς. ἔοικε δὲ καὶ ἕτερόν τι σοφὸν βεβουλεῦσθαι πάλιν. καὶ τί δὴ τοῦτό ἐστιν, ὡς ἂν οἷός τε ὦ, διειπεῖν πειράσομαι. ἀντέπραττον οἱ Ἰουδαῖοι τοῖς περὶ Χριστοῦ κηρύγμασι, καὶ τῶν ἀποστολικῶν σπουδασμάτων μονονουχὶ καταμελλᾶν ἐτόλμων, δύο ταῦτα προτείνοντες· ἓν μὲν, ὡς εἴη τῶν ἀμηχάνων τὴν τοῖς πατράσι διωρισμένην διὰ φωνῆς τοῦ πανσόφου Μωυσέως, ἀπρακτεῖν ἐντολὴν, καὶ ἀθετεῖσθαι τὸν νόμον, πολιτείας ἑτέρας τῆς οὐδενὶ τῶν πάλαι † διεγνωσμένης, ἀδοκήτως εἰσκρινομένης. ἕτερον δὲ αὖ. μὴ γὰρ δὴ χρῆναι διισχυρίζοντο τῆς ἱερωσύνης τὴν δόξαν ἔξω τῆς ἀπολέκτου φέρεσθαι φυλῆς, τουτέστι τῆς τοῦ Λευί. ἄνω τε καὶ κάτω τῆς ἐν ἱερῷ λειτουργίας ἀποσοβοῦντος θεοῦ τοὺς οὐκ ὄντας αὐτῆς, καὶ δίκην εὐθὺς τῷ τοιῷδε τολμήματι καθορίζοντος τὴν ἐσχάτην. ἀγωνίζεται τοίνυν νομομαθὴς ὢν ὁ Παῦλος, καὶ πειρᾶται πληροφορεῖν, ἀπό γε τοῦ εἰκότος. καὶ μέν τοι καὶ ἐξ αὐτῆς τῆς θεοπνεύστου γραφῆς, ὅτι καὶ νόμου † καινότης, καὶ ἱερωσύνης αὐτῆς προανεφωνεῖτο μετάθεσις. καὶ προανέλαμψεν ἐν τύποις ἡ ἑκατέρου δήλωσις. δέχεται δὴ οὖν οὐκ ἐκ φυλῆς ὄντα Λευιτικῆς τὸν Μελχισεδέκ, εἶτα δείκνυσιν ἱερέα μὲν ὄντα τοῦ ὑψίστου θεοῦ, προσάγοντα δὲ καὶ ἄρτους καὶ οἶνον, ἔφη τε οὕτω περὶ
,, αὐτοῦ. θεωρεῖτε δὲ πηλίκος οὗτος. ᾧ καὶ
,, δεκάτην Ἀβραὰμ ἔδωκεν ἐκ τῶν ἀκροθι-
,, νίων ὁ πατριάρχης. καὶ οἱ μὲν ἐκ τῶν υἱῶν Λευὶ
,, τὴν ἱερατείαν λαμβάνοντες, ἐντολὴν ἔχου-
,, σιν ἀποδεκατοῦν τὸν λαὸν κατὰ τὸν νόμον, του-
,, τέστι τοὺς ἀδελφοὺς αὐτῶν. καίπερ ἐξεληλυ-
,, θότας ἐκ τῆς ὀσφύος Ἀβραάμ. ὁ δὲ μὴ γενεα-
,, λογούμενος ἐξ αὐτῶν, δεδεκάτωκε τὸν Ἀ-
,, βραάμ. καὶ τὸν ἔχοντα τὰς ἐπαγγελίας εὐλόγη-
,, κε· χωρὶς δὲ πάσης ἀντιλογίας τὸ ἔλαττον

† ἴσως ταῦτα ἀνάγων.

† ἀλλ. ποιούτων.

† διεγνωσμένην.

† ἢ, καινότης.

raretur, vel quòd principium dierũ aut vitę finem non haberet Melchisedec, sacra Scriptura nusquam testatur. Falsus itaque est, (dicat fortasse aliquis) diuinus Paulus. Non hoc dicimus: absit. Veritatem enim loquitur. At potiùs artificiosus admodum sacrorum mysteriorum interpres statuit etiam œconomicam horum narrationẽ in typum gloriæ Emmanuelis. Quòd enim sacerdos solùm erat Melchisedec, sacra nobis Scriptura declarat, genus non recensens, neque quo patre aut matre natus sit, sed neque ad quantum annorum numerum peruenerit, aut quales habuerit sacerdotij successiones, enarrantem inuenias. Figuratè itaque nobis depingit horum narratio perpetuitatem & principij carentiã in CHRISTO, quà Deus est: carentiam autem, inquam, principij in quantitate nimirum secundùm tempus. Ipse enim est factor sæculorum. Significat autem pręterea, etiam indesinentiam sacerdotij. *Idcirco*, inquit beatus Paulus de Melchisedec, *quòd neque principium dierum neque vitæ finem habens, assimilatus verò filio Dei, manet sacerdos in perpetuum.* Videtur autem etiam aliud quid non vulgare subindicare, quod quidem quale sit explicare conabor. Obsistebant Iudæi CHRISTI prædicationi, & Apostolica studia irridebant, duo hæc opponentes. Vnum quidem, quòd impossibile esset, mandatũ patribus à Moyse pręscriptum antiquare, legemq; abrogare, alio viuendi genere nulli veterum cognito præter opinionem inducto. Alterum verò huiusmodi erat. Contendebãt enim sacerdotij gloriam à delecta tribu Leuitica nimirum auferri non debere: eò quòd passim à ministerio templi Deus eos arceat, qui ex ea non sunt, extremãq; huiusmodi temeritati pœnam irroget. Conatur itaq; Paulus, legis optimè peritus, verisimilibus rationibus planè comprobare, atq; adeò ex ipsa etiã Scriptura sacra, quòd & legis nouitas, & sacerdotij ipsius translatio prędicta sit, quodque vtriusque significatio in typis pręmonstrata fuerit. Statuit itaque Melchisedec ex tribu Leuitica. Deinde ostendit sacerdotem quidem fuisse altissimi Dei, offerentem verò panes & vinum, atque ita de ipso ait: *Intuemini autem quantus hic sit, cui & decimas dedit de præcipuis Abraham Patriarcha. Et quidem de filijs Leui sacerdotium accipientes, mandatũ habent decimas sumere à populo secundùm legem, id est, à fratribus suis, quamquam & ipsi exierint de lumbis Abraham. Cuius autem generatio non annumeratur in eis, decimas sumpsit ab Abraham, & hunc qui habebat repromissiones, benedixit. Sine vlla autem contradictione, quod minus est,*

Hebr. 7.3.

Iudæi in CHRISTI prædicatione præcipuè calumniabantur legis abrogationem, & sacerdotij translationem.

Ioan. 7. & 8. & 9.

Actor. 22.3.

Hebr. 7.4.

à me-

à meliore benedicitur. Cæterùm non in natura excellentiam Melchisedec, sed in ratione sacerdotij inesse dicimus: non renuente patriarcha Abraham, sed præeminentiam ipsi tribuente, atque honorem deferente, offerendo decimas. Decimant enim ij, qui ex sanguine Leui sunt, populum, etiamsi fratres sint. Is verò cuius generatio ipsis non annumeratur, hoc est Melchisedec (neque enim erat ex tribu Leui) decimauit Abrahamum, & benedixit. Atqui typus quidem in his consistit: CHRISTVS verò rursum in vmbris descriptus, cuius generatio non annumeratur ijs, qui secundùm legem ad sacerdotij functionem constituti erant [Heb.7.14.] (Natus enim est ex tribu Iuda, cui Moyses nihil de sacerdotibus præcepit) decimauit filios Leui, hoc est, sacerdotium legale. Decimauit autem olim quidem in Melchisedec: posteriùs verò etiam in Aaron. [Heb.7.9.] Decimauit enim etiam ipse filios Leui, typum CHRISTI præseferens, vt modò diximus. Demonstratum itaque est in Melchisedec transferendum esse sacerdotium à tribu secundùm legem id exercente, & alterius sacerdotij modum ac legem exoriri. Necesse enim erat legem etiam ipsam vnà cum sacerdotijs transferri atque mutari. Idcirco diuinus [Heb.7.11.] Paulus, de his rebus tractans, ita ait: *Si ergo consummatio per sacerdotiũ Leuiticum erat (populus enim sub ipso legem accepit) quid adhuc necessarium fuit secundùm ordinem Melchisedec alium surgere sacerdotem, & non secundùm ordinem Aaron dici? Translato enim sacerdotio, ne-* [Ibidem 15.] *cesse est, vt & legis translatio fiat*. Et rursum: *Et amplius adhuc manifestum est, si secundùm ordinem Melchisedec exurgat alius sacerdos, qui non secundùm legem mandati carnalis factus est, sed secundùm virtutem vitæ insolubilis. Contestatur* [Psal.109.4.] *enim, Quoniam tu es sacerdos in æternum secundùm ordinem Melchisedec*. Vides quo pacto damnet sacerdotium legale, vtpote quod nihil perficere valeat; vtilissimam verò demonstrat esse, melioris mandati illationem? Nam si in illo, inquit, vtilitas sita erat, cur non potiùs secundùm ordinem Aaron sacerdos alius demonstratur, & non secundùm ordinem Melchisedec? qui erat similitudo ac typus CHRISTI, non quidem carnaliter sacerdotium administrantis, sed secundùm virtutem vitæ indissolubilis. Nutrit enim nos in immarcescibilem vitam mysticis sacrificijs, etsi Aaron carnaliter sacerdotio fungatur. Boum siquidem mactationes per ipsum, & ouiũ immolationes exercebantur, [Heb.9.13.] & cinis vitulorũ aspergens eos qui communicabant ad carnis puritatem, aliaque præterea non perficiẽtia secundũ conscientiam

ὑπὸ τοῦ κρείττονος εὐλογεῖται. ἀλλ' οὐκ ,, ἐν τῇ φύσει τὴν ὑπεροχὴν τῷ Μελχισεδὲκ, ἀλλ' ἔν γε τῷ τρόπῳ τῆς ἱερωσύνης ἐνεῖναί φαμεν οὐκ ἀνανεύοντος τοῦ προπάτορος Ἀβραὰμ, ἀπονέμοντος δὲ ὥσπερ τὸ προὔχειν αὐτῷ, δι' ὧν ἔγνω τιμᾶν, καὶ αὐταῖς ταῖς τῶν δεκατῶν προσαγωγαῖς. ἀποδεκατοῦσι μὲν γὰρ οἱ ἐξ αἵματος Λευὶ τὸν λαὸν, καίπερ ὄντας ἀδελφούς. ὁ δὲ μὴ γενεαλογούμενος ἐξ αὐτῶν, τουτέστιν ὁ Μελχισεδὲκ. οὐ γὰρ ἦν ἐκ φυλῆς Λευί. δεδεκάτωκε τὸν Ἀβραὰμ καὶ εὐλόγηκε. καὶ ὁ μὲν τύπος, ἐν τούτοις. Χριστὸς δὲ δὴ αὖ, ὁ ἐν σκιαῖς γραφόμενος, ἀγενεαλόγητος ὢν, τοῖς κατὰ νόμον ἱερᾶσθαι τεταγμένοις. ἀνατέταλκε γὰρ ἐκ τῆς Ἰούδα φυλῆς, εἰς ἣν οὐδὲν περὶ ἱερέων Μωσῆς ἐλάλησε. δεδεκάτωκε τοὺς υἱοὺς Λευὶ, τουτέστι τὴν κατὰ νόμον ἱερωσύνην. δεδεκάτωκε δὲ πάλαι μὲν ἐν Μελχισεδὲκ· ὕστερον δὲ καὶ ἐν Ἀαρών. ἀπεδεκάτου γὰρ καὶ αὐτὸς τοὺς υἱοὺς Λευὶ, τύπον ἐπέχων τῆς ἱερωσύνης Χριστοῦ, καθάπερ ἤδη προείπομεν. ἀποδέδεικται τοίνυν ἐν μὲν τῷ Μελχισεδὲκ, ὅτι μετασήσεταί ποτε τῆς ἱερωσύνης τὸ χρῆμα, τῆς κατὰ νόμον ἱερατευούσης φυλῆς. καὶ μὴν, ὅτι καὶ ἕτερος ἱερουργίας ἀναλάμψει τρόπος τε καὶ νόμος. ἦν γάρ πως ἀνάγκη συμμεθίστασθαι καὶ ἀποφοιτᾶν ταῖς ἱερουργίαις, καὶ αὐτὸν τὸν νόμον. τοιγάρτοι καὶ ὁ θεσπέσιος Παῦλος φιλοσοφεῖ τὰ τοιάδε, καί φησιν. εἰ μὲν οὖν τελείωσις διὰ τῆς Λευ- ,, ιτικῆς ἱερωσύνης ἦν. ὁ λαὸς γὰρ ἐπ' αὐτῆς ,, νενομοθέτηται. τίς ἔτι χρεία κατὰ τὴν τάξιν ,, τοῦ Μελχισεδὲκ ἕτερον ἀνίστασθαι ἱερέα, καὶ οὐ ,, κατὰ τὴν τάξιν Ἀαρὼν λέγεσθαι; μετατιθε- ,, μένης γὰρ τῆς ἱερωσύνης, ἐξ ἀνάγκης καὶ νό- ,, μου μετάθεσις γίνεται. καὶ πάλιν. καὶ περισσότε- ,, ρον ἔτι κατάδηλόν ἐστιν, εἰ κατὰ τὴν τάξιν Μελ- ,, χισεδὲκ ἀνίσταται ἱερεὺς ἕτερος, ὃς οὐ κατὰ ,, νόμον ἐντολῆς σαρκίνης γέγονεν, ἀλλὰ κατὰ ,, δύναμιν ζωῆς ἀκαταλύτου. μαρτυρεῖται γὰρ, ,, ὅτι σὺ ἱερεὺς εἰς τὸν αἰῶνα κατὰ τὴν τάξιν ,, Μελχισεδέκ· ὁρᾷς ὅπως τὸ μηδὲν δύνασθαι ,, τελειοῦν τῆς κατὰ νόμον ἱερωσύνης καταψηφίζεται, χρησιμωτάτην ἀποδεικνὺς τῆς κρείττονος ἐντολῆς τὴν ἐπεισφοράν; εἰ γὰρ ἦν ἐν ἐκείνῃ τὸ ἀναγκαῖον, τί μὴ μᾶλλόν, φησι, κατὰ τὴν τάξιν Ἀαρὼν ἱερεὺς ἕτερος ἀναδείκνυται, καὶ οὐ κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδέκ; ὃς ἦν ὁμοίωσις καὶ τύπος Χριστοῦ, ἥκιστα μὲν σαρκικῶς ἱερατεύοντος ἔτι, κατὰ δύναμιν δὲ μᾶλλον ἀκαταλύτου ζωῆς. τρέφει γὰρ ἡμᾶς εἰς ἀμάραντον ζωὴν, ταῖς μυστικαῖς ἱερουργίαις, καί τοι σαρκικῶς ἱερατεύοντος Ἀαρών. βουθυσίαι τε γὰρ δι' αὐτοῦ, καὶ προβάτων ἦσαν σφαγαὶ, καὶ σποδὸς δαμαλέως ῥαντίζουσα τοὺς κεκοινωμένους, πρὸς τὴν τῆς σαρκὸς καθαρότητα· καὶ ἕτερα ἄττα πρὸς τούτοις, οὐ τελειοῦντα κατὰ συνείδησιν

τοὺς

τοὺς λατρεύοντας. ἀδύνατον γὰρ αἷμα ταύρων, ἀφαιρεῖν ἁμαρτίας. ὅτι τοίνυν καὶ ἕτερος ἡμῖν εἰσκεκόμισται τρόπος ἱερουργίας ἀφιστὰς τῶν πρώτων καὶ ἀρχαιοτέρων ἐθῶν, ἕτερός που πάντως καὶ ἱερεύς. καὶ εἰ καινὴν ἐπηγγείλατο διαθήκην ὁ θεὸς παλαιωθείσης τῆς πρώτης, ὁ κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδὲκ ἱερεύς, ἐφ᾽ οὗ πρέποι ἂν καὶ τὸ εἰς αἰῶνα νοεῖσθαι, οὐδεὶς ἂν ἕτερος εἴη παρὰ τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν. δι᾽ οὗ καὶ μεθ᾽ οὗ τῷ θεῷ καὶ πατρὶ δόξα σὺν ἁγίῳ πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

cultores. Impossibile enim est, sanguinem taurorum tollere peccata. Quando igitur alius etiam nobis sacrificij modus est inductus à primis ac veteribus moribus abducens, alius etiam omnino est sacerdos. Et si nouum testamentum annuntiauit Deus, antiquato priore, sacerdos secundùm ordinem Melchisedec, &c. quem perpetuum fore intelligendum est, nemo alius fuerit, præterquam Dominus noster IESVS CHRISTVS, per quem, & cum quo Deo & Patri gloria cum sancto Spiritu in sæcula sæculorum, Amen.

Sacerdos secundùm ordinem Melchisedec CHRISTVS

ΓΛΑΦΥΡΩ͂Ν

ΕἸΣ ΤΗ͂Ν ΓΈΝΕΣΙΝ

ΒΙΒΛΙ'ΟΝ ΤΡΙ'ΤΟΝ.

Περὶ τοῦ Ἀβραὰμ καὶ τῆς ἐπαγγελίας τῆς κατὰ τὸν Ἰσαάκ, καὶ ὅτι δι᾽ αὐτῶν προτετύπωτο τῆς πίστεως τὸ μυστήριον.

Ἀρχιερέα καὶ ἀπόστολον τῆς ὁμολογίας ἡμῶν γενέσθαι Χριστόν, ὁ θεσπέσιος γράφει Παῦλος· καὶ μὴν ὅτι τῆς ἀρχαίας καὶ διὰ Μωσέως ἐντολῆς τὴν ἀσυγκρίτως ἀμείνω καὶ προφερεστέραν ἡμῖν εἰσκεκόμικεν, φημὶ δὴ τὴν εὐαγγελικήν, κρείττονος διαθήκης γέγονεν ἐγγυητής, διεβεβαιοῦτο σαφῶς. καὶ ἀληθὴς ὁ λόγος, εἴπερ ὁ μὲν νόμος ὀργὴν κατεργάζεται, καὶ ἁμαρτίας ἐστὶ παραδεικτικός. δικαιοῖ δὲ ἡμᾶς ἡ διὰ τῆς τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἡμερότητος διακονουμένη χάρις. ὡς γὰρ αὐτός που φησίν, οὐκ ἦλθεν ἵνα κρίνῃ τὸν κόσμον, ἀλλ᾽ ἵνα σωθῇ ὁ κόσμος δι᾽ αὐτοῦ. ὅτι τοίνυν, κἂν εἰ μὴ γέγονε τὸ κατὰ σάρκα τυχὸν ἐκ φυλῆς τοῦ Λευί, κεχρημάτικέ τε καὶ ἔστιν ἀρχιερεὺς εἰς τὸν αἰῶνα κατὰ τὴν τάξιν τῆς ἱερωσύνης Μελχισεδέκ, ἀποχρώντως ἡμῖν ἤδη διέδειξεν ὁ λόγος. ὅτι δὲ τῆς ἐν πίστει δικαιοσύνης τὸ μυστήριον τῆς ἐν νόμῳ περιτομῆς πρεσβυτέραν ἔχει τὴν προαναῤῥησιν, καὶ ὅτι προκατεγράφετο τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ ὁ τύπος τοῦ μὴ ἂν ἑτέρως δύνασθαι σωθῆναί ποτε, πλὴν ὅτι διὰ μόνου Χριστοῦ τοῦ δικαιοῦντος τὸν ἀσεβῆ καὶ ἀνιέντος ἐγκλήματα. καὶ πρός γε δὴ τούτοις, ὅτι θεοῦ κληρονόμοι, καὶ ἐν τοῖς ὅτι μάλιστα γνησίοις κατατετάξονται τέκνοις οἱ ἐκ τῆς ἐπαγγελίας τῆς ἐν Ἰσαὰκ γεγενημένης πρὸς τὸν μακάριον Ἀβραάμ, φέρε δὴ † λέγωμεν, ἐξ αὐτῶν ἑλόντες τῶν ἱερῶν γραμμάτων, καὶ τὰς ἐφ᾽ ἑκάστῳ ποιούμενοι πίστεις λεπτῶς καὶ ἐξητασμένως. γράφει τοίνυν Ῥωμαίοις
„ ὁ ἱερώτατος Παῦλος. τί οὖν ἐροῦμεν εὑρη-
„ κέναι Ἀβραὰμ τὸν προπάτορα ἡμῶν κατὰ σάρκα; εἰ γὰρ Ἀβραὰμ ἐξ ἔργων ἐδικαιώθη, ἔχει καύ-

† ἴσως λέξωμεν.

GLAPHYRORVM

IN GENESIM

LIBER TERTIVS.

De Abraham, & de promissione per Isaac, & quòd per ipsos præfiguratum sit fidei mysterium.

Pontificem, & Apostolum confessionis nostræ factum esse CHRISTVM, diuinus Paulus scribit: quodque veteri illo & Mosaico mandato incomparabiliter melius atque vtilius, Euangelicũ nimirum, melioris sponsor Testamenti, tradiderit, manifestè confirmat. Et verus est sermo. Siquidẽ lex iram operatur, & peccatum manifestat; iustificat autem nos gratia, Saluatoris nostri benignitate administrata. quemadmodũ enim ipse alibi ait: *Non venit vt iudicet mundũ, sed vt saluetur mundus per ipsum.* Quòd igitur, etiamsi non sit ortus, secundùm carnem, ex tribu Leui, vocatus autem est & est sacerdos in æternum secundùm ordinem Melchisedec, abundè satis à nobis demonstratum est. Quòd verò mysterium iustificationis per fidem antiquiorem quàm circumcisio originem habeat, quodque Israëlitis in typo ac figura prænuntiatũ fuerit, eos non alia ratione vnquam saluari posse, quàm per solum CHRISTVM iustificantem impios, & remittentem peccata: præterea quòd hæredes Dei, atque inter maximè legitimos filios collocandi sint ij, qui ex promissione sunt in Isaac facta ad beatum Abraham; age dicamus, ex ipsis sacris Litteris desumentes, & vniuscuiusque rei accuratam probationem petentes. Paulus itaque ad Romanos ita scribit: *Quid igitur dicemus inuenisse Abraham patrem nostrum secundùm carnem? Si enim Abraham ex operibus legis iustificatus est, habet*

Hebr. 3.1.

Ioan. 12. 47

Iustificatio per fidem circumcisione antiquior.

Rom. 4. 1.

gloriam, sed non apud Deum. Quid enim dicit Gen. 15. 6. Gal. 3. 6. *Scriptura? Credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam. Ei autem qui operatur, merces non imputatur secundùm gratiam,* Iac. 2. 23. *sed secundùm debitum. Ei verò, qui non operatur, credenti autem in eum qui iustificat impium, reputatur fides eius ad iustitiam, secundùm propositum gratiæ Dei. Sicut & Dauid dicit beatitudinem hominis, cui Deus accepto fert iu-* Psal. 31. 2. *stitiam sine operibus: Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Beatus vir cui non imputauit Dominus peccatum. Beatitudo ergo hæc in circumcisione tantùm manet, an etiam in præputio? Dicimus enim quia reputata est Abrahæ fides ad iustitiam. Quomodo ergo reputata est, in circumcisione, an in præputio? Non in circumcisione, sed* Gen. 17. 10. & 11. *in præputio. Et signum accepit circumcisionis, signaculum iustitiæ fidei, quæ est in præputio: vt sit pater omnium credentium per præputium, vt reputetur & illis ad iustitiam: & sit pater circumcisionis non ijs tantùm, qui sunt ex circumcisione, sed & ijs, qui sectantur vestigia fidei, quæ est in præputio patris nostri Abrahæ.* Præterea subtiliorem huius mysterij probationem addit: atque ita ait: *Non enim per legem promissio Abrahæ, aut semini eius, vt hæres esset mundi, sed per iustitiam fidei. Si enim qui ex lege, hæredes sunt: exinanita est fides, abolita est promissio. Lex enim iram operatur. Vbi enim non est lex, nec præuaricatio. Ideo ex fide: vt secundùm gratiam firma sit promissio omni semini, non ei qui ex lege est solùm, sed & ei qui ex fide est Abrahæ, qui pater est omnium nostrûm (sicut* Gen. 17. 4. *scriptum est, Quia patrem multarum gentium posui te) ante Deum cui credidit, qui viuificat mortuos, & vocat ea quæ non sunt, tanquam ea quæ sunt.* Audis quo pacto passim confirmet ac dicat, idque acerrimè, quòd Abrahæ nondum circumciso, sed adhuc præputium habenti data sit gratia iustificans ipsum per fidem? quodque hæredes declarati sint beneficiorum Dei, ij qui vestigia sectari voluerint fidei, quæ est in præputio Abrahæ; non autem Mosaicis vmbris gloriabuntur, neque carnalem patrem Abraham iactabunt; Abraham pater multarum gentium. qui *multarum gentium pater* nominatus est, cùm Israël vnica gens sit, etiamsi fortè in immensurabilem multitudinē extensa sit, quia Rom. 4. 18. factus est pater credentium, qui ex omnibus, vt ita dicam, vrbibus ac regionibus sunt collecti, concorporesque facti in CHRISTO, & in spiritualem fraternitatem vocati. Orti enim sunt ex Abraham Iudæi. Cæterùm non omnes qui ex Israël sunt Israëlitæ. Neque verò eò quòd sint semen Abrahæ, filij statim omnes sunt censendi. Propinquiores verò ei facit fides eos, qui in præputio

καύχημα, ἀλλ' οὐ πρὸς θεόν. τί γὰρ ἡ γραφὴ λέγει; ἐπίστευσε δὲ Ἀβραὰμ τῷ θεῷ, καὶ ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην. τῷ δὲ ἐργαζομένῳ ὁ μισθὸς οὐ λογίζεται κατὰ χάριν, ἀλλὰ κατὰ ὀφείλημα. τῷ δὲ μὴ ἐργαζομένῳ, πιστεύοντι δὲ ἐπὶ τὸν δικαιοῦντα τὸν ἀσεβῆ, λογίζεται ἡ πίστις αὐτοῦ εἰς δικαιοσύνην. καθάπερ καὶ Δαβὶδ λέγει τὸν μακαρισμὸν τοῦ ἀνθρώπου, ᾧ ὁ θεὸς λογίζεται δικαιοσύνην, χωρὶς ἔργων. μακάριοι ὧν ἀφέθησαν αἱ ἀνομίαι, καὶ ὧν ἐπεκαλύφθησαν αἱ ἁμαρτίαι· μακάριος ἀνὴρ, ᾧ οὐ μὴ λογίσηται κύριος ἁμαρτίαν. ὁ μακαρισμὸς οὖν οὗτος, ἐπὶ τὴν περιτομὴν, ἢ καὶ ἐπὶ τὴν ἀκροβυστίαν, λέγομεν γὰρ, ὅτι ἐλογίσθη τῷ Ἀβραὰμ ἡ πίστις εἰς δικαιοσύνην. πῶς οὖν ἐλογίσθη; ἐν περιτομῇ ὄντι, ἢ ἐν ἀκροβυστίᾳ, οὐκ ἐν περιτομῇ, φησὶν, ἀλλ' ἐν ἀκροβυστίᾳ. καὶ σημεῖον ἔλαβε περιτομῆς, σφραγῖδα τῆς δικαιοσύνης τῆς πίστεως τῆς ἐν τῇ ἀκροβυστίᾳ, εἰς τὸ εἶναι αὐτὸν πατέρα πάντων τῶν πιστευόντων δι' ἀκροβυστίας, εἰς τὸ λογισθῆναι αὐτοῖς εἰς δικαιοσύνην, καὶ πατέρα περιτομῆς τοῖς οὐκ ἐκ περιτομῆς μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς στοιχοῦσι τοῖς ἴχνεσι τῆς ἐν ἀκροβυστίᾳ πίστεως τοῦ πατρὸς ἡμῶν Ἀβραάμ. καὶ πρὸς δὴ τούτοις, ἰσχνοτέραν ἔτι ποιεῖται τοῦ μυστηρίου τὴν βάσανον. οὕτω τί φησιν. οὐ γὰρ διὰ νόμου ἡ ἐπαγγελία τῷ Ἀβραὰμ, ἢ τῷ σπέρματι αὐτοῦ τὸ κληρονόμον αὐτὸν εἶναι τοῦ κόσμου, ἀλλὰ διὰ δικαιοσύνης πίστεως. εἰ γὰρ οἱ ἐκ νόμου κληρονόμοι, φησὶ, κεκένωται ἡ πίστις καὶ κατήργηται ἡ ἐπαγγελία. ὁ γὰρ νόμος ὀργὴν κατεργάζεται. οὗ γὰρ οὐκ ἔστι νόμος, οὐδὲ παράβασις. διὰ τοῦτο ἐκ πίστεως, ἵνα κατὰ χάριν εἰς τὸ εἶναι βεβαίαν τὴν ἐπαγγελίαν παντὶ τῷ σπέρματι, οὐ τῷ ἐκ τοῦ νόμου μόνον, ἀλλὰ καὶ τῷ ἐκ πίστεως Ἀβραὰμ, ὅς ἐστι πατὴρ πάντων ἡμῶν, καθὰ γέγραπται. ὅτι πατέρα πολλῶν ἐθνῶν τέθεικά σε, κατέναντι οὗ ἐπίστευσε θεοῦ τοῦ ζωοποιοῦντος τοὺς νεκροὺς, καὶ καλοῦντος τὰ μὴ ὄντα, ὡς ὄντα. ἀκούεις ἄνω τε καὶ κάτω διαβεβαιούμενον καὶ λέγοντος οὐχ ὑπεσταλμένως, ὡς οὔπω μὲν ἔχοντι τὴν περιτομὴν, ἐν ἀκροβυστίᾳ δὲ μᾶλλον ἔτι τυγχάνοντι δέδοται τῷ Ἀβραὰμ ἡ διὰ πίστεως αὐτὸν δικαιοῦσα χάρις καὶ μὴν ὅτι κληρονόμοι τίθενται τῶν παρὰ θεοῦ χαρισμάτων οἱ ἰχνηλατεῖν ἐθέλοντες τῆς ἐν ἀκροβυστίᾳ πίστεως τοῦ προπάτορος Ἀβραὰμ τὴν μίμησιν. καὶ οὔτι που πάντως οἱ μέγα φρονεῖν εἰωθότες ἐπὶ τῇ διὰ Μωσέως διαγραφομένῃ σκιᾷ, καὶ σαρκικὸν αὐχοῦντες πατέρα τὸν Ἀβραὰμ, ὃς πολλῶν ἐθνῶν ὠνόμασται πατὴρ, καίτοι τοῦ Ἰσραὴλ ἑνὸς ἔθνους ὄντος, κἂν εἰ ἐκτείνοιτο τυχὸν εἰς πλῆθος οὐ μεμετρημένον, ἀλλὰ τῶν ἐν πίστει γέγονε πατὴρ, οἱ ἐξ ἁπάσης, ὡς ἔπος εἰπεῖν, πόλεώς τε καὶ χώρας συνειλεγμένοι, σύσσωμοι γεγόνασιν ἐν Χριστῷ, καὶ εἰς ἀδελφότητα κέκληνται πνευματικήν. γεγόνασι μὲν γὰρ ἐξ Ἀβραὰμ Ἰουδαῖοι. πλὴν οὐ πάντες οἱ ἐξ Ἰσραὴλ οὗτοι Ἰσραὴλ, οὐδὲ ὅτι εἰσὶ σπέρμα Ἀβραὰμ, πάντες τέκνα. προσοικειοῖ δὲ μᾶλλον ἡ πίστις αὐτῷ, τοὺς ἐν ἀκροβυστίᾳ πιστευ-

πιστεύσαντας. πεποίηται γὰρ ἡ ὑπόσχεσις, δέδοται δὲ καὶ ἡ δικαιοῦσα χάρις, οὔπω μὲν ἔχοντι τὴν περιτομὴν τῷ Ἀβραάμ, ὄντι δὲ μᾶλλον ἐν ἀκροβυστίᾳ, κατά γε τὴν πίστιν τῶν ἱερῶν γραμμάτων. ὅτι δὲ τὸ ἐν πίστει δικαιοσύνης τὸ δῶρον οὐκ ἐπὶ μόνον ἂν ἴοι τὸν Ἀβραάμ, εἰ καὶ ἐν αὐτῷ γέγονεν ἡ ὑπόσχεσις, ἐκπεφοίτηκε δὲ ὥσπερ καὶ εἰς πάντας λοιπὸν τοὺς πεπιστευκότας, ἐμπεδοῖ πάλιν ἡμᾶς ὁ σοφώτατος Παῦλος οἷς ἔναγχος ἔφην προσεπιθείς. „οὐκ ἐγράφη δὲ δι' αὐτὸν μόνον ὅτι ἐλογίσθη „αὐτῷ πρὸς δικαιοσύνην. ἀλλὰ καὶ δι' ἡμᾶς οἷς „μέλλει λογίζεσθαι τοῖς πιστεύουσιν ἐπὶ τὸν ἐγείραντα „Ἰησοῦν τὸν κύριον ἡμῶν ἐκ νεκρῶν. ὃς παρεδόθη διὰ „τὰ παραπτώματα ἡμῶν, καὶ ἠγέρθη διὰ τὴν δικαιοσύνην ἡμῶν. οὐκοῦν ξένιον οὐρανοῦ καὶ δῶρον ἡμερότητος τῆς ἄνωθεν, ἡ ἐκ πίστεως ἡμᾶς δικαιοῦσα χάρις καὶ ἐν τέκνοις Ἀβραὰμ καταλογισθεῖεν ἄν, οὐχὶ δὴ πάντως οἱ ἐξ αὐτοῦ κατὰ σάρκα γεγονότες, ἀλλ' ὅσοι τὴν πρὸς αὐτὸν πεπλουτήκασι συμμορφίαν, καὶ ἀδελφοὶ φρονοῦντες πιστεύουσιν εἰς τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν. οὗτοι καὶ τῶν παρὰ θεοῦ χαρισμάτων ἔσονται κληρονόμοι παρωθέντος ἐξ ἀπιστίας τοῦ κατὰ σάρκα Ἰσραήλ. διεπλάττετο δὲ καὶ μάλα σαφῶς, καὶ τοῦτο ἡμῖν ἐν τῷ κατὰ Ἰσαὰκ μυστηρίῳ. ἀλλὰ φέρε λέγωμεν ὡς ἐνὶ δὴ πάλιν αὐτὰ παραθέντες εἰς εἴδησιν τὰ Μωσέως γράμματα. ἔχει δὲ οὕτως. „μετὰ δὲ τὰ ῥήματα „ταῦτα, φησί, ἐγενήθη ῥῆμα κυρίου πρὸς Ἀβραὰμ „ἐν ὁράματι λέγων. μὴ φοβοῦ Ἀβραάμ, ἐγὼ „ὑπερασπίζω σου. ὁ μισθός σου πολὺς ἔσται „σφόδρα. λέγει δὲ Ἀβραάμ, δέσποτα, τί μοι δώσεις; ἐγὼ δὲ ἀπολύομαι ἄτεκνος. ὁ δὲ υἱὸς Μασὲκ „τῆς οἰκογενοῦς μου οὗτος Δαμασκὸς Ἐλιέζερ. καὶ εἶπεν „Ἀβραάμ, ἐπειδὴ ἐμοὶ οὐκ ἔδωκας σπέρμα. „ὁ δὲ οἰκογενής μου κληρονομήσει με. καὶ εὐθὺς φωνὴ „κυρίου ἐγένετο πρὸς αὐτὸν λέγουσα· οὐ κληρονομήσει σε οὗτος, ἀλλ' ὃς ἐξελεύσεται ἐκ σοῦ, οὗτος „κληρονομήσει σε. ἐξήγαγε δὲ αὐτὸν ἔξω, καὶ εἶπεν „αὐτῷ· ἀνάβλεψον δὴ εἰς τὸν οὐρανὸν καὶ ἀρίθμησον τοὺς ἀστέρας, εἰ δυνήσει ἐξαριθμῆσαι αὐτούς. καὶ εἶπεν. οὕτως ἔσται τὸ σπέρμα σου. καὶ ἐπίστευσεν Ἀβραὰμ τῷ θεῷ, καὶ ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς „δικαιοσύνην. συνῴκει μὲν γὰρ αὐτῷ καὶ συνέστιος ἦν, ἡ μακαρία Σάρρα, ἡ διερμηνευομένη λέγεται ἄρχουσα. γυνὴ τὴν ὥραν ἐκπρεπεστάτη καὶ λίαν εὐπρόσωπος. μεμαρτύρηκε γὰρ οὕτως τὸ γράμμα τὸ ἱερόν. παρείπετο δὲ δευτέροις ὥσπερ καὶ νόθοις ὑπηρετοῦσα γάμοις ἡ οἰκογενής, τουτέστιν ἡ Ἄγαρ. καὶ αὐτὴ δὲ παροίκησις ἑρμηνευομένη. ἀλλ' ἡ μὲν Σάρρα τέκνων οὔπω γνησίων ὠδῖνα λαβοῦσα κατεθρήνει τὴν ἀπαιδίαν. ἡ δὲ Ἄγαρ ἔτικτε τὸν Ἰσμαήλ. ἐχόντων δὲ ὧδε τῶν ἐν ἱστορίᾳ πραγμάτων „προσλαλεῖ θεὸς τῷ Ἀβραὰμ „λέγων· ἐγὼ ὑπερασπίζω σου. ὁ μισθός σου „πολὺς ἔσται σφόδρα. ὁ δέ, τί πρὸς ταῦτά „φησι; δέσποτα, τί μοι δώσεις; ἐγὼ δὲ „ἀπολύομαι ἄτεκνος· ὁ δὲ υἱὸς Μασὲκ τῆς „οἰκογενοῦς μου, οὗτος Δαμασκὸς Ἐλιέζερ;

crediderunt. Facta enim est promissio, dataque est gratia iustificans Abrahæ nondum quidem circumciso, imò potiùs adhuc præputium habenti, prout sacræ Litteræ testantur. Quòd verò donum iustitiæ per fidem non ad solum Abraham pertineret, tametsi in ipso facta sit promissio, sed in omnes quodammodo credentes sit propagatum, sapientissimus Paulus rursum confirmat, ijs quæ modò dixi, adijciens: *Non est autem scriptum propter ipsum tantùm, quia reputatũ est illi ad iustitiam: sed & propter nos, quibus reputabitur credentibus in eum, qui suscitauit* IESVM CHRISTVM, *Dominum nostrum, à mortuis, qui traditus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram.* Cæleste igitur donum, diuinæ benignitatis inquam, iustificans nos per fidem, non solùm filios Abrahæ comprehendit, qui ex ipso secundùm carnem orti sunt, sed qui eandem cum eo formam & fraternum animum nacti, credunt in Dominum nostrum IESVM CHRISTVM; hi etiam beneficiorum Dei participes sunt futuri, reiecto, ob incredulitatem, carnali Israële. Quod quidem manifestè admodum in mysterio Isaac nobis descriptum est. Cæterùm age, dicamus quoad eius fieri poterit, ipsa Moysis scripta in medium adferentes. Ita verò habent: *Post verba autem hæc*, inquit, *factum est verbum Domini ad Abraham in visione, dicens: Ne timeas Abraham: Ego protegam te: merces tua multa erit nimis. Dicit autem Abraham: Domine, quid mihi dabis? † Ego autem dimittor sine liberis At filius Masec vernaculæ meæ hic Damascus Eliezer. Et ait Abraham: Quoniam mihi non dedisti filium. At vernaculus meus hæreditabit me, & statim vox Dei facta est ad eum, dicens: Non hæreditabit te hic, sed qui egredietur de te, hic hæreditabit te. Eduxit autem eum foras, & dixit ipsi: Respice in cælum, & numera stellas, si poteris numerare ipsas. Et dixit, Sic erit semen tuum. Et credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam.* Erat enim ipsi legitimo matrimonio coniuncta beata Sarra, quæ interpretatur dominatrix, mulier formosissima. Ita enim Scriptura testatur. Coniuncta autem erat ipsi secundo quodammodo atq; illegitimo coniugio, vernacula, hoc est, Agar, quæ interpretatur, Peregrinatio. Atqui Sarra, quæ nunquam legitimam prolem conceperat, lugebat suam orbitatem. Agar autem peperit Ismaëlem. Rebus igitur ita constitutis, *locutus est Deus ad Abraham dicens, Ego protegam te: merces tua multa erit nimis.* Hic verò quid ad hæc? *Domine quid mihi dabis. Ego autem dimittor sine liberis: filius autem Masec vernacula mea hic Damascus Eliezer.*

Rom. 4. 23.

Gen. 15. 1.

† Vulg. Ego vadam sine liberis, & filius procuratoris domus meæ iste Damascus Eliezer.

Gen. 15. 6. Rom. 4. 3. & 18. Galat. 3. 6. Iac. 2. 23.

Sarra quid significet.

Agar quid significet.

Gen. 15. 1.

Animaduerte sermonis perfectionem. *Quid mihi dabis*, inquit, *Domine?* Intelligis quopacto nulla ratione se terrenis facultatibus indigere dicat, quinetiam si multo plura eum possidere contingat, nequaquam se ijs oblectaturum inquit, nisi legitimum habeat hęredem, ex libero matrimonio natum, verè filium. Vide autē quomodo natura ad sciendum apertè id quod vtile est, sua sponte & absque legibus scriptis feratur. Cùm enim filium haberet, Ismaelem inquam, orbum se vocauit diuinus Abraham. Nouit itaque, & quidem apertè, natura, quòd neque filius in vniuersum meritò vocari possit, qui ex adulterinis ac spurijs nuptijs est natus. *Neque* enim *dabit radicem in profunditate*, quemadmodum scriptum est: quòd verò etiamsi quibusdam filius ex serua nascatur, frigida ac vana res sit, neque liberę delectationi adscribenda, ostendit dicens: *Filius autē Masec vernaculæ meæ, hic Damascus Eliezer.* Hoc est, fiet mihi deinceps natus ex serua sanguinis solatium. Hoc enim est. Damascus. Reputabitur autē in remuneratione & auxilium à Deo. Hoc enim rursum est Eliezer. Perinde igitur est, ac si dicat apertè: Pro sanguine legitimo & amore, qui ei debetur, solatium sanguinis & remuneratio à Deo necessariò mihi fiet vernaculus, meusque hæres erit. *Quid igitur dabis mihi?* nisi legitimū habeam successorem, despicabilis omnino erit tuus Abraham, Domine. Orbus enim legitimis ex libera filijs decedit. Cæterùm Deus non diu iustum mœrere permisit. Statim enim semen promisit in Isaac, quod & stellarum innumerabili multitudini par fore ait. Confirmat autem quòd innumerarum gentium pater esset vocandus, etiam si orbitatis metu perculsus esset. *Credidit autem*, inquit, *Abraham Deo & reputatū est ei ad iustitiam.* Pręmium itaque aufert iustitiam, fide vniuersorum Dominum colens. Testatus enim est per hoc ipsum, omnia præstare atque efficere posse. Incredulus verò & contemptor, arrogans fuerit ac contumeliosus; meritò itaque pœnam ac supplicium incurret. *Credidit igitur Abraham Deo, & iustificatus est ab eo.* Repetit autem signum in confirmationem ac veritatem promissorum. Deus ergo singulari consilio iuramentum adhibet, ne is, qui iam crediderat, animo vacillaret. Ita enim scriptum est: *Dixit autem ad eum: Ego Deus qui eduxi te de Vr regione Chaldæorum, vt darem tibi terram hanc hæreditare. Ait autem: Dominator Domine Deus. secūdùm quid sciam quòd hæreditabo eam? Dixit autem ei: Accipe mihi vitulum triennem, & capram triennem, & arietem trimum: & turturem, & columbam. Et accepit*

Sap. 4. 3.

Gen. 15. 6.
Rom. 4. 18.

Ibidem.

Gen. 15. 8.

ἐπιτήρει τοῦ λόγου τὸ ἀκριβές. τί μοι γὰρ δώσεις, φησὶν, ὦ δέσποτα; συνίης ὅπως οὐδενὸς τὸ παράπαν ἐπιδεῖσθαί φησι τῶν ἐπιγείων κτημάτων, ἀλλ' οὐδ' ἂν γένοιτο καὶ ἐπὶ πλειόνων δεσπότης θυμηδίαν ἡγεῖσθαι τὸ χρῆμά φησιν εἰ μὴ γνήσιον ἔχοι τὸν κληρονόμον ἐξ ἐλευθέρων ἀναφύντα γάμων τὸν ἀληθῶς υἱόν. ἄθρει δὲ ὅτι πρὸς τὸ εἰδέναι σαφῶς τὸ λυσιτελὲς, ἡ φύσις αὐτόματος καὶ δίχα νόμων γεγραμμένων, καί τοι γὰρ ἔχοντος υἱὸν, φημὶ δὴ τοῦ Ἰσμαὴλ, ἄτεκνον ἑαυτὸν ὠνόμαζεν ὁ θεσπέσιος Ἀβραάμ. οἶδεν οὖν ἐναργῶς καὶ μάλα σαφῶς ἡ φύσις ὅτι μηδὲ υἱὸς ὅλως ὀνομάζοιτο ἂν εἰκότως, ὁ ἐκ κιβδήλων τε καὶ νόθων ἀναφὺς νυμφευμάτων. οὐ γὰρ δώσει ῥίζαν εἰς βάθος, κατὰ τὸ γεγραμμένον. ὅτι δὲ κἂν εἰ γένοιτό ποτε τέκνον ἐκ θεραπαίνης τισί. ψυχρόν τι καὶ ἕωλον τὸ χρῆμά πού πάντως καὶ οὐκ ἂν ἐλευθέροις καταγράφοιτο θυμηδίαις, προσαπέδειξε λέγων· ὁ δὲ υἱὸς Μασὲκ τῆς οἰκογενοῦς μου, οὗτος Δαμασκὸς Ἐλιέζερ. τουτέστι, γενήσεταί μοι λοιπὸν ὁ ἐκ τῆς οἰκογενοῦς, αἵματος φίλημα. τοῦτο γάρ ἐστι τὸ Δαμασκός. καταλογισθήσεται δὲ καὶ εἰς ἀντίληψιν καὶ ἐπικουρίαν τὴν παρὰ θεοῦ. τοῦτο γὰρ πάλιν τὸ Ἐλιέζερ. ὅμοιον οὖν ὡς εἰ λέγοι σαφῶς, ἀνθ' αἵματος τοῦ γνησίου καὶ ἀγάπης τῆς εἰς αὐτὸ, αἵματος φίλημα καὶ ἀντίληψις † ὁ παρὰ θεοῦ καθάπερ ἐξ ἀνάγκης ὁ οἰκογενής μου γενήσεται, ἔσται δέ μου καὶ κληρονόμος. τί οὖν μοι δώσεις; εἰ μὴ γνήσιον ἔχοιμι τὸν διαδεξάμενον, ὑπὸ μῶμον ἔσται πάντη τοι, καὶ πάντως ὁ σὸς Ἀβραὰμ ὦ δέσποτα. τέκνων γὰρ ἔρημος ἀπαλλάττεται τῶν ἀληθινῶν καὶ ἐξ ἐλευθέρας. ἀλλ' οὐ μακρὰ λυπεῖσθαι τὸν δίκαιον ἠφίει θεός. σπέρμα γὰρ εὐθὺς ἐπηγγέλλετο τὸ ἐν Ἰσαὰκ, ὃ καὶ ἰσάριθμον ἔσεσθαί φησι τῇ τῶν ἀστέρων ἀμετρήτῳ πληθύϊ. διεβεβαιοῦτο δὲ ὅτι μυρίων ὅσων ἐθνῶν κληθήσεται πατὴρ, καί τοι τοῖς εἰς ἀπαιδίαν ἐπτοημένος δείμασι. πεπίστευκε δὲ, φησὶν, Ἀβραὰμ τῷ θεῷ, καὶ ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην. γέρας οὖν ἔχει τὴν δικαιοσύνην, ὁ πίστει τιμῶν τὸν τῶν ὅλων δεσπότην. μεμαρτύρηκε γὰρ διὰ τούτου, τὸ πάντα δύνασθαι κατορθοῦν αὐτῷ, ὁ δὲ ἄπιστός τε καὶ ἀμελετητὴς, ἀλαζὼν ἔσται καὶ ὑβριστής. πείσεται δὴ οὖν ταύτῃ τοι λοιπὸν καὶ ὑπὸ δίκην καὶ λόγους. πεπίστευκεν οὖν Ἀβραὰμ τῷ θεῷ, καὶ δεδικαίωται παρ' αὐτοῦ. προσεπαιτεῖ δὲ σημεῖον εἰς βεβαίωσιν καὶ ἀλήθειαν, τῶν ὡς ἔσονται προεπηγγελμένων. εἶτα θεὸς οἰκονομικῶς σκήπτεται τὸ ἐνώμοτον καταδονεῖσθαί πως πρὸς διψυχίαν, οὐκ ἀφιεὶς τὸν πεπιστευκότα. γέγραπται γὰρ οὕτως. εἶπε δὲ πρὸς αὐτόν· ἐγὼ ὁ θεὸς ὁ ἐξαγαγών σε ἐκ χώρας Χαλδαίων, ὥς τε δοῦναί σοι τὴν γῆν ταύτην κληρονομῆσαι αὐτήν. εἶπε δὲ, δέσποτα κύριε κύριε, τί γνώσομαι ὅτι κληρονομήσω αὐτήν; εἶπε δὲ αὐτῷ, λάβε μοι δάμαλιν τριετίζουσαν, καὶ αἶγα τριετίζουσαν, καὶ κριὸν τριετίζοντα, καὶ τρυγόνα, καὶ περιστεράν. ἔλαβε δὲ

† ἴσως ἡ

ἑαυ-

„ ἑαυτῷ ταῦτα πάντα, καὶ διεῖλεν αὐτὰ μέσα, καὶ
„ ἔθηκεν ἀντιπρόσωπα ἀλλήλοις. τὰ δὲ ὄρνεα οὐ
„ διεῖλε. κατέβη δὲ ὄρνεα ἐπὶ τὰ σώματα, ἐπὶ τὰ
„ διχοτομήματα αὐτῶν· καὶ συνεκάθισεν αὐτοῖς
„ Ἀβραάμ. περὶ δὲ ἡλίου δυσμὰς, ἔκστασις ἐπέ-
„ πεσεν ἐπὶ τὸν Ἀβραάμ. καὶ ἰδοὺ φόβος σκοτεινὸς
„ μέγας ἐπιπίπτει αὐτῷ. καὶ ἐρρέθη πρὸς Ἀβραάμ,
„ γινώσκων γνώσῃ, ὅτι πάροικον ἔσται τὸ σπέρμα
„ σου ἐν γῇ οὐκ ἰδίᾳ, καὶ δουλώσουσιν αὐτοὺς καὶ
„ κακώσουσιν αὐτοὺς ἔτη τετρακόσια. τὸ δὲ ἔθνος
„ ᾧ ἐὰν δουλεύσωσι, κρινῶ ἐγώ. μετὰ δὲ ταῦτα
„ ἐξελεύσονται ὧδε μετὰ ἀποσκευῆς πολλῆς. σὺ
„ δὲ ἀπελεύσῃ πρὸς τοὺς πατέρας σου μετ' εἰρή-
„ νης, ταφεὶς ἐν γήρει καλῷ, τετάρτη δὲ γενεὰ,
„ ἀποστραφήσονται ὧδε. οὔπω γὰρ ἀναπεπλήρωνται
„ αἱ ἁμαρτίαι τῶν Ἀμορραίων ἕως τοῦ νῦν. ἐπειδὴ δὲ
„ ἐγένετο ὁ ἥλιος πρὸς δυσμὰς, φλὸξ ἐγένετο. καὶ
„ ἰδοὺ ἥλιος καπνιζόμενος, καὶ λαμπάδες πυρὸς,
„ αἳ διῆλθον ἀνὰ μέσον τῶν διχοτομημάτων τούτων.
ἀλλὰ τί δὴ πάντως ἐστὶ τὸ γεγενημένον, ὁ φιλο-
μαθὴς κατασκέψεται, καὶ τὸν τῆς ὁρκωμοσίας περιερ-
γάσεται τρόπον, τί ἂν βούλοιντο δηλοῦν τὰ διχοτο-
μήματα, λέγων. τί δὲ τῶν ὀρνέων ἡ πτῆσις, καὶ τὰ ἐπ'
αὐτὰ συνδρομή; τί δὲ δὴ αὖ καὶ ἡ τοῦ Ἀβραὰμ συγ-
κάθησις; τί δὲ καὶ ἡ φλὸξ ἡ διάττουσα, μέσον τῶν
διχοτομημάτων. ἀφηγησόμεθα δὴ οὖν, ἀναγ-
καίως ὅρκου χρείαν ἐπλήρου Χαλδαίοις τὸ διὰ
μέσου ἰέναι τῶν διχοτομηθέντων ζώων, καὶ οἱονείπως
† ἀναφωνεῖν δι' αὐτοῦ τοῦ δρωμένου οὕτω, μὴ γε-
νοίμην ὡς τάδε. Χαλδαίῳ δὴ οὖν τὸ γένος ὑπάρ-
χοντι τῷ Ἀβραὰμ, καὶ ἄρτι τῆς ἐνεγκούσης ἐκ-
θέοντι, τὰ συνήθη δρᾷν ἐπὶ τοῖς ὅρκοις ἐκέλευσεν
οἰκονομικῶς ὁ τῶν ὅλων δεσπότης, ἀναπλέκων
ἀστείως ἐν τοῖς τεθυμένοις τὸ Χριστοῦ μυστήριον.
ἐπειδὴ δὲ εἰς γῆν ἐφεξῆς ἡπλοῦτο λοιπὸν τὰ δι-
χοτομήματα, ὡσανεὶ μέλλοντος διὰ μέσου χω-
ρεῖν τοῦ θεοῦ. ὄρνεά φησιν ἐπ' αὐτὰ συνῆλθε πολ-
λὰ, καὶ συνεκάθισεν αὐτοῖς Ἀβραάμ. τουτέστι πε-
ριζήσας ἐφύλαττεν, ἵνα μή τι γένοιτο βλάβος,
καὶ τοῖς ἀκαθάρτοις τῶν ὀρνέων προκέοιντο τροφὴ,
τὰ εἰς ὅρκου χρείαν παρενηνεγμένα. περὶ δὲ δυ-
σμὰς ἡλίου φησὶν, ἔκστασις καὶ φόβος ἐπιπίπτει
τῷ Ἀβραάμ. καὶ τίς ἂν νοοῖτο πάλιν ἡ τοῦδε πρό-
φασις, φράσαιμ' ἂν ὡς ἔνι. Χαλδαίοις ἦν ἔ-
θος καὶ ἐν ὑπολήψει χρηστῇ καὶ ἀδιαβλήτῳ παν-
τελῶς, περιεργάζεσθαι λεπτῶς τῶν ὀρνέων τὰς πτή-
σεις. ἠφίει δὴ οὖν οἰκονομικῶς ὁ τῶν ὅλων θεὸς, ἐξ
ὧν ἤδει καὶ δρᾶν ἦν ἔθος τισὶ, παιδεύεσθαι τὰ
ἐσόμενα. συνενεχθέντων τοίνυν ἐπὶ τὰ διχοτο-
μήματα τῶν πετεινῶν, ἐξεδειματοῦτο λοιπὸν ὁ θε-
σπέσιος Ἀβραὰμ, ἐννενοηκώς που τάχα, ποῖ
δὴ ἄρα καὶ ἐπί τινας τὸ σημεῖον ἐκβήσεται.
φαῦλον γὰρ εἶναι καὶ οὐχὶ τῶν ἔξω φροντί-
δος ἐδόκει τὸ ἐπιπτῆναι τοῖς θύμασι τὰ τῶν
ὀρνέων βδελυρώτατα. ἀκάθαρτα γάρ πως
ἀεὶ, τὰ σαρκοφαγεῖν εἰωθότα. ἐπειδὰν δὲ
περὶ τῆς ἰδίας ἐδεδίει κεφαλῆς, μὴ ἄ-
ρα πως καὶ ἐπ' αὐτὴν ἴοι τὸ χρῆμα,

† ἴσως ἀναφωνεῖ.

*ipsi omnia hæc: & diuisit ea media, & posuit ea contraria ad inuicem. At aues non diuisit. Descenderunt autem volucres supra corpora, & diuisiones eorum, † & sedit cum eis Abraham. Circa autem Solis occasum * ecstasis cecidit supra Abraham, & ecce caligo tenebrosa irruit in eum; & dictum est ad Abraham: Cognoscens scies, quòd peregrinum erit semen tuum in terra non sua, & subijcient seruituti eos, & affligent, & † humiliabunt annis quadringentis: & gentem, cui seruient, ego * iudicabo. Post hæc autem egredientur huc † cum supellectili multa. Tu autem ibis ad patres tuos cum pace, sepultus in senectute bona. Quarta autem generatione reuertentur huc. Nondum enim completæ sunt iniquitates Amorrhæorum * vsque nunc. Postquam autem iam fuit sol ad occasum † flamma facta est. Et ecce clibanus fumans, * & venerunt lampades ignis, quæ transierunt per medium diuisionum istarum.* Cæterùm quęnam sit eorum quę facta sunt ratio, studiosi considerabunt, & iurisiurandi modum accuratè inquirent, quid sibi frusta siue diuisiones velint, interrogantes quid etiam auium volatus & in ipsas concursus. Quid verò quòd Abrahā cum eis sedeat, quid etiam flamma per medium diuisionum transiliens. Explicemus itaque. Apud Chaldæos iuramenti vsus fuit, per medium animalium, quæ in duas partes discissa essent, incedere, dicentes quodammodo facto ipso, hoc pacto: *Ne fiam vt hæc:* Cùm itaq; Chaldæus natione esset Abrahā, & recèns patria excessisset, Deus consueto fœderis more vti iussit, atque vnà CHRISTI mysteriū in ijs, quę sacrificabantur, pulchrè implicuit. Cùm verò in terra expansa essent frusta, ac Deus per medium transiturus esset, multę, inquit, aues ad ea concurrerunt, & † assedit eis Abraham, hoc est assidens custodiuit, ne damnum ijs inferretur, neúe ea, quæ ad iuramenti vsum collata erant, immundis auibus in prædam exposita essent. At verò sub occasum Solis, inquit, *Abrahā etiam ecstasi & metu correptus est.* Quęnam autem rursus huius rei occasio fuerit, dicam quoad potero. Chaldæis mos erat receptus, auium volatus accuratè obseruare. Permisit itaque vniuersorum Dominus certa ratione, ex ijs quæ quibusdam moris erat facere, doceri futura. Congregatis itaque supra segmenta auibus perculsus est metu Abraham, ignarus nimirum, quò aut in quos signum hoc tenderet. Malum enim ipsi videbatur, anxiumque ipsum ac sollicitum reddebat impurissimas aues sacrificijs aduolare. Immundæ enim ferè sunt aues carniuoræ. Cùm itaque proprio capiti metueret, ne in ipsum res ea vergeret

† *Vulg.* & abigebat eas Abraham. *Vide Corn. à Lapide.*
* *Vulg.* sopor irruit *Act 7.6.*
† affligent. *Vide P. Cor. à Lapide.*
* *Exodi 7.*
† *Vulg.* Cum substantia magna. *Vide Exod. 12.36.*
* Vsque ad præsens tempus. *Vulg.*
† Facta est caligo tenebrosa.
* & lampas ignis trāsiens inter diuisiones illas.
Chaldæorū iuramenti ritus: qui & Iudæorum fuit. Ierem. 34.18. Item Romanorum, Virg. VIII Aen. v. 641. Stabant & cæsa iungebant fœdera porca.
† *Vulg.* & abigebat eas Abram.
Auguria Chaldæorū.
Aues immundæ quæ carniuoræ.

ſollicitudine illa atque angore illum liberat. *Neque enim venient*, inquit, *ſuper te quæ vereris: cognoſcens autem ſcies, quòd peregrinum erit ſemen tuum in terra aliena*, & multi qui-em erunt, infeſtare volentes, quorum ty-is erant aues ſacrificijs aduolantes. Cæte-im parum nocentes, pœnas luent. *Tu verò* *cedes ad patres tuos, ſepultus in ſenectute bona.* einde ait, quòd ſub occaſum ſolis *flamma* *nis & clibanus & lampades tranſierunt per* *edium diuiſionum.* Intelligitur verò rurſum in ſpecie ignis diuinitas, iuxta Chaldæorum conſuetudinem, iuramentum implens. Idcirco diuinus Paulus in iuramenti vim hoc ſtatuit dicens: *Abraha namque promittens Deus, quoniam neminem habuit per quem iuraret, maiorem, iurauit per ſemetipſum, dicens: Niſi benedicens benedicam te, & multiplicans multiplicabo te. Et ſic longanimiter ferens, adeptus eſt repromiſſionem. Homines enim per maiorem ſui iurant, & omnis controuerſia eorum finis, ad confirmationem, eſt iuramentum. In quo abundantiùs volens oſtendere Deus pollicitationis hæredibus immobilitatem conſilij ſui, interpoſuit iuſiurandum, vt per duas res immobiles, quibus impoſſibile eſt mentiri Deum, fortiſſimũ ſolatium habeamus, qui confugimus ad tenendam propoſitam ſpem.* Prudentiſſimè igitur Deus promiſſionem iureiurando confirmauit, cùm alioqui mentiri neſciat, vt, quemadmodum diuinus Paulus ſcribit, firmum ſolatium habeamus ipſum abſque vllo dubio promiſſiones ſuas ad finem perducturum. Quocirca (libet enim paulo altiùs ſermonem repetere) cùm adhuc Agar Iſmaëlem vtero geſtaret, moleſtè tulit Sara, non ferens nimirum ſeruæ ob fœcunditatem arrogan-im, & grande ſupercilium. Deinde domo jcit, & quò voluerit ire iubet, mandante mirum illi vt hoc faceret, legitimo ſuo marito, Abraha ſcilicet. Ceterùm, vt ſacra Scriptura ait, *inuenit eam Angelus Domini iuxta fontem aquæ in deſerto in via Sur. Et dixit illi Angelus Domini: Agar ancilla Saræ, vnde venis? & quò vadis? Et ait: A facie Saræ dominæ meæ fugio. Dixit autem ei Angelus: Reuertere ad dominam tuam, & humiliare ſub manibus eius.* Et reuerſa eſt Agar, & ſeruitutis iugum ſubijt. Præſcripſit autem Dominus Abrahæ circumciſionem dicens: *Tu autem pactum meum cuſtodies, & ſemen tuum poſt te in generationes ſuas. Et hoc pactum quod obſeruabis inter me & vos, & inter ſemen tuum poſt te. Circumcidetur vobis omne maſculinum, & circumcidetis carnem præputij veſtri: & erit in ſignum fœderis inter me & vos, & infans octo dierum circumcidetur vobis, omne maſculinum in gene-*

Gen.15.13. Act.7.6. — Heb.6.13. — Gen.22.16. Gen.12.3. & 18. — Hebr.6.18. — Gen.16.7. — Gen.17.9.

τοῦ ἐπὶ τούτοις ἀγωνίας αὐτὸν ἀπολύει. οὐ γὰρ ἥξει, φησὶν, ἐπὶ σὲ τὰ ὑποπτευόμενα. γινώσκων δὲ γνώσῃ ὅτι πάροικον ἔσται τὸ σπέρμα σου ἐν γῇ ἀλλοτρίᾳ. καὶ πολλοὶ μὲν ἔσονται λίαν οἱ κακοῦν ἐθέλοντες, ὧν ἦσαν εἰς τύπον τὰ τοῖς προκειμένοις θύμασιν † ἐπὶ πάντα ὄρνεα. πλὴν ὀλίγα λελυπηκότες, ἀποτίσουσι δίκας. σὺ δὲ ἀπελεύσῃ πρὸς τοὺς πατέρας σου † τραφεὶς ἐν γήρει καλῷ. εἶτά φησιν ὅτι πρὸς αὐταῖς ἤδη δυσμαῖς γεγονότος ἡλίου, φλὸξ πυρὸς καὶ κλίβανος καὶ λαμπάδες διὰ μέσων ᾔεσαν τῶν διχοτομημάτων. νοεῖται δὲ πάλιν ἐν εἴδει πυρὸς τὸ θεῖον, κατὰ τὴν τῶν Χαλδαίων συνήθειαν τὸν ὅρκον ἀποπληρῶν. τιγάρτοι καὶ ὁ θεσπέσιος Παῦλος εἰς ὅρκου δύναμιν δέχεται τὸ χρῆμα, καί φησι· τῷ γὰρ Ἀβραὰμ ἐπαγγειλάμενος ὁ θεὸς, ἐπεὶ κατ' οὐδενὸς εἶχε μείζονος ὀμόσαι, ὤμοσε καθ' ἑαυτοῦ λέγων· ἦ μὴν εὐλογῶν εὐλογήσω σε, καὶ πληθύνων πληθυνῶ σε. καὶ οὕτως μακροθυμήσας, ἐπέτυχε τῆς ἐπαγγελίας. ἄνθρωποι γὰρ κατὰ τοῦ μείζονος ὀμνύουσι. καὶ πάσης αὐτοῖς ἀντιλογίας πέρας, εἰς βεβαίωσιν, ὁ ὅρκος. ἐν ᾧ περισσότερον βουλόμενος ὁ θεὸς ἐπιδεῖξαι τοῖς κληρονόμοις τῆς ἐπαγγελίας τὸ ἀμετάθετον τῆς βουλῆς αὐτοῦ, ἐμεσίτευσεν ὅρκῳ· ἵνα διὰ δύο πραγμάτων ἀμεταθέτων, ἐν οἷς ἀδύνατον ψεύσασθαι τὸν θεὸν, ἰσχυρὰν παράκλησιν ἔχωμεν, οἱ καταφυγόντες κρατῆσαι τῆς προκειμένης ἐλπίδος. οἰκονομικώτατα τοίνυν ἐνώμοτον τὴν ἐπαγγελίαν ἐποιεῖτο θεὸς, καίτοι ψευδοεπεῖν οὐκ εἰδώς· ἵν' ὡς ὁ θεσπέσιος γράφει Παῦλος, ἰσχυρὰν ἔχωμεν τὴν παράκλησιν, ὅτι πρὸς πέρας ἐκβήσεται πάντη τε καὶ πάντως οὐκ ἐνδοιάζοντες ἐπ' ἐκείνου. βραχὺ γὰρ ἀνόπιν ἀνακομίσω τὸν λόγον. ἐν ὠδῖσιν ἔτι τῆς Ἄγαρ ἐχούσης τὸν Ἰσμαὴλ, δεδυσφόρηκεν ἡ Σάρρα τῆς οἰκογενοῦς οὐκ ἐνεγκοῦσα τάχα που τὰ ἐπί γε τῷ κυοφορεῖν αὐχήματα, καὶ τὴν οὐ μετρίαν ὀφρύν. εἶτα τῆς ἑστίας ἐλαύνει· καὶ ὅποι ἂν ἕλοιτο βαδίζειν ἐκέλευεν, ἐφέντος αὐτῇ τοῦτο δρᾶν, τοῦ κατὰ νόμον συνῳκηκότος, φημὶ δὴ τοῦ Ἀβραάμ. ἀλλ' ὡς τὸ γράμμα φησὶ τὸ ἱερὸν, εὗρεν αὐτὴν ἄγγελος κυρίου τοῦ θεοῦ ἐπὶ τῆς πηγῆς τοῦ ὕδατος ἐν τῇ ἐρήμῳ ἐν τῇ ὁδῷ Σούρ. καὶ εἶπεν αὐτῇ ὁ ἄγγελος κυρίου, Ἄγαρ παιδίσκη Σάρρας πόθεν ἔρχῃ; καὶ ποῦ πορεύῃ; καὶ εἶπεν, ἀπὸ προσώπου Σάρρας τῆς κυρίας μου ἐγὼ ἀποδιδράσκω. εἶπε δὲ αὐτῇ ὁ ἄγγελος κυρίου, ἀποστράφηθι πρὸς τὴν κυρίαν σου. καὶ ταπεινώθητι ὑπὸ τὰς χεῖρας αὐτῆς. καὶ ὑπενόστησε μὲν ἡ Ἄγαρ, καὶ τὸν τῆς δουλείας ὑπέδυ ζυγόν. ἐνομοθέτει δὲ καὶ θεὸς ἤδη τὴν περιτομὴν τῷ Ἀβραὰμ, λέγων· σὺ δὲ τὴν διαθήκην μου διατηρήσεις, σὺ καὶ τὸ σπέρμα σου μετὰ σὲ εἰς τὰς γενεὰς αὐτῶν. καὶ αὕτη ἡ διαθήκη ἣν διατηρήσεις, ἀνὰ μέσον ἐμοῦ καὶ ὑμῶν, καὶ ἀνὰ μέσον τοῦ σπέρματός σου μετὰ σὲ εἰς τὰς γενεὰς αὐτῶν. περιτμηθήσεται ὑμῶν πᾶν ἀρσενικὸν, καὶ περιτμηθήσεσθε τὴν σάρκα τῆς ἀκροβυστίας ὑμῶν, καὶ ἔσται εἰς σημεῖον διαθήκης ἀνὰ μέσον ἐμοῦ καὶ ὑμῶν. καὶ παιδίον ὀκταήμερον περιτμηθήσεται ὑμῖν, πᾶν ἀρσενικὸν εἰς τὰς γε-

† ἴσως ἐπιπίπλοντα.

† ἴσως, γραφείς.

νεὰς

„ νεὰς ὑμῶν. ὁ οἰκογενὴς καὶ ὁ ἀργυρώνητος,
„ ἀπὸ παντὸς υἱοῦ ἀλλοτρίου, ὃς οὐκ ἔστιν
„ ἐκ τοῦ σπέρματός σου, περιτομῇ περιτμη-
„ θήσεται ὁ οἰκογενὴς τῆς οἰκίας σου καὶ ὁ ἀρ-
„ γυρώνητος. καὶ ἔσται ἡ διαθήκη μου ἐπὶ τῆς
„ σαρκὸς ὑμῶν, εἰς διαθήκην αἰώνιον. καὶ ἀ-
„ περίτμητος ἄρσην, ὃς οὐ περιτμηθήσεται τὴν
„ σάρκα τῆς ἀκροβυστίας αὐτοῦ, τῇ ἡμέρᾳ τῇ
„ ὀγδόῃ, ἐξολοθρευθήσεται ἡ ψυχὴ ἐκείνη ἐκ
„ τοῦ γένους αὐτῆς, ὅτι τὴν διαθήκην μου δι-
„ εσκέδασεν. ἐπειδὴ δὲ ἦν ἀναγκαῖον τοῖς
θείοις ὑπείκειν νόμοις, περιετμήθη μὲν ὁ
θεσπέσιος Ἀβραὰμ πανοικί. περιέτεμε δὲ
καὶ τοῖς ἄλλοις ὁμοῦ, τὸν Ἰσμαήλ. γεγέν-
νηται δὲ λοιπὸν ὁ ἐκ τῆς ἐλευθέρας, τουτέ-
στιν ὁ Ἰσαάκ. καὶ τί τὸ μετὰ τοῦτο; οὐ φο-
ρητὸς ἦν ἔτι ὁ νόθος ἀθύρων υἱὸς κατὰ τὴν
ἑστίαν ὁ Ἰσμαήλ, καὶ ἐν ἴσῳ που τάχα τῷ
„ Ἰσαὰκ τιμώμενος. εἶδε γὰρ, φησί, Σάῤῥα
„ τὸν υἱὸν Ἄγαρ τῆς Αἰγυπτίας, ὃς ἐγένετο τῷ
„ Ἀβραὰμ, παίζοντα μετὰ Ἰσαὰκ τοῦ υἱοῦ
„ αὐτῆς. εἶτα πρόσεισι δεδακρυμένη κατὰ
„ τὸ εἰκὸς, καὶ λέγουσα, ἔκβαλε τὴν παιδί-
„ σκην ταύτην, καὶ τὸν υἱὸν αὐτῆς. οὐ γὰρ
„ μὴ κληρονομήσει ὁ υἱὸς τῆς παιδίσκης ταύ-
„ της, μετὰ τοῦ υἱοῦ μου Ἰσαάκ. σκληρὸν δέ,
„ φησὶν, ἐφάνη τὸ ῥῆμα σφόδρα ἐναντίον Ἀ-
„ βραὰμ, περὶ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ. εἶπε δὲ ὁ θεὸς
„ τῷ Ἀβραὰμ, μὴ σκληρὸν ἔστω τὸ ῥῆμα ἐν-
„ αντίον σου περὶ τοῦ παιδίου καὶ περὶ τῆς παι-
„ δίσκης. πάντα ὅσα ἐὰν εἴπῃ σοι Σάῤῥα, ἄκουε
„ τῆς φωνῆς αὐτῆς, ὅτι ἐν Ἰσαὰκ κληθήσε-
„ ταί σοι σπέρμα καὶ τὸν υἱὸν δὲ τῆς παιδίσκης
„ ταύτης, εἰς ἔθνος μέγα ποιήσω αὐτὸν, ὅτι
„ σπέρμα σόν ἐστιν. ἀνέστη δὲ Ἀβραὰμ τὸ πρωΐ,
„ καὶ ἔλαβεν ἄρτους καὶ ἀσκὸν ὕδατος, καὶ ἔδωκεν Ἄ-
„ γαρ. καὶ ἐπέθηκεν ἐπὶ τὸν ὦμον καὶ τὸ παιδίον, καὶ
„ ἀπέστειλεν αὐτήν. ἀπελθοῦσα δὲ ἐπλανᾶτο τὴν
„ ἔρημον, κατὰ τὸ φρέαρ τοῦ ὅρκου. ἐξέλιπε δὲ τὸ
„ ὕδωρ ἐκ τοῦ ἀσκοῦ, καὶ ἔῤῥιψε τὸ παιδίον, ὑπο-
„ κάτω μιᾶς ἐλάτης. ἀπελθοῦσα δὲ, ἐκάθητο ἀ-
„ πέναντι αὐτοῦ μακρόθεν, ὡσεὶ τόξου βολήν. εἶ-
„ πε γὰρ, οὐ μὴ ἴδω τὸν θάνατον τοῦ παιδίου μου, καὶ
„ ἐκάθισεν ἀπέναντι αὐτοῦ. ἀναβοῆσαν δὲ τὸ παι-
„ δίον, ἔκλαυσεν. εἰσήκουσε δὲ ὁ θεὸς τῆς φωνῆς τοῦ
„ παιδίου ἐκ τοῦ τόπου οὗ ἦν, καὶ ἐκάλεσεν ἄγγελος
„ τοῦ θεοῦ τὴν Ἄγαρ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ εἶπεν αὐτῇ· τί
„ ἐστιν Ἄγαρ; μὴ φοβοῦ. ἐπακήκοε γὰρ ὁ θεὸς τῆς
„ φωνῆς τοῦ παιδίου σου ἐκ τοῦ τόπου οὗ ἐστιν. ἀνά-
„ στηθι καὶ λάβε τὸ παιδίον, † καὶ κράτησον τῇ χειρί
„ σου αὐτό καὶ ἀνέῳξεν ὁ θεὸς τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐ-
„ τῆς, καὶ εἶδε φρέαρ ὕδατος ζῶντος, καὶ ἐπορεύθη,
„ καὶ ἔπλησε τὸν ἀσκὸν ὕδατος, καὶ ἐπότισε τὸ παι-
„ δίον. καὶ ἦν ὁ θεὸς μετὰ τοῦ παιδίου, καὶ ηὐξήθη ὁ μὲν
γὰρ θεσπέσιος Ἀβραὰμ, τοῖς τῆς φιλοπαιδίας
ἡττώμενος νόμοις, μετεποιεῖτο τοῦ Ἰσμαήλ. ἐπειδὴ δὲ τὸ θεῖον αὐτὸν ἐκάλει χρησμῴδημα προσέχειν τὸ χρῆναι
μόνῳ προσκεῖσθαι τῷ Ἰσαὰκ ὡς ἐπ᾽ αὐτῷ γενομένης τῆς ἐπαγγελίας, ἀφίει τὴν Ἄγαρ, καὶ ὁμοῦ τῷ βρέφει
τῆς δεσποτικῆς οἰκίας ἀπαίρειν ἐκέλευε· τοῦ κατὰ Χριστὸν μυστηρίου τὸν τύπον τοῦ νόμου προαναφαίνοντος.

rationes vestras. *Vernaculus domus tuæ, & emptitius ex omni filio alieno, qui non est de semine tuo, circumcisione circũcidetur, vernaculus domus tuæ & emptitius; & erit pactum meum in carne vestra, in fœdus in æternũ. Et incircumcisus masculus, qui non circumcidetur carnem præputij sui in die octaua, exterminabitur & delebitur anima illa de genere suo, quia pactum meum dissipauit.* Cùm itaque necessarium esset diuinis legibus obtemperare, circumcisus quidem est Abraham cum vniuersa familia. Circumcidit autem vnà cum alijs etiã Ismaelem. Natus autem est postea filius ex libera hoc est Isaac. Quid adhæc? Neque verò iam tolerabilis erat spurius filius ludẽs in domo Ismaël, cui tantum ferè honoris deferebatur atque Isaac. *Vidit enim*, inquit, *Sara filium Agar Ægyptiæ, qui natus erat Abrahæ, ludentem cum Isaac filio suo.* Deinde prodit flens, vt verisimile est, ac dicens: *Ejice ancillam hanc & filium eius. Non enim hæreditabit filius ancillæ cum filio meo Isaac. Durum autem*, inquit, *visum est verbum hoc vehementer coram Abraham de filio suo. Dixit autem Deus Abrahæ: Ne durum sit coram te de filio, & de ancilla. Omnia quæ dixerit tibi Sara, audi vocem eius, quia in Isaac vocabitur tibi semen: filium etiam ancillæ in gentem magnam faciam, quia semen tuum est. Surrexit autem Abraham manè, & accepit panes & vtrem aquæ, & dedit Agar, & imposuit puerum super humeros eius, & dimisit eam. Abiens autem errabat per desertum iuxta puteum iuramenti. Defecit autem aqua vtris, & proiecit puerum subter vnam abietem, & abiens sedit è regione eius de longè, quasi arcus iactum. Dixit enim: Non videbo mortem filij mei, & sedit ex aduerso. Clamans autem puer fleuit. Et exaudiuit Deus puerum de loco vbi erat. Et vocauit Angelus Domini Agar de cælo, & dixit ei: Agar, ne timeas, exaudiuit enim Deus vocem pueri de loco vbi est. Surge, † accipe puerum, & tene manu tua eum. Et aperuit Deus oculos illius, & vidit puteum aquæ viuæ, & abijt, & impleuit vtrem aqua, & dedit potum puero suo. Et fuit Deus cum puero. Et creuit.* Diuinus enim Abraham lege naturæ, quæ nobis liberorum amorem indidit, victus Ismaëlis curam gerebat. Postquam verò diuino oraculo monitus est, vt soli Isaac adhæreret, vtpote ad quem promissio pertinebat, dimisit quidem Agar, & vnà cum infante herili domo excedere iussit, CHRISTI nimirum mysterium legali typo præmonstrante.

Gen. 21. 9.

† Cyril. καὶ κράτησον τῇ χειρί σου αὐτό. Complutẽsia, καὶ κράτησον τῆς χειρὸς αὐτοῦ.

† Vulg. tolle puerum, & tene manum illius.

καὶ

Referamus itaque sermonem à capite: ita enim manifestissimè quis videat, quòd ijs, quæ in lege sunt, antiquiora sint ea quæ per CHRISTVM: quodque ante circumcisionem iustificatio per fidem sit ostensa. Signum enim datum est Abrahæ, circumcisio in præputio fidei, iuxta sapientissimi Pauli vocem. Acerbè itaque ferebat beatus Abraham, quòd non esset pater filij liberi, habensque filium ex Aegyptia, Agar inquam, mœstissimus degebat, instar orbitatis esse censens semen spurium & non liberum. Postquã verò promissiones de legitimo filio accepit, nimirum Isaac, clareque audiuit, quòd per ipsum futurus esset pater infinitarum atque innumerabilium gentium, iustificatus est, credens. Quòd autem possessurus esset terram à Deo ipsi monstratam (Gen.17.8. *Tibi enim*, inquit, *dabo terram hanc*) vt certior fieret rogauit dicens: Gen.15.8. *Domine, secundùm quid sciam quòd hæreditabo eam?* Idcirco Deus vt diuisiones acciperet iussit, vitulam triennem, & caprã & arietem & turturem & columbam. Et quadrupedia quidem animantia diffcidit Abraham, & contraria ad se inuicem posuit, Gen.15.12. hoc est, seriatim collocauit: aues verò non diuisit; abegit autem volucres damnum inferre cupientes. Sole autẽ ad occasum vergente, Deus in specie ignis diuisiones illas pertransijt. Qualis itaque spiritualis ratio siue sensus his accommodandus sit, pro virili dicamus. Primus enim quodammodo filius totius vniuersi Deo fuit secundùm carnem Israel. *Filius* enim, inquit, *primogenitus meus Israel.* cæterùm veluti ex serua, & ex Ægypto redẽptus. Sed inter filios legitimos nequaquã eum Deus numerare dignatus est: (naturâ enim est liberâ, & amans legitima,) quæsiuit autem potiùs populum qui placeret, hoc est, per fidem in CHRISTVM secundum promissionem, in quo etiam pater factus est multarum gentium Abrahã. Hanc enim gloriam hæreditate adepti posteri, non in Israele secundùm carnem, sed in ijs qui ex gentibus saluati sunt. quod & Paulus Rom. 4.13. testatur dicens: *Neque enim per legem promissio Abrahæ, vt hæres esset mundi sed per iustitiam fidei.* Patre enim Abraham insigniti sumus, qui in præputio credimus, & ad eius similitudinem à Deo iustificati sumus. Declarat autem nobis vehementer diuinum mysterium Paulus legis peritus. Ita enim Galatas postquam CHRISTO initiati essent, retrocedẽtes increpat: Galat.4.21. *Dicite mihi, qui sub lege vultis esse, legem non legistis? Scriptum est enim, quoniam Abraham duos filios habuit:* Gen.16.15. Gen.21.2. *vnum de ancilla, & vnum de libera: Sed qui de ancilla, secundùm carnem natus est: qui autem de libera, per*

καὶ δὴ καὶ λέγομεν ἀνακομίζοντες ἀναγκαίως εἰς τὸ ἐν ἀρχαῖς τοῦ λόγου. εὐσυνοπτότατα γὰρ ὧδε καταθεῷτό τις ἂν, ὅτι πρεσβυτέρα τῶν ἐν νόμῳ τὰ διὰ Χριστοῦ. καὶ τῆς ἐν σαρκὶ περιτομῆς, ἡ ἐν πίστει δικαίωσις ἀρχαιοτέρα ἔχει τὴν παράδειξιν. σημεῖον γὰρ δέδοται τῷ Ἀβραὰμ ἡ περιτομὴ, τῆς ἐν ἀκροβυστίᾳ πίστεως, κατὰ τὴν τοῦ σοφωτάτου Παύλου φωνήν. δεδυσφόρηκε τοίνυν ὁ μακάριος Ἀβραὰμ, ὅτι μὴ τέκνου γέγονεν ἐλευθέρου πατήρ. καὶ τὸν ἐκ τῆς Αἰγυπτίας ἔχων υἱὸν, φημὶ δὴ τῆς Ἄγαρ, ἀθυμότατα διετέλει, ἐν ἴσῳ τῶν ἀπαιδίαις τιθεὶς σπέρμα τὸ νόθον καὶ οὐκ ἐλεύθερον. ἐπειδὴ δὲ τὰς ἐπαγγελίας ἐδέχετο τὰς ἐπί γε τῷ γνησίῳ παιδὶ, φημὶ δὴ τῷ Ἰσαὰκ, ἤκουέ τε σαφῶς, ὡς ἔσται πατὴρ ἐν αὐτῷ μυρίων τε ὅσων καὶ ἀναριθμήτων ἐθνῶν, ἐδικαιοῦτο πιστεύων. ὅτι δὲ καὶ ἐν κατασχέσει γενήσεται τῆς ἐπιδειχθείσης αὐτῷ παρὰ θεοῦ γῆς. σοὶ γὰρ, ἔφασκε, δώσω τὴν γῆν ταύτην. πληροφορεῖσθαι παρεκάλει λέγων, δέσποτα, κατὰ τί γνώσομαι τοῦτο, ὅτι κληρονομήσω αὐτήν; ταύτῃ τοι θεὸς λαμβάνειν ἐκέλευε τὰ διχοτομήματα, δάμαλιν τριετίζουσαν, αἶγά τε ὁμοῦ, καὶ μὴν καὶ κριὸν, τρυγόνα τε καὶ περιστεράν. καὶ τὰ μὲν τετράποδα τῶν ζώων, διεδιχοτόμηκεν Ἀβραάμ. ἀντιπρόσωπα δὲ ἀλλήλοις, τουτέστι στοιχηδὸν συνετίθει. τὰ δὲ ὄρνεα, οὐ διεῖλεν. ἐπεσόβει δὲ, καὶ τὰ καταφθείρειν ἐθέλοντα τῶν πτηνῶν. ἡλίου δὲ ἤδη πρὸς αὐταῖς καταίροντος ταῖς εἰς ἑσπέραν ἐσχατιαῖς, ἐν εἴδει πυρὸς διῆλθε τὰ διχοτομήματα θεός. ποῖον οὖν ἄρα λόγον ἐφαρμοσαίμεθα ἂν τοῖς τοιοῖσδε πνευματικὸν, ἐροῦμεν ὡς ἔνι. γέγονε μὲν γὰρ πρῶτος ὥσπερ υἱὸς τῷ τῶν ὅλων θεῷ, ὁ κατὰ σάρκα Ἰσραήλ. υἱὸς γὰρ, φησι, πρωτότοκός μου Ἰσραήλ· πλὴν ὡς ἐκ δούλης καὶ ἐξ Αἰγύπτου λελυτρωμένος. ἀλλ' ἐν τέκνοις αὐτὸν οὐκ ἠξίου θεὸς καταλογίζεσθαι πόθεν, ἡ φιλελεύθερος καὶ φιλογνησία φύσις· ἐζήτει δὲ μᾶλλον τὸν ἁνδάνοντα λαὸν, τουτέστι τὸν διὰ πίστεως τῆς ἐν Χριστῷ κατ' ἐπαγγελίαν, ἐν ᾧ καὶ πατέρες γεγόνασι πολλῶν ἐθνῶν, οἱ ἀμφὶ τὸν θεσπέσιον Ἀβραάμ. κεκληρονομήκασι γὰρ τὴν ἐπὶ τῷδε δόξαν, οὐκ ἐν τῷ κατὰ σάρκα Ἰσραὴλ, ἀλλ' ἐν τοῖς ἐξ ἐθνῶν διὰ πίστεως ἀνασεσωσμένοις. καὶ μαρτυρήσει γράφων ὁ Παῦλος. οὐ γὰρ διὰ νόμου ἡ ἐπαγγελία τῷ Ἀβραὰμ εἰς τὸ κληρονόμον αὐτὸν εἶναι κόσμου, ἀλλὰ διὰ δικαιοσύνης πίστεως. ἐπιγραφόμεθα γὰρ πατέρα τὸν Ἀβραὰμ, οἱ ἐν ἀκροβυστίᾳ πιστεύσαντες, καὶ καθ' ὁμοιότητα τὴν αὐτοῦ παρὰ θεοῦ δικαιούμενοι. σαφηνιεῖ δὲ σφόδρα τὸ θεῖον ἡμῖν μυστήριον, νομομαθὴς ὢν, ὁ Παῦλος. ἐπιστέλλει γὰρ ὧδε μετὰ τὴν ἐν Χριστῷ τελείωσιν, ἀνόπιν ὥσπερ ἰοῦσι Γαλάταις ἐπιτιμῶν. λέγετέ μοι οἱ ὑπὸ νόμον θέλοντες εἶναι, τὸν νόμον οὐκ ἀκούετε; γέγραπται γὰρ ὅτι Ἀβραὰμ δύο υἱοὺς ἔσχεν, ἕνα ἐκ τῆς παιδίσκης, καὶ ἕνα ἐκ τῆς ἐλευθέρας. ἀλλ' ὁ μὲν ἐκ τῆς παιδίσκης, κατὰ σάρκα γεγέννηται· ὁ δὲ ἐκ τῆς ἐλευθέρας, διὰ ἐπαγ-

„ ἐπαγγελίας. ἅτινά ἐστιν ἀλληγορούμενα. αὗται
„ γάρ εἰσιν, αἱ δύο διαθῆκαι. μία μὲν, ἀπὸ ὄρους
„ Σινᾶ, εἰς δουλείαν γεννῶσα, ἥτις ἐστὶν Ἄγαρ. τὸ
„ γὰρ Σινᾶ, ὄρος ἐστὶν ἐν τῇ Ἀραβίᾳ. συστοιχεῖ
„ δὲ, τῇ νῦν Ἱερουσαλήμ. δουλεύει δὲ μετὰ τῶν τέ-
„ κνων αὐτῆς. ἡ δὲ ἄνω Ἱερουσαλὴμ, ἐλευθέρα
„ ἐστὶν, ἥτις ἐστὶ μήτηρ ἡμῶν. γέγραπται γάρ, εὐ-
„ φράνθητι στεῖρα ἡ οὐ τίκτουσα· ῥῆξον καὶ βόησον ἡ
„ οὐκ ὠδίνουσα, ὅτι πολλὰ τὰ τέκνα τῆς ἐρήμου
„ μᾶλλον, ἢ τῆς ἐχούσης τὸν ἄνδρα. ἡμεῖς δὲ ἀδελφοὶ,
„ κατὰ Ἰσαὰκ ἐπαγγελίας τέκνα ἐσμέν. ἀλλ᾽ ὥσ-
„ περ τότε ὁ κατὰ σάρκα γεννηθεὶς ἐδίωκε τὸν κα-
„ τὰ πνεῦμα, οὕτως καὶ νῦν. ἀλλὰ τί λέγει ἡ γρα-
„ φή; ἔκβαλε τὴν παιδίσκην καὶ τὸν υἱὸν
„ αὐτῆς, οὐ γὰρ μὴ κληρονομήσῃ ὁ υἱὸς τῆς παι-
„ δίσκης, μετὰ τοῦ υἱοῦ τῆς ἐλευθέρας. ἡμεῖς δὲ ἀδελ-
„ φοὶ, οὐκ ἐσμὲν παιδίσκης τέκνα, ἀλλὰ τῆς ἐ-
„ λευθέρας, τῇ ἐλευθερίᾳ ᾗ ἡμᾶς Χριστὸς ἐ-
„ λευθέρωσε. στήκετε οὖν, καὶ μὴ πάλιν ζυγῷ δου-
„ λείας ἐνέχεσθε. συνιεῖς οὖν, ὅπως τῶν δύο δια-
θηκῶν φησὶν ἐναργῶς εἰκόνας, Ἄγαρ τε καὶ
Σάρραν. καὶ παρεικάζει μὲν τὸ θεραπαινίδιον,
τῇ τῶν Ἰουδαίων μητρί. τουτέστι, τῇ ἐπὶ γῆς Ἱε-
ρουσαλήμ. ἐπεί τοι δουλείας ὑπέστρωται νόμοις,
καὶ οὐκ ἐλευθέρῳ διαπρέπει πνεύματι. τὴν δέ
γε πρώτην καὶ ἐλευθέραν, φημὶ δὴ τὴν Σάρραν,
ἣ καὶ ἄρχουσα ταύτῃ τοι καὶ ἑρμηνεύεται, τῆς ὕψου τε
καὶ ἄνω φησὶν Ἱερουσαλὴμ, ἀνῆφθαι τοὺς τύπους,
γεγεννῆσθαί τε μητέρα διαβεβαιοῦται σαφῶς τῶν
ἐν πίστει δεδικαιωμένων, καὶ ἐξ ἐπαγγελίας θεοῦ
„ κεκλημένων, εἰς τὸ εἶναι τέκνα τοῦ Ἀβραάμ. ἡ-
„ μεῖς γάρ, φησι, κατὰ Ἰσαὰκ ἐπαγγελίας τέκνα
„ ἐσμέν. ἠλευθερώμεθα γὰρ ἐν Χριστῷ, δι᾽ οὗ καὶ
ἐν ᾧ τὸ θεῖον καὶ ἄνωθεν καταπλουτήσαντες πνεῦμα,
κατατετάγμεθα μὲν ἐν τέκνοις θεοῦ. κράζομεν
δὲ Ἀββᾶ ὁ πατὴρ, καὶ κληρονόμοι γεγόναμεν τῶν
ἐπηγγελμένων τοῖς ἁγίοις ἀγαθῶν, μονονουχὶ καὶ
ὀμωμοκότος καθ᾽ ἑαυτοῦ τοῦ θεοῦ. περιείληφθη
γὰρ ὡς ἐν ὅρκῳ τοῦ πατρὸς ὁ υἱὸς, ἤτοι τὸ ἐπ᾽ αὐτῷ
μυστήριον. ἔθος γὰρ ὀμνύναι τῷ πατρὶ, ὡς κατὰ
ἰδίας δυνάμεως τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦτό ἐστι τὸ ὀμνύναι
καθ᾽ ἑαυτοῦ. ἐπείπερ οὐχ ἕτερος παρ᾽ αὐτὸν ὁ υἱὸς,
κατά γε φημὶ τῆς οὐσίας τὸν λόγον, καὶ τὸ ταυτὸν τῆς
θεότητος. καὶ γοῦν ὁ θεσπέσιος Μωυσῆς ὅτι δέδει-
χεν ἡμῖν ὀμνύντα θεὸν, παρακεκόμικε λέγοντα
„ καὶ μάλα σαφῶς, ὅτι ἀρῶ εἰς τὸν οὐρανὸν τὴν χεῖρά
„ μου, καὶ ὀμοῦμαι τῇ δεξιᾷ μου. δεξιὰ γὰρ τοῦ θεοῦ καὶ
πατρὸς, ὁ υἱὸς, δι᾽ ἧς τῶν ὅλων κατακρατεῖ. καὶ
οἱονεὶ τοῦ παντὸς καταδράσσεται, καὶ θεοπρεπῶς
ἐργάζεται καλῶν τὰ οὐκ ὄντα πρὸς γένεσιν, καὶ
τοῖς ἤδη γεγονόσι, τὸ εὖ εἶναι διανέμων. οὐκοῦν
ὡς ἐν ὅρκου χρείᾳ βεβαιοῦντος εἰς πίστιν τῆς
ἐπαγγελίας τοὺς κληρονόμους. τὸ τοῦ σωτῆρος
ἡμῶν περιείληφθη μυστήριον. καὶ ἀνετυποῦτο δὴ
μᾶλλον ὡς ἐν δαμάλει Χριστὸς, καὶ μὴν καὶ
αἰγὶ, καὶ κριῷ, καὶ ὡς ἐν δυοῖν στρουθίοιν, τρυγόνι
τέ φημι καὶ περιστερᾷ. καὶ τίς ἂν ὁ τούτου νοοί-
το λόγος, κατὰ τὸ ἐγχωροῦν ἀφηγήσομαι.

repromissionē: quæ sunt per Allegoriam dicta. Hæc enim sunt duo testamenta, vnum quidē in monte Sina, in seruitutē generans, quæ est Agar (Sina autem mons est in Arabia, qui coniunctus est ei, quæ nunc est Ierusalē) & seruit cum filijs suis. Illa autē quæ sursum est Ierusalē, libera est, quæ est mater nostra. Scriptū est etenim: Lætare sterilis quæ nō paris: erumpe & clama, quæ non parturis: quia multi filij desertæ, magis quàm eius quæ habet virū [Isaiæ 54.1.] *Nos autē fratres secundū Isaac promissionis filij sumus.* [Rom. 9. 8.] *Sed quomodo tunc is qui secundū carnē natus fuerat, persequebatur eum qui secundùm spiritum, ita & nunc. Sed quid dicit Scriptura? Eijce ancillā &* [Gen. 21. 10.] *filium eius, Non enim hæres erit filius ancillæ cum filio liberæ. Nos autem, fratres, non sumus ancillæ filij, sed liberæ, qua libertate* CHRISTVS *nos liberauit. State igitur, & nolite iterum iugo seruitutis contineri.* Intelligis itaq; quo pacto manifestè duorum testamentorum typos esse dicat *Agar* & *Saram.* [*Agar & Sara typus duorum testamentorū.*] Et ancillulam quidem comparat Iudæorum matri, hoc est, terrestri Ierusalem: siquidem seruitutis legibus subdita est, neque libero spiritu prædita. Primam verò ac liberam, nimirum Saram (cuius etiam nomen idcirco *Dominatrix* interpretatur) [*Sara quasi dominatrix*] sublimis illius atque supernæ Ierusalem typum præ se ferre ait, matremque apertè factam esse confirmat eorum qui per fidem iustificati sunt, & ex promissione Dei vocati, vt essent filij Abrahæ. *Nos enim,* inquit, *secundùm Abraham promissionis filij sumus,* [Rom. 9. 8. Galat. 4. 28] libertatem siquidem consecuti sumus per CHRISTVM, per quem, & in quo diuinum ac cælestem spiritum adepti, inter filios Dei constituti sumus; *Clamamus* autē *Abba pater,* & hæredes facti bonorū, quæ sanctis sunt promissa, [Rom. 8. 15. Galat. 3 6.] iurante tantùm-nō per semetipsum Deo. Continetur enim in iuramēto Patris Filius, siue eius mysterium. Consueuit enim Pater iurare per propriā virtutē filij. Atque hoc est iurare per semetipsum. [*Iurare per semetipsum Deum quid significet.*] Siquidē non alius ab ipso est Filius secundū essentiæ rationē, inquā, & Deitatis identitatē. Idcirco diuinus Moyses, quando nobis iurantē Deum ostendit, dicentē facit, & quidem manifestè: *Quia tollo in cælum manum meam, & iuro per dexterā meam.* [Deut. 32. 40 iuxta LXX.] Dextera enim Dei ac Patris est Filius, [*Dextra Dei est Filius.*] per quē vniuersis dominatur, cunctisq; imperat & diuinè operatur, vocans ea quæ non sunt ad ortum, & ijs quæ iam ortum acceperunt, vt rectè se habeant tribuens. Quocirca iureiurando interposito ad confirmandam hæredibus promissionis fidē, Saluatoris nostri mysterium continetur, figuratusque est veluti in vitula CHRISTVS, & in capra & ariete, ac veluti in duabus auibus, turture inquam & columba. [CHRISTVS *quibus in S. Script. comparatus.*] Quęnam autē etiam huius rei ratio sit, quoad potero, explicabo.

Nonnunquā enim ob ingentem fortitudinem atque insuperabile robur, diuinum nempe, *vitulo* comparatur: nonnunquā verò propter humanitatem, & quòd factus sit sub lege, *vitula* vocatur. Minus enim semper est atque inferius femella masculo, veluti superiore ac præstantiore. Omnē enim creaturam superat Filius, & incomparabili excellentia creatorum naturam antecedit, radicem habens supremum omnium Patrem, Deum inquam. Postquam verò incarnatus est, sub lege est factus. Idcirco & ait: *Non veni soluere legem sed implere.* Tribuemus autem id, si rectè sentire velimus, exinanitioni Idcirco *vitula* dicitur CHRISTVS. Assimilatur autem etiam *capra*. Qua de causa? Obtulit enim seipsum pro peccatis nostris, secundùm Scripturas. Hircus autē in lege sacrificium est pro peccato. Comparatur verò etiam *arieti*, ideo quòd rationalis gregis sit dux. Vnicus enim dux noster est CHRISTVS, & nos quidē *populus pascua eius & oues manus eius*, sicut scriptum est. Postquàm verò assimilatus est per omnia fratribus, hoc est, nobis, demittēs seipsum ad exinanitionem, describitur quidem in *ariete*, intelligiturque præfectus ac dux. Arietes enim semper sunt gregum ductores. Idem itaque & *vitula* est, eò quòd sub-lex sit, & etiā veluti *capra*, victima pro peccato; prætерea *aries* vt dux. cuius vestigijs insistere cupiētes, atque cōtendentes, in bonis pascuis, & *in loco pingui erimus constituti*, iuxta Prophetæ vocem, & in sacris stabulis diuersabimur. Deducet enim nos in cælestes mansiones ipse & aries, & summus pastor, & veluti vnus ex nobis sub lege, atq; supra legē, vt Deus ipsaque iustitia, tametsi *inter iniquos reputatus est*, & pro nobis mactatus. Figuratus verò rursum est veluti in turture & colūba. Ipse enim est vnicus ille spiritualis ac sonorus inprimis *turtur*, canora reuera auis, qui ex cælo ac supernè Euangelicis prædicationibus vniuersum terrarum orbem personat: ad quem ipsa sponsa, hoc est, Ecclesia ex Gentibus ita exclamat: *Ostende mihi faciem tuam, & audire me fac vocem tuā. Quia vox tua suauis, & facies tua pulcra.* Ipse etiam est simplex atque innocens, omnisque doli expers *columba*. Neque enim inuentus est *in ore eius dolus*, sicut scriptum est. *Vitula* autem triennis, vt & reliqua animalia. Perfectus enim est ex omni parte Dominus. Animantium siquidem ætatis integra statura perfectionem Deitatis in Vnigenito elegāter significat. Ac diuiduntur quidem animalia: (dissecta enim sunt.) Auium verò par indiuisum mansit. Quatenus enim vnigenitus Dei Filius caro est factus, diuisus est quodā-

CHRISTVS homo sub lex factus.
Matt. 5. 17.
Exinanitio quid sit.
Isa. 53. 7.
Psal. 94. 7.
Ezech. 34. 14.
Isai 53. 12.
Cant. 2. 14.
Isai. 53. 9.

fuisse, cùm hoc illi imperatū esset: Vir enim erat affecta ætate, vnicum habens & quidem in senectute sua natum filium, cui præterea ætas omnem gignendi spem ademerat, seniorem etiam habens vxorem (erat enim etiam Sara grauis annis.) Is itaque filium impensè carū absque vlla cunctatione occidere iubetur vnigenitū, multisq; votis optatum. Quali verò manu putabat senex ensem in pueri iugulum immittere, adeoq; miserandam filij cædem patrare? An nō itaque consentaneum rationi fuerit acerbam cogitationum turbam cum iusti animo esse importunè colluctatā? Subinde quidem natura eum ad amorem, qui filijs debetur, impellēte: at rursum diuino præcepto amorē illum restinguente, & ad obedientiam velutiex necessitate quadā rapiente. Magnum itaque reuera est iusti miraculum, omnique laude superior pietas. Obtulit enim rationalem victimam, naturæ legibus valedicēs, & ineuitabiles amoris erga liberos stimulos proculcans, omniaque terrena amori erga Deum postponens. Idcirco etiam gloria affectus est, & amicus vocatus Dei, & tandem quod sperauit supra spem euenit. Factus enim est multarum atque adeò innumerabiliū gentium pater in CHRISTO, per quem & cum quo Deo ac Patri gloria cum sancto Spiritu in sæcula sæculorum. Amen.

τόπι τὸ τοῦ πράγματος ἐπιτεταγμένον; ἀνὴρ εἰς γῆρας ἐληλακὼς βαθύ, ἵνα καὶ ὀψιγενῆ πλατείας ἤδη παρῳχημένου τοῦ χρόνου, τὸ καὶ ἑτέρων δύνασθαι γενέσθαι πατὴρ, ἀφηλικεστέραν δὲ καὶ αὐτὴν ἔχων τὴν συνῳκισμένην. ἦν γὰρ καὶ αὐτὴ πρεσβῦτις ἡ Σάρρα. τὸν οὕτω τριπόθητον ἀποσφάττειν υἱὸν, ἀμελητὶ προσεττάττετο, τὸν μονογενῆ καὶ πολύευκτον. ποίᾳ γὰρ δυνάμει χειρὶ προσεδόκησεν ὁ πρεσβύτης καθιεῖναι μὲν τοῦ μειρακίου τὸ ξίφος, τὴν δὲ οὕτως ἐλεεινὴν κατὰ τοῦ ἰδίου γεννήματος τολμῆσαι σφαγήν; ἆρ' οὖν οὐκ ἐννοεῖν ἀκόλουθον ὅτι πικρὸς καὶ δριμὺς ἐννοιῶν ὄχλος τὴν τοῦ δικαίου ψυχὴν, ἀφορήτως καταπληκτίζετο; καὶ ποτὲ μὲν ἡ φύσις εἰς φιλοστοργίαν κατεβιάζετο· ποτὲ δὲ τὸ θεῖον ἐδυσώπει χρησμῴδημα, καὶ ταχὰ πρὸς ἀβούλητον εὐπείθειαν ὡς ἐξ ἀνάγκης ἐκάλει. μέγα δὴ οὖν ἀληθῶς τὸ τοῦ δικαίου θαῦμα, καὶ παντὸς ἐπαίνου λοιπὸν τὸ θεοφιλές. προσεκόμιζε γὰρ τὸ λογικὸν ἱερεῖον, καὶ τοῖς τῆς φύσεως νόμοις ἐρρῶσθαι φράσας, καὶ τὸ ἀπαραίτητον τῆς φιλοστοργίας πατήσας τὸ κέντρον, καὶ τῶν ἐπιγείων οὐδὲν τῇ εἰς θεὸν ἀντιπαρεξάγων ἀγάπῃ. τοιγάρτοι καὶ δεδόξασται καὶ φίλος ἐκλήθη θεοῦ. καὶ εἰς πέρας αὐτῷ τὸ προσδοκηθὲν παρὰ τὴν ἐλπίδα ἐκβέβηκε. γέγονε γὰρ πολλῶν καὶ ἀναριθμήτων ἐθνῶν πατὴρ ἐν Χριστῷ. δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ τῷ θεῷ καὶ πατρὶ ἡ δόξα σὺν ἁγίῳ πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

De Isaac & Rebecca.

Περὶ τοῦ Ἰσαὰκ καὶ τῆς Ῥεβέκκας.

IVstificatis per CHRISTVM, vnitatemque cum ipso per participationem Spiritus sancti, in beneplacito Patris consecutis sapiens Paulus ita scribit: *Despondi enim vos vni viro virginem castam exhibere* CHRISTO. Beati enim Apostoli veluti pronubi extiterunt, & eos qui remoti erant, propè statuērūt tantùm-non conglutinātes CHRISTO, spiritusque vnitate colligantes. Et asciscet quidem sibi ipsi Ecclesiam CHRISTVS, erigente ipsam, ac tantùm-non offerente Deo ac Patre proprioque Filio despondente. Ceterùm quòd mediantibus Sanctis, nemo dubitauerit. Siquidem diuinus Dauid præcinens nobis mysterium, ad ipsam alibi ait: *Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam, & obliuiscere populū tuum, & domū patris tui, concupiuit rex pulchritudinē tuam: quia ipse est Dominus tuus, & seruies ei.* Testatus est autē etiam Paulus, vt modò dixi, veluti *sponsam quandam exhiberi* CHRISTO, fideles. Atqui venerādum adeò atque admirandum mysterium nihilominus quàm in nobis etiam in hoc rursus quispiam videat. Scriptum est enim: *Erat autem Abraham senior prouectus diebus, & Dominus benedixit Abraham per*

1. Cor. 11. 2.

Apostoli sunt veluti pronubi & ductores sponsæ.

Psal. 44. 11.

Gen. 24. 1.

Τοῖς ἐν Χριστῷ δεδικαιωμένοις, καὶ τὴν πρὸς αὐτὸν ἑνότητα διὰ τοῦ μεταλαχεῖν ἁγίου πνεύματος, ἐν εὐδοκίᾳ πατρὸς ἐκπεπληρωκόσιν, ὁ σοφὸς ἐπιστέλλει Παῦλος. ἡρμοσάμην γὰρ ὑμᾶς ἑνὶ ἀνδρὶ παρθένον ἁγνὴν παραστῆσαι τῷ Χριστῷ. κλήτορες γὰρ ὥσπερ καὶ νυμφαγωγοὶ γεγόνασιν, οἱ μακάριοι μαθηταὶ τοὺς ἐπὶ μακρὰν ποιοῦντες ἐγγὺς, καὶ μονονουχὶ κολλῶντες Χριστῷ, καὶ τῇ τοῦ πνεύματος ἑνώσει συνδέοντες. καὶ παραστήσει μὲν ἑαυτῷ τὴν ἐκκλησίαν Χριστὸς διανιστάντος αὐτὴν, μονονουχὶ δὲ καὶ προσάγοντος τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς καὶ τῷ ἰδίῳ καταγγυῶντος υἱῷ. πλὴν ὅτι μεσιτευόντων ἁγίων οὐκ ἂν ἐνδοιάσειέ τις. ὁ μὲν γὰρ θεσπέσιος Δαβὶδ προαναφωνῶν ἡμῖν τὸ μυστήριον, πρὸς αὐτήν που φησίν· ἄκουσον θύγατερ, καὶ ἴδε καὶ κλῖνον τὸ οὖς σου, καὶ ἐπιλάθου τοῦ λαοῦ σου καὶ τοῦ οἴκου τοῦ πατρός σου. ὅτι ἐπεθύμησεν ὁ βασιλεὺς τοῦ κάλλους σου. ὅτι αὐτός ἐστι κύριός σου, καὶ προσκυνήσεις αὐτῷ. διωμολόγηκε δὲ καὶ ὁ Παῦλος, καθάπερ ἔφην ἀρτίως, εἰά ἵνα νύμφην παραστῆσαι Χριστῷ τοὺς πεπιστευκότας. ἀλλὰ τὸ οὕτω σεπτὸν καὶ ἀξιάγαστον ἀληθῶς μυστήριον, κατίδοι τις ἂν, οὐχ ἧττον ἡμῖν, καὶ τῷδε δὴ πάλιν. γέγραπται γὰρ ὅτι καὶ Ἀβραὰμ ἦν πρεσβύτερος προβεβηκὼς ἡμερῶν, καὶ κύριος εὐλόγησε τὸν Ἀβραὰμ κατὰ πάντα.

» πάντα. καὶ εἶπεν Ἀβραὰμ τῷ παιδὶ αὐτοῦ τῷ
» πρεσβυτέρῳ τῆς οἰκίας αὐτοῦ, τῷ ἄρχοντι πάντων
» τῶν αὐτοῦ. θὲς τὴν χεῖρά σου ὑπὸ τὸν μηρόν μου, καὶ
» ἐξορκιῶ σε κύριον τὸν θεὸν τοῦ οὐρανοῦ, καὶ τὸν θεὸν τῆς
» γῆς. ἵνα μὴ λάβῃς γυναῖκα τῷ υἱῷ μου Ἰσαὰκ
» ἀπὸ τῶν θυγατέρων τῶν Χαναναίων μεθ' ὧν ἐγὼ
» οἰκῶ ἐν αὐτοῖς. ἀλλ' εἰς τὴν γῆν οὗ ἐγενόμην
» πορεύσῃ, καὶ εἰς τὴν φυλήν μου, καὶ λήψῃ γυ-
» ναῖκα τῷ υἱῷ μου Ἰσαὰκ, ἐκεῖθεν. ταῦτα πα-
ραχρῆμα προσπεπηγότος τοῦ Ἀβραὰμ διώμνυτο
μὲν ὁ οἰκέτης παραχρῆμα, τῷ μηρῷ τοῦ δεσπό-
του τὴν χεῖρα ἐπιθείς. δι' οὗ παρέξεσι νοεῖν τὸ
μονονουχὶ κατὰ πάσης τῆς ἐπιμιξίας ἐξ αὐτοῦ γο-
νῆς πεποιῆσθαι τὴν ἐξωμοσίαν. ἐπαναθέμενος δὲ
καμήλοις δέκα πολλὰ τῶν Ἀβραὰμ ἀγαθῶν,
ἀφίκετο δρομαῖος εἰς τὴν μέσην τῶν πο-
ταμῶν. καὶ καταίρει μὲν εἰς πόλιν Ναχώρ. ὀ-
κλάζει δὲ τὰς καμήλους ἔξω τῆς πόλεως παρὰ τὸ
φρέαρ τοῦ ὕδατος. τὸ πρὸς ὀψὲ ἡνίκα ἐκπο-
ρεύονται αἱ ὑδρευόμεναι. ἀφικόμενος δὴ οὖν
ἐκεῖσε, θεὸν ἐλιπάρει λοιπὸν ἀνευρῶσαι τὴν ὁ-
δὸν καὶ καταδεῖξαι παρθένον εὐειδῆ καὶ φι-
λόξενον, καὶ ὄκνου τοῦ βλέποντος εἰς ἀγάπην κρείτ-
» τονα. ἔσται γάρ φησιν, ἡ παρθένος, ἣ ἐὰν ἐγὼ
» εἴπω, ἐπίκλινον τὴν ὑδρίαν σου ἵνα πίω. καὶ
» εἴπῃ πίε, καὶ τὰς καμήλους σου ποτιῶ, ἕως ἂν παύ-
» σωνται πίνουσαι, ταύτην ἡτοίμασας τῷ παιδί
» σου Ἰσαάκ. ἀλλ' ἧκεν οὐκ εἰς μακρὰν ἡ καλὴ
τῷ εἴδει καὶ εὐπρεπεστάτη παρθένος. φημὶ δὴ Ῥε-
βέκκα. ἐξαιτοῦντι δὲ πιεῖν, προσῆγεν ἑτοίμως. ἐ-
πηγγέλλετο δὲ καὶ αὐτὰς ποτιεῖν τὰς καμήλους.
καὶ εἰς ἔργον ἤγετο τὰ ἐπηγγελμένα. συμβάλλει
δὴ οὖν ὁ οἰκέτης ἐντεῦθεν, ὡς αὕτη λοιπὸν εἴη
καὶ οὐχ ἑτέρα. τοιγάρτοι ψέλλιά τε καὶ ἐνώτια λα-
βὼν, προσεκόμιζε τῇ νεανίδι. ἡ δὲ οἴκοι παρελ-
θεῖν, ἕπεσθαί τε αὐτῇ παραχρῆμα προσέταττ-
τεν. οὗ γεγονότος, ξενίζεται μὲν αὐτοῦ. λαμπρὰν
δὲ διήγησιν τοῦ ἰδίου δεσπότου τοῦ πλούτου ποιεῖται.
προσετίθει δὲ ὅτι ἕνα καὶ ἀγαπητὸν ἔχων υἱὸν τὸν
Ἰσαάκ. πάντα δέδωκεν αὐτῷ, καὶ δεσπόζει τῶν ὅ-
λων ὁ νεανίας. ἐπειδὴ δὲ ἀποτρέχειν ἤθελεν ὁμοῦ
τῇ νεανίδι λοιπὸν ὁ νυμφαγωγὸς διερωτῶσι
Ῥεβέκκαν εἰ συμβαδιεῖται τῷ κεκληκότι, καὶ ἀ-
σπαστὴν ποιήσεται τὴν ἀποδρομήν. ἡ δὲ κατανεύει
προθύμως. ἀφιγμένην δὲ οὕτως, εἰσοικίζεται
μὲν ἐθελοντὴς ἤδη ὁ Ἰσαάκ. παρεκλήθη δὲ οὕτως
σφόδρα, καί τοι τεθνεώσης αὐτῷ τῆς μητρὸς. μα-
κρὸς μὲν οὖν καὶ πολὺς τῆς ἱστορίας ὁ λόγος. πλὴν
ἐπιτεμόντες ὡς ἔνι ταύτην, διαρκῶς εἰρήκαμεν.
ἡκέτω δὴ οὖν τῆς θεωρίας ἡ δύναμις ἐπὶ τὸ λίαν
εὐτεχνὲς, καὶ τὸν τοῦ μυστηρίου τύπον ἀναδεικνύτω
πάλιν, ὡς ἐν ἀμυδραῖς μὲν ἔτι σκιαῖς, πλὴν
ὠδίνοντα τὴν ἀλήθειαν. οὐκ ἠξίωσεν Ἀβραὰμ
ἐκ τῶν θυγατέρων Χαναὰν ἁρμόσαι γυναῖκα τῷ
ἠγαπημένῳ, φημὶ δὴ τῷ Ἰσαάκ· ἀλλ' εἰς τὴν τῶν
εἰδωλολατρούντων χώραν τὸν γνήσιον ἀποτρέ-
χειν ἐκέλευεν οἰκέτην, φροντιοῦντα γυναικὸς τῆς
ὅτι μάλιστα πρεπωδεστάτης αὐτῷ. οὐ γὰρ ἠθέλησεν

omnia. Et dixit Abraham seruo suo seniori domus suæ principi suorum omnium: Pone manum tuam super femur meum, & adiurabo te per Dominum Deum cæli, & Deum terr[illegible], vt non accipias vxorem filio meo Isaac de filiabus Chananæorum, cum quibus ego habito inter ipsos; sed in terram meam, vbi natus sum ego, ibis, & in tribum meam, & accipies vxorem filio meo Isaac inde. Cùm itaque hęc pręcepisset Abraham, iurauit quidem statim seruus, imponens manum femori domini sui. Ex quo intelligere licet, ipsum toti generationi, quæ ex ipso oritura esset, iuramentum præstitisse. Oneratis itaque decem camelis multis diuitiis Abrahã, abijt velociter in Mesopotamiam, venitq; in ciuitatem Nachor, & quiescere fecit camelos extra ciuitatẽ apud puteum, de vespere quando egrediũtur aquatrices. Cùm igitur eò peruenisset, orauit Deum vt ipsi viam aperiret, ostenderetque virginem pulchram atque hospitalẽ, quæq; impigra esset ad amorem exhibendum. *Erit enim,* inquit, *virgo: cui si ego dixero, Inclina hydriam tuam vt bibam, & dixerit mihi: Bibe, & camelos tuos potabo, donec vtiq; cessent bibentes, hanc præparasti seruo tuo Isaac.* Venit itaq; statim puella decora aspectu pulcherrimaque virgo, *Rebecca* inquam. Petenti verò potum, promptissimè dedit, promisit verò se etiam camelis potum daturam, statimq; promissa exequitur. Colligit verò ex his indicijs seruus ipsam esse, neque aliam. Acceptis igitur armillis & inauribus, dedit puellæ. Illa verò vt domum suam eat, ipsamque sequatur, monet. Quo facto excipitur ibi hospitio, & insignem de domini sui diuitijs narrationem instituit. Adiecit verò quòd cùm vnicum & carum imprimis haberet filium *Isaac*, ipsi omnia dederit, quodque eius omnium sit dominus. Postquam verò pronubus discedere voluit vnà cum puella, interrogant Rebeccam, an cum eo ire velit, & an libenter discedat. Ipsa verò promptè annuit. Isaac autem ad se adductam in domum suam lætus inducit, consolatusque est vehementer, etiamsi mater ipsius mortua fuerit. Longus itaque est historiæ sermo. Ceterùm nos enim in summam redigentes, quod satis est diximus. Spiritualem igitur sensum artificiosè inquiramus, & mysterij typum veluti obscuris quibusdam vmbris inuolutum indagemus, veritatemque eruamus. Dedignatus est Abraham dilecto filio suo, Isaac nimirum, vxorem ex filiabus Chananæorum dare, sed in regionem idololatrarum proprium suum seruum emisit, qui vxorem maximè illi seruientem quæreret. Neque enim

Gen. 24. 10.

Abraham filio suo Isaac vxorem è terra Chananæorum dare recusans quid significet.

voluit Deus ac Pater, Iudæorum Synagogã CHRISTO copulare, qui in Isaac significatur. Serò enim natus & dilectus est Isaac. Apparuit autẽ etiam in vltimis temporibus CHRISTVS, & est dilectus, *delectatioq́; & exultatio*; hoc enim interpretatur *Isaac*. Quòd verò Chananæi typus sint Israëlitarum, manifestum fuerit, & quidem facilè admodum ex ipsa nominis interpretatione. Chananæi enim parati ad humiliationem. Quibus enim conueniat ad humiliationem ire, aut potiùs peruenire, quã Iudæis? Humiliati siquidem sunt excidentes à gloria Dei, & in quæuis absurdissima prolapsi. Quocirca nõ ex Chanaan, sed ex Mesopotamia, sponsa Isaac. Nam, vt dixi, non ex Iudæis sed ex Gentibus Ecclesia spiritualiter Christo est copulata. Ceterùm per voluntatẽ Patris, intercedentibus interim seruis maximè fidelibus; vt intelligamus discipulos, qui *dispẽsatores atq; administratores fuerũt mysteriorũ Christi*, in quorum manu tãtùm-non fuerũt omnia, quę in ędibus ipsius. Hi relicta Iudęa, quemadmodũ ferè Abrahę seruus regione Chananęorũ, ad idololatras sese contulerunt, gestantes quodammodo Dei ac Patris bona, ac cælesti sapientia mentẽ refertam habẽtes, ac Spiritus sancti donis pleni. Animaduerte autẽ quo pacto serui Abrahæ nomẽ non exprimitur: vt in omnes fideles ac probatos discipulos ministerij typus extendatur. Et quieuit quidem ille ad puteum aquę sub vesperũ, precibusq́; Dei auxilium inuocauit, & ad aquã virginem probare voluit. Venerunt autem etiam sancti discipuli ad Gentium regiones sub vesperum, hoc est, in vltimis sęculi temporibus, & ad aquas spiritualem virginem probarunt. Accommodatissima enim est, optimeq́; comparata Ecclesia ad hauriẽdum *viuificantem sermonem ex fontibus Saluatoris*, sicut scriptum est. Habet autem vberrimè quod ad mentis habilitatem pertinet, ad suppeditandum alijs quæ vitam probent. Dedit enim Rebecca potum ipsi seruo & camelis. Ac seruus quidem typus fuerit nũc Israëlitarum. Homines enim legem habentes pædagogum CHRISTIque mysterium adhuc in vmbris latens, ceterùm non omnino disciplina sacrorum carentes: Gẽtes verò nihil à iumentis rationis expertibus differentes, meritò camelis cõparatę sunt. Immundũ enim secũdùm legẽ hoc animal est. Huiusmodi verò omnino sunt, qui Deum naturaliter ac verè existentem non cognoscunt. Abundè igitur Ecclesię suppetit ad irrigandum sacris ac diuinis fluentis eos, qui ex Iudæis orti sunt, ad amorem in CHRISTVM amplectendum, tum eos qui ex Gen-

Isaac quid significet.

Chananæi quid significent.

1. Cor. 4. 1.

Esaia 12. 3.

Gentes camelo comparata.

ἠθέλησεν ὁ θεὸς καὶ πατὴρ τὴν τῶν Ἰουδαίων συναγωγὴν συνάψαι Χριστῷ, ὃς ἐν Ἰσαὰκ σημαίνεται. ὀψιγενὴς γὰρ ὁ Ἰσαὰκ καὶ ἀγαπητός. πέφηνε δὲ καὶ ἐν ἐσχάτοις καιροῖς ὁ Χριστὸς, καὶ ἔστιν ἠγαπημένος τέρψις τε καὶ ἀγαλλίασμα. ἑρμηνεύεται γὰρ οὕτως ὁ Ἰσαάκ. ὅτι δὲ Χαναναῖοι τύπος ἂν νοοῖντο τοῦ ἐξ Ἰσραὴλ, σαφὲς ἂν γένοιτο, καὶ μάλα ῥαδίως ὡς ἀπό γε τῆς τοῦ ὀνόματος ἑρμηνείας. Χαναναῖοι γὰρ ἕτοιμοι πρὸς ταπείνωσιν. τίσι δ᾽ ἂν πρέποι τὸ μέλλειν ἐλθεῖν εἰς ταπείνωσιν, μᾶλλον δὲ ἤδη καὶ ἥκειν, πλὴν ὅτι τοῖς Ἰουδαίοις; τεταπείνωνται γὰρ τῆς ἐν Χριστῷ δόξης ὠλισθηκότες, καὶ εἰς πᾶν ὁτιοῦν τῶν ἐκτόπων καταῤῥιμμένοι. οὐκοῦν οὐκ ἐκ Χαναὰν, ἀλλ᾽ ἐκ μέσης τῶν ποταμῶν τῷ Ἰσαὰκ ἡ νύμφη. ὡς γὰρ ἔφην, οὐκ ἐξ Ἰουδαίων, ἀλλ᾽ ἐξ ἐθνῶν ἡ συνηρμοσμένη τῷ σωτῆρι Χριστῷ πνευματικῶς ἐκκλησία. πλὴν, διὰ βουλῆς τοῦ πατρὸς, μεσολαβούντων οἰκετῶν τῶν ὅτι μάλιστα πιστῶν καὶ γνησίων, ἵνα νοῶμεν τοὺς μαθητὰς, οἳ καὶ ταμίαι γεγόνασι καὶ οἰκονόμοι τῶν Χριστοῦ τοῦ θεοῦ μυστηρίων, μονονουχὶ δὲ καὶ ἐν χερσὶν ἔχοντες πάντα τὰ ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ. οὗτοι καταλελοιπότες τὴν Ἰουδαίαν, καθάπερ ἀμέλει καὶ ὁ τοῦ Ἀβραὰμ οἰκέτης τὴν Χαναναίαν, εἰς τὴν τῶν εἰδωλολατρούντων χώραν κατέβαινον, ἀναθέμενοι τρόπον τινὰ τὰ ἐκ τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς ἀγαθὰ, καὶ πλήρη μὲν ἔχοντες τὸν νοῦν σοφίας τῆς ἄνωθεν, ἐπίμεστοι δὲ χαρισμάτων τῶν διὰ τοῦ πνεύματος. ἐπιτήρει δὲ ὅτι καὶ ἀνώνυμος ὁ οἰκέτης τοῦ Ἀβραὰμ, ἵνα κατὰ παντὸς φέρηται μαθητοῦ πιστοῦ τε καὶ δεδοκιμασμένου, τῆς διακονίας ὁ τύπος. καὶ κατέλυσε μὲν ἐκεῖνος πρὸς τῷ φρέατι τοῦ ὕδατος πρὸς ἑσπέραν, παρακαλεῖ δὲ δι᾽ εὐχῆς θεὸν γενέσθαι συλλήπτορα, καὶ ἐφ᾽ ὕδατος τὴν παρθένον ἤθελε δοκιμάζειν. ἐπεφοίτησαν δὲ καὶ οἱ θεσπέσιοι μαθηταὶ, καθάπερ ἔφην ἀρτίως, ταῖς τῶν ἐθνῶν χώραις τὸ πρὸς ἑσπέραν, τουτέστιν ἐν ἐσχάτοις τοῦ αἰῶνος καιροῖς, καὶ παρ᾽ ὕδασι τὴν νοητὴν ἐδοκίμαζον παρθένον. ἐπιτηδειοτάτη γὰρ λίαν ἡ ἐκκλησία, καὶ εὐρώστως ἔχουσα πρός γε τὸ δύνασθαι φημὶ τὸν ζωοποιὸν ἀρύσασθαι λόγον, ἐκ τῶν πηγῶν τοῦ σωτηρίου, κατὰ τὸ γεγραμμένον. ἔχει δὲ καὶ οὐκ ἀνικάνως τό γε ἧκον εἰς νοῦ καὶ φρενὸς ἐπιτηδειότητα πρὸς τὸ καὶ ἑτέροις δύνασθαι χορηγεῖν τὰ τελοῦντα πρὸς ζωήν. ἐπότιζε γὰρ ἡ Ῥεβέκκα, αὐτόν τε τὸν οἰκέτην καὶ τὰς καμήλους. καὶ ὁ μὲν οἰκέτης, τύπος ἂν νοοῖτο νυνὶ τῶν ἐξ Ἰσραήλ. ἄνθρωποι γὰρ οἱ νόμον ἔχοντες ἤδη παιδαγωγὸν, καὶ ὡς ἐν σκιαῖς μὲν ἔτι τὸ Χριστοῦ μυστήριον, πλὴν οὐκ ἀμυσταγώγητοι παντελῶς. κτηνῶν δὲ ἀλόγων οὐδὲν διαφέροντες οἱ ἐξ ἐθνῶν, οἳ καὶ ταῖς καμήλοις παρεικάζοντο ἂν εἰκότως. ἀνίερον γὰρ κατὰ νόμους τὸ ζῶον. τοιοίδε πάντως οἱ μήπω θεὸν εἰδότες τὸν φύσει τε καὶ ἀληθῶς. ἱκανωτάτη δὲ οὖν κατάρδειν ἡ ἐκκλησία, τοῖς ἱεροῖς τε καὶ θείοις νάμασι τούς τε ἐξ Ἰουδαίων ἥκοντας, ἐπὶ τὸ δεῖν ἑλέσθαι τὴν εἰς Χριστὸν ἀγάπην. καὶ τοὺς ἐξ ἐθνῶν

θνῶν κεκλημένους. ἐπειδὴ δὲ τοιαύτην οὖσαν οἱ μαθηταὶ τεθέανται τὴν παρθένον· ψελλίοις τε αὐτὴν κατηγλάιζον εὐθέως. καὶ μὴν καὶ τὸν ἐν ὠσὶ προστεθεῖσαν κόσμον· τουτέστι λαμπρὰν ἀποτελοῦν καὶ ἐκπρεπεστάτην τοῖς εἰς ὑπηκοΐαν αὐχήμασι. κεκοσμημένη γὰρ ἀκοὴ, παραδηλώσειεν ἂν τὸ ὑπήκοον. περιφανῆ δὲ ὥσπερ ὁρᾶσθαι παρεσκεύαζον, καὶ τοῖς ἐξ ἔργων ἤτοι χειρῶν κατορθώμασιν. οἶμαι γὰρ τοῦτο τὸ καὶ αὐταῖς ἐνεῖναι χερσὶ τὰ ψέλλια. καὶ ὁ μὲν οἰκέτης ὁ τοῦ Ἀβραὰμ ἀφηγεῖτο τοῖς ἐν Χαρρὰν, τοῦ ἰδίου δεσπότου τὸν πλοῦτον, καὶ ὅτι μόνον ἕνα καὶ ἠγαπημένον ἔχει τὸν κληρονόμον. μεμυσταγωγήκασι δὲ τὰ ἔθνη, καὶ οἱ θεσπέσιοι μαθηταὶ, τὸν τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς ἀνακηρύττοντες πλοῦτον, τὴν ἐλπίδα, τὴν ζωὴν, τὸν ἁγιασμόν. εἷς δὲ ὅτι καὶ μόνος υἱὸς κατὰ φύσιν καὶ ἀληθῶς ὁ Χριστὸς, ὃς καὶ τῶν ὅλων τέθειται κληρονόμος ἀπήγγελλον ἐναργῶς. καὶ ἠρωτᾶτο μὲν ἡ παρθένος, εἰ συμβαδιεῖται τῷ οἰκέτῃ προθύμως. ἡ δὲ κατένευεν εὐθύς. ἑτοιμοτάτη γὰρ λίαν ἡ ἐξ ἐθνῶν ἐκκλησία, μονονουχὶ δὲ καὶ θερμὴ πρὸς ἀγάπην τὴν ἐπὶ Χριστῷ. καὶ μαρτυρήσει λέγων ὁ θεσπέσιος Δαβὶδ περὶ τῆς ἐξ ἐθνῶν ἀγέλης, „τῇ ἑτοιμασίᾳ τῆς καρδίας „αὐτῶν προσέσχε τὸ οὖς σου. ἐπεὶ δὲ συνήφθη λοιπὸν ὁ Ἰσαὰκ τῇ Ῥεβέκκᾳ, παρεκλήθη, φησὶ, περὶ τῆς μητρὸς αὐτοῦ. πάρεστι δὴ οὖν καὶ διὰ τοῦδε νοεῖν ὅτι λελύπηται μὲν ὁ Χριστὸς μονονουχὶ τεθνεώσης διὰ τῆς ἀπιστίας τῆς Ἰουδαίων συναγωγῆς, ἐξ ἧς καὶ αὐτὸς κατὰ σάρκα γεγέννηται. ἐπειδὴ δὲ γέγονε νυμφίος τῆς ἐξ ἐθνῶν ἐκκλησίας, κατέληξε τρόπον τινὰ τῆς ἐπ' ἐκείνῃ λοιπὸν κατηφείας. εἴρηται γάρ που διὰ φωνῆς προφητῶν πρὸς τὴν ἐκκλησίαν· καὶ ἔσται ὃν τρόπον „εὐφρανθήσεται νυμφίος ἐπὶ νύμφῃ, οὕτως „εὐφρανθήσεται κύριος ἐπὶ σοί. δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ „τῷ θεῷ καὶ πατρὶ δόξα σὺν ἁγίῳ πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

tibus vocati sunt. Cùm verò discipuli virginem talem sunt conspicati, inauribus statim decorarunt, & quidē auribus ornatum addiderunt, hoc est splendidam ornatissimamq́ue obedientiæ gloria effecerunt. Ornatus enim auditus, obedientiam significat. Conspicuam autem videri etiam manuum operibus curarūt, hoc enim significare arbitror armillas manibus additas. Porrò seruus Abrahę cōmemorabat ijs qui in Charan diuitias, domini sui, quodq́; vnicum eumq́; carissimum haberet hæredē. Docuerunt verò etiam discipuli gentes Dei ac Patris diuitias prædicantes spem, vitam, sanctificationem, quodque vnus ac solus filius secundùm naturam ac verè sit CHRISTVS, qui vniuersorū hæres sit declaratus, apertè annuntiarunt. Atqui interrogatur virgo quidem, an libenter cum seruo sit abitura. Ipsa verò statim annuit. Promptissima enim est Ecclesia ex Gentibus, ac tantùm non feruens ad dilectionem CHRISTI: quod & diuinus Dauid testatur de Gentium grege ita dicēs: *Alacritati cordis ipsorum inclina aurem tuam.* Postquam verò copulatus est Isaac Rebeccæ, *consolatus est*, inquit, *super matre sua*. Ex hoc itaque facilè intelligi potest, quòd doluerit quidem CHRISTVS mortem quodammodo Synagogæ Iudæorum ob incredulitatem, ex qua ipse secundùm carnem natus erat. Postquam verò sponsus Ecclesiæ Gentium est effectus, deposuit quodammodo mœrorem, quem ea de re conceperat. Dictum enim est alibi per vocem Prophetę ad Ecclesiam: *Et erit quemadmodum lætabitur sponsus super sponsa, sic lætabitur Dominus super te*, per quem & cum quo Deo ac Patri gloria cum sancto Spiritu in sæcula sæculorum. Amen.

Inaures typus obedientiæ.

Armilla manibus applicata typus bonorum operū.

Psal. 9. 36.

Isaia. 62. 5.

Περὶ τοῦ Ἠσαῦ καὶ τοῦ Ἰακὼβ, ὅτι εἰς τύπον τίθενται τῶν δύο λαῶν, τοῦ τε Ἰσραὴλ, καὶ τοῦ διὰ πίστεως τοῦ ἐν Χριστῷ.

„Αὗται δὲ αἱ γενέσεις Ἰσαὰκ τοῦ υἱοῦ Ἀβραάμ· Ἀβραὰμ ἐγέννησε τὸν Ἰσαάκ. ἦν δὲ „Ἰσαὰκ ἐτῶν τεσσαράκοντα, ὅτε ἔλαβε τὴν Ῥεβέκκαν, θυγατέρα Βαθουὴλ τοῦ Σύρου ἐκ τῆς „Μεσοποταμίας, ἀδελφὴν Λάβαν τοῦ Σύρου ἑαυ„τῷ γυναῖκα. ἐδεῖτο δὲ Ἰσαὰκ κυρίου περὶ Ῥε„βέκκας τῆς γυναικὸς αὐτοῦ· ὅτι στεῖρα ἦν. ἐπή„κουσε δὲ αὐτοῦ ὁ θεὸς, καὶ ἔλαβεν ἐν γαστρὶ Ῥε„βέκκα ἡ γυνὴ αὐτοῦ· ἐσκίρτων δὲ τὰ παιδία „ἐν αὐτῇ. εἶπε δὲ, εἰ οὕτως μοι μέλλει γίνεσθαι· „ἵνα τί μοι τοῦτο; ἐπορεύθη δὲ πυθέσθαι πα„ρὰ κυρίου. καὶ εἶπε κύριος αὐτῇ, δύο ἔθνη ἐν „τῇ γαστρί σου εἰσὶ, καὶ δύο λαοὶ ἐκ τῆς κοιλίας σου

De Esau & Iacob: quòd sint typus duorum populorum, Israëlitici nimirum, & eius qui per fidem in CHRISTVM.

Hae sunt generationes Isaac, filij Abraham. Abraham genuit Isaac. Erat autem Isaac annorum quadraginta quando accepit Rebeccam, filiam Bathuel Syri, ex Mesopotamia, sororem Laban Syri, sibi vxorem. Deprecatus est autem Isaac pro Rebecca vxore sua Dominum, quia erat sterilis. Exaudiuit autem eum Deus, & concepit Rebecca in vtero vxor eius. Saltabant autem pueri in ea. Dixit autem, Si sic futurum erat, quid necesse fuit concipere? Abijt autem interrogare à Domino. Et ait Dominus illi, Duæ gentes in vtero tuo sunt; & duo populi ex ventre tuo

Gen. 25. 19.

diuidentur. Et populus populum superabit, & maior seruiet minori. Et impleti sunt dies, vt pareret ipsa, & huic erant gemini in vtero eius. Egressus est autem primogenitus rufus totus, & sicut pellis hispidus: vocauit autem nomen eius Esau. Et protinus egressus est frater eius, & manus eius apprehendens calcaneum Esau, & vocauit nomen eius Iacob. Isaac autem erat annorum sexaginta quando peperit eos Rebecca. Creuerunt autem iuuenes. Et fuit Esau homo venandi gnarus, & rusticus: Iacob autem fuit homo simplex, habitans domi. Dilexit autem Isaac Esau, quia venatio eius cibus ei: Rebecca autem diligebat Iacob. Coxit autem Iacob † coctionem lentis. Venit autem Esau de agro deficiens, & dixit Esau Iacob, Ciba me de coctione tua rufa hac, quia deficio. Propter hoc vocatum est nomen eius Edom. Dixit autem Iacob Esau: Vende mihi hodie primogenita tua. Dixit autem Esau: Ecce ego vado mori, & vt quid mihi ista primogenita? Et dixit ei Iacob, Iura mihi hodie. & iurauit ei. Vendidit autem Esau primogenita sua. Iacob autem dedit Esau panem & coctionem lentis, & comedit & bibit, & surgens abijt & vilipendit Esau primogenita sua.

† Vulg. pulmentum.

Patrem quidem multarũ gentium futurũ Abraham, Deus (qui mentiri non potest) promiserat, progeniéq; ex eo oriturã, innumerabilẽ fore sursum deorsum confirmarat. *Sicut arena enim*, inquit, *numerari non poterit, & sicut stella cæli*. Ceterùm eximiæ adeo laudis termini, non in Israëlitico solùm populo sunt circumscripti, verùm etiã in Gentium grege. Accersiti enim sunt per fidem, atque huiusmodi magis sunt in Isaac, hoc est, ex promissione: quod & sapientissimus Paulus testatur scribens: *Prouidens autem Scriptura, quia ex fide iustificat gentes Deus, prænuntiauit Abrahæ; Quia benedicentur in te omnes gentes. Igitur qui ex fide sunt benedicentur cum fideli Abraham. Quicumque enim ex operibus legis sunt, sub maledicto sunt. Scriptum est enim: Maledictus omnis qui non permanserit in omnibus quæ scripta sunt in libro legis, vt faciat ea. Quoniam autem in lege nemo iustificatur apud Deum, manifestum est, quia iustus ex fide viuet: lex autem non est ex fide, sed qui fecerit ea, viuet in illis.* Promissiones igitur impletæ sunt, non omnino per eos, qui in lege instituti sunt, sed per eos qui per fidem iustificati sunt. Ingressum est autem diuino consilio mandatum per Moysem non neglecta promissione, sed vt instruat, & paulatim deducat ad vocationem per fidem: cumque eorum, qui iam antea ingressi sunt, imbecillitatem arguat vtilissimam ac necessariã omnibus, quo pacto demonstrat deinceps gratiam, quam per fidem

Gen. 22. 17.

Galat. 3. 8.

διαστελήσονται. καὶ λαὸς λαοῦ ὑπερέξει. καὶ ὁ μείζων δουλεύσει τῷ ἐλάττονι. καὶ ἐπληρώθησαν αἱ ἡμέραι τοῦ τεκεῖν αὐτήν, καὶ τῇδε ἦν δίδυμα ἐν τῇ κοιλίᾳ αὐτῆς. ἐξῆλθε δὲ ὁ υἱὸς ὁ πρωτότοκος πυῤῥάκης ὅλος ὡσεὶ δορὰ δασύς. ἐπεκάλεσε δὲ τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἠσαῦ. καὶ μετὰ τοῦτο ἐξῆλθεν ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ, καὶ ἡ χεὶρ αὐτοῦ ἐπειλημμένη τῆς πτέρνης Ἠσαῦ. καὶ ἐκάλεσε τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰακώβ. Ἰσαὰκ ἦν ἐτῶν ἑξήκοντα, ὅτε ἔτεκεν αὐτοὺς Ῥεβέκκα. ηὐξήθησαν δὲ οἱ νεανίσκοι. καὶ ἦν Ἠσαῦ ἄνθρωπος εἰδὼς κυνηγεῖν ἄγροικος. Ἰακὼβ δὲ ἄνθρωπος ἄπλαστος οἰκῶν οἰκίαν. ἠγάπησε δὲ Ἰσαὰκ τὸν Ἠσαῦ. ὅτι ἡ θήρα αὐτοῦ βρῶσις αὐτῷ. Ῥεβέκκα δὲ ἠγάπα τὸν Ἰακώβ. ἥψησε δὲ Ἰακὼβ ἕψημα. ἦλθε δὲ Ἠσαῦ ἐκ τοῦ πεδίου ἐκλείπων. καὶ εἶπεν Ἠσαῦ τῷ Ἰακώβ· γεῦσόν με ἀπὸ τοῦ ἑψήματος τοῦ πυῤῥοῦ τούτου, ὅτι ἐκλείπω ἐγώ. διὰ τοῦτο ἐκλήθη τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐδώμ. εἶπε δὲ Ἰακὼβ τῷ Ἠσαῦ· ἀπόδου σήμερον τὰ πρωτοτόκιά σου ἐμοί. καὶ εἶπεν Ἠσαῦ· ἰδοὺ ἐγὼ πορεύομαι τελευτᾶν, καὶ ἵνα τί μοι ταῦτα τὰ πρωτοτόκια; καὶ εἶπεν αὐτῷ Ἰακώβ· ὄμοσόν μοι σήμερον· καὶ ὤμοσεν αὐτῷ. ἀπέδοτο δὲ Ἠσαῦ τὰ πρωτοτόκια τῷ Ἰακώβ. Ἰακὼβ δὲ ἔδωκε τῷ Ἠσαῦ ἄρτον καὶ ἕψημα φακοῦ· καὶ ἔφαγε καὶ ἔπιε, καὶ ἀναστὰς ᾤχετο. καὶ ἐφαύλισεν Ἠσαῦ τὰ πρωτοτόκια αὐτοῦ. πατέρα μὲν ἔσεσθαι πολλῶν ἐθνῶν τὸν θεσπέσιον Ἀβραὰμ ψευδοεπεῖν οὐκ εἰδὼς, ἐπηγγέλλετο θεὸς καὶ ἀριθμοῦ κρείττονα, τὸ ἐξ αὐτοῦ φανεῖσθαι πλῆθος ἄνω τε καὶ κάτω διισχυρίζετο. ὡσεὶ ἄμμος γὰρ ἔσται, φησὶν, ἡ ἀναρίθμητος. καὶ ὡσεὶ ἄστρα τοῦ οὐρανοῦ τῷ πλήθει. ἀλλὰ τὸ οὕτω περιφανοῦς εὐκλείας τὸ πέρας ἐκβέβηκεν, οὐκ ἐν γε δὴ μόνῳ τῷ Ἰσραὴλ· ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῶν ἐθνῶν ἀγέλαις. εἰσκεκλήωνται γὰρ διὰ πίστεως, καὶ εἶεν ἂν οἱ τοιοίδε μᾶλλον ἐν Ἰσαὰκ, τουτέστιν ἐξ ἐπαγγελίας, καὶ μαρτυρήσει γράφων ὁ σοφώτατος Παῦλος. προϊδοῦσα δὲ ἡ γραφὴ ὅτι ἐκ πίστεως τὰ ἔθνη δικαιοῖ ὁ θεὸς, προευηγγελίσατο τῷ Ἀβραὰμ ὅτι ἐνευλογηθήσονται ἐν σοὶ πάντα τὰ ἔθνη. ὥστε οἱ ἐκ πίστεως εὐλογοῦνται σὺν τῷ πιστῷ Ἀβραάμ. ὅσοι γὰρ ἐξ ἔργων νόμου εἰσὶν, ὑπὸ κατάραν εἰσί. γέγραπται γὰρ ὅτι ἐπικατάρατος πᾶς ὃς οὐκ ἐμμένει ἐν πᾶσι τοῖς γεγραμμένοις ἐν τῷ βιβλίῳ τοῦ νόμου τοῦ ποιῆσαι αὐτά. ὅτι δὲ ἐν νόμῳ οὐδεὶς δικαιοῦται παρὰ θεῷ, δῆλον ὅτι ὁ δίκαιος ἐκ πίστεως ζήσεται. ὁ δὲ νόμος οὐκ ἔστιν ἐκ πίστεως, ἀλλ' ὁ ποιήσας αὐτὰ ζήσεται ἐν αὐτοῖς. ἄραρεν οὖν ὅτι τὰ ἐπηγγελμένα διεπεραίνετο. καὶ οὐχὶ δὴ πάντως διὰ τῶν ἐν νόμῳ παιδαγωγουμένων, ἀλλὰ τῶν ἐν πίστει δεδικαιωμένων. παρεισέδυ δὲ οἰκονομικῶς ἡ διὰ Μωσέως ἐντολὴ οὐκ ἠμελημένης τῆς ἐπαγγελίας· ἀλλ' ἵνα παιδαγωγῇ καὶ ἀνακομίζηται βραχὺ πρὸς τὴν διὰ πίστεως κλῆσιν. καὶ τῶν ἤδη προσβεβηκότων ἐλέγχουσα τὴν ἀσθένειαν, χρειωδεστάτην ἅπασι καὶ ἀναγκαίαν ἤδη πως ἀποδείξῃ λοιπὸν τὴν διὰ πίστεως χάριν

καὶ

καὶ τὴν ἐν Χριστῷ δικαίωσιν; ἔφη δὲ οὕτω πάλιν
» ὁ θεσπέσιος Παῦλος. ἀδελφοὶ κατὰ ἄνθρωπον
» λέγω. ὅμως ἀνθρώπου διαθήκην κεκυρωμέ-
» νην οὐδεὶς ἀθετεῖ, ἢ ἐπιδιατάσσεται. τῷ δὲ Ἀ-
» βραὰμ ἐρρήθησαν αἱ ἐπαγγελίαι καὶ τῷ σπέρ-
» ματι αὐτοῦ. οὐ λέγει καὶ τοῖς σπέρμασιν, ὡς ἐπὶ
» πολλῶν, ἀλλ' ὡς ἐφ' ἑνός. καὶ τῷ σπέρματί σου
» ὅς ἐστι Χριστός. τοῦτο δὲ λέγω διαθήκην κεκυ-
» ρωμένην ὑπὸ θεοῦ. ὁ μετὰ τετρακόσια καὶ τριά-
» κοντα ἔτη γεγονὼς νόμος, οὐκ ἀκυροῖ εἰς τὸ κα-
» ταργῆσαι τὴν ἐπαγγελίαν. εἰ γὰρ ἐκ νόμου ἡ κλη-
» ρονομία, οὐκέτι ἐξ ἐπαγγελίας, τῷ δὲ Ἀβραὰμ
» δι' ἐπαγγελίας κεχάρισται ὁ θεός. προσεπάγει
δὲ τούτοις καὶ τὴν αἰτίαν εὐθὺς τῆς τοῦ νόμου προεισβο-
» λῆς οὕτω λέγων. τί οὖν ὁ νόμος; τῶν παραβάσεων
» χάριν προσετέθη ἄχρις οὗ ἔλθῃ τὸ σπέρμα ᾧ
» ἐπήγγελται, διαταγεὶς δι' ἀγγέλων ἐν χειρὶ
» μεσίτου. ὁ δὲ μεσίτης ἑνὸς οὐκ ἔστιν. ὁ δὲ θεὸς εἷς
» ἐστιν. ὁ οὖν νόμος κατὰ τῆς ἐπαγγελίας τοῦ θεοῦ; μὴ
» γένοιτο. εἰ γὰρ ἐδόθη νόμος ὁ δυνάμενος ζωο-
» ποιῆσαι, ὄντως ἐκ νόμου ἂν ἦν ἡ δικαιοσύνη. ἀλ-
» λὰ συνέκλεισεν ἡ γραφὴ τὰ πάντα ὑπὸ ἁμαρ-
» τίαν, ἵνα ἡ ἐπαγγελία ἐκ πίστεως Ἰησοῦ Χριστοῦ
» δοθῇ τοῖς πιστεύουσι. πρὸ δὲ τοῦ ἐλθεῖν τὴν πίστιν,
» ὑπὸ νόμον ἐφρουρούμεθα συγκλειόμενοι εἰς τὴν
» μέλλουσαν δόξαν ἀποκαλυφθῆναι. ὥστε ὁ νόμος
» παιδαγωγὸς ἡμῶν γέγονεν εἰς Χριστόν, ἵνα ἐκ πί-
» στεως δικαιωθῶμεν. ἐλθούσης δὲ τῆς πίστεως οὐκ ἔτι
» ὑπὸ παιδαγωγόν ἐσμεν. πάντες γὰρ υἱοὶ θεοῦ
ἐστὲ διὰ πίστεως τῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. οὐκοῦν ἥ-
κιστα μὲν ἐνδοιάσειέ τις ἄν, ὡς ἔλεγχος ἦν ὁ νό-
μος τῆς τῶν παιδαγωγουμένων ἀσθενείας· παρα-
δεικτικὸς δὲ μᾶλλον πλαισμάτων καὶ ἁμαρτίας.
» οὗ γάρ, φησιν, οὐκ ἔστι νόμος οὐδὲ παράβασις. καὶ
» πάλιν. τὴν δὲ ἁμαρτίαν οὐκ ᾔδειν, εἰ μὴ διὰ
» νόμου. καὶ ἐλθούσης τῆς ἐντολῆς, φησίν, ἡ ἁμαρτία
» ἀνέζησεν. ἐγὼ δὲ ἀπέθανον. καὶ πάλιν. ἄχρι γὰρ νό-
» μου ἦν ἁμαρτία ἐν κόσμῳ· ἁμαρτία γὰρ οὐκ
» ἐλλογεῖται μὴ ὄντος νόμου. ὁ γὰρ νόμος ὀργὴν
» κατεργάζεται. πεπαιδαγώγηκε τοίνυν ὁ νό-
μος ἐπὶ Χριστὸν ἐλέγχων τοὺς παραβαίνον-
τας, καὶ αὐτῇ πείρᾳ διδάσκων τοὺς ἐπὶ τῆς γῆς,
ὡς ἔστιν ἀμήχανον τὸ ἐκ νόμου διαδρᾶναι γρα-
φὴν τὸ εἰς ἁμαρτίαν εὔκολον ἠρρωστηκότα τὸν
ἄνθρωπον· δεῖ δὲ πάντως αὐτῷ τῆς διὰ Χριστοῦ
σωτηρίας, τοῦ δικαιοῦντος ἐν πίστει καὶ οἰκτιρμοῖς. πρό-
δηλον οὖν, ὅτι τῆς ἐφ' ἡμῖν οἰκονομίας ὁ λόγος ἀ-
ναγκαιοτάτην ἀπέφηνε τὴν διὰ Μωσέως ἐντο-
λῆς τὴν οἱονεὶ προανάδειξιν τῆς κατόπιν εὐθὺς καὶ ἐν
Χριστῷ δραμούσης χάριτος παρακομιζούσης εἰς
μέσον τὸ ἐξ ἐπαγγελίας θεοῦ προαναφωνούμενον
σπέρμα, τουτέστι τοὺς ἐν Χριστῷ διὰ πίστεως. γέ-
γονε γὰρ οὕτω πατὴρ ἀναριθμήτων ὁ θεσπέσιος
Ἀβραάμ. ἄθρει δὴ οὖν ἄθρει τῆς οἰκονομίας τὸ σχῆ-
μα διαπεπλασμένον ἀστείως ὡς ἐν τύπῳ πάλιν
τῇ τῶν ἀδελφῶν ξυνωρίδι τῇ ἐξ Ἰσαάκ. Ἡσαῦ τέ
φημι, καὶ μέντοι καὶ Ἰακώβ. οὐκοῦν εἴρητο παρὰ
θεοῦ πρὸς τὸν θεσπέσιον Ἀβραάμ, ὅτι ἐν Ἰσαὰκ κληθήσεταί σοι σπέρμα. διερμηνεύων δὲ τὸ χρησμῴδημα,

consequimur, iustificationemque in CHRISTO? Diuinus autem Paulus ita rursum ait: *Fratres (secundùm hominē dico) tamen hominis confirmatū testamentū nemo spernit aut superordinat. Abrahæ dictæ sunt promissiones, & semini eius. Non dicit Et seminibus, quasi in multis: sed quasi in vno, Et semini tuo, qui est* CHRISTVS. *Hoc autem dico testamentum confirmatum à Deo, quæ post quadringētos & triginta annos facta est lex, non irritum facit ad euacuandam promissionem. Nam si ex lege hæreditas, iam non ex promissione, Abrahæ autem per repromissionem donauit Deus.* Adijcit verò statim rationē cur lex priùs inducta sit, ita dicens: *Quid igitur lex? propter transgressiones posita est, donec veniret semen, cui promiserat, ordinata per angelos in manu mediatoris. Mediator autem vnius non est. Deus autem vnus est. lex ergo aduersus promissa Dei? Absit. Si enim data esset lex quæ posset viuificare, verè ex lege esset iustitia. Sed conclusit Scriptura omnia sub peccato, vt promissio ex fide* IESV CHRISTI *daretur credentibus. Priùs autem quàm veniret fides, sub lege custodiebamur conclusi in eam fidem, quæ reuelanda erat. Itaque lex pædagogus noster fuit in* CHRISTO, *vt ex fide iustificemur. At vbi venit fides; iam non sumus sub pædagogo. Omnes enim filij Dei estis per fidem quæ est in* CHRISTO IESV. Nemo itaq; dubitauerit, legē esse accusatricē eorum, qui instituti sunt imbecillitatis, & lapsuum peccatorumq; nostrorū iudicatricē. *Vbi enim*, inquit *non est lex, neque præuaricatio.* & rursus: *Peccatū non noui nisi per legem. Et veniente mandato*, inquit, *peccatū reuixit, ego verò mortuus sum.* Et iterum: *Vsque ad legem erat peccatum in mundo. Peccatum enim non imputabatur non existente lege. Lex siquidē iram operatur.* Lex igitur manu quodammodo ducit ad CHRISTVM, arguens trāsgressores, ipsoque experimento docens mortales, quòd impossibile sit procliuitate ad peccatū laborantes effugere accusationem ex lege, sed omnino salute per CHRISTVM indigere, qui iustificat in fide & miserationibus. Manifestum itaque est, quòd ad salutis nostrę administrationem necessarium maximè fuerit mandatum per Moysen priùs proponi, subsequente statim gratia in CHRISTO, atque in medium proferente Dei promissione prædictum sęculo, hoc est, qui in CHRISTO sunt per fidem. Ita enim factus est Abraham pater innumerabilium gentium. Vide itaque diuini consilij rationem ac formam, veluti in typo adumbratam, in duobus inquam fratribus filiis Isaac, Esau nimirum & Iacob. Dictum igitur est à Deo ad diuinum Abraham, *quia in Isaac vocabitur tibi semen.* Explicans autem oraculū

Gal. 3. 15.

Lex accusatrix est nostra imbecillitatis & peccatorum

Rom. 4. 15.

Rom. 7. 7.

Rom. 7. 9.

Rom. 5. 13.

Rom. 4. 15.

Esau & Iacob typus veteris legis & noua.

Gal. 3. 16.

Paulus legis peritus, *Abrahæ dictæ sunt promissiones*, inquit, *& semini eius. non dicit, Et seminibus. quasi in multis, sed quasi in vno, Et semini tuo qui est* CHRISTVS. In CHRISTO ergo promissiones impletæ sunt, & in imaginem ac typum illius positus est Isaac. Interpretatur autem hæc vox, *gaudium* & *exultatio*. Porro Dauid CHRISTVM etiam exultationem vocat, dicens veluti ex persona eorum qui salutem per ipsum vehementer desiderabant, *Exultatio mea, erue me à circundantibus me.* Euasimus enim in CHRISTO latronum insultus, & proculcauimus in ipso scorpios & serpentes, & super aspidem & basiliscum ambulauimus, credentes. Quòd verò *exultatio* CHRISTVS in sacris Litteris vocatus sit, propheticus etiã sermo testatur. Ita enim habet: *Et oriri faciet Dominus iustitiam & exultationem coram omnibus gentibus*, Factus siquidẽ est Emmanuel non solis Israëliticis, verùm etiam omnibus per vniuersum orbem terrarum gentibus ac populis *iustitia & exultatio*. Iustificati enim sumus in ipso, veterisque maledictionis infamiam à nobis remouimus. Induti enim quodammodo sumus lætitiam & gaudium, à morte & peccato liberati, & quid non supernorum bonorum à Deo consecuti? Idcirco etiam glorificare docti sumus, dicentes: *Exultet anima mea in Domino. Induit enim me vestem salutarem, & tunicam letitiæ.* Porro quænam sit hæc tunica lætitiæ Paulus explicat dicens: *Quotquot enim in* CHRISTO *baptizati estis*, CHRISTVM *induistis.* Et rursum: *Induimini Dominum* IESVM CHRISTVM, *& carnis curam ne geratis, ad concupiscentiam.* Exultatio igitur Isaac veluti in typum CHRISTI in his commentationibus vtilissimè nobis accipitur. Huius autẽ vxor fuit Rebecca. Interpretatur verò etiam hæc, *Summa patientia.* Sed & huius personam in Ecclesiæ typum accipiemus, cuius gloria in patiẽtia. Porro huius filijs, ijs inquam, qui in fide & spiritu degunt, via ad salutem est, patientia. Ita enim sacræ Litteræ ipsis proclamãt, subinde quidem: *In patientia vestra possidebitis animas vestras.* subinde verò: *Patientia vobis necessaria est, vt voluntatem Dei facientes, reportetis promissionem.* Vide itaque Rebeccam tardè quidem atque ægrè vterũ ferentem (anus enim erat) quæ tamen ob summam Dei erga Isaac munificentiam atque amorem pepererit: Esau quidem primogenitum, statimq; post hunc Iacob, per quos optimè quidem nobis rursum duo populi, Israëliticus nimirum & Gentilis, exprimantur. Atqui primogenitus quidem Israël. Prior enim vocatus est per legem: secundus

Isaac quid significet.

CHRISTVS exultatio à Dauide dictus.

Psal. 31. 7.

Psal. 90. 13.

CHRISTVS in sacris litteris exultatio vocatur.

Isaia 61. 11.

Isaia 61. 10.

Tunica lætitiæ quæ sit

Gal. 3. 27.

Rom. 13. 14.

Rebecca quid significet.

Patientia, salutis via.

Luc. 21. 19.
Heb. 10. 36.

Esau & Iacob typus duorum populorum Israëlitici & Gentilis.

νομομαθὴς ὢν ὁ Παῦλος. τῷ δὲ Ἀβραὰμ ἐρρήθησαν αἱ ἐπαγγελίαι, φησὶ, καὶ τῷ σπέρματι αὐτοῦ. οὐ λέγει καὶ τοῖς σπέρμασιν, ὡς ἐπὶ πολλῶν. ἀλλ' ὡς ἐφ' ἑνὸς, καὶ τῷ σπέρματί σου, ὅ ἐστι Χριστός. οὐκοῦν ἐν Χριστῷ τὰ ἐπηγγελμένα διεπεραίνετο. καὶ εἰς εἰκόνα καὶ τύπον αὐτοῦ τέθειταί πως ὁ Ἰσαάκ· διερμηνεύεται δὲ ἡ τοιάδε κλῆσις, χαρὰ καὶ ἀγαλλίαμα. ἀγαλλίαμα δὲ τὸν Χριστὸν καὶ ὁ θεσπέσιος Δαβὶδ ὠνόμαζε λέγων ὡς ἐκ προσώπου τῶν δεδιψηκότων τὴν δι' αὐτοῦ σωτηρίαν, τὸ ἀγαλλίαμά μου λύτρωσαί με ἀπὸ τῶν κυκλωσάντων με. διενηξάμεθα γὰρ ἐν Χριστῷ τὰς τῶν φονώντων ἐπαναστάσεις. καὶ πεπατήκαμεν ἐν αὐτῷ σκορπίους καὶ ὄφεις, καὶ ἐπὶ ἀσπίδα καὶ βασιλίσκον ἐπέβημεν οἱ πεπιστευκότες. ὅτι δὲ ἀγαλλίαμα ὁ Χριστὸς παρὰ ταῖς θείαις γραφαῖς ὠνόμασται καὶ προφητικὸς ἡμᾶς ἀναπείσει λόγος. ἔχει γὰρ ὧδε. καὶ ἀνατελεῖ κύριος δικαιοσύνην καὶ ἀγαλλίαμα ἐναντίον τῶν ἐθνῶν πάντων. γέγονε γὰρ ὁ Ἐμμανουὴλ οὐχὶ μόνοις τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἀνὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἔθνεσί τε καὶ λαοῖς δικαιοσύνη καὶ ἀγαλλίαμα. δεδικαιώμεθα γὰρ ἐν αὐτῷ, καὶ τὴν ἐκ τῆς ἀρχαίας ἀρᾶς δυσφημίαν ἀπεκρουσάμεθα. μετημφιέσμεθα γὰρ ὥσπερ εὐφροσύνην καὶ χαρὰν θανάτου καὶ ἁμαρτίας ἀπηλλαγμένοι. καὶ τί γὰρ οὐχὶ τῶν ἄνωθεν καὶ παρὰ θεοῦ πλουτήσαντες ἀγαθῶν; τοιγάρτοι δοξολογεῖν δεδιδάγμεθα λέγοντες· ἀγαλλιάσθω ἡ ψυχή μου ἐπὶ τῷ κυρίῳ. ἐνέδυσε γάρ με ἱμάτιον σωτηρίου, καὶ χιτῶνα εὐφροσύνης. καὶ τίς δὴ οὗτός ἐστιν ὁ τῆς εὐφροσύνης χιτὼν, σαφηνιεῖ λέγων ὁ ἱερώτατος Παῦλος. ὅσοι γὰρ εἰς Χριστὸν ἐβαπτίσθητε, Χριστὸν ἐνεδύσασθε. καὶ πάλιν· ἐνδύσασθε τὸν κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, καὶ τῆς σαρκὸς πρόνοιαν μὴ ποιεῖσθε εἰς ἐπιθυμίαν. ἀγαλλίαμα τοίνυν ὁ Ἰσαὰκ ὡς ἐν τύπῳ Χριστοῦ τοῖς προκειμένοις ἡμῖν θεωρήμασι χρειωδέστατα παρειλημμένος. τούτῳ γέγονε Ῥεβέκκα γυνή. διερμηνεύοιτο δὲ ἂν καὶ αὕτη, πλείστη καὶ ὅση ὑπομονή. ἀλλὰ καὶ τὸ τῆσδε πρόσωπον εἰς τὸ τῆς ἐκκλησίας παραληψόμεθα νοοῦντες ὀρθῶς, ἧς τὸ εὐδόκιμον ἐν ὑπομονῇ. καὶ γοῦν τοῖς ταύτης τέκνοις τοῖς ὡς ἐν πίστει φημὶ καὶ πνεύματι σωτηρίας, ὁδὸς πεφήνεν ἡ ὑπομονή. ἱεροὶ γὰρ αὐτοῖς προσπεφωνήκασι λόγοι. ποτὲ μὲν, ὅτι ἐν τῇ ὑπομονῇ ὑμῶν κτήσασθε τὰς ψυχὰς ὑμῶν. ποτὲ δὲ αὖ. ὑπομονῆς γὰρ ἔχετε χρείαν, ἵνα τὸ θέλημα τοῦ θεοῦ ποιήσαντες, κομίσασθε τὴν ἐπαγγελίαν. ὅρα τοίνυν τὴν Ῥεβέκκαν ὀψὲ μὲν καὶ μόλις ὠδινοῦσαν. στεῖρα γὰρ ἦν. ἀποτεκοῦσαν δὲ οὖν ὅμως ἐκ φιλοτιμίας θεοῦ, καὶ ἐξ ἀγαπήσεως Ἰσαάκ. τόν τε Ἠσαῦ τὸν πρωτότοκον. καὶ εὐθὺς κατόπιν ἰόντα τὸν Ἰακώβ. δι' ὧν εὖ μάλα πάλιν ἡμῖν ἐξεικονισθεῖεν ἂν οἱ δύο λαοὶ ὅ τε Ἰσραὴλ, καὶ μέντοι καὶ ὁ ἐξ ἐθνῶν. καὶ ὁ πρωτότοκος μὲν ὁ Ἰσραήλ. προσκέκληται γὰρ διὰ νόμου δεύτερος

δὲ

ὁ δὲ μετ' ἐκεῖνον, ὁ ἐν πίστει διὰ Χριστοῦ. ἴδοι δ' ἄν τις τῶν δύο λαῶν, τὴν ὡς ἐν γνώμῃ, καὶ τρόποις διαφοράν, καὶ ἐξ αὐτῶν οἶμαί που τῶν ὀνομάτων ἃ ἦν ἐν ἀμφοῖν, καὶ ἐκ τῆς τῶν σωμάτων ἰδέας ἤτοι κατασκευῆς. ὁ μὲν γὰρ Ἡσαῦ διερμηνεύεται δρῦς, τουτέστιν ἀπηνής τις καὶ ἀκαμπής. εἴρηται δέ που πρὸς τὸν Ἰσραὴλ παρὰ τοῦ θεοῦ, „γινώσκω ἐγὼ ὅτι σκληρὸς εἶ, καὶ νεῦρον σι„δηροῦν ὁ τράχηλός σου, καὶ τὸ μέτωπόν σου „χαλκοῦν. πτερνιστὴς δὲ ὁ Ἰακὼβ τουτέστι τεχνίτης, ἤτοι νικᾶν εἰδώς. πτερνίζει γάρ τις ὃν ἂν ἡττήσῃ. νικᾷ δὲ δὴ πάντως, οὐχ ὁ ἐν νόμῳ λαός, ἀλλ' ὁ ἐν Χριστῷ διὰ πίστεως καὶ τὰ ἐκ τῆς ἁμαρτίας διαδραμὼν ἐγκλήματα καὶ αὐτὸ καταμβλυνῶν τοῦ θανάτου τὸ κράτος. καὶ ὁ μὲν Ἡσαῦ πυῤῥάκης ἦν ὅλος· γέγραπται γὰρ ὧδε, καὶ ὡσεὶ δορὰ δασύς· ἀνὴρ δὲ λεῖος ὁ Ἰακώβ. αἴνιγμα δὴ οὖν ἡ πυῤῥότης θυμοῦ καὶ ὀργῆς. εἴπερ ἐστὶν ἀληθῶς ὡς ἐρυθρὸν ἀεί πως τὸ χρῶμα τοῖς ἐν ὀργαῖς. θηριοπρεπὲς δὲ ὅτι τὸ λασιότριχον καὶ δασὺ πῶς ἂν ἐνδοιάσειέ τις; κατίδοι δ' ἂν εἶναι πᾶς τις ἐν τοῖς τοιούτοις ὄντα τρόποις τὸν Ἰσραήλ· καὶ θυμῷ μὲν ἢ λογισμῷ τῷ καθήκοντι διοικούμενον. ἀποτετολμηκότα δὲ λίαν, εἰς τὸ θρασὺ καὶ ἀνήμερον. τοιγάρτοι καὶ ἀπεκτόνασι μὲν ἁγίους προφήτας. δεδυσσεβήκασι δὲ καὶ εἰς αὐτὸν ἐν ἐσχάτοις τὸν Ἐμμανουήλ. ἡ δέ γε λειότης ἀνθρωποπρεποῦς ἰδέας μήνυσις ἐναργής. ἤπιος δὲ σφόδρα καὶ πολὺ δὴ λίαν βλέπων ἐπὶ τὸ ἥμερον, ὁ νέος τε καὶ ἐν πίστει λαός. ἡ γὰρ τοῦ στόματος ἀστειότης εἰς παράδειξιν ἔσται σαφῆ τοῦ νοητοῦ τε καὶ ἔσωθεν κάλλους. καθάπερ ἀμέλει καὶ ἐν Ἡσαῦ ἀγριότητος εἶναι σημεῖον δεδώκαμεν τὸ δασύ τε καὶ ἐρυθρόν. πλὴν ἀμφοῖν μήτηρ ἦν μία, τουτέστιν ἡ Ῥεβέκκα. παρέστησε δὲ ἑαυτῷ τὴν ἐκκλησίαν ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς παρθένον ἁγνὴν ὑπηρετοῦσαν ὥσπερ εἰς ἀναγέννησιν τὴν πνευματικὴν τῶν δύο λαῶν. ὅσον γὰρ ἧκεν εἰς τὸν τῆς ἐπιδημίας σκοπὸν ἔκτισεν αὐτοὺς εἰς ἕνα καινὸν ἄνθρωπον ποιῶν εἰρήνην, καὶ ἀποκαταλλάσσων τοὺς ἀμφοτέρους ἐν ἑνὶ πνεύματι κατὰ τὸ γεγραμμένον. ἀλλ' ἦν ἐχθρὸς ὁ Ἰσραὴλ καὶ ἀσύμφωνος τῷ νέῳ λαῷ κατὰ χρόνον ὢν πρωτότοκος. δηλοῖ γὰρ οἶμαί που τοῦτο καὶ τὸ ἐν αὐτῇ τῇ νηδύϊ ἀνασκιρτᾶν, τὰ βρέφη τὴν ἐσομένην ὥσπερ ἔχθραν ὑποσημαίνοντα. ὅτι δὲ ἀμείνων ὁ νέος ἔσται, καὶ ἐν εὐκλείᾳ τῇ προφερεστέρᾳ παρὰ τὸν Ἰσραὴλ τὸν πρωτότοκον, κατεσήμαινεν εὐθὺς ὁ πάντα εἰ„δὼς οὕτω λέγων· λαὸς λαοῦ ὑπερέξει, καὶ „ὁ μείζων δουλεύσει τῷ ἐλάσσονι. προεκηρύττετο μὲν γὰρ τὸ ἐπ' ἀμφοῖν μυστήριον καὶ διὰ φωνῆς ἁγίων. καὶ ὅτι κατόπιν ἥξει τῶν ἐθνῶν ὁ Ἰσραήλ, πολυτρόπως ἡμῖν προεπηγγέλλετο, θεοῦ δὲ τὸ χρῆμα καὶ ἐν αὐτῷ τῷ τόκῳ δεικνύοντος. προ-

verò post illum, qui in fide per CHRISTVM. Videat autem quis duorum populorum in ingenio ac moribus differentiam, ex ipsis nominibus, quibus vterque vocabatur, & ex ipsa corporum forma siue constitutione. Esau enim interpretatur *quercus*, hoc est, dirus atque rigidus. Dictum est autem alibi ad Israëlem à Deo: *Cognosco ego quòd durus es & neruus ferreus ceruix tua, & frons tua ænea.* Iacob verò *supplantator*, hoc est artifex, siue vincendi peritus. Supplãtat enim quis eum quem vicerit. Vincit autem omnino non populus in lege, sed qui in CHRISTO per fidem, quique peccati accusationem effugerit, mortisque imperium obtulerit. Porro Esau *rufus erat totus* (ita enim scriptũ est) *& velut pellis hirsutus*; Iacob autem *vir glaber siue leuis.* Flauities typus est ferociæ atque iræ, siquidem verum est, rubicundã in ira percitis cutem fieri. Quòd verò hirsutũ ac pilosum esse, ferinum sit, quo pacto quis dubitauerit? Atque huiusmodi planè moribus præditum Israëlem facilè quis animaduertat, animo nimirum vel intellectu conuenienti constitutum, valde renuentem, ad ferociam crudelitatemque pronũ. Occiderunt enim sanctos prophetas, atque adeò in ipsum tandem Emmanuelẽ impiè egerunt. Lenitas verò proprium humanæ formæ est signum. Mitis autem vehementer & summè mansuetus est nouus & per fidem populus. Oris enim elegantia euidens argumentum est intellectualis siue interioris pulchritudinis; quemadmodũ in Esau feritatis signum esse diximus hirsutum ac flauum esse. Ceterùm vtrique vna erat mater, nimirum Rebecca. Adiunxit autem sibi ipsi Ecclesiam Dominus noster IESVS CHRISTVS virginem castam seruientem quodammodo in regenerationem spiritualem duorum populorum. Quantùm enim attinet ad ipsius aduentus scopum, formauit eos in vnum nouum hominem, constituens pacem, & *concilians vtrosque in vno spiritu*, sicut scriptum est. Ceterùm erat discors Israël à nouo populo, existens secundùm tempus primogenitus. Hoc enim, vt arbitror, significat fœtus in vtero subsultare, futuram quodãmodo inimicitiam significantes. Quòd verò præstantior esset futurus nouus, multoque celebriorem gloriam consecuturus quàm Israël primogenitus, significauit statim is cui omnia sunt explorata, ita dicens: *Et populus populum superabit, & maior seruiet minori.* Prædictum enim est de vtrisque mysterium etiam per vocem sanctorum, quodque Israël Gentibus à tergo ponendus esset, multifariàm nobis prænuntiatũ fuit, Deo rem in ipso etiam partu ostendente. Prior enim

Esau quid significet.

Isaia 48.4.

Iacob quid significet.

Gen. 25. 25.

Flauities typus iræ & ferociæ.

Ephes. 2. 16.

Gen. 25. 25.
Rom. 9. 12.

enim in lucem prodijt ex vtero Esau, sequutus autem est Iacob, quia supplantabit & vincet fratrem, quod per calcanei eius apprehensionẽ significatur. Atque hęc quidem in præsentiarum dicta sint, arrepta occasione à corporum figura atque ex ipso partu. Per alias verò nihilominus cogitationes euntes de vtrisque quoad eius fieri potest, dicamus. Nam ipse etiam eorum vitæ modus, vtriusque mentis index fuerit. Coætanei enim inter se iuuenes erant, sed non eiusdem animi atque sententiæ. Siquidem Esau in agris versabatur, & venatione delectabatur. Hic verò erat vrbanus, placidus nimirum & societatis studiosus, & vir simplex habitans domum. Atque ille quidem carnalibus desiderijs deditus erat, & vilissimis rebus præstantissimas suas dotes postponebat, friuolaque & facilia paratu cum ijs, quæ necessaria erant, imprimis commutabat. Hic verò optimorum insatiabilis amator, ad ea per quæ illustris euaderet, summa animi contentione enitebatur. Emit enim primogenita, reijciente ea Esau, & ventris satietatem propriæ suæ dignitati anteferente. Idcirco vocatum est exinde nomen eius *Edom*; hoc est, terrenus. Terreni enim reuera abiectique animi argumentum erat gloriam, qua prǫditus erat, vilipẽdere, & primogenituræ dignitatem nihili facere, & temporariam voluptatem potiorem prǫstabilioremque ducere, etiam cum damno coniunctam. Idcirco etiam diuinus Paulus fornicatorem & profanum eum qui adeò turpe vitæ institutum elegerit, meritò vocauit: typum veluti quendam eorum, qui in hanc nequitiam lapsi sunt, statuens Esau. Atqui effrenem impetum ad desideria carnalia nimirum atque terrena incusat, dicens: *Ne quis fornicator aut profanus vt Esau, qui propter vnam escam vendidit primogenituram.* Quamobrem si horum iuuenum moribus comparemus Iudaicæ vitæ tenebras & Gentium multitudinis puritatem atque ingenuitatem, rectè dixerimus. Erat enim Israël agrestis, & terrena mente prǫditus, superbusque, & dissidiorum ac belli studiosus, atque ad fundendum sanguinem pronus maximè, quemadmodum ferè agrestis & ferarum occisor Esau. Vnde etiam Propheta ipsis inclamat: *Laqueos posuerunt ad corrumpendos viros.* CHRISTVS verò alibi de ipsis: *Quoniam gratis absconderunt mihi interitum laquei sui, superuacuè exprobrauerunt animam meã. Veniat illi laqueus quem ignorat, † rete quod abscondit apprehendat eum.* Miserũt enim quosdam Pharisæorum, cum ijs qui vocantur Herodiani; hi verò sunt

Esau venditis primogenitis Edó, hoc est terrenus, vocatus.

Esau typus est fornicatorum & profanorum hominum.

Hebr. 12. 16. Gen. 25. 33.

Israëlitici populi mores.

Ierem. 5. 26.

Psal. 34. 7.

† Vulg. & captio quã abscondit.

Herodiani quinam sint.

ἐξέπιπτε μὲν τῆς νηδύος ὁ Ἠσαῦ, εἵπετο δὲ ὁ Ἰακώβ, ὅτι πτερνιεῖ καὶ νικήσει τὸν ἀδελφὸν, διὰ τοῦ τῆς πτέρνης ἐπειλῆφθαι κατιδεικνύς. καὶ ταυτὶ μὲν εἰρήσθω πρὸς τὸ παρὸν τοῦ λόγου τὰς ἀφορμὰς ἀπό τε τῆς τῶν σωμάτων ἰδέας καὶ αὐτοῦ τοῦ τόκου λαμβάνοντος. καὶ δι' ἑτέρων δὲ οὐδὲν ἧττον ἰόντες ἐννοιῶν φέρε λέγωμεν ὡς ἔνι τὰ ἐπ' ἀμφοῖν. μήνυσις γὰρ ἔσται τῆς ἑκατέρου γνώμης, καὶ αὐτὸς ὁ τοῦ βίου τρόπ[illegible]. ἰσήλικες μὲν γὰρ ἀλλήλοιν οἱ νεανίαι, πλὴν οὐκ ἰσογνώμονες. οὐδὲ ἐν βουλαῖς ἀπαραλλάκτοις. ὁ μὲν γὰρ Ἠσαῦ τὰς ἐν ἀγροῖς καὶ θήραις ἠγάπα διατριβάς. ὁ δὲ ἦν ἀστικὸς, εὐπρόσιτος δηλονότι καὶ κοινωνικὸς, καὶ ἀνὴρ ἄπλαστος οἰκῶν οἰκίαν. καὶ ὁ μὲν ἀκάθεκτος εἰς ἐπιθυμίας σαρκικὰς, καὶ τῶν ἄγαν εὐτελεστάτων τὰ κάλλιστα τῶν ἰδίων γερῶν κατόπιν ὥσπερ ἱεὶς· καὶ τὰ ψυχρά τε καὶ εὔωνα τῶν ἀναγκαίων ἀντωνούμενος. ὁ δὲ τῶν ἀρίστων ἄπληστος ἐραστὴς, καὶ τὰ δι' ὧν ἂν γένοιτο λαμπρὸς πανταχόθεν ἀναζητῶν. ἐξεπρίατο γὰρ τὰ πρωτοτόκια παραρριπτοῦντος αὐτὰ τοῦ Ἠσαῦ, καὶ τὸν τῆς γαστρὸς κόρον τῶν ἰδίων ἀξιωμάτων ἀτημελῶς προτετιμηκότος. ταύτητοι λοιπὸν ἐκλήθη τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐδὼμ, τουτέστι γήϊνος. γηΐνου γὰρ ἀληθῶς, καὶ χθαμαλωτάτου φρονήματος ἔλεγχος ἐναργὴς, τὸ ἀλογῆσαι μὲν δόξης τῆς ἐνούσης αὐτῷ, καὶ τὰ τῆς γνώσεως πρεσβεῖα παρ' οὐδὲν ποιεῖσθαι παντελῶς, ἀνθελέσθαι δὲ μᾶλλον ὡς ἀμείνω, καὶ προφερεστέραν τὴν πρόσκαιρον ἡδονὴν, καὶ τὸ παραυτίκα τερπνὸν ψήφῳ στεφανοῦν τῇ κρείττονι, κἂν εἰ πολλὴν ἔχοι τὴν ζημίαν. τοιγάρτοι καὶ ὁ θεσπέσιος Παῦλος πόρνον τε καὶ βέβηλον τὸν οὕτως αἰσχρῶς διαβιοῦν ᾑρημένον εἰκότως ἀποκαλεῖ. τύπον ὥσπερ τινὰ τῶν εἰς τοῦτο φαυλότητος κατωλισθηκότων παρατιθεὶς τὸν Ἠσαῦ. καὶ γοῦν τὸ ἀχάλινον εἰς ἐπιθυμίας σαρκικὰς δηλονότι καὶ γεωδεστέρας ἐπίκλημα καὶ γραφὴν ἐποιεῖτο λέγων, μή τις πόρνος ἢ βέβηλος ὡς Ἠσαῦ. ὃς ,, ἀντὶ βρώσεως μιᾶς ἀπέδοτο τὰ πρωτοτόκια ,, αὐτοῦ. ,, οὐκοῦν τοῖς τῶν νεανίσκων τρόποις ἀντιπαρεξάγοντες ἀκριβῶς, καὶ τῆς Ἰουδαϊκῆς πολιτείας τὸν σκότον, καὶ τὸ ἐξ ἐθνῶν πλῆθος, τὸ εἰλικρινὲς καὶ ἐλεύθερον, τὰ εἰκότα λέγωμεν. ἦν μὲν γὰρ ὁ Ἰσραὴλ ἀγροικός τε καὶ γεωδεστέραν ἔχων τὴν φρένα, γαῦρός τε καὶ φιλοπόλεμος, καὶ πολὺ λίαν ἀνεπτοημένος εἰς μιαιφονίας κατὰ τὸν ἀγροικόντε καὶ θηριοκτόνον Ἠσαῦ. καὶ γοῦν προφητικὸς μὲν αὐτοῖς ἐνεκάλει λόγος, ὅτι παγίδας ἔστησαν διαφθεῖραι ἄνδρας. αὐτὸς δὲ ὁ Χριστὸς ἐπηρεᾶτο λέγων, ὅτι δωρεὰν ἔκρυψάν μοι διαφθορὰν ,, παγίδος αὐτῶν, μάτην ὠνείδισαν τὴν ψυχήν ,, μου. ἐλθέτω αὐτοῖς παγὶς ἣν οὐ γινώσκουσι. καὶ ἡ ,, θήρα ἣν ἔκρυψαν, συλλαβέτω αὐτούς. πε- ,, πόμφασι γὰρ τῶν Φαρισαίων τινὰς μετὰ τῶν καλουμένων Ἡρῳδιανῶν. δασμολόγοι δὲ οὗτοι,

περι-

„ πειράζοντες καὶ λέγοντες. εἰ ἔξεστι φόρους δοῦ-
„ ναι Καίσαρι, ἢ οὐ θηρευτὴς ἦν ἄρα καὶ ὁ
Ἰσραήλ. ὁ δέ γε νέος καὶ ἐν πίστει λαὸς κατὰ
τὸν θεσπέσιον Ἰακὼβ, ἀστικὸς καὶ φιλέστιος,
πρᾶος καὶ καθεστηκὼς, ἁπλοῦς καὶ ἀκακοῦρ-
γος, οἰκῶν οἰκίαν κατὰ τὸ γεγραμμένον.
ἀληθὲς γὰρ εἰπεῖν ὅτι τῶν ἐν πίστει δεδικαιω-
μένων, ἡ πρᾳοτάτη πληθὺς, πόλιν ὥσπερ τινὰ
λαμπρὰν καὶ διανενεμημένην ἀπεγράψατο τὴν
ἐκκλησίαν. καὶ οἶκον ἐρηρεισμένον καὶ τοῖς πει-
ράζουσιν ἀκατάσειστον τὴν ἐν Χριστῷ πολιτείαν
καὶ ζωὴν ἐποιήσατο. καὶ ἁπλοῦς μὲν αὐτοῖς ὁ
νοῦς, καὶ δυστροπίας ἁπάσης ἀπηλλαγμένος.
ἀπηχθημένον δὲ σφόδρα πέφυκε, τὸ ὡς ἐν
γνώμῃ τε καὶ τρόποις πεπλάσθαι δοκεῖν. καὶ
περὶ αὐτῶν οἶμαί που τὸν θεσπέσιον φάναι
„ Δαβίδ, κύριος κατοικίζει μονοτρόπους ἐν οἴ-
„ κῳ. μονότροπος γὰρ ὁ ἁπλοῦς ἐν Χριστῷ, ὃς καὶ
ἐν οἴκῳ κατοικίζεται. καί τοι τῷ Ἰσραὴλ ἐπι-
φωνοῦντός τινος τῶν ἁγίων προφητῶν. ὅτι
„ ταῖς πολυοδίαις σου ἐκοπίασας. οὐκοῦν ἐναυ-
λίζονται μὲν οἱ ἐν Χριστῷ, καθάπερ εἰς οἶκον
τὴν ἐν ὁσιότητι καὶ ἁγιασμῷ πολιτείαν καὶ
ζωήν. αὐτὴν δὲ τὸ χρῆμα ταῖς σφῶν κε-
φαλαῖς οἷά τινα στέφανον ἀναπλέξαντες ἄ-
γοιεν ἄν. καὶ μὴν καὶ εὐημερίας καταλογι-
ζόμενοι τρόπον ταύτῃ τοι φασὶ. ποτὲ μὲν, ὅτι
„ ηὐφράνθην ἐπὶ τοῖς εἰρηκόσι μοι, εἰς οἶκον κυ-
„ ρίου πορευσόμεθα. ποτὲ δὲ αὖ, μίαν ᾐτησά-
„ μην παρὰ κυρίου, ταύτην ζητήσω. καὶ τί τὸ αἴτη-
„ μα; ποία δὲ καὶ ἡ μία χάρις; τὸ κατοικεῖν με ἐν
„ οἴκῳ κυρίου, φησὶ, πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς
„ μου, τοῦ θεωρεῖν με τὴν τερπνότητα κυρίου, καὶ ἐπισκέ-
„ πτεσθαι τὸν ναὸν τὸν ἅγιον αὐτοῦ. ἀκούεις ὅπως ἐν τάξει
χάριτος λαμπρᾶς καὶ ἐξῃρημένης καταλογεῖ-
σθαί φησι τὸ κατοικεῖν ἐν οἴκῳ θεοῦ, καὶ ἐν αὐ-
λαῖς ταῖς θείαις ποιεῖσθαι τὰς διατριβάς; ἡ δέ γε
οἴκησις οὐ σωματική· νοοῖτο δ' ἂν μᾶλλον ὡς ἐν
ἑδραιότητι γνώμης καὶ ἐναρέτου ζωῆς. ἀλλ' ἠγά-
πα, φησὶν, ὁ Ἰσαὰκ τὸν Ἡσαῦ, ὅτι ἡ θήρα αὐτοῦ
βρῶσις αὐτῷ. ἠξιοῦτο γὰρ ἀγάπης τῆς ἄνωθεν ὁ
πρωτότοκος Ἰσραὴλ, ἐπὶ τοῖς ἐννόμου πολιτείας
τοῖς κατορθώμασιν, καὶ τοὺς ἐπὶ τῷδε πόνους τροφὴν
ὥσπερ τινὰ προσεκόμιζε τῷ θεῷ. γεγόνασι γὰρ
ἅγιοι καὶ ἐν Ἰσραὴλ φιλόθεοί τε καὶ νομοφύλα-
κες. καὶ γοῦν ὁ προφήτης Ἡσαΐας ἐπελάνιζε μὲν
ὡς πεπορνευμένην τὴν Ἱερουσαλήμ. ἔφη δὲ ὅτι δι-
καιοσύνη κατὰ καιροὺς ἐκοιμήθη ἐν αὐτῇ, του-
τέστιν ἀνεπαύσατο, καὶ κατέλυσε, διά τοι τὸ ἐν
αὐτῇ γενέσθαι πολλοὺς τῆς ἐν νόμῳ πολιτείας
ἀνειλημμένους τὰ αὐχήματα. ἦν οὖν ἐν δόξῃ τῇ
παρὰ θεῷ πρωτότοκος ὢν ὁ Ἰσραὴλ, πλὴν οὐ
μέχρι παντὸς διεσώσατο τὴν τοῖς ἑαυτοῦ πρεσβείοις
ἀπονεμηθεῖσαν τιμήν. παρακεχώρηκε δὲ ὥσπερ
τῷ νέῳ καὶ κατόπιν ἰόντι λαῷ, τουτέστι τοῖς ἐξ ἐθνῶν
τὰ πρωτοτόκια, πολὺ λίαν ἀπονενευκὼς
εἰς τὰ σαρκός τε καὶ κόσμου. καὶ γοῦν ὡς ἐν
ταῖς εὐαγγελικαῖς ἀνεγνώσθη παραβολαῖς.

tributorum coactores, tentantes ac dicentes: *Si licet tributum dare Caesari:* Nónne igitur venator reuera est Israël? Nouus autem per fidem populus, quemadmodum diuinus Iacob, vrbanus & domesticam vitam amãs, miti ac sedato animo, simplex, minimeque versutus, *habitans domum*, vt scriptum est. Verè enim dici potest, quòd eorum, qui per fidem iustificati sunt, mansuetissima multitudo, ciuitatem veluti quandam splẽdidam optimaque politia instructam constituit Ecclesiam, firmissimamque domum, quæque à tentãtibus subuerti non possit, vitam in CHRISTO perfecit. Ac simplex quidem ipsis est mens, & ab omni duplicitate aliena. Odiosum enim ijs precipuè est fictitiam mentem, ac simulatos mores præ se ferre, de quibus diuinus Dauid alibi ita loquitur: *Dominus habitare faciet vnanimes in domo.* Vnanimis enim est simplex in CHRISTO, qui etiã in domo habitat, inclamante Israëli quodam ex sanctis Prophetis: *In multitudine viarum tuarum laborasti.* Habitant igitur qui in Christo, tanquam domum in pietate & sanctimonia vitam; quam quidem veluti coronam quandam suis ipsorum capitibus imponũt, ac pro summa felicitate ducunt. Idcirco inquiunt subinde quidem: *Laetatus sum in his quae dicta sunt mihi, in domum Domini ibimus.* Subinde verò: *Vnam petij à Domino, hanc requiram.* Quidnã autem petit, & quod vnum beneficiũ expectat? *vt habitem in domo Domini*, inquit, *omnibus diebus vitae meae, vt videam voluptatem Domini, & visitem templũ sanctum eius.* Audis quo pacto instar summi beneficii ducat habitare in domo Domini, & in diuina aula versari? Habitatio autem hęc non est intelligenda corporalis, sed in stabilitate mentis & piae vitae. Ceterùm *dilexit*, inquit, *Isaac Esau, quia venatio eius cibus ei erat.* Dignus enim habitus est diuino amore primogenitus Israël, quia legalis vitę perfectionem laboresque, qui ad hoc subeuntur, veluti cibum quendam obtulit Deo. Fuerunt enim etiam Sancti in Israël, pijque & strennui legis obseruatores. Idcirco Propheta Isaias deflet veluti fornicatam Ierusalem. Dicit autem quòd *iustitia aliquando recubuit in ea*, hoc est, requieuit & diuersata est, ideo quòd in ea multi extiterint legalis vitę gloria illustres. Erat igitur in honore apud Deum primogenitus Israël, ceterùm non perpetuò conseruauit honorem primogeniturę ipsi tributũ. Cessit enim quodammodo nouo ac posteriùs nato populo, hoc est, Gentili, primogenita, longè ad carnalia & mundana deflectẽs. Porro, quemadmodum in Euãgelicis parabolis legitur,

Matt. 22. 17. Luc. 20. 22.

Fidelium mores quales.

Ecclesia domus est firmissima, quae à tentantibus subuerti non potest.

Psal. 67. 7.

Isaia 57. 10.

Psal. 121. 1.

Psal. 26. 4.

Habitare in domo Domini quid sit.

Gen. 25. 28.

Isaac diligens Esau, quòd cibum ex venatione illi daret quid significet.

Isaia 1. 21.

Matt. 22. 2.

Celebrauit rex nuptias filio suo. Præterea aderant qui ad cœnam vocabāt, conuiuis Dei præceptum annuntiantes, hoc scilicet,

Matt. 22. 4.

Ecce prandium meum apparaui, tauri mei & altilia occisa, & omnia parata, venite ad nuptias. Illi autem noluerunt venire, inquit, & vnicuique in promptu erat excusatio pro libito. Hic ēnim dixit, † *Vxorem duxi, habe me excusatum. Ille verò, Agrum emi, & non possum venire.* Vides igitur quo pacto imitati sunt Esau, temporariarum & carnalium rerum fruitionem gloriç à Deo oblatæ prçferentes, ac tantùm-nō alijs primogenita raptui exponētes? Inducti enim sunt statim Gentiles credentes, & debitam Israëli gloriam prçripientes, benedictionemque ob promptitudinem ad obedientiam prçstandam & alacritatem ad ea quæ Deo placent, exequenda. Testetur autem nobis etiam hoc diuinus Dauid, ita de ipsis dicēs: *Desiderium pauperum exaudisti Domine, præparationem cordis eorum audiuit auris tua.* Promptior enim semper ad obedientiam Gentilis qui fidem amplexus est, etiamsi Israëlitç legali disciplina antea instituti essent. Ceterùm etsi diuinç doctrinç penuria laborauit Gētium multitudo, faciliùs tamen ac promptiùs fidem suscepit, & CHRISTI oracula auidis quodāmodo auribus excepit: quod & ipse testatur, per vocem Dauidis ita alibi dicēs: *Populus, quē non cognoui, seruiuit mihi, in auditu auris obediuit mihi.* De Israële verò, qui iam veluti in alienationem prociderat, neque rectè amplius incedere volebat, luxatum autē quodammodo mentis crus habebat, ait: *Filij alieni mentiti sunt mihi, filij alieni inueterati sunt, & claudicauerunt à semitis suis.* Rectæ enim sunt, neque erroneæ viæ ad CHRISTVM ducentes, institutioque per legem & sanctorum Prophetarum vaticinia. Postquam verò ad finem legis & Prophetarum, hoc est CHRISTVM, peruenerunt, *claudicauerunt* prç sua vecordia, non ex sana mente contumelia ipsum afficientes, autoremque vitæ occidere non veriti. Quòd igitur nouus in fide populus debitam Israëli benedictionem surripuerit, promptius diuinis præceptis obsequium præstando, illinc etiam intelligere licet. Ita enim scriptum est: *Factum est autem cùm senuisset Isaac, hebetati sunt oculi eius ad videndum. Et vocauit Esau filium suum seniorem, & dixit: Fili. Qui respondit, Ecce ego. & dixit: Ecce cōsenui, & non scio diem mortis meæ. Nunc ergo sume arma tua, pharetram, & arcum, & egredere foras: cumq́; venatu aliquid apprehenderis, fac mihi edulia, sicut amo ego, & affer mihi, & comedam, & benedicat tibi anima mea antequam moriar.* Hæc

† In Euang. Luc. est, Iuga boum emi.

Luc. 14. 24.

Psalm. 9. 27

Gentes auidius CHRISTI oracula arripiebant quàm Israëlitæ in lege instituti.

Psal. 17. 45.

Psal. 17. 46.

Gentes benedictionem Israëlitis surripuerūt

Gen. 27. 1.

ἐποίει μὲν γάμους ὁ βασιλεὺς τῷ υἱῷ αὐτοῦ. εἶτα παρῆσαν οἱ δειπνοκλήτορες τοῖς δαιτυμόσιν ἀπαγγέλλοντες τὰ παρὰ θεοῦ ἐντάλματα, ἰδοὺ τὸ ἄριστόν μου ἡτοίμασα, οἱ ταῦροί μου καὶ τὰ σιτιστὰ τεθυμένα, καὶ πάντα ἕτοιμα. δεῦτε εἰς τοὺς γάμους. οἱ δὲ οὐκ ἤθελον ἐλθεῖν, φησίν. ἀλλ' ἦν ἑκάστῳ παραίτησις τὸ δοκοῦν. ὁ μὲν γὰρ ἔφασκε, γυναῖκα ἔγημα, ἔχε με παρῃτημένον. ὁ δὲ, ἀγρὸν ἠγόρασα καὶ οὐ δύναμαι ἐλθεῖν. ὁρᾷς οὖν ὅπως μεμίμηνται τὸν Ἠσαῦ; τὴν τῶν προσκαίρων καὶ σαρκικῶν ἀπόλαυσιν τῆς παρὰ θεοῦ δόξης προτετιμηκότες, μονονουχὶ δὲ καὶ ἑτέροις τὰ πρωτοτόκια προθέντες ἑλεῖν. ἀντεισκέκληνται γὰρ εὐθὺς οἱ ἐξ ἐθνῶν πιστεύσαντες, καὶ τὴν τῷ Ἰσραὴλ ὀφειλομένην ἀποκεκερδήκασι δόξαν, καὶ μέντοι καὶ εὐλογίαν, διὰ τὸ ἕτοιμον εἰς ὑπακοὴν, καὶ τὸ λίαν εὐσταλὲς καὶ διεγηγερμένον εἴς γε τὸ χρῆναι πληροῦν τὰ ἁνδάνοντα τῷ θεῷ. γένοιτο δ' ἂν ἡμῖν καὶ τούτου μάρτυς, ὁ θεσπέσιος Δαβὶδ, οὕτω λέγων περὶ αὐτῶν· τὴν ἐπιθυμίαν τῶν πενήτων εἰσήκουσας, κύριε, τῇ ἑτοιμασίᾳ τῆς καρδίας αὐτῶν προσέσχε τὸ οὖς σου. ἑτοιμότερος γὰρ ἀεί πως εἰς εὐπείθειαν, ὁ ἐν πίστει λαὸς, καίτοι τῶν ἐξ Ἰσραὴλ τῶν ἐν νόμῳ παίδευσιν προπεπλουτηκότων. ἀλλ' εἰ καὶ τῶν θείων μαθημάτων κατημύρωσε τὴν πτωχείαν τῶν ἐθνῶν ἡ πληθὺς· ἀλλ' εὐπειστέρα γέγονεν ἐν πίστει, καὶ τοῖς διὰ Χριστοῦ θεσπίσμασιν ὡς ὀξὺ παραθεῖσα τὸ οὖς, διὰ τῆς αὐτοῦ μεμαρτύρηται φωνῆς. ἔφη γὰρ ὧδε διὰ τοῦ ψάλλοντος λύρας· λαὸς ὃν οὐκ ἔγνων, ἐδούλευσέ μοι, εἰς ἀκοὴν ὠτίου ὑπήκουσέ μου. περὶ δέ γε τοῦ Ἰσραὴλ ὡς ἤδη πεσόντος εἰς ἀλλοτρίωσιν καὶ ὀρθοποδεῖν μὲν οὐκ ἀξιοῦντος ἔτι, πεπηρωμένον δὲ ὥσπερ τῆς διανοίας τὸ σκέλος, φησὶν, υἱοὶ ἀλλότριοι ἐψεύσαντό μοι, οἱ υἱοὶ ἀλλότριοι ἐπαλαιώθησαν, καὶ ἐχώλαναν ἀπὸ τῶν τρίβων αὐτῶν. τρίβοι μὲν γὰρ ὀρθαί τε καὶ ἀπλανεῖς ἐπὶ Χριστὸν ἀποφέρουσαι, καὶ ἡ διὰ νόμου παίδευσις καὶ προφητῶν ἁγίων προαγόρευσις. ἐπειδὴ δὲ εἰς τὸ διὰ νόμου καὶ προφητῶν κατηντήκασι τέλος, τουτέστι Χριστὸν, ἐχώλαναν ἐξ ἀσυνεσίας οὐκ ἐξ ὑγιοῦς διανοίας ἐμπαροινοῦντες αὐτῷ, καὶ θανάτῳ περιβαλεῖν τολμήσαντες τὸν ἀρχηγὸν τῆς ζωῆς. ὅτι τοίνυν ὁ νέος τε ἐν πίστει λαὸς τὴν τῷ Ἰσραὴλ ὀφειλομένην εὐλογίαν ἥρπασεν, εὐπειστέραν ἔχων τὴν γνώμην εἰς γέ τοι τὸ δεῖν τοῖς θείοις ὑπείκειν νεύμασι, κἀντεῦθεν ἡμῖν παρέσται νοεῖν. γέγραπται γὰρ ὧδι, ἐγένετο δὲ μετὰ τὸ γηρᾶσαι τὸν Ἰσαὰκ, καὶ ἠμβλυώθησαν οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ τοῦ ὁρᾶν, καὶ ἐκάλεσεν Ἠσαῦ τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν πρωτότοκον, καὶ εἶπεν αὐτῷ, υἱέ μου. καὶ εἶπεν, ἰδοὺ ἐγώ. καὶ εἶπεν, ἰδοὺ ἐγὼ γεγήρακα, καὶ οὐκ οἶδα τὴν ἡμέραν τῆς τελευτῆς μου. νῦν οὖν λάβε τὸ σκεῦός σου, τήν τε φαρέτραν, καὶ τὸ τόξον, καὶ ἔξελθε εἰς τὸ πεδίον, καὶ θήρευσόν μοι θήραν, καὶ ποίησόν μοι ἐδέσματα, ὡς φιλῶ ἐγώ· καὶ ἔνεγκέ μοι ἵνα φάγω. ὅπως εὐλογήσῃ σε ἡ ψυχή μου πρὶν ἀποθανεῖν με. ταῦτα

μὲν

μὲν οὖν ἔφη πρὸς τὸν Ἠσαῦ ὁ πατήρ. ὁ δὲ παραχρῆμα σὺν ἐπὶ τῇ θήρᾳ κατορθώσων πόνους τοὺς ἐπ' αὐτῇ ἀπαίρει, καὶ νεανικῶς ἐσκευάζετο. καὶ τί μετὰ τοῦτο; πείθει Ῥεβέκκα τὸν Ἰακὼβ φθάσαντα τὸν Ἠσαῦ, καὶ μὴν καὶ ἁρπάσαι τὴν εὐλογίαν. ὁ δὲ τοῦτο δρᾷν, ἐδεδίει μὲν ἐξ ἀρχῆς· παραθηγούσης δὲ τῆς μητρὸς, δύο μὲν ἐξ ἀγρῶν ἐρίφους εἰσφέρει, καλούς τε καὶ ἁπαλοὺς, καὶ ὀψοποιοὺς ἥπτετο· περιθεὶς δὲ τοῖς ὤμοις τὰ δέρματα, καὶ τοῦ δέρους τὰ γυμνὰ κατημφιεσμένος, ἀπεμιμεῖτο καλῶς τοῦ Ἠσαῦ δασύτητα, καὶ τὸ ἄγαν λασιότριχες, ὡς ἂν διαπαίζῃ τὰς τοῦ πατρὸς χεῖρας εἰ ἐπαφῷτο τυχόν. εἶτα τὸ ὄψον εἰς χεῖρας ἑλὼν εἰσέθει πρὸς τὸν πατέρα, καὶ δὴ καὶ ἔφασκε, πάτερ. ὁ δὲ εἶπεν, ἰδοὺ ἐγώ. τίς εἶ σύ, τέκνον. καὶ εἶπεν Ἰακὼβ τῷ πατρί· ἐγὼ Ἠσαῦ ὁ πρωτότοκός σου. καθὰ ἐλάλησάς μοι ἐποίησα, ἀναστὰς κάθισον, καὶ φάγε τῆς θήρας μου, ὅπως εὐλογήσῃ με ἡ ψυχή σου. ἐπειδὴ δὲ κατεδηδόκει ὁ πρεσβύτης τὸ προσκομισθὲν, ἔφη πρὸς τὸ μειράκιον· ἔγγισόν μοι καὶ φίλησόν με, τέκνον. καὶ ἐγγίσας ἐφίλησεν αὐτὸν, καὶ ὠσφράνθη τῆς ὀσμῆς τῶν ἱματίων αὐτοῦ, καὶ εὐλόγησεν αὐτὸν, καὶ εἶπεν αὐτῷ. ἰδοὺ ὀσμὴ τοῦ υἱοῦ μου, ὡς ὀσμὴ ἀγροῦ πλήρους ὃν εὐλόγησε κύριος. καὶ δῴη σοι κύριος ἀπὸ τῆς δρόσου τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ἀπὸ τῆς πιότητος τῆς γῆς, πλῆθος σίτου καὶ οἴνου. καὶ δουλευσάτωσάν σοι ἔθνη, καὶ προσκυνησάτωσάν σοι ἄρχοντες, καὶ γίνου κύριος τοῦ ἀδελφοῦ σου. καὶ προσκυνήσουσί σοι οἱ υἱοὶ τοῦ πατρός σου. ὁ καταρώμενός σε, ἐπικατάρατος· ὁ δὲ εὐλογῶν σε, εὐλογημένος. οὐκοῦν προαποκεκέρδηκε μὲν Ἰακὼβ τὴν παρὰ τοῦ πατρὸς εὐλογίαν· εἶτα δεύτερον ἐξ ἀγρῶν κατόπιν ἔρχεται τὴν θήραν ἑλὼν ὁ Ἠσαῦ. προσκομίσας δὲ τῷ πατρὶ, περιττὸς ἦν ἔτι, καὶ τὸ γεγονὸς ἐδιδάσκετο. ἤκουσε γὰρ εὐθὺς ἐλθὼν, ὁ ἀδελφός σου μετὰ δόλου ἔλαβε τὴν εὐλογίαν σου. οὐκ ἀδακρυτὶ δὲ λέγοντος, μὴ εὐλογία μία ἐστί σοι, πάτερ. εὐλόγησον δὴ κἀμέ. ἔφη πάλιν ὁ Ἰσαάκ, ἰδοὺ ἀπὸ τῆς πιότητος τῆς γῆς ἔσται ἡ κατοίκησίς σου. καὶ ἀπὸ τῆς δρόσου τοῦ οὐρανοῦ ἄνωθεν, καὶ ἐπὶ τῇ μαχαίρᾳ σου ζήσῃ, καὶ τῷ ἀδελφῷ σου δουλεύσεις. ἔσται δὲ ἡνίκα ἐὰν καθέλῃς καὶ ἐκλύσῃς τὸν ζυγὸν αὐτοῦ, ἀπὸ τοῦ τραχήλου σου. τὸ μὲν οὖν τῆς ἱστορίας συνενέγκαντες πλάτος, ὡς ἐν ὀλίγοις κομιδῇ, τοῖς ἐντευξομένοις εὖ μάλα παρατεθείκαμεν. χρῆναι δὲ ὑπολαμβάνω τοῖς αἰσθητῶς γεγονόσιν, ἐφαρμόσαι τὰ πνευματικά. φαμὲν οὖν ὅτι καὶ πρό γε τῶν ἄλλων τῶν ἐν πίστει φημὶ καὶ ἐν Χριστῷ κεκλημένων, τῷ Ἰσραὴλ ἐνετέλλετο ὁ τῶν ὅλων δεσπότης καὶ πατὴρ, ξένιον ὥσπερ τι λαμπρὸν καὶ καρποὺς ἐπιεικείας, καὶ οἱονεὶ πόνων ἀγαθῶν εὑρήματα, προσκομίζειν ἐπείγεσθαι τὴν ἁνδάνουσαν αὐτῷ πολιτείαν καὶ ζωήν. ἣ διὰ τῆς ἐννόμου ζωῆς τοῖς πάλαι προανεγράφετο. μονονουχὶ τοῖς τύποις ἐγκεκρυμμένη, καὶ ὡς ὕλη λανθάνουσα τῷ περιττῷ τοῦ γράμματος. οὐκ ἀνάλωτός γε μὴν τοῖς ἐθέλουσι φιλοθηρᾶν διὰ τῆς ἐν πνεύματι καὶ ἀκριβοῦς θεωρίας. τοῦτο οἶμαί ἐστι τὸ τῆς Ἠσαῦ θήρας

igitur dixit pater ad Esau. Ille verò statim componens se ad venationis labores, egreditur domo, & viriliter rem agit. Quid verò interea? Persuadet Rebecca Iacob, vt anteuertat Esau, & præripiat benedictionem. Qui quidem initio id facere metuebat. Incitante autem matre, duos quidem ex agris hœdos adfert pulchros & tenellos confecitque edulium: imponens autem humeris pelles, & nudas colli partes tegēs, pulchrè Esau hirsutiem imitabatur, vt patris manus falleret, si fortè eum contrectaret. Deinde accepto obsonio, adijt patrem, & dixit: *Pater: qui respondit, Ecce ego, quis es tu fili? Et dixit Iacob patri: Ego Esau primogenitus tuus: feci sicut locutus es mihi. Surgens sede, & comede de venatione mea, vt benedicat mihi anima tua. Postquam verò comedit senex quod allatum erat, ait ad filium: Appropinquare mihi, & osculare me, fili; & appropinquans osculatus est eum, & odoratus est odorem vestimentorum ipsius, & benedixit ei, & dixit: Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus, & det tibi Deus de rore cæli, & de pinguedine terræ, multitudinem frumenti & vini: & seruiant tibi gentes, & adorent te principes, & esto dominus fratris tui, & adorabunt te filij patris tui. Qui maledixerit tibi, sit maledictus; & benedicens tibi, benedictus.* Anteuertit itaque Iacob benedictionem patris: deinde verò ex agris postea venit Esau cum venatione. Cùm verò eam patri obtulisset, frustratus erat, & quod euenerat didicit. Audiuit enim statim: *Veniens frater tuus fraudulenter, præripuit benedictionem tuam.* Dicente autem Esau non absque lacrymis: *Num benedictio vnica tibi est, pater? Benedic etiam mihi. Dixit rursum Isaac, Ecce de pinguedine terræ erit habitatio tua, & de rore cæli desuper, & in gladio tuo viues, & fratri tuo seruies. Erit autē quando deponas & detrahas iugum eius de collo tuo.* Quę itaq; fusè historia prosequitur, in pauca cōtrahentes, lectoribus proposuimus. Necessariū verò esse censeo, rudia hęc ad spiritualem sensum transferre. Dicimus itaque, quòd etiam ante alios, in fide inquam, & in CHRISTO vocatos, omnium Dominus ac Pater mandauit Israëli, veluti splendidū quoddam munus, & tanquam bonorum laborum mercedem offerre vitam ipsi placentem, quę per vitam legalem veteribus priùs descripta fuit, typis tantùm-non obtecta, ac veluti in sylua latens, in litterę superficie. Neque verò incomprehensibilis ijs qui sectari eam velint, per spiritalem ac perfectam contemplationem. hoc, vt arbitror, est, quòd Isaac cupiat

Gen. 27. 18.

Gen. 27. 38

venationem Esau. Ceterùm imperatum quidem fuit, vt dixi, Israëli, & facturum se promisit. Dixit enim in Choreb congregata ibi concione, Deoque in specie ignis in montem Sina descendente: *Omnia, quæ dixerit Dominus Deus, faciemus, & erimus obedientes.* Negligens autem admodum deprehensus est ex rebus ipsis, etiamsi facilis in promittẽdo. Idcirco cedit suum locum, atque ita supplantator Iacob eum anteuertit, hoc est, nouus in fide populus. Obtulit enim Deo quę ipse cupiebat, & tergiuersante ac tardante primogenito populo priùs fidem fructificauit, quæ diuinæ naturæ est instar cibi. Porro Saluator sanctis Apostolis ita Samaritanorum cõuersionem præsignificauit, dicens: *Ego cibum habeo ad comedendum quem vos nescitis.* Explicans autem quod dixerat, *Cibus meus est*, inquit, *vt faciam voluntatem Patris mei, & perficiam opus ipsius.* Quòd verò inutilis planè fuerit Israëlitis promptitudo ad promittendum, cùm promissa non exequerentur, quodque Gentibus nihil obfuerit tardè ad fidẽ accessisse, cognoscentes Redemptorem, & singulari ad quoduis bonum obedientia deinceps colentes, CHRISTVS nos per parabolam docuit. Ita enim ait: *Homo quidam habuit duos filios, & accedens ad primum dixit: Fili, vade hodie operare in vinea mea. Ille autem respondens ait: Nolo. postea verò pænitentia motus, abijt. Accedens autem ad alterum dixit similiter. At ille dixit, Ego domine. & non abijt. Vter ex duobus fecit voluntatem patris?* Qui abijt in vineam proculdubio, etiamsi paulo pòst eum occupauit imbecillitas, quæ, vt promissis non staret, effecit. Vide itaque in his, Esau promptissimè ad venandum euntem, atque hoc facere pollicentem: Iacob verò eum anteuertentem, tametsi initio id facere detrectaret, præterea benedictum esse à patre. Ita etiam nouus populus præcipit benedictionẽ tantum-non fictitiam, Iudaicæ vitæ vestem habens, quemadmodum ferè est Iacob fratris sui Esau hirsutiem hœdorum pellibus sapienter imitatus. Ceterùm audiuit statim patrem clamantem: *Hæc quidem vox, vox Iacob; manus autem manus Esau.* Quonam igitur modo accommodemus hoc populis qui in fide, speciem quidem præ se ferre vitæ Iudaicæ, & aliam ab ipsis vocem habere? Dicemus itaq; in sacris Litteris *manum* semper operationis, siue actiuę facultatis esse signum. Quantum igitur attinet ad actionis identitatem, & vbertatem operum, etiam ipsi implent legem qui in CHRISTO intellectualiter ac spiritualiter

Exod. 19. 8.

Fides instar cibi est Deo.

Ioan. 4. 32.

Ibid. 34.

Matth. 21.

Gen. 27. 22.

Manus in sacris Litteris signum operationis.

ἐπιθυμήσειε τὸν Ἰσαάκ. ἀλλὰ προσετάττετο μὲν, καθάπερ ἔφην, ὁ Ἰσραὴλ, καὶ δὴ καὶ ὑπέσχετο κατορθοῦν. ἔφη γὰρ ἐν Χωρὴβ συνηθροισμένης τῆς ἐκκλησίας, καὶ ἐν εἴδει πυρὸς ἐπὶ τὸ ὄρος Σινᾶ καταφοιτήσαντος θεοῦ. πάντα ὅσα ἂν εἴπῃ κύριος ὁ θεὸς, ποιήσωμεν, καὶ ἀκουσώμεθα. ἀμελητὴς δὲ λίαν κατεφωρᾶτο διὰ τῶν πραγμάτων, καίτοι πρόχειρος ὢν εἰς ἐπαγγελίαν. ταύτητοι καὶ διὰ μέσου χωρεῖ, φθάνει τε οὕτως ὁ πτερνιστὴς Ἰακὼβ, τουτέστιν ὁ νέος τε καὶ ὡς ἐν πίστει λαός. προσκεκόμικε γὰρ τῷ θεῷ τὰ ζητούμενα, ἀναδυομένου τε καὶ μέλλοντος τοῦ πρωτοτόκου λαοῦ, προεκαρποφόρησε τὴν πίστιν, ἣν καὶ ἐν τάξει τροφῆς ἡ θεία ποιεῖται φύσις. καὶ γοῦν ὁ σωτὴρ τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις οὕτω τὴν Σαμαρειτῶν ἐπιστροφὴν προκατεμήνυε λέγων. ἐγὼ βρῶσιν ἔχω φαγεῖν, ἣν ὑμεῖς οὐκ οἴδατε. διατρανῶν δὲ τὸ εἰρημένον. ἐμὸν βρῶμά ἐστι, φησὶν, ἵνα ποιῶ τὸ θέλημα τοῦ πέμψαντός με, καὶ τελειώσω αὐτοῦ τὸ ἔργον. ὅτι δὲ γέγονεν ἀνόνητον μὲν τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ τὸ ἕτοιμον εἰς ὑπόσχεσιν, οὐκ ἐξοιχομένου πρὸς πέρας αὐτοῖς τοῦ πράγματος, ἠδίκησε δὲ τὰ ἔθνη παντελῶς οὐδὲν ὁ ἐπί γε τὸ χρῆναι πιστεύειν ὄκνος ἐπεγνωκότα τὸν λυτρωτὴν, καὶ τετιμηκότα λοιπὸν ταῖς † εἰς πᾶν ὁτιοῦν τῶν ἀγαθῶν εὐπειθείαις, διὰ παραβολῆς ἡμᾶς ἐδίδαξεν ὁ Χριστός. ἔφη γὰρ οὕτως· ἄνθρωπός τις εἶχε τέκνα δύο. καὶ προσελθὼν τῷ πρώτῳ, εἶπε. τέκνον, ὕπαγε σήμερον ἐργάζου ἐν τῷ ἀμπελῶνί μου. ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν, οὐ θέλω. ὕστερον δὲ μεταμεληθεὶς ἀπῆλθε. προσελθὼν δὲ τῷ ἑτέρῳ εἶπεν ὡσαύτως. ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν· ἐγὼ κύριε, καὶ οὐκ ἀπῆλθε. τίς ἐκ τῶν δύο ἐποίησε τὸ θέλημα τοῦ πατρός; ὁ ἀπελθὼν δηλονότι, καὶ εἰ βραχὺ μεταξὺ παρεισέδυ τὸ ἀδρανὲς, ὀκνεῖν ἀναπεῖθον τὸ ὑπεσχημένον. θέα δὴ οὖν ἐν τούτοις προχειρότατα μὲν ἐπὶ τὴν θήραν ἰόντα τὸν Ἠσαῦ, καὶ τοῦτο δρᾶν ὑπισχνούμενον· φθάνοντα δὲ τὸν Ἰακὼβ, καίτοι τοῦτο δρᾶν ἐν ἀρχαῖς ἀρνούμενον, πλὴν εὐλογηθέντα παρὰ τοῦ πατρός. οὕτω καὶ ὁ νέος λαὸς ἁρπάζει τὴν εὐλογίαν, μονονουχὶ κατάπλαστον, ἔχων τῆς Ἰουδαϊκῆς πολιτείας τὸ σχῆμα. καθάπερ ἀμέλει καὶ Ἰακὼβ τοῦ Ἠσαῦ δασύτητα τὴν τῶν ἐρίφων δέρμασιν ἀπεμιμεῖτο σοφῶς. ἀλλ' ἤκουε τοῦ πατρὸς εὐθὺς ἀνακεκραγότος. ἡ μὲν φωνὴ φωνὴ Ἰακὼβ, αἱ δὲ χεῖρες χεῖρες Ἠσαῦ. τίνα δὴ οὖν ἄρα τρόπον ἐφαρμόσαιμεν ἂν τοῖς ἐν πίστει λαοῖς τὸ καὶ ἐν εἴδει γενέσθαι, καὶ ὡς ἐν μιμήματι τῆς Ἰουδαϊκῆς πολιτείας τε καὶ ἑτέραν ἔχειν παρ' αὐτοὺς τὴν φωνήν; οὐκοῦν ἐκεῖνο φαμὲν ὡς ἔστιν ἀεὶ παρὰ ταῖς θείαις γραφαῖς ἔργου καὶ κατορθωμάτων ἤτοι πρακτικῆς ἐνεργείας σημεῖον χείρ. ὅσον οὖν ἧκεν εἰς ἐνεργείας ταυτότητα καὶ πιότητα κατορθωμάτων, καὶ αὐτοὶ πληροῦσι τὸν νόμον οἱ ἐν Χριστῷ νοητῶς τε καὶ πνευματικῶς

† ἄλ. ἐπὶ.

ἱερουρ-

ἱερουργούμενοι, καὶ εἰς ὀσμὴν εὐωδίας ἑαυ-
τοὺς προσκομίζοντες τῷ θεῷ καὶ πατρί. καὶ γοῦν
ὁ Χριστὸς διαῤῥήδην νόμους ἡμῖν τιθεὶς
„εὐαγγελικοὺς, μὴ νομίσητε, φησίν, ὅτι ἦλθον
„καταλῦσαι τὸν νόμον ἢ τοὺς προφήτας. οὐκ
„ἦλθον καταλῦσαι τὸν νόμον, ἀλλὰ πληρῶσαι.
„ἀμὴν γὰρ λέγω ὑμῖν, ἕως ἂν παρέλθῃ ὁ οὐρα-
„νὸς καὶ ἡ γῆ, ἰῶτα ἓν ἢ μία κεραία οὐ μὴ
„παρέλθῃ ἀπὸ τοῦ νόμου, ἕως ἂν πάντα γένηται.
συνίης οὖν; ἀποπληροῦσι τὸν νόμον οἱ ἐν Χρι-
στῷ τὴν ἐν πνεύματι περιτομὴν ἀντὶ τῆς σαρκί-
νης εἰσδεχόμενοι. εἰσερχόμενοι δὲ καὶ εἰς τὴν
κατάπαυσιν τοῦ Χριστοῦ, καὶ ἐν Χριστῷ σαββα-
τίζοντες, καὶ τὸν ἐν κρυπτῷ καὶ ἔσω δεικνύον-
τες Ἰουδαῖον. τοῦτο οἶμαί ἐστι τὸ τὰς χεῖρας
ἔχειν Ἠσαῦ, πλὴν ἑτέραν παρ' αὐτὸν τὴν φω-
νήν. οὐ γάρ τοι ταῖς Ἰουδαίων ἀθυρογλωττίαις
ἀποκεχρήμεθα. οὔτε μὴν τὸν ἀγοράσαντα ἡ-
μᾶς δεσπότην ἀρνούμενοι δυσφημεῖν εἰθί-
σμεθα· συνδοξολογοῦμεν δὲ μᾶλλον τῷ θεῷ καὶ
πατρὶ τὸν υἱὸν, καὶ κύριον καὶ σωτῆρα καὶ λυτρω-
τὴν ὀνομάζομεν. ἄξιον δὲ οἶμαι καὶ τῆς ἐπ' ἀμ-
φοῖν εὐλογίας τὴν δύναμιν πολυπραγμονοῦν-
τας ὡς ἐν τῷ εἰς νοῦν ἧκον εἰπεῖν. εἴη γὰρ ἂν
τοῖς ἐντευξομένοις πρὸς ὠφέλειαν τὸ χρῆμα.
ἔφη τοίνυν ὁ μακάριος Ἰσαὰκ ἐπὶ μὲν τοῦ
„Ἰακώβ. ἰδοὺ ὀσμὴ τοῦ υἱοῦ μου ὡς ὀσμὴ ἀγροῦ
„πλήρους ὃν εὐλόγησε κύριος. καὶ δῴη σοι κύ-
„ριος ἀπὸ τῆς δρόσου τοῦ οὐρανοῦ καὶ ἀπὸ τῆς πιότη-
„τος τῆς γῆς πλῆθος σίτου καὶ οἴνου. καὶ δουλευ-
„σάτωσάν σοι ἔθνη, καὶ προσκυνησάτωσάν σοι
„ἄρχοντες, καὶ γίνου κύριος τοῦ ἀδελφοῦ σου.
„καὶ προσκυνήσουσί σοι οἱ υἱοὶ τοῦ πατρός σου. ὁ
„καταρώμενός σε ἐπικατάρατος, καὶ ὁ εὐλο-
„γῶν σε εὐλογημένος. μέμικταί πως ἐν τούτοις
τῆς ἱστορίας ὁ λόγος, καὶ διὰ δυοῖν προσώποιν
ἔρχεται πρὸς ἕν τι τὸ ἀληθὲς καὶ διὰ πραγ-
μάτων αὐτῶν μεμαρτυρημένον. ἀποπεραίνε-
ται μὲν γὰρ οὐχὶ δή που πάντως ἐν Ἰακώβ, ἀλ-
λὰ καὶ ἐν Χριστῷ τὰ τοιάδε καὶ ἐν τοῖς ἐν πίστει
δεδικαιωμένοις. οἳ καὶ τέκνα γεγόνασι κατ'
ἐπαγγελίαν ἐν Ἰσαάκ. ἁρμόσει δὴ οὖν τῆς προ-
φητείας ὁ νοῦς, καὶ λαῷ τῷ νέῳ, καὶ αὐτῷ τῷ
Χριστῷ, ὅς ἐστιν ἀρχὴ καὶ ἡγούμενος. λελό-
γισται δὲ καὶ εἰς δεύτερον Ἀδάμ, καὶ ῥίζα τις
ὥσπερ τῆς ἀνθρωπότητος ἀνέφυ δευτέρα. και-
νὴ γὰρ κτίσις τὰ ἐν Χριστῷ, καὶ ἀνεκαινίσθη-
μεν ἐν αὐτῷ πρὸς ἁγιασμόν τε καὶ ἀφθαρ-
σίαν καὶ ζωήν. σημαίνει δὲ οἶμαι τῆς εὐλο-
γίας ὁ λόγος, τὴν ἐν Χριστῷ καὶ πνευμα-
τικὴν εὐωδίαν. οἷον ἀγροῦ καὶ λειμῶνος εὐαν-
θεστάτου καλήν καὶ ἡδεῖαν τὴν ἐξ ἠρινῶν ἀν-
θέων ἱέντος ὀσμήν. οὕτω γὰρ ἡμῖν ἑαυτὸν ἐν
τῷ Ἄσματι τῶν Ἀσμάτων ὠνόμαζεν ὁ Χρι-
„στὸς, λέγων μέν. ἐγὼ ἄνθος τοῦ πεδίου, κρί-
„νον τῶν κοιλάδων. κρίνον γὰρ ἦν καὶ ῥόδον ἐκ
γῆς ἀναφὺς, διὰ τὸ ἀνθρώπινον. πλὴν οὐκ
εἰδὼς ἁμαρτίαν, θεοπρεπεστάτην δὲ μᾶλλον τοῖς

sunt sanctificati, & in odorem suauitatis seipsos offerunt Deo ac Patri. Vnde & CHRISTVS luculenter leges Euágelicas nobis præscribens, *Nolite putare*, inquit, *quòd veni soluere legem, aut Prophetas. Non veni soluere legem, sed implere. Amẽ etenim dico vobis, donec transeat cælum & terra, iota vnum aut apex vnus non transibit de lege, donec omnia facta sint.* Intelligis itaque, quo pacto implent legem qui in CHRISTO circumcisionem in spiritu pro carnali susceperunt? Intrantes autem etiam in requiem CHRISTI, & in CHRISTO sabbatum colentes, atqui in occulto & interiùs Iudæum repræsentantes. Hoc nimirum significat Iacob habere manus Esau, sed diuersam ab ipso vocem. Neque enim Iudæorũ effræni lingua vtimur, neque verò Dominum, qui nos redemit, negantes, blasphemare solemus. Glorificamus autem cum Deo ac Patre Filium & Dominum, & Saluatorem ac Redemptorem vocamus. Operæ pretium verò esse existimo, vt benedictionis etiam, quæ vtrique collata est, vim inquirentes, quæ nobis in mẽtem venerint dicamus. Neque enim parum vtilitatis inde studiosis est prouenturum. Ait igitur beatus Isaac de Iacob quidem: *Ecce odor filij mei, veluti odor agri pleni, cui benedixit Dominus, & det tibi Dominus de rore cæli, & de pinguedine terræ multitudinem frumenti & vini, & seruiant tibi gentes, & adorent te principes, & esto dominus fratris tui, & adorabunt te filij patris tui. Qui maledixerit tibi, sit maledictus; & benedicẽs tibi sit benedictus.* Mixtus est in his historiæ sermo, & per duas personas procedit ad vnum quidpiam rei veritas per res ipsas testificata. Implentur enim hæc non omnino in Iacob, sed in CHRISTO, & ijs qui per fidem iustificati sunt, qui etiam filij facti sunt secundùm promissionẽ in Isaac. Quadrabit itaque prophetiæ sensus etiam nouo populo, ipsique CHRISTO, qui est principiũ & dux. Censetur autem etiam in secũdum Adam, ac veluti secunda quædam radix humanitatis exortus est. Noua enim creatura fit in CHRISTO, renouatique sumus in ipso ad sanctificationem, incorruptionemque & vitam. Significat autem benedictionis ratio suauitatem odoris in CHRISTO, & spiritualem, veluti agri & horti floridissimi, pulchrum ac suauem ex vernis floribus odorem emittentis. Ita enim nobis seipsum in Cantico Canticorum nominauit CHRISTVS, dicens: *Ego flos campi, lilium conuallium.* Lilium enim erat, & rosa ex terra orta propter humanitatem, ceterùm nesciens peccatum, ac potiùs diuinissimum omnibus,

Matt. 5. 18.

Iacob habens manus Esau, non autem vocem, quid significet.

Gen. 27. 27.

Benedictionis Isaac & Esau differentia.

Cant. 2. 1.

CHRISTVS lilium & flos campi.

qui per vniuersum orbem terrarũ cõstituti erant, ex operibus odorẽ emittens. Quamobrem agro benedicto à Deo, comparat CHRISTVM, & quidem optimo iure. Siquidẽ odor est cognitionis Dei ac Patris. Ita enim [1. Cor. 2. 14.] rursus diuinus Paulus ait: *Deo autẽ gratia, qui semper triumphat per nos in* CHRISTO IESV, *& odorẽ notitia sua manifestat per nos in omni loco.* Manifestatus autem est per sanctos Apostolos Dominus noster IESVS CHRISTVS, veluti [Ioan. 10. 15.] odor cognitionis Dei ac Patris. *Si enim nouit quis Filium, nouit omnino & Patrẽ,* ob naturæ identitatẽ, quodq; per omnia ęqualiter atq; indifferenter se habeat. Conueniunt quidẽ CHRISTO: conueniant autem meritò etiam [Gen. 27. 28.] nouo populo hæc: *Det tibi Dominus de rore cæli, & de pinguedine terræ abundantiam frumẽti ac panis.* [Ros cæli & pinguedo terræ Christus.] Ros enim cæli & pinguedo terræ, hoc est, Verbum ex Patre nobis datum est, iuxta participationem nimirum per spiritum, ac diuinæ quidem naturæ facti sumus per ipsum participes: nactiq; etiam copiam frumenti & vini, hoc est, roboris & lætitiæ. [Frumentũ & vinum typus roboris & lætitiæ.] Siquidẽ verè dicitur: *Panis roborat cor hominis, & vinum lætificat cor.* [Psal. 103. 16.] Fortitudinis itaque spiritualis symbolum est panis; alterius verò, vinum. data autem sunt ijs, qui in CHRISTO sunt per ipsum. Quopacto enim aliter firmi ac stabiles ad pietatem, & immoti quodammodo recta cogitare scientes facti sumus? [Luc. 10. 18.] Siquidẽ data nobis est potestas *calcandi super serpentes & scorpiones, & super omnem potestatem inimici.* Hoc, vt arbitror, significat *copia frumenti.* Sed & vinum rursus [Rom. 15. 13.] accepimus. *Spe enim gaudemus & lætamur,* secundùm Scripturã. Exspectamus enim cælestes mansiones, vitam in incorruptione & sempiternam, ipsique adeò CHRISTO conregnare. Dicta igitur sunt etiam hæc de nobis. Hoc enim sermo sibi vult. Postea transferetur benedictionis potestas in ipsum [Gen. 27. 29.] rursus Emmanuelem. *Seruiant enim tibi gentes,* inquit, *& adorent te principes, & esto dominus fratris tui.* [Emmanuel primogenitus.] Nuncupatus est enim primogenitus Emmanuel, quando factus est *secundũ nos, & in multis fratribus.* Sed neq; ob hanc causam quidpiã deperdat, quo minùs Deus sit & vniuersorum Dominus. Adoramus enim vt Dominum, & dominatus est vt Deus eorum, qui in fratres vocati sunt [Psal. 88. 7.] per gratiam. *Quis enim in nubibus,* inquit, *æquabitur Domino, & quis similis erit ei in filijs Dei?* Dominatus igitur est Emmanuel, [Emmanuel Dominus.] vt Deus, eorum qui ad fraternitatem adducti sunt, & ipsi *flectetur omne genu, cælestium, terrenorũ, & infernorum, & omnis lingua* [Phil. 2. 10.] *confitebitur, quia Dominus* IESVS CHRI- [Gen. 27. 29.] STVS *in gloriam Dei Patris.* Et *maledicens* quidẽ, ait, *sit maledictus; benedicens* autem, *benedictus.*

ἀνὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην τὴν ἐκ τῶν κατορθωμάτων εὐωδίαν ἱείς. ἀγρῷ τοιγαροῦν εὐλογημένῳ παρὰ θεοῦ, παρεικάζει Χριστόν. καὶ σφόδρα εἰκότως. εἴπερ ὀσμή ἐστι τῆς γνώσεως τοῦ θεοῦ καὶ πατρός. ἔφη γὰρ ὧδε πάλιν ὁ θεσπέσιος Παῦλος, τῷ δὲ θεῷ χάρις τῷ πάντοτε θριαμ- » βεύοντι ἡμᾶς ἐν τῷ Χριστῷ, καὶ τὴν ὀσμὴν τῆς γνώ- » σεως αὐτοῦ φανεροῦντι δι' ἡμῶν ἐν παντὶ τόπῳ. » ἐφανεροῦτο δὲ διὰ τῶν ἁγίων ἀποστόλων ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός, ὡς ὀσμὴ τῆς γνώσεως τοῦ θεοῦ καὶ πατρός. εἰ γὰρ ἔγνωκέ τις τὸν υἱὸν, ἔγνω πάντως καὶ τὸν πατέρα διὰ τὸ τῆς φύσεως ταυτὸν, καὶ κατὰ » πᾶν ὁτιοῦν ἴσως τε καὶ ἀπαραλλάκτως ἔχον. ἁρ- » μόσει μὲν οὖν τὰ τοιάδε Χριστῷ, πρέποι δ' ἂν εἰκότως καὶ λαῷ τῷ νέῳ, τὸ δώη σοι κύριος ἀπὸ » τῆς δρόσου τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ἀπὸ τῆς πιότητος τῆς γῆς, » πλῆθος σίτου καὶ οἴνου. ἡ γὰρ οὐρανοῦ μὲν » δρόσος, γῆς δὲ πιότης, τοῦτ' ἔστιν ὁ ἐκ θεοῦ πατρὸς λόγος, ἡμῖν δέδοται κατὰ μέθεξιν δηλονότι τὴν διὰ πνεύματος, καὶ θείας μὲν φύσεως δι' αὐτοῦ γεγόναμεν κοινωνοί. ἐσχήκαμεν δὲ πλῆθος σίτου καὶ οἴνου, τουτέστιν ἰσχύος καὶ μέντοι καὶ εὐφροσύνης. εἴπερ ἀληθὴς ὁ λόγος ὁ λέγων, ἄρτος στηρίζει καρδίαν ἀνθρώπου, καὶ οἶνος εὐ- » φραίνει. ἰσχύος οὖν ἄρα τῆς νοητῆς καὶ ἐν πνεύ- » ματι σημεῖον, ὁ ἄρτος· θατέρου γε μὴν ὁ οἶνος. δέδοται δὲ ταῦτα τοῖς ἐν Χριστῷ δι' αὐτοῦ. πῶς ἢ τίνα τρόπον, ἑδραῖοι γεγόναμεν εἰς εὐσέβειαν καὶ ἀμετακίνητοι τρόπον τινὰ, καὶ ὀρθὰ φρονεῖν εἰδότες, καὶ ἀκαταπτώτως ἐρηρεισμένοι. ἐλάβομεν γὰρ ἐξουσίαν πατεῖν ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπίων, » καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ. τοῦτο οἶμαι » τὸ πλῆθός ἐστι σίτου. ἀλλὰ καὶ οἴνου πάλιν ἐλάβομεν. τῇ γὰρ ἐλπίδι χαίρομεν καὶ ἐγηθήσαμεν εὐφραινόμενοι κατὰ τὸ γεγραμμένον. προσδοκῶμεν γὰρ τὰς ἄνω μονὰς, τὴν ἐν ἀφθαρσίᾳ ζωὴν, τὸν μακραίωνα βίον τὸ αὐτῷ συμβασιλεῦσαι Χριστῷ. εἰρήσθω δὲ καὶ ἀφ' ἡμῶν τὰ τοιάδε. καλεῖ γὰρ εἰς τοῦτο εἰκότως ὁ λόγος. εἶτα μετοιχήσεται τῆς εὐλογίας ἡ δύναμις ἐπ' αὐτὸν αὖθις τὸν Ἐμμανουήλ. δουλευσάτωσαν γάρ σοι ἔθνη, φη- » σι, καὶ προσκυνησάτωσάν σοι ἄρχοντες, καὶ γίνου » κύριος τῶν ἀδελφῶν σου. κεχρημάτικε μὲν γὰρ » πρωτότοκος ὁ Ἐμμανουήλ, ὅτε γέγονε καθ' ἡμᾶς, καὶ ἐν πολλοῖς ἀδελφοῖς. ἀλλ' οὐχὶ ταύτης ἕνεκα τῆς αἰτίας ἀπολισθήσειεν ἂν, τοῦ καὶ θεὸς εἶναι καὶ τῶν ὅλων κύριος· προσκυνοῦμεν γὰρ ὡς δεσπότην, καὶ κεκυρίευκεν ὡς θεὸς τῶν εἰς ἀδελφότητα κεκλημένων διὰ τῆς χάριτος. τίς γὰρ ἐν » νεφέλαις, φησὶ, ἰσωθήσεται τῷ κυρίῳ. καὶ τίς ὁ- » μοιωθήσεται αὐτῷ ἐν υἱοῖς θεοῦ. κεκυρίευκε τοίνυν ὡς θεὸς τῶν εἰς ἀδελφότητα παρενηνεγμένων ὁ Ἐμμανουήλ, καὶ αὐτῷ κάμψει πᾶν γόνυ ἐπου- » ρανίων, καὶ ἐπιγείων, καὶ καταχθονίων, καὶ πᾶσα » γλῶσσα ἐξομολογήσεται, ὅτι κύριος Ἰησοῦς » Χριστὸς εἰς δόξαν θεοῦ πατρός. καὶ ὁ καταρώμε- » νος μὲν, ἐπικατάρατος· ὁ δὲ εὐλογῶν, εὐλο- » γημένος.

„ γημένος. καὶ ἐναργὴς ὁ λόγος. ἐπάρατοι γὰρ καὶ θεομισεῖς, οἱ δυσφημοῦντες αὐτόν· ἐπίμεστοι δὲ τῶν ἄνωθεν καὶ παρὰ θεοῦ χαρισμάτων, οἱ εὐλογοῦντες, τουτέστιν οἱ τὴν θείαν αὐτοῦ δόξαν καταγγέλλοντες. αὕτη μὲν οὖν ἡ Ἰακὼβ εὐλογία, τὴν ἀναφορᾶς τὴν δύναμιν ἐπ᾿ αὐτὸν ἔχουσα τὸν Ἐμμανουὴλ καὶ τοὺς ἐν πίστει δεδικαιωμένους. ἴδωμεν δὲ καὶ τὴν ἄλλην, τουτέστι τὴν ἐπὶ τῷ πρωτοτόκῳ γεγενημένην, δῆλον δὲ ὅτι τῷ Ἰσραήλ, οὗ καὶ εἰς τύπον
„ ὁ Ἡσαῦ. ἰδοὺ γάρ, φησιν, ἀπὸ τῆς πιότητος τῆς γῆς
„ ἔσται ἡ κατοίκησίς σου, καὶ ἀπὸ τῆς δρόσου τοῦ οὐρανοῦ
„ ἄνωθεν, καὶ ἐπὶ τῇ μαχαίρᾳ σου ζήσῃ, καὶ τῷ ἀ-
„ δελφῷ σου δουλεύσεις. ἔσται δὲ ἡνίκα ἂν καθέλῃς
„ καὶ ἐκλύσῃς τὸν ζυγὸν αὐτοῦ ἀπὸ τοῦ τραχήλου σου. δέδοται γὰρ εὐλογία τῷ Ἰσραὴλ ὁ διὰ Μωσέως νόμος. Χριστοῦ γὰρ ἦν λόγος διακονηθεὶς δι᾿ ἀγγέλων. ὅτι γὰρ αὐτὸς ἐλάλει τοῖς ἀρχαιοτέροις, πιστοῦται γράφων ὁ σοφώτατος Παῦ-
„ λος· πολυμερῶς καὶ πολυτρόπως πάλαι ὁ θεὸς
„ λαλήσας τοῖς πατράσιν, ἐν τοῖς προφήταις, ἐπ᾿
„ ἐσχάτου τῶν ἡμερῶν τούτων ἐλάλησεν ἡμῖν ἐν υἱῷ. ἰδίους δὲ λόγους τὸν νόμον καὶ αὐτὸς ὁ σωτὴρ κατέ-
„ δειξε λέγων, ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἕως ἂν παρέλθῃ ὁ
„ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ· ἰῶτα ἓν ἢ μία κεραία οὐ μὴ
„ παρέλθῃ ἀπὸ τοῦ νόμου, ἕως ἂν πάντα γένηται. ὁ
„ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ παρελεύσονται, οἱ δὲ λόγοι μου οὐ
„ μὴ παρέλθωσιν. εἴπερ οὖν ἐστι ἀληθὲς ὅτι Χριστοῦ λόγος ἦν, καὶ ὁ δι᾿ ἀγγέλων νόμος, ἐν τάξει γέγονεν εὐλογίας τῷ Ἰσραήλ, Χριστὸν δὲ εἶναι τὴν οὐρανοῦ δρόσον καὶ γῆς νοοῦμεν πιότητα. σπαταλᾷ γὰρ ὥσπερ ἡ τῶν ἀγγέλων πληθὺς ταῖς ἄνωθεν καὶ πνευματικαῖς καταρδομένη δρόσοις, οὕτω καὶ πίνουσα ἡ γῆ ἐντρυφᾷ τοῖς νοητοῖς ὑετοῖς εἰς καρποφορίαν πνευματικήν. ἀλλ᾿ ἡμεῖς μὲν οἱ ἐν Χριστῷ διὰ πίστεως ἄρτῳ τε καὶ οἴνῳ πεπλουτήσμεθα. ἀμέτοχος δὲ τούτων ὁ Ἰσραήλ. οὐ γὰρ ἐπενήνεκται τοῦτο ταῖς εὐλογίαις Ἡσαῦ. ἀμέτοχοι δὲ καὶ ἑτέρως οἱ τάλανες Ἰουδαῖοι, τῆς μυστικῆς εὐλογίας· ἐπεὶ μὴ δὲ τοῦτο δέδοται τῇ κατὰ νόμον λατρείᾳ. τετήρηται δὲ μᾶλλον τοῖς ἐν Χριστῷ καὶ ἐν πίστει λαοῖς. καὶ ἡμεῖς μὲν ἐν εἰρήνῃ διὰ Χριστόν, ἐν πολέμοις δὲ ὁ Ἰσραήλ, † καὶ κεκληρονόμηκεν αἰσθητῶς τῆς ἐπαγγελίας τὴν γῆν, τύπον ἔχουσαν τῆς ἄνω καὶ νοητῆς. ἧς καὶ αὐτὸς ὁ σωτὴρ ἐμέμνητο λέγων.
„ μακάριοι οἱ πραεῖς, ὅτι αὐτοὶ κληρονομήσουσι τὴν
„ γῆν. καὶ ἡμεῖς ἐν τέκνοις δι᾿ ἐλευθέρου πνεύματος. καὶ ὡς καθ᾿ ἡμᾶς τι καὶ ἀδελφῷ προσίεμεν τῷ Χριστῷ καλὴν καὶ ἐθελούσιον ποιούμενοι τὴν ὑπαγωγήν. ὑπέζευκται δὲ ἀνάπαλιν ὁ Ἰσραήλ, καὶ τοῖς Μωσέως κατήχθισται νόμοις θάνατον ὑπομένων τὴν ἐπὶ ταῖς παραβάσεσι δίκην. ἤκουε γὰρ Ἡσαῦ· καὶ τῷ ἀδελφῷ σου δουλεύσεις. τουτέστιν ὑποταχθήσῃ, καὶ οὐχ ἑκὼν τῷ κατὰ σὲ τὴν φύσιν. ἄνθρωπος δὲ καὶ καθ᾿ ἡμᾶς ὁ Μωυσῆς, οὐδὲν ἔχων τὸ περιττὸν ὅσον ἧκεν εἰπεῖν, εἰς τὸν τῆς ἀνθρωπότητος λόγον. καὶ γοῦν ὁ πάντων δεσπότης

† ἀλλ᾿ κεκληρονομήκαμεν.

dictus. Manifestus hic est sermo. Execrabiles enim Deoque odiosi, maledicentes ipsi; pleni autem supernorũ ac diuinorum bonorũ, qui benedicũt, hoc est, diuinam ipsius gloriam annunciant. Hæc igitur est benedictio Iacob, cuius vis ad ipsum Emmanuelem refertur, & ad eos, qui in fide iustificati sunt. Videamus adhæc aliam primogenito factam benedictionẽ, Israëli nimirũ, cuius typus est Esau: *Ecce enim*, inquit, *de pinguedine terræ erit habitatio tua, & de rore cæli desuper, & in gladio tuo viues, & fratri tuo seruies. Erit autem tempus quando deponas & detrahas iugum eius de collo tuo.* Data enim est benedictio Israëlitis, *lex per Moysem edita.* Christi enim erat verbum per angelos administratum. Quòd enim ipse veteribus locutus sit, probat scribens sapientissimus Paulus: *Multifariã multisq; modis olim Deus loquens patribus in Prophetis, nouissimè diebus istis locutus est nobis in Filio.* Proprios verò suos sermones legem esse, ipse etiam Saluator demonstrauit, dicens: *Amen dico vobis, donec transeat cælum & terra, iota vnum aut apex vnus non transibit de lege, donec omnia facta sint. Cælum & terra transibunt: verba autem mea non transibunt.* Siquidem igitur verum est, quòd CHRISTI verbum & per angelos lex erat instar benedictionis Israëlitis, CHRISTVM verò esse rorem cæli, & pinguedinẽ terræ intelligimus. Deliciatur enim quodammodo angelorum multitudo cælestibus ac spiritualibus roribus irrigata: ita etiam pinguis terra redundans spiritalibus pluuijs in fructificationem spiritalem. Ceterùm nos, qui in CHRISTO per fidem, pane & vino locupletati sumus. Expers verò horum est Israël. Neque enim hoc adiectum est benedictionibus Esau. Expertes verò etiã aliter miseri Iudæi mysticæ benedictionis, quandoquidem neque hoc datum est cultui legali; seruatũ autem potiùs est populis in CHRISTO & in fide. Et nos quidem in pace per Christũ versamur, Israël verò in bellis. Et hereditauimus spiritaliter terram promissionis, quæ est typus supernæ ac spiritualis: cuius ipse etiam Saluator meminit, dicens, *Beati mites, quia ipsi hereditabũt terram.* Et nos in filijs sumus constituti per spiritũ liberum, & ad CHRISTVM veluti iuxta nos factum, & fratrem nostrũ accessimus, pulchra ac spontanea obedientia præstita. Israël verò subiugatus est, & Mosaicis legibus oneratus, mortali supplicio transgressioni proposito. Audiuit enim Esau: *Et fratri tuo seruies*: hoc est, subiectus eris, etiam præter voluntatem tuam, ei qui tibi natura similis est. Homo autẽ & similis nobis est Moyses, nihil excellentius in se habens, quantũ attinet ad humanitatis rationẽ. Idcirco etiam vniuersorũ Dominus

Benedicere CHRISTO quid sit.

Gen. 27. 39.

Ioan. 1. 17.

Benedictio Israëlitarũ est lex Moysis.

Hebr. 1. 1.

CHRISTVS veteribus locutus.

Lex verba CHRISTI.

Matt. 5. 19.

Matt. 24. 35

Iudæi mystica benedictionis expertes.

Matt 5. 4.

Gen. 27. 39.

Israë-

Israel populus Moysis à Deo vocatus. Israëlem *populum Moysis* vocauit. Vitulum enim sibi fecerunt in solitudine. Deus verò ad Moysem ita ait: *Vade,* inquit, *descende celeriter hinc: deliquit enim populus tuus, quē eduxisti è terra Aegypti.* (*Exod.32.7.*) Paulus verò etiam legem ipsam in littera beato Moysi tribuit. Ita enim ait: *Violans quis legem Moysis absque commiseratione sub duobus aut tribus testibus moritur.* (*Hebr.10.28*) Quòd verò Israël Moysis iugum depositurus esset, vocante ipsum CHRISTO ad gratiam per fidem, præsignificauit dicens: (*Isaie 10.27. Ierem.30.8.*) *Erit autem quando deponas & detrahas iugum ipsius à collo tuo.* Excusserunt enim ceruicibus suis intolerabile admodum legis iugum Israëlitæ, credentes. Vocati enim sunt ad libertatis dignitatem, per fidem in CHRISTVM; per quem, & cum quo, Deo ac Patri gloria cum sancto Spiritu, in sæcula sæculorum. Amen.

λαὸν ἐκάλει Μωσέως τὸν Ἰσραήλ· μεμοσχοποιήκασι γὰρ κατὰ τὴν ἔρημον. εἶπε πρὸς Μωυσέα θεός. βάδιζε, κατάβηθι, φησί, τὸ τάχος ἐντεῦθεν, ἠνόμησε γὰρ ὁ λαός σου ὃν ἐξήγαγες ἐκ γῆς Αἰγύπτου. Παῦλος μὲν οὖν ὁ θεσπέσιος καὶ αὐτὸν ἀνετίθει τῷ μακαρίῳ Μωυσῇ τὸν ἐν γράμματι νόμον. ἔφη γὰρ οὕτως, ἀθετήσας τις νόμον Μωσέως, χωρὶς οἰκτιρμῶν ἐπὶ δυσὶν ἢ τρισὶ μάρτυσιν, ἀποθνήσκει. ὅτι δὲ ἔμελλεν ὁ Ἰσραὴλ τὸν διὰ τοῦ πανσόφου Μωσέως ἀποτίθεσθαι ζυγὸν, καλοῦντος αὐτὸν τοῦ Χριστοῦ πρὸς τὴν διὰ πίστεως χάριν, προκαταμεμήνυκεν εἰπών· ἔσται δὲ ἡνίκα ἂν καθέλῃς καὶ ἐκλύσῃς τὸν ζυγὸν αὐτοῦ ἀπὸ τραχήλου σου. ἐξέλυσαν γὰρ τῶν τραχήλων τὸν τοῦ νόμου ζυγὸν δυσφόρητον ὄντα λίαν οἱ ἐξ Ἰσραὴλ πεπιστευκότες. κέκληνται γὰρ εἰς ἐλεύθερον ἀξίωμα διὰ τῆς πίστεως ἐν Χριστῷ. δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ τῷ θεῷ καὶ πατρὶ ἡ δόξα σὺν ἁγίῳ πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

GLAPHYRORVM IN GENESIM LIBER QVARTVS.

ΓΛΑΦΥΡΩ͂Ν ΕἸΣ ΤΗ͂Ν ΓΕ͂ΝΕΣΙΝ ΒΙΒΛΙ͂ΟΝ ΤΕ͂ΤΑΡΤΟΝ.

De Iacob Patriarcha.

Περὶ τοῦ πατριάρχου Ἰακώβ.

(*1.Tim.3.12*) Verissimū est, quòd *qui piè viuere voluerint in* CHRISTO IESV, *persecutionē patientur.* Insultant enim ipsis instar immaniū ferarū filij iniquitatis, censentes nimirum eorum qui rectè vitam instituunt, splendorē ac gloriam, esse veluti incusationem quandam condemnationemq; ipsorū improbitatis. Mala enim plerumq; bonorū applicatione arguuntur, quæque laudabilia sunt, eorum, quæ talia non sunt, deformitatem propalant. Quidnam igitur hinc? Inuidiæ tela, & in ijs qui victos se sentiunt, indignationis flamma accenditur, principium insaniæ, occasioque impietatis aduersus eos qui optimè viuunt: qui tametsi aliquando in periculis & laboribus versentur, nunquā tamen in vniuersum in hostium potestatem veniunt. Nequaquam enim contemnet Princeps sanctorū eos, qui pro ipso periclitantur, at potiùs eripiet, facileque admodū superiores eos illustrioresq; efficiet, laboribus interim & ærumnis eos ad tolerantiam exercens. Consentit verò huic rei etiam diuinus Paulus, ita scribēs: (*1.Cor.10.13*) *Fidelis autē Deus, qui non sinet vos tentari vltra id quod potestis, sed faciet etiam cum tentatione prouentum, vt possitis sustinere.* Ipsi verò etiā clamant in libro Psalmorū, qui in periculis versati, grauissimosq; persecutionū labores fortiter superarunt: (*Psal.65.10.*) *Probasti nos Deus, igne nos examinasti, sicut exa-*

Ἀληθὲς ὅτι πάντες οἱ θέλοντες ζῆν εὐσεβῶς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, διωχθήσονται. θηρῶν γὰρ αὐτοῖς ἀγρίων ἐπιθρώσκουσι δίκην, οἱ τῆς ἀνομίας υἱοί, τὴν σφῶν δυστροπίας γραφὴν ὥσπερ τινὰ καὶ κατάῤῥησιν τὴν τῶν εὐδοκιμεῖν εἰωθότων λαμπρότητα καταλογιζόμενοι. ἐλέγχεται γάρ πως ἀεὶ τῇ τῶν ἀμεινόνων παραθέσει τὰ χείρω. καὶ τὰ ψῆφον ἔχοντα τῆς προφερεστέρας μονονουχὶ τῶν ἡττωμένων καταγράφει τὸ ἀκαλλές. τί οὖν ἐντεῦθεν; τὰ ἐκ φθόνου βέλη, καὶ τὸ ἐκ τῆς βασκανίας τοῖς νενικημένοις ἐντύφεται πῦρ, μανίας ἀρχὴ καὶ ἀνοσιότητος ἀφορμὴ κατὰ τῶν ὡς ἄριστα βιοῦν ᾑρημένων. οἳ καὶ εἰ γένοιντο τυχὸν ἐν ἀγῶσι καὶ πόνοις, ἀλλ' οὖν οὐκ εἰς ἅπαν εἶεν ἂν τοῖς πολεμοῦσιν ἁλώσιμοι. περιόψεται γὰρ οὐδαμῶς ὁ τῶν ἁγίων προεστηκὼς τοὺς ὑπὲρ αὐτοῦ κινδυνεύοντας. ἐξελεῖται δὲ μᾶλλον καὶ σφόδρα ῥᾳδίως, καὶ λαμπροτέρους ἀποφανεῖ, τληπαθείας γύμνασμα προθεὶς τὸν ἱδρῶτα αὐτοῖς. συλλήψεται δὲ τῷ λόγῳ καὶ ὁ θεσπέσιος Παῦλος ὧδε γεγραφώς. πιστὸς δὲ ὁ θεὸς ὃς οὐκ ἐάσει ὑμᾶς πειρασθῆναι ὑπὲρ ὃ δύνασθε, ἀλλὰ ποιήσει σὺν τῷ πειρασμῷ καὶ τὴν ἔκβασιν τοῦ δύνασθαι ὑπενεγκεῖν. καὶ αὐτοὶ δὲ διακεκράγασιν ἐν τῇ βίβλῳ τῶν ψαλμῶν οἱ τοῖς ἀγῶσιν ὡμιληκότες, καὶ τοὺς ἐπὶ ταῖς διώξεσι πόνους διενεγκόντες οὐκ ἀγεννῶς. ὅτι ἐδοκίμασας ἡμᾶς ὁ θεός. ἐπύρωσας ἡμᾶς ὡς πυ-

» ρῦται τὸ ἀργύριον. εἰσήγαγες ἡμᾶς εἰς τὴν
» παγίδα, ἔθου θλίψεις ἐπὶ τὸν νῶτον ἡμῶν,
» ἐπεβίβασας ἀνθρώπους ἐπὶ τὰς κεφαλὰς
» ἡμῶν. διήλθομεν διὰ πυρὸς καὶ ὕδατος,
» καὶ ἐξήγαγες ἡμᾶς εἰς ἀναψυχήν. ἀκούεις
ὅπως ἥκιστα μὲν τὰ ἐφ' οἷς δοκιμάζονται δυσφορεῖν ἐγνώκασι, χαίρουσι δὲ μᾶλλον ὡς ἀμείνους ἀναδεδειγμένοι, καὶ διὰ πείρας αὐτῆς ὅπερ εἰσὶν ἐγνωσμένοι. καὶ ἐπὶ ταῖς εἰς ἄκρον φιλοθείαις διὰ τοῦ παθεῖν μεμαρτυρημένοι. διελθεῖν γὰρ ἔφασαν διὰ πυρός. ὥσπερ γὰρ οἶμαι τὰ δοκιμώτατα τῶν θυμιαμάτων πυρὶ προσωμιληκότα τῆς ἐνούσης αὐτοῖς εὐοσμίας τότε ποιοῦνται τὴν ἔνδειξιν. οὕτω καὶ ὁσία ψυχὴ πυρουμένη τρόπον τινὰ διὰ τοῦ πειράζεσθαι καὶ πονεῖν, ἐναργεστέραν ποιεῖται τῆς ἐνούσης αὐτῇ πολυειδοῦς ἀρετῆς τὴν ἔκφασιν. πλὴν περὶ παντὸς ἁγίου ψάλλει μέν που καί φησιν, καὶ ὁ θεσπέσιος Δαβίδ. ὅτι
» παρεμβαλεῖ ἄγγελος κυρίου κύκλῳ τῶν φο-
» βουμένων αὐτὸν καὶ ῥύσεται αὐτούς. αὐτὸς δὲ
πάλιν τῆς ἐπικουρίας ὁ χορηγὸς διαρρήδην
» φησίν· ὅτι ἐπ' ἐμὲ ἤλπισε, καὶ ῥύσομαι αὐτόν.
» κεκράξεται πρός με, καὶ εἰσακούσομαι αὐτοῦ,
» μετ' αὐτοῦ εἰμι ἐν θλίψει, ἐξελοῦμαι αὐτόν,
» καὶ δοξάσω αὐτόν, μακρότητος ἡμερῶν ἐμ-
» πλήσω αὐτόν, καὶ δείξω αὐτῷ τὸ σωτήριόν
» μου. ποῖον οὖν ἄρα ἐστὶ τὸ σωτήριον τοῦ θεοῦ καὶ
πατρός; ὁ ἐξ αὐτοῦ θεὸς λόγος, ὁ δι' ἡμᾶς καθ' ἡμᾶς καὶ ἐν δούλου μορφῇ γεγονὼς οἰκονομικῶς. οὕτως αὐτὸν ὠνόμαζεν ὁ πατὴρ καὶ
» δι' Ἡσαΐου λέγων. καὶ ὄψονται τὰ ἔθνη τὴν
» δικαιοσύνην μου, καὶ βασιλεῖς τὴν δόξαν μου.
» τὸ δὲ σωτήριόν μου ὡς λαμπὰς καυθήσεται.
γέγονε γὰρ ἡμῖν δικαιοσύνη καὶ δόξα παρὰ τοῦ θεοῦ καὶ πατρός, ὁ υἱός, καὶ μὴν καὶ σωτήριον. δεδικαιώμεθα γὰρ ἐν αὐτῷ, καὶ εἰς τὴν τῆς υἱοθεσίας ἀνεκομίσθημεν δόξαν. ὅτι δὲ καὶ σεσώσμεθα τὰ τοῦ θανάτου φυγόντες δεσμά, καὶ ἀνατρέχοντες εἰς ἀφθαρσίαν, πῶς ἂν εἴη λοιπόν, ἢ πόθεν ἀμφίβολον; ἐπέφαινε γὰρ ἡμῖν ὡς ἐν νυκτὶ καὶ ἐν σκότῳ λαμπὰς ὁ υἱός, φῶς τὸ θεῖον ταῖς τῶν πιστευόντων ψυ-
» χαῖς ἐνιείς. τοιγάρτοι καὶ ἔφασκεν, ἐγώ εἰμι
» τὸ φῶς τοῦ κόσμου. ὅτι τοίνυν κατὰ τὴν αὐτοῦ
τοῦ σωτῆρος φωνήν, μακάριοι οἱ δεδιωγμένοι ἕνεκεν δικαιοσύνης. κλῆρον γὰρ ἕξουσι τὸν ἐν οὐρανοῖς, καὶ αὐτὸν ἐπαμυνόντα τὸν τῶν ὅλων θεὸν καὶ σωτῆρα. ὄψονται δὲ καὶ αὐτὸ τὸ ἐπὶ Χριστοῦ μυστήριον. καὶ ἐξ αὐτῶν οὐδὲν ἧττον ἀναμάθοι τις ἄν, τῶν κατὰ τὸν μακάριον Ἰακώβ. παραθεῖναι δὲ οἶμαι πρέπον τὰ ἐπ' αὐτῷ γεγραμμένα, πρὸς ἀκριβεστέραν εἴ-
» δησιν τοῖς ἐντυγχάνουσιν. ἔχει δὲ οὕτω. καὶ
» ἐνεκότει Ἡσαῦ τῷ Ἰακὼβ περὶ τῆς εὐλογίας, ἧς
» εὐλόγησεν αὐτὸν ὁ πατὴρ αὐτοῦ. εἶπε δὲ Ἡσαῦ
» ἐν τῇ διανοίᾳ. ἐγγισάτωσαν αἱ ἡμέραι τοῦ πέν-
» θους τοῦ πατρός μου, ἵνα ἀποκτείνω Ἰακὼβ τὸν

minatur argentum. Induxisti nos in laqueum, posuisti tribulationes in dorso nostro: imposuisti homines super capita nostra. Transiuimus per aquam & ignem, & eduxisti nos in refrigerium. Audis quo pacto ea in quibus probantur ægrè, ferre minimè norunt. Gaudent vero potiùs, tanquam victores declarati, & experimento ipso id quod sunt, cogniti, summamque pietatis patientiam testantes. *Per ignem* enim *transiisse* se dicunt. Quemadmodum enim probatissima thymiamata igni admota, odoris, quo prædita sunt, specimen edunt; ita etiam sancta anima igne quodammodo probata, per tentationes & labores, luculentiùs multo existentis in ipsa multimodæ virtutis argumentum edit. Dauid etiam de omni sancto alibi canit ita dicens: *Castrametabitur angelus in circuitu timentium eum, & eripiet eos.* Ipse verò omnis auxilij largitor apertè ait: *Quoniam sperauit in me, eripiam eum: clamabit ad me, & exaudiam eum. Cum ipso ero in tribulatione; eripiam eum, & glorificabo eum, longitudine dierum implebo eum, & ostendam ei salutare meum.* Quodnam igitur est *salutare Dei ac Patris?* Deus Verbum ex ipso. qui propter nos secundùm nos factus est, diuinoque consilio formam serui assumpsit. Ita ipsum vocauit etiam Pater per Isaiam dicens: *Et videbunt gentes iustitiam meam, & reges gloriam meam. Salutare autem meum sicut lucerna ardebit.* Factus enim est nobis *iustitia* & gloria à Deo & Patre Filius, & salutare. Iustificati enim sumus in ipso, & ad filiationis gloriam euecti. Quòd verò etiam saluati simus, mortis vinculis soluti, atque ad incorruptionem translati, quo pacto aut vnde dubium esse potest? Illuxit enim nobis, veluti in nocte & tenebris lucerna, Filius, diuinam lucem credentium animis immittens. Idcirco etiam ait: *Ego sum lux mundi.* Quòd igitur iuxta ipsius Saluatoris vocem beati sint, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam (Hereditatem enim cælestem cernent, ac totius vniuersi Dominum & Saluatorem adiutorem sunt experturi; videbunt autem etiam ipsum de CHRISTO mysterium) ex ijs ipsis quæ beato Iacob acciderunt facilè quis intellexerit. Operæ pretium verò esse arbitror ea quæ de ipso scripta sunt, ad manifestiorem intellectum lectoribus apponere. Ita verò habent: *Et iratus est Esau Iacob pro benedictione qua benedixit ei pater eius. Dixit autem Esau in mente sua: Appropinquent dies luctus patris mei, vt occidã Iacob fratrem*

Transire, per ignem *quid significet.*

Psal. 33. 8. *In Vulgata,* immittet angelus.

Psal. 90. 14.

Salutare Dei CHRISTVS.

Isaia 61. 1. *iuxta* LXX.

Ioan 8. 12. CHRISTVS *lux mundi.*

Gen. 27. 41

trem meum. Nuntiata sunt autem Rebeccæ verba Esau filij sui senioris; & mittens vocauit Iacob filium suum iuniorem, & dixit ei: Ecce Esau frater tuus minatur tibi occidere te. Nunc ergo, ô fili, audi meam vocem, & surgens fuge in Mesopotamiam ad Laban fratrem meum in Charran, & habita cum eo dies aliquot, donec auertatur furor & ira fratris tui à te, & obliuiscatur quæ fecisti ei: & mittens accersam te inde, ne fortè orber duobus vobis in die vna. Deinde oportuna discessus filij occasione capta, ingressa ad Isaac, dixit: *Infensa † sum vita mea propter filias filiorum Heth. Si acceperit Iacob vxorem de filiabus terræ huius, quid attinet viuere.* Ne enim inuito patre discedens beatus Iacob, ipsi luctus pariter & iræ causa esset, industria mulier persuadet seni, vt filio suo facultatem det abeundi. *Aduocans enim*, inquit, *Isaac Iacob, benedixit ei, & præcepit ipsi dicens: Non accipies vxorem de filiabus Chananæorum. Surgens fuge in Mesopotamiam in domum Bathuelis patris matris tuæ, & accipe tibi inde vxorem de filiabus Laban auunculi tui. Dominus autem Deus benedicat tibi, & multiplicet te, & eris in congregationes gentium, & det tibi benedictionẽ Abrahæ patris tui, tibi & semini tuo post te, ad hæreditandum terrã incolatus tui, quam dedit Deus Abrahæ.* Quantum igitur attinet ad litterã, & ad nudam historiã non parum admiranda est Rebecca ipsa & beatus Isaac. Illa enim marito vt superiori preces offerebat pro filio. Hic verò naturæ legem in consilium adhibens, vt à nuptiis quæ matri suæ non placerent, abstineret, præcepit: erudiens quodammodo instar catuli eum, qui ex ipso ortus pieque educatus erat, & paternæ virtutis vestigijs insistere iubens. Passim enim videre est diuinum Iacob præceptis paternis obtemperantem, & veluti apertam miniméque obscuram pietatis erga Deum significationem præ se ferentem. Quantum verò ad spiritalem contemplationem attinet, altiùs repetendum sermonem esse arbitror. Ita enim contemplatio perspicua facilè fiet. Rebecca enim cùm adhuc vtero gestaret par illud fratrum ex ipsa natorum, intolerabiles animi dolores perpessa est, adeò vt etiam de vita periclitaretur, subsultantibus immoderatè in vtero infantibus. Deinde quid hoc sibi vellet Deum sciscitata est dicens: *Si sic mihi futurum est, quare mihi hoc?* Respondet verò Deus: *Duæ gentes in vtero tuo sunt, & duo populi ex vtero tuo diuidentur, & populus populum superabit, & maior*

Gen. 27. 42.

† Vulg. Tædet me vitæ meæ propter filias Heth. Symmachus: ἐνεκάκησα: Aquila: ἐσίκχανα.

Gen. 28. 1.

Gen. 25. 22.

ἀδελφόν μου. ἀπηγγέλθη δὲ τῇ Ῥεβέκκᾳ τὰ " ῥήματα Ἠσαῦ τοῦ υἱοῦ αὐτῆς τοῦ πρεσβυτέρου. καὶ " πέμψασα ἐκάλεσεν Ἰακὼβ τὸν υἱὸν αὐτῆς " τὸν νεώτερον, καὶ εἶπεν αὐτῷ. ἰδοὺ Ἠσαῦ ὁ " ἀδελφός σου ἀπειλεῖ σοι τοῦ ἀποκτεῖναί σε. νῦν " οὖν, τέκνον, ἄκουσόν μου τῆς φωνῆς, καὶ ἀναστὰς ἀπό- " δραθι εἰς τὴν Μεσοποταμίαν, πρὸς Λάβαν τὸν " ἀδελφόν μου εἰς Χαρράν καὶ οἴκησον μετ᾽ αὐτοῦ " ἡμέρας τινὰς ἕως τοῦ ἀποστρέψαι τὸν θυμὸν καὶ τὴν " ὀργὴν τοῦ ἀδελφοῦ σου, καὶ ἐπιλάθηται ἃ πεποίη- " κας αὐτῷ, καὶ ἀποστείλασα μεταπέμψομαί σε " ἐκεῖθεν, μήποτε ἀτεκνωθῶ ἀπὸ τῶν δύο ὑμῶν " ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ. εἶτα τῆς ἀποδημίας εὐπρόσωπον " ἀφορμὴν ἐπορίζετο τῷ υἱῷ. καὶ δὴ προσελθοῦσα τῷ Ἰσαὰκ, ἔφη προσώχθικα τῇ ζωῇ μου " διὰ τὰς θυγατέρας τῶν υἱῶν Χέτ. εἰ λήψεται " Ἰακὼβ γυναῖκα ἀπὸ τῶν θυγατέρων τῆς γῆς " ταύτης, ἵνα τί μοι τὸ ζῆν; ἵνα γὰρ μὴ ἀνεθέλη- " τον τῷ πατρὶ ποιοῖτο τὴν ἀποδρομὴν ὁ μακάριος Ἰακώβ, λύπης τε καὶ ὀργῆς ἀναδειχθείη πρόξενος, εὐτέχνως τὸ γύναιον ἀναπείθει τὸν πρεσβύτην ἐπιτρέψαι τῷ υἱῷ τὴν ἀποδημίαν. προσκαλεσάμενος γάρ φησιν, Ἰσαὰκ τὸν Ἰα- " κὼβ, εὐλόγησεν αὐτὸν, καὶ ἐνετείλατο αὐτῷ λέ- " γων οὐ λήψῃ γυναῖκα ἐκ τῶν θυγατέρων Χανα- " άν. ἀναστὰς ἀπόδραθι εἰς τὴν Μεσοποταμίαν, εἰς " τὸν οἶκον Βαθουὴλ τοῦ πατρὸς τῆς μητρός σου, καὶ " λάβε σεαυτῷ γυναῖκα ἐκεῖθεν ἐκ τῶν θυγατέ- " ρων Λάβαν τοῦ ἀδελφοῦ τῆς μητρός σου. ὁ δὲ θεός " μου εὐλογήσαι σε καὶ αὐξήσαι σε καὶ πληθύναι " σε καὶ ἔσῃ εἰς συναγωγὰς ἐθνῶν, καὶ δῴη σοι τὴν " εὐλογίαν Ἀβραὰμ τοῦ πατρός σου, σοὶ καὶ τῷ " σπέρματί σου, μετὰ σὲ, κληρονομῆσαι τὴν γῆν τῆς " παροικήσεως, ἣν ἔδωκεν ὁ θεὸς τῷ Ἀβραάμ. ὅσον " μὲν οὖν εἴς γε τὸ γράμμα καὶ τὰ ἐκ τῆς ἱστορίας ὑποδηλούμενα, πρέποι ἂν οὐκ ἐν μικρῷ ποιεῖσθαι θαύματι τήν τε Ῥεβέκκαν αὐτὴν, καὶ τὸν μακάριον † Ἰακώβ. ἡ μὲν γὰρ ὡς προὔχοντι τῷ ἀνδρὶ προσεκόμιζε λιτὴν τὴν ἐπί γε τῷ υἱῷ φημί. ὁ δὲ τὸν τῆς φύσεως νόμον ἐποιεῖτο παραχρῆμα τοῦ πρέποντος βραβευτήν· καὶ τὸν ἀνεθέλητον τῇ μητρὶ γάμον παραιτεῖσθαι προσέταττε τῷ υἱῷ. κωλακεύων τρόπον τινὰ τὸν ἐξ αὐτοῦ φύντα καὶ τεθραμμένον εὐσεβῶς, κατ᾽ ἴχνος ἰέναι τῆς πατρῴας ἀρετῆς. πανταχῆ γὰρ εὑρήσομεν τὸν θεσπέσιον Ἰακὼβ, τοῖς τῶν γεγεννηκότων εἴκοντα νεύμασι, καὶ μόνον ὥσπερ ἐναργῆ τε καὶ οὐκ ἀμφίλογον τῆς εἰς θεὸν εὐσεβείας τὸ χρῆμα ποιούμενον. ὅσον δὲ ἧκεν εἰς θεωρίας λόγον οἶμαι ἰέναι τῶν ἐσωτέρω πορείαν δὴ πάλιν, ἀναμνῆσαι δὲ δεῖν ἐκεῖνο ὑπολαμβάνω. εἴη γὰρ ἂν ὧδί καὶ λίαν ἀποπνητὶ καταφανὲς, τὸ θεώρημα. Ῥεβέκκα μὲν γὰρ πρὸ ὠδῖνος ἔτι τῆς ἐπὶ τόκῳ φημὶ, τῶν ἐξ αὐτῆς γεγονότων κυοφοροῦσα τὴν ξυνωρίδα δυσφόρητον κομιδῇ τῆς δυσφημίας ἐδέχετο, καὶ ἐν αὐτοῖς ἦν ἤδη τοῖς τοῦ θανάτου δείμασιν οὐκ ἐν μετρίοις ἄλλων σκιρτήμασι τῶν ἐμβρύων εἶτα τί τὸ χρῆμα διαλαμβάνειν ἤθελεν ἐπηρώτα ἐστὶ θεὸν καὶ λέγουσα. εἰ οὕτω μοι μέλλει γίνεσθαι, ἵνα τί μοι τοῦτο; καὶ τί πρὸς " ταῦτα ὁ θεός; δύο ἔθνη καὶ δύο λαοὶ ἐκ τῆς κοιλίας σου διασταλήσονται, καὶ λαὸς λαοῦ ὑπερέξει, φησί. καὶ ὁ μείζων, "

† ἴσως Ἰσαάκ.

δου-

» δουλεύσει τῷ ἐλάττονι. οὐκοῦν εἰς τύπον παραδεξόμεθα τῶν δύο λαῶν τοῦτε ἐξ Ἰσραὴλ, καὶ τῶν διὰ πίστεως Ἠσαῦ τε καὶ Ἰακώβ. ἀλλ' ἐνεκότει, φησὶν, Ἠσαῦ τῷ Ἰακώβ, ὅτι μὲν τῶν πρεσβείων ἐστέρητο καταπωλήσας τὰ πρωτοτόκια, καὶ παρεὶς ἑτέρῳ τὴν ἑαυτοῦ τιμὴν, καὶ μὲν ὅτι καὶ δεύτερος τὰ ἐκ τῆς θήρας προσαγαγὼν, τῆς εὐλογίας διήμαρτε. ταύτητοι καὶ ἐν ἀγρίοις ἦν ἤδη σκέμμασι, καὶ τὸν τῷ φθόνῳ σύμφρονά τε καὶ ἀδελφὸν ἐμελέτα φόνον. ἐνεκότει δὲ ὁμοίως, καὶ ἐπεμήνιε δεινῶς ὁ πρωτότοκος Ἰσραὴλ, τοῖς ἐν πίστει καὶ μετ' αὐτὸν, τουτέστι τῷ νέῳ λαῷ. ἐπεί τοι γέγονεν ἐν τάξει τῇ πρώτῃ παρὰ θεῷ. καὶ ἐν πρωτοτόκου μοίρᾳ λελόγισται, καὶ εὐλογίας τῆς ἄνωθεν ἐπίμεστος ἦν, τὴν ἐν Χριστῷ διὰ πνεύματος καταπλουτήσας χάριν. ἐπεφύετο δὴ οὖν τοῖς ἐν Χριστῷ διὰ πίστεως ὁ Ἰσραήλ· ὅσον δὲ ἧκεν εἰς τὸ αὐτῷ δοκοῦν, καὶ εἰς δύναμιν ἐγχειρημάτων καὶ πικρὸς γέγονε φονευτὴς, διώξεις ἐπενεγκὼν, καὶ τοῖς ἐκ φόνου καὶ βασκανίας καταπιτρώσκων βέλεσιν. ἀλλ' ἔπειθεν ἡ Ῥεβέκκα τὸν Ἰακὼβ τὰ οἴκοι μεθέντα παραιτεῖσθαι τὸν ἀδελφὸν· ἰέναι τε πρὸς Λάβαν ἄνθρωπον εἰδωλολάτρην. προὔτρεπε δὲ καὶ αὐτὸς ὁ θεσπέσιος Ἰσαὰκ ὁ τοῦ Ἰακὼβ πατὴρ παραιτεῖσθαι μὲν γάμον τὸν ἐκ Χαναὰν, ἐφίεσθαι δὲ μᾶλλον τοῦ ποιεῖσθαι σύνοικον ἐκ τῶν θυγατέρων Λάβαν. κινδυνεύοντι γὰρ καὶ διωκομένῳ τῷ νέῳ λαῷ, τὰς τῶν φονώντων ὀργὰς παραιτεῖσθαι σωφρόνως συμβεβούλευκεν ἡ ἐκκλησία. ἧς ἂν εἴη τύπος ἡ Ῥεβέκκα. συνεπινεύει δὲ ὥσπερ καὶ αὐτὸς ὁ τῆς Ῥεβέκκας νυμφίος, τουτέστι Χριστὸς, παρωθεῖσθαι μὲν οἰκειότητα τὴν πνευματικὴν τῶν εἰς ἀνοσίους ἐκκεκαυμένων ὀργὰς, καὶ φονᾶν ἀγρίως μελετηκότων. οἰκειότητος δὲ σημεῖον ὁ γάμος. ἀνθαιρεῖσθαι δὲ μᾶλλον τὰς ἐκ τοῦ οἴκου Λάβαν, τουτέστι τὰς ἐξ ἐθνῶν. εὑρήσομεν δὲ τοὺς ἁγίους Ἀποστόλους, οἳ καὶ τῶν ἐν πίστει καὶ νέων λαῶν γεγόνασιν ἀπαρχὴ· διαπεραίνειν ἐσπουδακότας τὰ ἐντεταλμένα τῷ Ἰακώβ. ἀπενοσφίζοντο μὲν γὰρ τῆς Ἰουδαίων ἀγέλης ἅτε δὴ φονώσης κατ' αὐτῶν. μεταμείβοντες δὲ χώρας καὶ πόλεις τὰς τῶν διωκόντων ὑποτρέχειν ὀργὰς, συνεχῶς ἐσπούδαζον. διεμεμνήντο γὰρ ἐπισκήπτοντος τοῦ Χριστοῦ καὶ λέγοντος, » ὅταν διώκωσιν ὑμᾶς ἐκ τῆς » πόλεως ταύτης, φεύγετε εἰς τὴν ἑτέραν. προσελάλουν δὲ καὶ αὐτοῖς τοῖς ἐξ αἵματος Ἰσραὴλ » ἀπειθεῖν ᾑρημένοις καὶ ὑβρίζουσι ἀφειδῶς. ὑ» μῖν ἦν ἀναγκαῖον πρῶτον λαληθῆναι τὸν λόγον » τοῦ θεοῦ· ἐπειδὴ δὲ ἀπωθεῖσθε αὐτὸν, καὶ οὐκ ἀξίους » κρίνετε ἑαυτοὺς τῆς αἰωνίου ζωῆς, ἰδοὺ στρεφόμεθα » εἰς τὰ ἔθνη. οὕτω γὰρ ἐντέταλκεν ἡμῖν ὁ κύριος. ἀκούεις ὅπως ὁ τῆς ἐκκλησίας νυμφίος, τουτέστι Χριστὸς ἐντέταλται τοῖς ἰδίοις εἰς τὸ τῶν Ἑλλήνων ἀπιέναι πλῆθος, καὶ παιδογονεῖν ἐκεῖθεν. καὶ πατέρας ὥσπερ ἀναφαίνεσθαι λαῶν. τοιγάρτοι

seruiet minori. Statuamus itaque Iacob & Esau in typum duorum populorum, Israëlitici nimirum & fidelis. Ceterùm *indignatus est*, inquit, *Esau fratri suo Iacob*, quòd emptis primogenitis ipsum primogenituræ suæ gloria priuarat, & suum alteri præbens honorem, quodque posterior, adferens pastum ex venatu benedictione fraudatus esset. Idcirco ferocia aduersus eum consilia init, & cædem inuidiæ consortẽ & fratrem animo concipit. Indignatus verò est similiter, & grauiter infensus primogenitus Israël ijs, qui in fide ac post ipsum erant, hoc est, nouo populo. Siquidẽ primo loco apud Deum est constitutus, & pro primogenito habitus, supernaq; benedictione plenus fuit, gratiam in CHRISTO per spiritum consecutus. Adortus vtique est eos qui in CHRISTO sunt per fidem Israël, voluntateque & conatibus homicida effectus, persecutionibus infestans, atque inuidiæ telis lacessens. Ceterùm suasit Rebecca Iacob, vt relicta domo fratrem fugeret, adiretque Laban hominem idololatram. Præcepit verò etiam Isaac pater Iacobo, ne duceret vxorem Chananæam, sed potiùs ex filiabus Laban. Periclitanti enim & persecutionibus infestato nouo populo, vt homicidarum iras fugiat, prudenter consuluit Ecclesia, cuius typus est Rebecca. Eiusdem verò sententiæ est etiam ipse Rebeccæ sponsus, hoc est CHRISTVS, deuitare quidem iubens spiritalem amicitiam cum ijs, qui impijs flagrant iris, & cædes ferociter moliuntur (amicitiæ autem signum sunt nuptiæ) eligere autem potiùs è domo Laban, hoc est, ex Gentibus. Reperiemus verò sanctos Apostolos, qui quidem sunt nouorum in fide populorum primitiæ, ea quæ Iacobo præcepta fuerunt, sedulò exequentes. Discesserunt enim à Iudæorum grege; quippe qui cædem aduersus ipsos moliebantur. Mutantes autem regiones & vrbes, persequentium iras subterfugere prudenter curabant. Meminerant enim CHRISTI iubentis atque dicentis: *Quando persecuti fuerint vos ex vrbe hac, fugite in aliam.* Allocuti verò etiam ipsi eos, qui ex sanguine Israël erant nolentes credere, & contumelia ipsos afficientes: *Vobis necesse erat primùm loqui sermonem Dei. Postquam verò reijcitis eum, neque iudicatis dignos vosipsos vita æterna; ecce conuertimur ad Gentes. Ita enim præcepit nobis Dominus*. Audis quo pacto Ecclesiæ sponsus, hoc est, CHRISTVS, discipulis suis præcepit, vt ad Græcos se conferrent, ibiq; prolificarent, & patres quodammodo populorum fierent. Idcirco etiam

Gen. 27. 41.
Gen. 27. 42.
Gen. 28. 1.
Matt. 10. 23.
Act. 13. 46.

etiam sapientissimus Paulus ijs, qui ex Gentibus per ipsum crediderunt, scribit dicens: *Etsi enim mille pædagogos habuistis in* CHRISTO, *sed non multos patres. Nam in* CHRISTO IESV *per Euangelium ego vos genui.* Quòd verò adfuturus sit Deus, & abunde benedicturus populis qui in fide, demonstrat, & quidem facilè admodum diuinus Isaac, filium suum Iacob paterna domo discedentem cælesti benedictione ornans ac dicens: *Deus meus benedicat tibi, & multiplicet te, & crescere faciat te, & eris in congregationem gentium, & det tibi benedictionem Abrahæ patris tui.* Benedicti enim sunt, qui in CHRISTO, auctique sunt vehementer facti in multitudinem, & congregationes gentium, & coheredes declarati sanctorum Patrum. Recumbent enim cum Abraham & Isaac & Iacob, etiam in regno cælorum, iuxta ipsius Saluatoris vocem. Benedicti verò sumus ab ipso rursum: dixit enim de nobis: *Pater sancte, serua eos † in veritate tua.* Si verò intelligatur etiam Esau mater Rebecca, nihil omnino contemplationi offecerit. Siquidem in typum Israëlitarum statuimus Esau: Rebeccæ verò Ecclesiæ personam accommodamus. Porrò ipsi etiam Israëlitæ facti sunt filij Ecclesiæ per fidem in CHRISTO, non quidem in veterem illum populum reputati, translati verò potiùs in nouũ, & Gentibus immisti. *Si qua enim noua creatura in* CHRISTO, qui duos populos formauit in vnum nouum hominẽ, statuens pacem, secundùm Scripturas, concilians vtrosque, & adducens in vno spiritu ad Patrem. *Dissoluit enim medium parietem maceriæ, legem mandatorum decretis euacuans.* Iacob itaque paternæ benedictionis viatico instructus, profectionem quam instituerat, est aggressus. Quænã verò ipsi interea acciderint, ex ipsis sacris Litteris nobis constabit. Ita verò habent: *Et egressus Iacob de puteo iuramẽti abijt in Charrã, & occurrit loco, & dormiuit ibi. Occiderat enim sol. Et tulit de lapidibus loci, & posuit ad caput suum, & dormiuit in loco illo: & somniauit. Et ecce scala firmata in terra, cuius caput perueniebat in cælum, & angeli Dei ascendebant & descendebant super eam. At Dominus firmatus erat super eam, & dixit: Ego Deus patris tui Abraham, & Deus Isaac: ne timeas. Terra in qua tu dormis super eam, tibi dabo eam, & semini tuo. Et erit semen tuum sicut arena terræ, & dilatabitur ad mare, & Austrum, & ad Aquilonem, & ad Orientem, & benedicentur in te omnes tribus terræ, & in semine tuo. Et ecce ego tecum, custodiens te in omni terra, quocumque perrexeris, & reducam te in terram hanc,*

1. Cor. 4. 15. — Gen. 28. 3. — Ioan. 17. 11. † Vulg. in nomine tuo. — 2. Cor. 5. 17. — Ephes. 2. 14. — Gen. 28. 10.

καὶ ὁ σοφώτατος Παῦλος τοῖς ἐξ ἐθνῶν δι' αὐτοῦ πιστεύουσιν ἐπιστέλλει λέγων. ἐὰν γὰρ μυρίους παιδαγωγοὺς ἔχητε ἐν Χριστῷ· ἀλλ' οὐ πολλοὺς πατέρας. ἐν γὰρ Χριστῷ Ἰησοῦ διὰ τοῦ εὐαγγελίου ἐγὼ ὑμᾶς ἐγέννησα. ὅτι δὲ καὶ συνέσεσθαι θεὸς καὶ εὐλογήσειν πλουσίως τοὺς ἐν πίστει λαοὺς παραδείξειεν ἂν καὶ μάλα ῥᾳδίως ὁ θεσπέσιος Ἰσαὰκ, ἀποτρέχοντα τὸν Ἰακὼβ τῆς πατρῴας ἑστίας ταῖς ἄνωθεν εὐλογίαις στεφανῶν καὶ λέγων. ὁ δὲ θεός μου εὐλογήσαι σε, καὶ αὐξήσαι σε, καὶ πληθύναι σε. καὶ ἔσῃ εἰς συναγωγὰς ἐθνῶν. καὶ δῴη σοι τὴν εὐλογίαν Ἀβραὰμ τοῦ πατρός σου. ηὐλόγηνται γὰρ οἱ ἐν Χριστῷ, ηὔξηνταί τε λίαν, καὶ εἰς πλῆθος γεγόνασι, καὶ συναγωγαὶ ἐθνῶν, καὶ συγκληρονόμοι τεθέινται τῶν ἁγίων πατέρων. ἀνακλιθήσονται γὰρ μετὰ Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ, καὶ Ἰακὼβ, καὶ ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν, κατὰ τὴν αὐτοῦ τοῦ σωτῆρος φωνήν. ηὐλογήμεθα δὲ παρ' αὐτοῦ πάλιν, ἔφη γὰρ ὑπὲρ ἡμῶν. πάτερ ἅγιε, τήρησον αὐτοὺς ἐν τῇ ἀληθείᾳ σου. εἰ δὲ δὴ νοοῖτο καὶ τοῦ Ἡσαῦ μήτηρ ἡ Ῥεβέκκα, διαλυμανεῖται τοῦτο τοῖς θεωρήμασι παντελῶς οὐδέν. εἰς τύπον μὲν γὰρ τὸν ἐξ Ἰσραὴλ παρεδεξάμεθα τὸν Ἡσαῦ· Ῥεβέκκα γε μὴν τὸ τῆς ἐκκλησίας δεδώκαμεν πρόσωπον. ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ γεγόνασιν οἱ ἐξ Ἰσραὴλ τῆς ἐκκλησίας υἱοὶ διὰ πίστεως ἐν Χριστῷ, εἰς λαὸν μὲν οὐκέτι τὸν πάλαι καὶ ἀρχαῖον ἐκεῖνον λελογισμένοι, μεταστοιχειούμενοι μᾶλλον εἰς νέον τοῖς ἐξ ἐθνῶν ἀναμίξ. εἴ τις γὰρ ἐν Χριστῷ καινὴ κτίσις· ὃς καὶ τοὺς δύο λαοὺς ἔκτισεν εἰς ἕνα καινὸν ἄνθρωπον ποιῶν εἰρήνην, κατὰ τὰς γραφὰς, καὶ ἀποκαταλλάσσων ἀμφοτέρους ἐν ἑνὶ πνεύματι πρὸς τὸν πατέρα. λέλυκε γὰρ τὸ μεσότοιχον τοῦ φραγμοῦ, καὶ κατήργηκεν ἐν δόγμασι τὸν τῶν ἐντολῶν νόμον. ἐφοδιασθέντα δὴ οὖν ταῖς παρὰ πατρὸς εὐλογίαις τὸν Ἰακὼβ, ἀπεκόμιζον οἱ πόδες ἐπὶ τὸν αὐτῷ προτεθέντα τῆς ἀποδημίας σκοπόν. καὶ ποῖα δὴ πάλιν τὰ μεταξὺ γεγονότα, δι' αὐτῶν εἰσόμεθα τῶν ἱερῶν γραμμάτων. ἔχει δὲ οὕτως. καὶ ἐξῆλθεν Ἰακὼβ ἀπὸ τοῦ φρέατος τοῦ ὅρκου, καὶ ἐπορεύθη εἰς Χαῤῥὰν, καὶ ἀπήντησε τόπῳ, καὶ ἐκοιμήθη ἐκεῖ. ἔδυ γὰρ ὁ ἥλιος· καὶ ἔλαβεν ἀπὸ τῶν λίθων τοῦ τόπου, καὶ ἔθηκε πρὸς κεφαλῆς αὐτοῦ, καὶ ἐκοιμήθη ἐν τῷ τόπῳ ἐκείνῳ, καὶ ἐνυπνιάσθη. καὶ ἰδοὺ κλίμαξ ἐστηριγμένη ἐν τῇ γῇ, ἧς ἡ κεφαλὴ ἀφικνεῖται εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ οἱ ἄγγελοι τοῦ θεοῦ, ἀνέβαινον καὶ κατέβαινον ἐπ' αὐτήν. ὁ δὲ κύριος ἐπεστήρικτο ἐπ' αὐτῆς, καὶ εἶπεν, ἐγὼ ὁ θεὸς Ἀβραὰμ τοῦ πατρός σου, καὶ ὁ θεὸς Ἰσαάκ· μὴ φοβοῦ. ἡ γῆ, ἐφ' ἧς σὺ καθεύδεις ἐπ' αὐτῆς, σοὶ δώσω αὐτὴν, καὶ τῷ σπέρματί σου, καὶ ἔσται τὸ σπέρμα σου ὡσεὶ ἄμμος τῆς θαλάσσης. καὶ πλατυνθήσεται ἐπὶ θάλασσαν καὶ λίβα καὶ βοῤῥᾶν, καὶ ἐπὶ ἀνατολάς. καὶ ἐνευλογηθήσονται ἐν σοὶ πᾶσαι αἱ φυλαὶ τῆς γῆς, καὶ ἐν τῷ σπέρματί σου. καὶ ἰδοὺ ἐγὼ μετὰ σοῦ διαφυλάσσων σε ἐν τῇ ὁδῷ πάσῃ οὗ ἐὰν πορευθῇς, καὶ ἀποστρέψω σε εἰς τὴν γῆν ταύτην,

ὅτι

,, ὅτι οὐ μή σε ἐγκαταλίπω ἕως τοῦ ποιῆσαί με
,, πάντα ὅσα ἐλάλησά σοι. καὶ ἐξηγέρθη Ἰακὼβ
,, ἐκ τοῦ ὕπνου αὐτοῦ, καὶ εἶπεν· ὅτι ἐστὶ κύριος
,, ἐν τῷ τόπῳ τούτῳ, ἐγὼ δὲ οὐκ ᾔδειν. καὶ ἐφο-
,, βήθη, καὶ εἶπεν, ὡς φοβερὸς ὁ τόπος οὗτος.
,, οὐκ ἔστι τοῦτο ἀλλ' ἢ οἶκος θεοῦ, καὶ αὕτη ἡ
,, πύλη τοῦ οὐρανοῦ. καὶ ἀνέστη Ἰακὼβ τὸ πρωΐ, καὶ
,, ἔλαβε τὸν λίθον ὃν ὑπέθηκεν ἐκεῖ πρὸς κε-
,, φαλῆς αὐτοῦ. καὶ ἔστησεν αὐτὸν στήλην, καὶ
,, ἐπέχεεν ἔλαιον ἐπὶ τὸ ἄκρον αὐτῆς, καὶ
,, ἐκάλεσε τὸ ὄνομα τοῦ τόπου ἐκείνου, οἶκος
,, θεοῦ. ὄνομα μὲν οὖν πόλεως εἶναί φαμεν τὸ
Φρέαρ τοῦ ὅρκου. γέγραπται γὰρ οὕτω περὶ αὐ-
,, τοῦ. ἐγένετο δὲ ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ· καὶ παρα-
,, γενόμενοι οἱ παῖδες Ἰσαὰκ, ἀπήγγειλαν αὐτῷ
,, περὶ τοῦ φρέατος οὗ ὤρυξαν. καὶ εἶπαν, οὐχ
,, εὕρομεν ὕδωρ. καὶ ἐκάλεσεν αὐτὸ ὅρκον. διὰ
,, τοῦτο ἐκάλεσε τὸ ὄνομα τῇ πόλει Φρέαρ ὅρ-
,, κου ἕως τῆς σήμερον. ὅρκου δὲ φρέαρ εἴ τις ἔλοι-
το μαθεῖν, ἀνθ' ὅτου δὴ πάλιν ἐκεῖνό φαμεν.
ἐκεῖ γὰρ ὅρκον εἰρήνης ἔθεντο πρὸς τὸν Ἰσαὰκ
οἱ Γεραριτῶν ἡγούμενοι, Ἀβιμέλεχ καὶ οἱ σὺν
αὐτῷ. ἀπαίρει δὴ οὖν ὁ θεσπέσιος Ἰακὼβ τῆς
πατρῴας ἑστίας καὶ πόλεως αὐτῆς, καὶ γένους
ἀπενοσφίζετο. ταύτῃ τοι δεινῶς καὶ ἀλύειν ἤρ-
χετο. ἐνενόει γάρ που κατὰ τὸ εἰκὸς ὡς ἀλή-
της ἔσται καὶ ξένος, καὶ οἰκήσει μὲν ἐπ' ἀλ-
λοδαπῆς. ἔσται δ' ἴσως καὶ ὑφ' ἑτέρους, καὶ
ἀσυνήθη δουλείας δέξεται ζυγόν. εἴκειν γὰρ τοῖς
κρατοῦσιν ἀνάγκη καὶ τοὺς ἄγαν εὐγενεῖς.
συλλαμβάνεται δὲ καὶ παραχρῆμα θεὸς ὁ καρ-
δίας εἰδὼς καὶ νεφρούς. καὶ ταῖς οὕτω πικραῖς
δυσφημίαις οὐκ ἐᾷ καταπνίγεσθαι τὴν τοῦ
δικαίου ψυχήν. παρέδειξε γὰρ ὅτι πληθὺς
ἀγγέλων, ἄνωθε καὶ κάτω διάττουσα, δια-
σώζει ῥᾳδίως τοὺς ἀνακειμένους θεῷ. τουτὶ γὰρ
οἶμαι, καὶ ἕτερον οὐδὲν διὰ τῶν ὀνειράτων ἐ-
παιδεύετο. αἰσθητῶς μὲν γὰρ τὴν εἰς τὸ ἄνω
διήκουσαν ἐθεᾶτο κλίμακα.† καθόλου δὲ καὶ
ἀνόδου σημεῖον ἦν, εἰ καὶ ἐν παχέσιν ὥσπερ
ἐγράφετο τύποις. ἤκουε δὲ καὶ φωνῆς αὐτοῦ
λέγοντος τοῦ τοῖς ἀγγέλοις προστάττοντος,
ὅτι τῆς δοθείσης αὐτῷ παρὰ πατρὸς εὐλογίας
,, αὐτὸς ἔσται τὸ πέρας. ἐκταθήσεται γὰρ τὸ σπέρ-
,, μα σου, φησὶν, εἰς ἠῶ τε καὶ δύσιν, Βορρᾶν τε,
,, καὶ Νότον. ἔφασκε δὲ ὅτι καὶ αὐτὸν ἕξει τὸν
ἐπικουροῦντα καὶ διασώζοντα πανταχῆ. ἀ-
φυπνος δὲ γεγονὼς, οὐκ ἐν μετρίοις ἦν θαύ-
μασιν ὁ θεσπέσιος Ἰακὼβ, καὶ δὴ καὶ ἔφα-
,, σκεν, ὅτι ἔστι κύριος ἐν τῷ τόπῳ τούτῳ, ἐγὼ
,, δὲ οὐκ ᾔδειν. ἀλλὰ τί ἂν βούλοιτο διὰ τού-
του δηλοῦν, πῶς οὐκ ἄξιον ἰδεῖν; μικρὰς κομι-
δῇ τὰς δόξας περὶ θεοῦ ἐν τοῖς ἀρχαιοτέροις εὑ-
ρήσομεν. ᾤοντο γὰρ, ὅτι τὴν μὲν ἄλλην ἅπα-
σαν γῆν ἀφίει τὸ θεῖον, συνεστέλλετο δὲ ὥσπερ
εἰς μόνην ἐκείνην εἰς ἣν καὶ κέκληνται παρ'
αὐτοῦ τοὺς οἴκους μεθέντες, καὶ τῆς Χαλδαίων ἀπαί-
ροντες. ἐπειδὴ γὰρ οἱ τῶν εἰδώλων προσκυνηταὶ

† ἴσως καθόδου.

quia non te derelinquam, donec faciam ego omnia quæcumque locutus sum tibi. Et surrexit Iacob de somno suo, & dixit: Quia est Dominus in loco isto: ego autem non sciebam; & timuit, & dixit: Quàm terribilis locus iste. Non est hoc, nisi domus Dei. & hæc porta cæli. Et surrexit Iacob manè, & tulit lapidem, quem supposuit illic ad caput suum, & erexit in titulum, & effudit oleum super summitatem eius, & vocauit nomen loci illius, Domus Dei. Nomen itaque vrbis esse diximus, *Puteum iuramenti.* Ita enim de eo scriptum est: *Factum est in die illa, & accedentes serui Isaac nuntiarunt ei de puteo, quem foderunt, & dixerunt: Non inuenimus aquam. & vocauit illum Iuramentum. Idcirco vocatum est nomen vrbis, Puteus iuramenti, vsq; in hodiernum diem.* Cur autem vocatus sit *puteus iuramenti*, si quis scire velit, idcirco & illud dicam: Ibi enim percusserunt fœdus pacis cum Isaac, duces Geraritarũ, Abimelech inquam, & qui cum eo. Discedit itaque diuinus Iacob à paterna domo, & à ciuitate ipsa, ac genere suo separatur. Quamobrem mœstus admodum esse cœpit. Intellexerat enim, vt verisimile est, quòd peregrinus atque hospes esset futurus, quodque inter exteros habitaturus esset, & quodãmodo alijs subiectus, insuetumq; seruitutis iugum subiturus. Obtemperare enim oportet superioribus, etiã eos qui generosi admodum sunt. Deus verò, qui *nouit corda & renes*, statim ei opem fert, neque adeò acerbo dolore iusti animam opprimi permisit. Ostendit enim quòd multitudo angelorum vndequaq; prosiliens facilè liberatura sit eos, qui Deo subditi parent. Hoc enim, neque aliud quidquam per insomnia edoctus est. Vidit enim sensualiter scalam in cęlum pertingentẽ. Descensus autem atque ascensus signum erat, etiamsi in rudibus descriptũ sit typis. Audiuit verò etiam vocem eius, qui angelis præfectus est, dicentis, quòd ad ipsum benedictio à patre data, sit peruẽtura. *Extendetur enim*, inquit, *semen tuum ad ortum, & ad occasum, ad Austrũ, & ad Aquilonẽ.* Dixit verò etiam, quòd ipsum habiturus esset auxiliatorẽ & saluatorem. Expergefactus autẽ diuinus Iacob, non mediocriter admiratus est; dixitq; *Quia Dominus est in loco hoc: ego verò nesciebam.* Quidnam verò per hoc significare velit, quopacto non operæ pretiũ fuerit videre? Exiguam quandam de Deo opinionem fuisse veteribus inueniemus. Existimabant enim Deum aliam omnẽ terram prætermittere, atque eâ solâ quodãmodo concludi, in quã ab ipso vocati erãt, relictis suis domibus, & Chaldæorũ regione egressi. Cùm enim idolorum cultores

Puteus iuramenti quid significet.

Gen. 46. 1.

Psal. 10. 7.

Gen. 28. 14

Gen. 28. 16.

Exigua de Deo veterũ cognitio.

multos sibi deos proponerent, vnicuiq; dæmoni, propriam veluti quandam regionem tribuentes, & tantum-non tyrannos constituentes qui per vrbes adorarentur, putabãt non omnes omnibus in locis esse posse, ac coli debere. Quocirca beati etiam Patriarchæ, qui recens ab idolorũ cultu & ab errore de pluralitate deorũ erant abducti, Deumq; naturaliter ac verè existentem adorare docti erant, non in omni terra, neque quouis in loco adesse ipsis atque auxiliari Deum credebant, pusillam admodũ adhuc de Deo cognitionem nacti. Docetur itaque beatus Iacob, peregrinationisq; suæ fructũ percipit fidẽ. Didicit enim quòd in omni loco, omniq; regione sit Deus. Et habitat quidem in cælo, implet verò vniuersum orbem terrarum, omniaq; ipsi subiacent, & spiritus qui in cęlo sursum ac deorsum ire iubentur, ipsumq; habent caput ac præfectũ. Idcirco miratus est, dicens: *Quia Dominus est in loco hoc: ego autem nesciebam.* Existimans verò lapidem ipsi insomniorum auctorem fuisse, honore etiam ipsum affecit, inungens oleo. Et *domum* quidẽ vocauit *Dei*, & *portã cæli* locum illum, erexitq; lapidem. Atq; hęc quidẽ veluti rudiori narratione à nobis dicta sint. Tenue enim reddere oportebat, quod in historia arduũ visum. Transferẽtes verò ad spiritalẽ cõtemplationẽ quod præ manibus habemus, illud rursus dicamus: quòd nouus in fide populus veluti in primitijs sanctorum Apostolorum intellectus, sanguinolentorum manus, Iudæorum inquam, subterfugere atque euitare summopere studebat. Proficiscens autem de ciuitate in ciuitatẽ, gentium gregem sibi poposcit, & congregare quodammodo ad se per spiritalem communionẽ vehementer optabat, quemadmodũ ferè etiã Iacob filias Laban adijt, incutiente ipsi metum Esau, & cędem atrociter machinante. Postquam verò populus fidelis acquieuit CHRISTO, qui est *lapis electus, angularis, pretiosus*, (hoc enim sibi vult dormire super lapidem) docti sumus, quòd soli in terra non sint futuri, at verò auxiliatores & socios sanctos angelos habituri sursum ac deorsum currentes. Ait enim alibi CHRISTVS: *Amen, amen dico vobis: Amodo videbitis cælum apertum, & angelos Dei ascendentes & descẽdẽtes supra filium hominis.* Hoc, vt arbitror, est scala, sanctorum spirituum sursum ac deorsum discursitatio, qui *mittuntur in ministeriũ propter eos qui futuri sunt heredes regni.* Firmatus est autem super scalã CHRISTVS veluti ad ipsum vsque pertingentibus sanctis spiritibus, ipsumq; habẽtibus pręfectũ, non vt existentẽ ad ipsos, sed vt Deum ac Dominũ. Alibi autẽ refert etiã Dauid, omni

Deus vbiq; est.

Gen.28.16.

Isaia 28.16.
Psal. 117.22
Matt.21.42

Ioan.1.51.

Scala Iacob quid sit.
Heb.1.14.

τὴν πολύθεον νοσοῦντες πλάνησιν. ἑκάστῳ τῶν δαιμονίων ἰδικὴν ὥσπερ τινὰ νέμοντες χώραν, καὶ μονονουχὶ τυράννους ἱστάντες τοὺς κατὰ πόλιν προσκυνουμένους, οὐχὶ πάντας δύνασθαι πανταχῇ καὶ τιμᾶσθαι δεῖν ὑπελάμβανον. τοιγάρτοι καὶ οἱ μακάριοι πατριάρχαι ἄρτι τῶν τῆς εἰδωλολατρείας ἠθῶν, καὶ πολυθέου πλάνης ἀπηλλαγμένοι, καὶ θεὸν τὸν φύσει καὶ ἀληθῶς ἀναπεπεισμένοι προσκυνεῖν, οὐκ ἐν πάσῃ γῇ καὶ ἐν παντὶ τόπῳ, παρεῖναί τε σφίσι καὶ ἐπαμυνεῖν ᾤοντο, μικρὰ κομιδῇ φρονοῦντες ἔτι. παιδεύεται τοίνυν ὁ μακάριος Ἰακὼβ καὶ τῆς ἀποδημίας ἐπαύρεται καρπόν, τὸ λεῖπον ἐν πίστει. ἐμάνθανε γὰρ ὡς ἐν παντὶ τόπῳ καὶ πάσῃ χώρᾳ τὸ θεῖόν ἐστι. καὶ κατοικεῖ μὲν ἐν οὐρανῷ, περιέπει δὲ τὴν σύμπασαν γῆν, καὶ πεπλήρωκε τὴν οἰκουμένην. καὶ ὑπ' αὐτῷ πάντα ἐστί, τὰ ἐν οὐρανῷ πνεύματα ἃ, ἄνω τε καὶ κάτω διαθεῖν προστάττονται, καὶ αὐτὸν ἔχουσι κεφαλήν, καὶ ἐφεστηκότα. διὰ τοῦτο τεθαύμακε λέγων ὅτι ἔστι κύριος ἐν τῷ τόπῳ τούτῳ, ἐγὼ δὲ οὐκ ᾔδειν. οἰηθεὶς δὲ τὸν λίθον τῶν ὀνειράτων αὐτῶν γενέσθαι παραίτιον, καὶ αὐτὸν τοῖς ἐνοῦσιν ἐτίμα, καταπιαίνων ἐλαίῳ. καὶ μὴν οἶκον ἐκάλει θεοῦ, καὶ πύλην τοῦ οὐρανοῦ τὸν χῶρον, καὶ ἀνεστήλου τὸν λίθον. καὶ ταυτὶ μὲν ἡμῖν ὡς ἐν παχυτέραις ἀφηγήσεσιν, εἰρήσθω πάλιν. καταψιλοῦν γὰρ ἔδει, τῆς ἱστορίας τὸ ἄναντες εἶναι δοκοῦν μεθιστάντες δὲ ἤδη πρὸς θεωρίαν πνευματικὴν τὸ προκείμενον, πάλιν ἐκεῖνό φαμεν, ὅτι τὰς τῶν φονώντων ὀργάς, φημὶ δὴ τῶν Ἰουδαίων, ὁ νέος καὶ ἐν πίστει λαός, ὡς ἐν ἀπαρχῇ τοῖς ἁγίοις Ἀποστόλοις νοούμενος, ὑποτρέχειν μὲν ἠπείγετο καὶ παραιτεῖσθαι λίαν. ἀπαίρων δὲ ὥσπερ ἀπὸ πόλεως εἰς πόλιν, τὰς ἐξ ἐθνῶν ἀγέλας ἐμνηστεύετο, καὶ συλλέγειν ὥσπερ εἰς ἑαυτὴν διὰ τῆς ἐν πνεύματι καὶ νοητῆς κοινωνίας, ἐπεθύμει λίαν. καθάπερ ἀμέλει καὶ Ἰακὼβ ἐπὶ τὰς τοῦ Λάβαν ἠπείγετο θυγατέρας, ἐκδειματοῦντος Ἠσαῦ, καὶ φονᾶν ἀγρίως ἐπικεχειρηκότος. ἐπειδὴ δὲ ὁ ἐν πίστει λαὸς ἐπανεπαύσατο τῷ Χριστῷ, ὅς ἐστι λίθος ἐκλεκτός, ἀκρογωνιαῖος, ἔντιμος. τοῦτο γὰρ οἶμαί ἐστι τὸ ἐφυπνοῦν τῷ λίθῳ. μεμαθήκαμεν, ὅτι μόνοι μὲν εἰς γῆν οὐκ ἔσονται, συλλήπτορας δὲ καὶ ἐπαρωγοὺς τοὺς ἁγίους ἕξουσιν ἀγγέλους, ἄνω τε καὶ κάτω διαθέοντας. ἔφη γάρ που Χριστός· ἀμὴν, ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἀπάρτι ὄψεσθε τὸν οὐρανὸν ἀνεῳγότα, καὶ τοὺς ἀγγέλους τοῦ θεοῦ ἀναβαίνοντας καὶ καταβαίνοντας ἐπὶ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου. τοῦτο οἶμαί ἐστιν ἡ κλίμαξ, ἡ ἄνω τε καὶ κάτω τῶν ἁγίων πνευμάτων διαδρομή, πεμπομένων εἰς διακονίαν, διὰ τοὺς μέλλοντας κληρονομεῖν βασιλείαν. ἐπεστήρικτο δὲ τῇ κλίμακι Χριστός, ὡς μέχρις αὐτοῦ φθανόντων τῶν ἁγίων πνευμάτων, καὶ αὐτὸν ἐχόντων τὸν ἐπιστάτην· οὐχ ὡς ὄντα κατ' αὐτά, ἀλλ' ὡς θεὸν καὶ κύριον. ἔφη δέ που καὶ ὁ Δαβίδ,

ἀνθρώπῳ παντὶ τῷ κατοικεῖν ἑλομένῳ ἐν βοηθείᾳ τοῦ ὑψίστου, ὅτι τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ ἐντελεῖται περὶ σοῦ, τοῦ διαφυλάξαι σε ἐν πάσαις ταῖς ὁδοῖς σου· ἐπὶ χειρῶν ἀροῦσί σε, μήποτε προσκόψῃς πρὸς λίθον τὸν πόδα σου. ἐπὶ ἀσπίδα καὶ βασιλίσκον ἐπιβήσῃ, καὶ καταπατήσεις λέοντα καὶ δράκοντα. πεπατήκαμεν γὰρ ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπίων, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ, Χριστοῦ διδόντος τὴν ἐξουσίαν. ἄξιοι δὴ οὖν καὶ θεοπτίας οἱ ἐν Χριστῷ, καὶ τοῦ διακεῖσθαι τεθαῤῥηκότως ὅτι καὶ συνέσται καὶ ἐπαμυνεῖ, καὶ διασώσει πανταχοῦ, καὶ ἐγκάρπους ἀποφανεῖ. ἰδοὺ γὰρ ἐγώ, φησι, μεθ' ἡμῶν εἰμι πάσας τὰς ἡμέρας, ἕως τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος. ὅτι δὲ καὶ πεπλουτήκασιν οἱ μακάριοι μαθηταὶ, καὶ ἀναριθμήτων ἐθνῶν γεγόνασι πατέρες, ἐν πίστει τῇ ἐν Χριστῷ λέγω, καὶ ὡς ἐν γεννήσει τῇ πνευματικῇ παντί που δῆλον, Παύλου λέγοντος ἐναργῶς, τοῖς δι' αὐτοῦ πεπιστευκόσιν, ὅτι κἂν μυρίους παιδαγωγοὺς ἔχητε ἐν Χριστῷ, ἀλλ' οὐ πολλοὺς πατέρας· ἐν γὰρ Χριστῷ Ἰησοῦ, διὰ τοῦ εὐαγγελίου ἐγὼ ὑμᾶς ἐγέννησα. γέγονε τοίνυν αὐτῶν τὸ σπέρμα, ταῖς ἄμμοις ἰσάριθμον. ἐκτέταται δὲ καὶ εἰς ἀκτῖνας καὶ δύσιν, καὶ δεξιὰ καὶ εὐώνυμα· νότον δὴ λέγω καὶ βοῤῥᾶν. ἀλλ' ἦν καὶ ὁ λίθος ὡς ἐν τύπῳ Χριστοῦ τιμώμενος καὶ ἀνεστηλωμένος, ἐν ἐλαίῳ τε δεδευμένος. κέχρισται γὰρ παρὰ τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς ὁ Ἐμμανουὴλ, ἔλαιον ἀγαλλιάσεως παρὰ τοὺς μετόχους αὐτοῦ. ἐγήγερται δὲ καὶ ἐκ νεκρῶν, καίτοι καταβεβηκὼς ἐθελοντὴς εἰς θάνατον. καὶ τοῦτο οἶμαί ἐστι, τὸ ἀνεστηλῶσθαι τὸν λίθον. κηρύττεται δὲ καὶ διὰ τῶν ἁγίων ἀποστόλων ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, ὡς κεχρισμένος παρὰ πατρὸς ἐν ἁγίῳ πνεύματι, καὶ ἐγηγερμένος ἐκ νεκρῶν. δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ τῷ θεῷ, καὶ πατρὶ ἡ δόξα σὺν ἁγίῳ πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

omni homini qui habitare voluerit in auxilio Altissimi: *Quia angelis suis præcepit de te, vt custodiant te in omnibus vijs tuis. In manibus tollent te, ne quando offendas ad lapidem pedem tuum. Super aspidem & basiliscum ambulabis. & conculcabis leonem & draconem.* Ambulauimus enim *super serpentes, & scorpiones, & super omnem potestatem inimici*, dante CHRISTO potestatem. Digni itaque etiam diuino aspectu, qui in CHRISTO, vtque sibi certò polliceantur, ipsum ijs adfuturum atque auxiliaturum & vbiuis saluaturũ, fructuososq; declaraturũ. *Ecce enim ego*, inquit, *vobiscum sum omnibus diebus, vsque ad consummationem seculi.* Quòd verò ditati sint beati discipuli, & innumerabiliũ gentium patres sint effecti, in fide in CHRISTO inquam, ac veluti in generatione spiritali, cuiuis manifestũ est, dicente manifestè Paulo ijs, qui per ipsum crediderunt: *Quia etsi mille pædagogos habuistis in* CHRISTO, *at non multos patres. Nam in* CHRISTO IESV *per Euangelium ego vos genui.* Factum igitur est eorum semen arenis numero æquale, propagatumq; in ortũ & occasum, in dextra & sinistra, in Austrũ inquã & Aquilonẽ. Ceterùm erat etiam lapis veluti in typo CHRISTI honoratus & erectus, oleoq; delibutus. Vnctus enim est à Deo ac Patre Emmanuel *oleo exultationis præ cõsortibus suis*: suscitatus verò etiã à mortuis, etiamsi sua sponte descendit ad mortẽ. Atq; hoc, vt arbitror, est, erectum esse lapidem. Prædicatur autem etiam per sanctos Apostolos Dominus noster IESVS CHRISTVS, vt vnctus à Patre in sancto Spiritu, & excitatus à mortuis: per quẽ, & cum quo Deo ac Patri gloria & potentia cum sancto Spiritu in sæcula sæculorum. Amen.

Psal. 90.11. Matt. 28.20 1. Cor. 4.15. Psal. 44.8.

Ἔτι περὶ τοῦ πατριάρχου Ἰακώβ.

Τὸ θείων ἡμᾶς ἐφίεσθαι λόγων, καὶ διψᾶν ὅτι μάλιστα τὸ χρηστόν τι μαθεῖν, ὅτι πάντων ἄριστον, καὶ ταῖς ἀνωτάτω ψήφοις ἐστεφανωμένον παρὰ θεοῦ, πῶς ἂν ἐνδοιάσειέ τις; ἄξιον δὲ ὅτι τοῦ παντὸς λόγου τὸ χρῆμά ἐστι καὶ πρὸς ἀναγκαῖον ἡμῖν ἐκτελευτήσει πέρας, καὶ αὐτὸς ἡμᾶς πεπληροφόρηκεν ὁ σωτὴρ οὕτω λέγων. ὁμοία ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν, ἀνθρώπῳ ἐμπόρῳ ζητοῦντι καλοὺς μαργαρίτας. ὃς εὑρὼν ἕνα πολύτιμον μαργαρίτην, ἀπελθὼν πέπρακε πάντα ὅσα εἶχε, καὶ ἠγόρασεν αὐτόν. ἀναγκαῖον δὴ οὖν, προαναζητεῖσθαι παρ' ἡμῶν καλοὺς μαργαρίτας. εὑρήσομεν γὰρ ὧδε, τὸν ἕνα καὶ πολύτιμον μαργαρίτην, τουτέστι Χριστόν. καὶ τίνες ἂν εἶεν οἱ καλοὶ μαργαρῖται καὶ ἀξιόληπτον ἔχοντες κτῆσιν

Ampliùs de Patriarcha Iacob.

QVòd quidem longè præstantissimum, maximeque Deo gratum sit diuinos sermones expetere, & optima quæque discere velle, quo pacto cuipiam dubium esse possit? Quòd verò res hæc maximi est facienda, atque ad vtilem finem nos deductura, Saluator ipse testatur ita dicens: *Simile est regnum cælorum homini negotiatori, quærenti bonas margaritas. Inuenta autem vna pretiosa margarita, abijt & vendidit omnia quæ habebat, & emit eam.* Necessarium igitur est quæri priùs à nobis bonas margaritas. Ita enim inueniemus vnam ac pretiosam margaritam, hoc est, CHRISTVM. Quænam autem sint bonæ margaritæ, & quarum pretiosa est possessio, quas

Matt. 13.46

quas quęrẽdo vnam illam inuenimus, dixerim omnino Sanctos esse, de quibus dictũ est per vocẽ Prophetæ: *Lapides sancti voluuntur super terram*. Inuestiganda itaque sunt diligenter, quæ de vnoquoque præcipuè veterum dicta & facta sint: videbimus enim in illis altum religionis nostræ mysterium, hoc est CHRISTVM, veluti in typis sapienter artificioseq; adumbratũ. Inueniemus præterea diuini consilij rationem, difficultate quidem nonnulla inuolutam, sed non in vniuersum obscuram eius declarationem. De Iacob itaque rursum sermo instituetur, & quo pacto totam vitam transegerit persequemur, totiusque œconomiæ, Euangelicæ inquam, figuram veluti in ipso ob oculos ponemus; floridissimos quosque historiæ ramos instar apum peruolitantes, & quod in singulis conducibile fuerit, ad sermonis explicationem transferentes. Si verò non omnia ad contemplationem traducuntur, nemo offendatur, illud secum cogitans, quòd nonnulla sunt propria quodammodo eorum, quæ historicè facta sunt: nonnulla verò ad interiores sensus pertinent, & ad mysterij vim transformantur. Scriptum itaque rursum est ita: *Profectus verò Iacob abyt in terram Orientis ad Laban, filium Bathuelis Syri, fratrem Rebeccæ, matris Iacob & Esau. & videt, & ecce puteus in agro. Erant autem illic tres greges ouium requiescentes in eo. Nam ex puteo illo adaquabantur pecora. Lapis autem magnus erat super os putei, & congregabantur illic omnia pecora, & reuoluebãt lapidem ab ore putei, & adaquabant oues, & rursum reponebant lapidem super os putei in locum suum. Dixit autem illis Iacob, Fratres vnde estis vos? Illi autem dixerunt: Ex Chanaan. Ait autem illis: Nunquid cognoscitis Laban filium Nachor? Illi autem dixerunt: Cognoscimus. Ait autem illis: Estne sanus? Illi autem dixerunt: Sanus est. Et ecce Rachel filia eius venit cum ouibus patris sui. Et dixit eis Iacob, Adhuc multum diei superest, nec est tempus vt reducantur ad caulas greges. Adaquate oues, & abeuntes pascite. Qui dixerunt: Non possemus donec congregentur omnes pastores, & reuoluant lapidem à puteo, & adaquemus oues. Adhuc eo loquente illis, ecce Rachel filia Laban veniebat cum ouibus patris sui. Hæc enim pascebat oues patris sui. Factum est autem vt vidit Iacob Rachel filiam Laban fratris matris suæ, & accedens reuoluit lapidem ab ore putei, & adaquauit oues Laban fratris matris suæ. Et osculatus est Iacob Rachel: & clamans voce sua, fleuit, & indicauit Rachel, quòd frater patris sui est,*

Zach. 9. 16. Lapides sancti eleuabuntur super terram eius.

Gen. 29. 1.

ὧν ἡ ζήτησις, εἰς μέσον ἄγει τὸν ἕνα. φαίην ἂν πάντη τε καὶ πάντως οἱ ἅγιοι, περὶ ὧν εἴρηται διὰ προφήτου φωνῆς, ὅτι λίθοι ἅγιοι „ κυλιῶνται ἐπὶ γῆς. ἐκβασανιστέον δὴ οὖν εὖ „ μάλα, τὰ ἐφ' ἑκάστῳ μάλιστα τῶν ἀρχαιοτέρων εἰρημένα τε καὶ πεπραγμένα. κατοψόμεθα γὰρ ἐν αὐτοῖς τὸ βαθὺ τῆς εὐσεβείας μυστήριον, τουτέστι Χριστὸν, ὡς ἐν τύποις ἔτι σοφῶς, καὶ ἐντέχνως σκιαγραφούμενον. εὑρήσομεν δὲ πρὸς τούτῳ, καὶ τὴν ἐν αὐτῷ νοουμένην οἰκονομίαν, ἀσαφείαις μὲν τισὶ κατεσκιασμένην, πλὴν οὐκ εἰς ἅπαν ἀσυμφανῆ τὴν ἀπόδειξιν. προκείσεται δὲ τῷ λόγῳ καὶ νῦν, τὰ κατὰ τὸν θεσπέσιον Ἰακὼβ, ὅπως τε καὶ τίνα τρόπον διεβίω, λελέξεται. καὶ τὸ σχῆμα τῆς ὅλης οἰκονομίας, φημὶ δὴ τῆς εὐαγγελικῆς, ὡς ἐν αὐτῷ διαδειξόμεθα, τὰ τῆς ἱστορίας εὐανθέστατα μελιττῶν δίκην περιιπτάμενοι, καὶ τὸ ἐφ' ἑκάστου χρήσιμον, εἰς τὴν τοῦ λόγου διασάφησιν συναγείροντες. εἰ δὲ δὴ μὴ πάντα ταῖς θεωρίαις εἰσκρίνοιτο τὰ περὶ αὐτοῦ γεγραμμένα, χαλεπαινέτω μηδεὶς, ἐκεῖνο διενθυμούμενος, ὡς τὰ μὲν ἐστιν ἴδια τρόπον τινὰ, τῶν ἱστορικῶς γεγονότων, τὰ δὲ καὶ δι' ἐννοιῶν τῶν ἐσωτάτω χωρεῖ, καὶ εἰς τὴν τοῦ μυστηρίου διαμορφοῦται δύναμιν. γέγραπται τοίνυν ὧδε πάλιν, καὶ ἐξάρας Ἰακὼβ τοὺς πόδας ἐπορεύθη „ εἰς γῆν ἀνατολῶν, πρὸς Λάβαν τὸν υἱὸν Βα- „ θουὴλ τοῦ Σύρου, ἀδελφὸν δὲ Ῥεβέκκας μητρὸς „ Ἰακὼβ καὶ Ἡσαῦ. καὶ ὁρᾷ καὶ ἰδοὺ φρέαρ ἐν τῷ „ πεδίῳ. καὶ ἦσαν ἐκεῖ τρία ποίμνια προβά- „ των, ἀναπαυόμενα ἐπ' αὐτοῦ. ἐκ γὰρ τοῦ φρέα- „ τος ἐκείνου, ἐπότιζον τὰ ποίμνια. λίθος δὲ „ ἦν μέγας ἐπὶ τῷ στόματι τοῦ φρέατος, καὶ „ συνήγοντο ἐκεῖ πάντα τὰ ποίμνια, καὶ ἀπε- „ κύλιον τὸν λίθον ἀπὸ τοῦ στόματος τοῦ φρέατος, „ καὶ ἐπότιζον τὰ πρόβατα, καὶ ἀποκαθίστων τὸν „ λίθον ἐπὶ τὸ στόμα τοῦ φρέατος, εἰς τὸν τόπον „ αὐτοῦ. εἶπε δὲ αὐτοῖς Ἰακὼβ· ἀδελφοὶ, πόθεν „ ἐστὲ ὑμεῖς; οἱ δὲ εἶπον, ἐκ Χαρρὰν ἐσμέν. ὁ δὲ „ εἶπεν αὐτοῖς, γινώσκετε Λάβαν τὸν υἱὸν Να- „ χώρ; οἱ δὲ εἶπον, γινώσκομεν. ὁ δὲ εἶπεν αὐ- „ τοῖς, ὑγιαίνει; οἱ δὲ εἶπον, ὑγιαίνει. καὶ ἰδοὺ Ῥα- „ χὴλ ἡ θυγάτηρ αὐτοῦ ἤρχετο μετὰ τῶν προ- „ βάτων. καὶ εἶπεν Ἰακὼβ· ἔτι ἐστὶν ἡμέρα πολλὴ, „ οὔπω ὥρα συναχθῆναι τὰ κτήνη. ποτίσαντες „ τὰ πρόβατα ἀπελθόντες βόσκετε. οἱ δὲ εἶπον, „ οὐ δυνησόμεθα ἕως τοῦ συναχθῆναι πάντας τοὺς „ ποιμένας, καὶ ἀποκυλίσουσι τὸν λίθον ἀπὸ τοῦ „ στόματος τοῦ φρέατος, καὶ ποτιοῦμεν αὐτά. ἔτι „ αὐτοῦ λαλοῦντος αὐτοῖς, καὶ Ῥαχὴλ ἡ θυγάτηρ „ Λάβαν, ἤρχετο μετὰ τῶν προβάτων τοῦ πα- „ τρὸς αὐτῆς. αὕτη γὰρ ἔβοσκε τὰ πρόβατα τοῦ „ πατρὸς αὐτῆς· ἐγένετο δὲ ὡς εἶδεν Ἰακὼβ τὴν „ Ῥαχὴλ θυγατέρα Λάβαν ἀδελφοῦ τῆς μητρὸς „ αὐτοῦ, καὶ προσελθὼν ἀπεκύλισε τὸν λίθον ἀπὸ „ τοῦ στόματος τοῦ φρέατος, καὶ ἐπότισε τὰ πρόβατα Λάβαν τοῦ ἀδελφοῦ τῆς μητρὸς αὐτοῦ. καὶ ἐφίλησεν Ἰα- „ κὼβ τὴν Ῥαχὴλ, καὶ βοήσας τῇ φωνῇ αὐτοῦ, ἔκλαυσε, καὶ ἀπήγγειλε τῇ Ῥαχὴλ ὅτι ἀδελφιδοῦς τοῦ πατρὸς αὐτῆς, „

καὶ

„ καὶ ὅτι υἱὸς Ῥεβέκκας ἐστί. καὶ δραμοῦσα ἀπήγ-
„ γειλε τῷ πατρὶ αὐτῆς, κατὰ τὰ ῥήματα ταῦτα.
„ ἐγένετο δὲ ὡς ἤκουσε Λάβαν τὸ ὄνομα Ἰακὼβ τοῦ
„ υἱοῦ τῆς ἀδελφῆς αὐτοῦ, ἔδραμεν εἰς συνάντησιν
„ αὐτοῦ, καὶ περιλαβὼν αὐτὸν, ἐφίλησε, καὶ εἰσήγα-
„ γεν αὐτὸν εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ, καὶ διηγήσατο τῷ
„ Λάβαν πάντας τοὺς λόγους τούτους. καὶ εἶπεν αὐ-
„ τῷ Λάβαν· ἐκ τῶν ὀστῶν μου καὶ ἐκ τῶν σαρκῶν εἶ
„ σύ. μετὰ τὴν ἐξαίρετον ἐκείνην θεοπτίαν καὶ ἀπο-
κάλυψιν. τεθέαται μὲν γὰρ κλίμακα διήκουσαν
εἰς τὸν οὐρανὸν, ἐφεστῶτα δὲ τὸν κύριον ἐπ' αὐτῆς,
καὶ ἄνωθε καὶ κάτω διαθέοντας τοὺς ἀγγέλους,
ἤκουσέ τε σαφῶς, ὅτι καὶ συνέσται θεὸς αὐτῷ, καὶ εἰς
πληθὺν ἀμέτρητον ἁπλώσει λαῶν τὸ σπέρμα
αὐτοῦ. μετὰ τὸ ἀναστηλῶσαι τὸν λίθον εἰς τύ-
πον Χριστοῦ, τότε δὴ τότε τεθαρρηκότως, καὶ ἐρη-
ρεισμένην ἔχων ἐπὶ θεῷ τὴν ἐπὶ τοῖς ἐσομένοις
ἐλπίδα, πρὸς τὸν τῆς ἀποδημίας σκοπὸν συν-
τείνεται, καὶ εἰς γῆν ἀφικνεῖται τὴν πρὸς ἠῶ κει-
μένην. καὶ γνώριμον εὐθὺς καθίστησιν ἑαυτὸν
πολλοῖς μὲν ποιμέσιν, ὡς εἴη τις καὶ αὐτὸς τῶν
ἄγαν ἐξησκημένων εἰς ποιμαντικήν. ἐντριβὴς
δὲ ὅτι χρῆμα αὐτῷ φανερὸν καθίστησι λέγων.
„ ἔτι ἐστὶν ἡμέρα πολλή. νῦν οὖν ποτίσαντες τὰ
„ πρόβατα ἀπελθόντες βόσκετε. γνωρίζεται δὲ
καὶ τῇ τοῦ Λάβαν θυγατρὶ πρωτόλειον ὥσπερ τι
καὶ ἀπαρχὴν τῆς ἐνούσης αὐτῷ καλοκαγαθίας
ἐπιδιδοὺς, τὸ ἀξιῶσαι φροντίδος τὰ ὑπ' αὐ-
τῆς βοσκόμενα καὶ ποτίσαι τὰ πρόβατα. ἐνε-
νόει γάρ που κατὰ τὸ εἰκὸς ἤθεσι τοῖς ἀρίστοις ἐν-
τεθραμμένος, ὡς ἦν ἀκαλλέστατον κομιδῇ παρ-
θένον οὖσαν τὴν Ῥαχὴλ καὶ ἐν ὥρᾳ γάμου, περι-
μεῖναι τῶν ποιμένων τὴν ἄθροισιν, ἵνα τοῦ λίθου κεκι-
νημένου ποτίσῃ τὰ πρόβατα, παραχωροῦσα τοῖς
ἄλλοις διά τι τὸ ἀναλκὲς, καὶ τὴν παρθένῳ
πρέπουσαν αἰδῶ. ἄλλως τε καὶ νόμος αὐτὸν
ἐκάλει φιλοστοργίας, εἴς γε τὸ χρῆναι λοιπὸν
τοῖς ἐξ αἵματος, καὶ ἀγχιστέροις ἀναφαίνε-
σθαι χρήσιμον. πεπότικε δὴ οὖν τὰ πρόβατα τῆς
Ῥαχὴλ, μόνος τοῦ φρέατος ἀποκυλίσας τὸν
λίθον. ἀναμνῆσαι δὲ ἀναγκαῖον, ὅτι καὶ ὁ θεσπέ-
σιος Μωυσῆς τῶν Αἰγυπτίων ἀποδραμὼν, εἰς τὴν
τῶν Μαδιηναίων ἀφικνεῖται χώραν. εἶτα ποι-
μέσι περιτυχὼν, καὶ τὰς τοῦ Ἰοθὸρ θυγατέρας ἀδι-
κουμένας εὑρὼν, διὰ τῶν ἴσων ἐγνωρίζετο σπου-
δασμάτων. ἔχει δὲ οὕτω τὰ ἐπ' αὐτῷ γεγραμ-
„ μένα. ἀνεχώρησε δὲ Μωυσῆς ἀπὸ προσώπου
„ Φαραὼ, καὶ κατῴκησεν ἐν γῇ Μαδιάμ. ἐλθὼν
„ δὲ εἰς γῆν Μαδιὰμ, ἐκάθισεν ἐπὶ τοῦ φρέατος.
„ τῷ δὲ ἱερεῖ Μαδιὰμ ἦσαν ἑπτὰ θυγατέρες, ποι-
„ μαίνουσαι τὰ πρόβατα τοῦ πατρὸς αὐτῶν Ἰοθόρ.
„ παραγενόμεναι δὲ, ἤντλουν ἕως ἔπλησαν τὰς
„ δεξαμενὰς, ποτίσαι τὰ πρόβατα τοῦ πατρὸς
„ αὐτῶν Ἰοθόρ. παραγενόμενοι δὲ οἱ ποιμένες, ἐξ-
„ έβαλον αὐτάς. ἀναστὰς δὲ Μωυσῆς, ἐρύσατο αὐ-
„ τὰς, καὶ ἐπότισε τὰ πρόβατα τοῦ πατρὸς αὐτῶν.
„ παρεγένοντο δὲ πρὸς Ἰοθὸρ τὸν πατέρα αὐτῶν.
„ ὁ δὲ εἶπεν αὐταῖς· τί ὅτι ἐταχύνατε τοῦ παραγ-

& quòd filius Rebeccæ est: & currens nuntiauit patri suo, secundùm verba hæc. Factum est autem, vt audiuit Laban nomen Iacob filij sororis suæ, cucurrit in occursum eius, & complexus eum osculatus est, & induxit illum in domum suam, & narrauit Laban omnia verba hæc. & dixit ei Laban: Ex ossibus meis, & ex carne mea es tu. Post eximiam illam Dei visionem atque reuelationem (vidit enim scalam pertingentem ad cælum, stantem verò in ea Dominum, & sursum ac deorsum percurrentes Angelos, audiuitque manifestè, quòd Deus ipsi esset adfuturus, quodque in immensam multitudinem populorum semen suum propagaturus esset) erecto lapide in typum CHRISTI: tunc demum firma erectaq; in Deum de futuris spe, profectionem quam instituerat vrget, & peruenit in regionem sitam auroram versus: statimque se alijs multis pastoribus notum facit, veluti quispiam multum in re pastoritia versatus. Quòd verò eam exercuerit & calluerit, ostendit dicens: *Adhuc multum diei superest. Nunc igitur adaquantes oues discedentes pascite.* Cognoscitur verò etiam à filia Laban veluti primitias quasdam & specimen probitatis suæ ei exhibens, curam quam de ipsius ouibus gerebat, adaquans eas. Intelligebat enim, vt par est, optimis nimirum moribus insignitus, turpe admodum fore, Rachelem virginem iam nubilem pastorum concursum exspectare, vt remoto lapide oues adaquaret, quæ cessura esset aliis, tum ob imbecillitatem, tum ob eum qui virgines decet pudorem. Aliter verò etiã innata naturalis amoris lex ipsum prouocabat ad præstandum officium, & iuuandum consanguineos & propinquos. Adaquauit itaque oues Rachelis, solus à puteo reuoluens lapidem. Ceterùm meminisse oportet, diuinum etiam Moysem, cùm ex Ægypto fugiens in regionem Madianitarũ peruenisset, & in pastores ouium incidisset, filiasque Iethro iniuria affectas reperisset, idem præstitisse. Ita verò habent quæde eo scripta sunt: *Recessit autem Moyses à facie Pharaonis, & habitauit in terra Madian. Cùm autem venisset in terram Madian, sedit iuxta puteum. At sacerdoti Madian erant septem filiæ pascentes oues patris sui Iethro. Cùm venissent autem, hauriebant quoad impleuerunt canales, vt adaquarent oues patris sui Iethro. Superuenientes autem pastores eiecerunt eas. Surgens autem Moyses liberauit illas, & adaquauit oues patris ipsarum. Reuersæ autem sunt ad Raguel patrem suum, qui dixit eis: Quare festinastis adueniendo*

Gen. 28. 12.

Gen. 29. 7.

Exodi 2. 15.

niendo hodie? Illæ autem dixerunt: Homo Aegyptius liberauit nos à pastoribus, & hausit aquam nobis, & adaquauit oues nostras. Ille autem dixit filiabus suis: Et vbi est? & cur sic dereliquistis hominem? Vocate igitur eum, vt comedat panem. Habitauit autem Moyses apud hominem. Intelligis igitur quo pacto affinia quodammodo inter se sint vtriusque studia, atque eadem per vtrosque significentur. Ceterùm diuinus Moyses propulsans aliorum pastorum iniuriam & vim, hausit & adaquauit greges Iethro. Solus verò Iacob lapidem reuoluit, cùm alioqui quamplurimi collatis operis id non absque sudore facere consueuissent, & adaquauit similiter oues Laban. Ac quemadmodum Moyses in domum idololatræ diuertit, ita etiam diuinus Iacob. Laban enim adhuc idolorum adorator & cultor erat. Cùm verò sermo personam ac figuram populorum in fide Iacob tribuerit, age dicamus, quod interius occultiusque spissum historia in se habet, inuestigantes. Populus itaque creatus, iuxta Psalmistæ vocem, non alius, vt arbitror, fuerit, quàm nouus & in CHRISTO, hoc est qui per fidem in primogenituræ gloriam euectus est, repulso priore ac perdito Israële. Factus siquidem est in caudam qui caput erat, hoc est, prior; quique ante aliorum vocationem cognitus erat, assecla dicitur. Positi enim sunt à tergo & post Gentes incedunt. Supplantator itaque est populus in CHRISTO per fidem, atque instar diuini Iacob est habitus. Primitiæ verò huiusce generis censendi sunt sancti Apostoli, qui orti quidem sunt ex sanguine & genere Israël: postquam verò fidem in CHRISTO adepti sunt, ac veluti coronam quandam Spiritus sancti gratiam capitibus suis adaptarunt, offensi sunt ijs, qui ex genere suo erant. Idcirco ad cædem pronos, & ferociter furentes deseruerunt, ac tantum-non à paterna domo, ipsaque adeò patria discedentes, ab Ierusalem inquam siue Iudæorum regione, ad Gentes se contulerunt, CHRISTVM habẽtes auxiliatorẽ, & ad omne bonũ adiutorẽ, comitesq; Angelos, superna spe stabiliti, atq; exspectãtes fieri *patres multarum gentiũ*: adeò vt in ortum & occasum, Boream & Austrum ipsorum semen propagaretur, hoc est, qui per fidem regenerati in spiritu, & in CHRISTO iustificati sunt; quos etiam compellant, dicentes: *Vos autem genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus † qui lucro accessit, vt virtutes prædicetis illius, qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumen suum. Qui quondam eratis non populus, nunc autem populus Dei.* Quòd verò *patres populorum,*

1. Petri 2. 9.

† *Vulg.* populus acquisitionis.

νέαθαι σήμερον. αἱ δὲ εἶπον· ἄνθρωπος Αἰγύπτιος ἐῤῥύσατο ἡμᾶς ἀπὸ τῶν ποιμένων, καὶ ἤντλησεν ἡμῖν, καὶ ἐπότισε τὰ πρόβατα. ὁ δὲ εἶπε ταῖς θυγατράσιν αὐτοῦ, καὶ ποῦ ἐστι; ἵνα τί οὕτω καταλελοίπατε τὸν ἄνθρωπον; καλέσατε οὖν αὐτὸν, ὅπως φάγῃ ἄρτον· κατῳκίσθη δὲ Μωυσῆς παρὰ τῷ ἀνθρώπῳ. συνίης οὖν ὅπως ἀδελφὰ τρόπον τινὰ τὰ νοήματα, καὶ συγγενῆ πως ἄγαν τὰ ἐξ αὐτῶν ὑποδηλούμενα. πλὴν ὁ θεσπέσιος Μωυσῆς τὴν τῶν ἑτέρων ποιμένων ἀποσήσας πλεονεξίαν, ἤντλησέ τε καὶ πεπότικε τὰς Ἰοθὸρ ἀγέλας. καὶ μόνος δὲ τὸν λίθον ἀπεκύλισεν Ἰακὼβ, καί τοι πλείστων ὅσων οὐκ ἀνιδρωτὶ τοῦτο δρᾷν εἰωθότων, καὶ πεπότικεν ὁμοίως τὰ Λάβαν θρέμματα. καὶ ὥσπερ Μωυσῆς εἰς ἀνδρὸς εἰδωλολάτρου κατῆρεν ἑστίαν, οὕτω καὶ ὁ θεσπέσιος Ἰακώβ. εἰδώλων γὰρ ἔτι προσκυνητὴς ἦν ὁ Λάβαν καὶ θεραπευτής. ἐπειδὴ δὲ τὸ τῶν ἐν πίστει λαῶν πρόσωπόν τι καὶ σχῆμα περιτέθεικεν ὁ λόγος τῷ Ἰακὼβ, φέρε δὴ λέγωμεν τὰ ἐσωτάτω καὶ κεκρυμμένα, τὸ τῆς ἱστορίας ἀνιχνεύοντες πάχος. λαὸς μὲν οὖν ὁ κτιζόμενος κατά γε τὴν τοῦ ψάλλοντος φωνὴν, εἴη ἂν οὐχ ἕτερος οἶμαί που, πλὴν ὁ νέος καὶ ἐν Χριστῷ, τουτέστιν ὁ διὰ πίστεως εἰς τὴν τοῦ πρωτοτόκου δόξαν παρενηνεγμένος, παρωθέντος τοῦ πρώτου καὶ ὠλισθηκότος τοῦ Ἰσραήλ. γέγονε γὰρ εἰς οὐρὰν, ὁ ὑπάρχων κεφαλὴ, τουτέστι πρόχων. ὁ προεγνωσμένος, τῆς ἑτέρων κλήσεως παρακολούθημα λέγεται. τέθειται γὰρ εἰς νῶτον, καὶ κατόπιν ἴασι τῶν ἐθνῶν. πτερνιστὴς οὖν ἄρα λαὸς ὁ ἐν Χριστῷ διὰ πίστεως, καὶ ὡς ἐν τάξει λελόγισται τῇ κατὰ τὸν θεσπέσιον Ἰακώβ. νοοῖτο δ᾽ ἂν ὡς ἐν ἀπαρχῇ τοῦ τοιούτου γένους, ὁ τῶν ἁγίων ἀποστόλων χορὸς, οἳ γεγόνασι μὲν ἐξ αἵματός τε καὶ γένους Ἰσραήλ· ἐπειδὴ δὲ τὴν ἐν Χριστῷ πίστιν πεπλουτήκασι, καὶ ὥσπερ τινὰ στέφανον τὴν ἐκ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἀνεδήσαντο χάριν, προσκεκρούκασι τοῖς ἐκ γένους ταύτῃ τοι φονῶντας, καὶ μὴν καὶ ἀγρίως ἐκτεθηριωμένους, καταλιμπάνουσι, μονονουχὶ δὲ καὶ πατρῴας ἑστίας, καὶ αὐτῆς τῆς ἐνεγκούσης ἀπανιστάμενοι γῆς, φημὶ δὴ τῆς Ἰσραὴλ, ἤτοι τῆς Ἰουδαίων χώρας, τῇ τῶν ἐθνῶν προσβάλλουσι, Χριστὸν ἔχοντες ἀρωγὸν, καὶ πρὸς πᾶν ὁτιοῦν τῶν ἀγαθῶν συλλήπτορα. καὶ συμπαραθέοντας σὺν ἀγγέλους, καὶ ἐλπίσι ταῖς ἄνωθεν ἐρηρεισμένοι, καὶ προσδοκῶντες ἔσεσθαι πατέρες πολλῶν ἐθνῶν, ὡς εἰς ἠῶ τε καὶ δύσιν, Βοῤῥᾶν τε καὶ Νότον, τὸ ἐξ αὐτῶν ἐκτείνεσθαι σπέρμα. τουτέστι τοὺς διὰ πίστεως ἀναγεννωμένους ἐν πνεύματι, καὶ ἐν Χριστῷ δεδικαιωμένους. εἰς καὶ προσεφώνουν λέγοντες. ὑμεῖς δὴ γένος ἐκλεκτὸν, βασίλειον ἱεράτευμα, ἔθνος ἅγιον, λαὸς εἰς περιποίησιν, ὅπως τὰς ἀρετὰς ἐξαγγείλητε τοῦ ἐκ σκότους ὑμᾶς καλέσαντος εἰς τὸ θαυμαστὸν αὐτοῦ φῶς. οἱ ποτὲ οὐ λαὸς, νῦν δὲ λαὸς θεοῦ ἐν Χριστῷ. ὅτι δὲ πατέρες λαῶν οἱ δι-

οἱ διδάσκειν αὐτοὺς ἐπιτεταγμένοι παρὰ τῇ θείᾳ κέκληνται γραφῇ, πῶς ἂν ἐνδοιάσειέ τις. ἀπενοσφίζοντο τοίνυν τὴν Ἰουδαίων χώραν, καὶ τὸν ἀλαζόνα καὶ ὑβριστὴν ἀφέντες λαόν, ἐστρέφοντο πρὸς τὰ ἔθνη κατὰ τὰς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐντολάς. ἀλλ᾽ ὅτι ποιμένες εἰσὶ πνευματικοί, καὶ παιδαγωγίας τῆς κατὰ θεὸν ἐπιστήμονες, παραχρῆμα δεικνύουσιν, ἀπρακτεῖν οὐκ ἀνεχόμενοι περὶ τὸ σφίσιν αὐτοῖς ὅτι μάλιστα πρεπωδέστατον. προσκομίζουσι γὰρ εὐθὺς τὸν ἐν Χριστῷ διδασκαλίας τὸν λόγον, καὶ τὸ πεφυκὸς ὠφελεῖν, ἀναπείθουσι δρᾶν. καθάπερ ἀμέλει καὶ ὁ θεσπέσιος Ἰακώβ, τοῖς ἀπὸ Χαρρὰν ποιμέσιν, ὅτι καὶ αὐτὸς εἴη ποιμήν, ἐναργὲς ἐποίει λέγων. ἔτι ἐστὶν ἡμέρα πολλή, οὔπω ὥρα συναχθῆναι τὰ κτήνη. ποτίσαντες τὰ πρόβατα, ἀπελθόντες βόσκετε. ἀκούεις ὅπως κατανέμειν προστέταχε τὰ πρόβατα τοῖς ποιμέσι; τοῦτό τοι καὶ ὁ σοφώτατος μαθητὴς ἐνετέλλετο δρᾶν, τοῖς τοῦ λαοῦ πρεσβυτέροις, ἤγουν ἐπισκόποις. πρεσβυτέρους οὖν, φησί, τοὺς ἐν ὑμῖν παρακαλῶ ὁ συμπρεσβύτερος, καὶ μάρτυς τῶν τοῦ Χριστοῦ παθημάτων. ὁ καὶ τῆς μελλούσης ἀποκαλύπτεσθαι δόξης κοινωνός. ποιμάνατε τὸ ἐν ὑμῖν ποίμνιον τοῦ Χριστοῦ. διιόντες δὲ κατὰ χώραν τε καὶ πόλιν, μυρίους ὅσους καὶ ἑτέρους ποιμένας ἐφεστάναι προσέταττον τοῖς λαοῖς, καὶ τῶν λογικῶν προβάτων ποιεῖσθαι φροντίδα· καταβόσκειν δέ, ὥσπερ ἐν νομῇ ἀγαθῇ, καὶ ἐν τόπῳ πίονι, καὶ εἰς πόαν ὥσπερ ἀποκομίζειν εὐανθεστάτην, τὴν θεόπνευστον γραφήν. ζωαρκὲς γὰρ ἔδεσμα ψυχῆς, ὁ τοῦ θεοῦ λόγος. εἰρήσθω δὴ οὖν ποιμέσι τοῖς πνευματικοῖς, ἐπιμελοῦ τῶν ἐν πεδίῳ χλωρῶν, καὶ κερεῖς πόαν, καὶ συνάγαγε χόρτον ὥριμον, ἵνα ἔχῃς πρόβατα εἰς ἱματισμόν. γεγόνασι δὲ καὶ ἑτέρως παρὰ τοῖς ἔθνεσιν οἱ θεσπέσιοι μαθηταί, καὶ τῶν παρ᾽ ἐκείνοις ποιμένων τουτέστι σοφῶν τε καὶ διδασκάλων, καθηγηταὶ διεδείκνυντο, τὴν ἀληθεστέραν τοῖς ἀκροωμένοις παιδαγωγίαν εἰσφέροντες. καὶ ὅτι πολύ δὴ λίαν εὐσθενέστερόν τι καὶ ἄμεινον, ἢ ἐκεῖνοι τυχὸν εἰδείη τις ἂν καὶ λίαν εὐκόλως, ἐκεῖνο διενθυμούμενος. δυσαχθὴς μὲν γὰρ τῷ φρέατι λίθος ἐπέκειτο, ὃν πλείστη μὲν ἡ ποιμένων ἄθροισις ἀπεσάλευε μόλις. ἔδρα δὲ τοῦτο καὶ μόνος ὁ Ἰακώβ. † τί τοίνυν τὸ φρέαρ; τί δὲ δὴ αὖ καὶ ὁ λίθος ὑποσημαίνειεν ἄν, φέρε λέγωμεν ὡς ἔνι. εἰσόμεθα γὰρ ὧδε, καὶ τὴν τῶν ποιμένων ἰσχύος τὴν διαφοράν, καὶ τὸ ἐν συνέσει προύχοντι καὶ ὑπερκείμενον, τῶν μαθητῶν τοῦ Σωτῆρος. ὕδατι τοίνυν ἀφομοιοῦν ἔθος τῇ γραφῇ, τὴν περὶ θεοῦ γνῶσιν. ὅτι γὰρ ἦν ζωοποιός, μεμαρτύρηκεν ὁ Σωτήρ, πρὸς τὸν ἐν οὐρανοῖς πατέρα λέγων, αὕτη δέ ἐστιν ἡ αἰώνιος ζωή, ἵνα γινώσκωσί σε τὸν μόνον ἀληθινὸν θεόν, καὶ ὃν ἀπέστειλας Ἰησοῦν Χριστόν. προσελάλει δὲ καὶ γυναικὶ τῇ ἐκ τῆς Σαμαρείας φημὶ ποτέ. εἰ ᾔδεις τὴν δωρεὰν τοῦ θεοῦ, καὶ τίς ἐστιν ὁ λέγων σοι δός μοι πιεῖν, σὺ ἂν ᾔτησας αὐτόν, καὶ ἔδω-

† ἄλ. τί οὖν

qui ad docendos eos constituti sunt, in sacris Litteris vocentur, quo pacto dubium esse possit? Discesserunt itaque è Iudæorum regione, relictoque superbo ac contumelioso populo ad Gentes abierunt, iuxta Saluatoris nostri preceptum. Ceterum quòd pastores sint spiritales, ac disciplinæ diuinæ periti, statim declarant, nequaquam otiosos esse sinentes circa id quod ipsis maximè conueniens sit. Statim enim sermonē doctrinæ de CHRISTO proponūt, quæq; cōducibilia sunt facere persuadent; quemadmodū ferè etiā diuinus Iacob pastoribus Charran, quòd ipse quoq; esset pastor, manifestè explicuit, dicens: *Adhuc multum diei superest, nec est tempus vt reducātur ad caulas greges. adaquate oues, & abeuntes pascite.* Audis quo pacto iubeat pastoribus, vt oues suas pascant? Hoc ipsum etiam sapientissimus discipulus facere præcepit presbyteris populi, siue Episcopis: *Seniores igitur,* inquit, *qui inter vos sunt, obsecro, qui sum & ipse cōsenior, ac testis passionū* CHRISTI, *atque idem consors gloriæ quæ reuelabitur. pascite, qui in vobis est, gregem* CHRISTI. Peragrantes itaque regiones & vrbes quàm plurimos etiam alios Pastores populis præfici iusserūt, atq; ouium rationalium curam gerere: pascere verò quadāmodo in pascuis bonis, & in loco pingui, ac veluti in floridissimam herbam deducere, sacram nimirum Scripturam. Sufficiens enim ad vitam animæ cibus est Verbum Dei. Dictum itaque sit pastoribus spiritalibus: Curā gere viridis campi, & metes herbam, & collige fœnum tempestiuum, vt habeas oues in vestitū. Ceterùm fuerunt etiam alia ratione *patres Gentium* sancti discipuli, longeq; præstātiore ac veriore doctrina eos imbuerūt, quàm ipsorū pastores, hoc est, sapientes & magistri. Quòd verò maiore multo robore, ac præstantia prędìti fuerint discipuli quàm illi, facile quis intelligat, illud animaduertens. Lapis enim immensi ponderis puteo impositus erat, quem quidē pastores coniunctis viribus ægrè amoliebantur. Prestitit autem hoc solus Iacob. Quidnā igitur puteus, quid rursus lapis significet, age pro virili dicamus. Ita enim pastorū roboris differentiā exploratā habebimus, quātumq; discipuli Saluatoris cognitione excelluerint, manifestum fiet. Sacræ igitur Scripturæ consuetudo est cognitionē de Deo aquæ comparare. Quòd enim viuificans sit, testatur Saluator ad Patrē cælestē dicens: *Hæc autem est vita æterna, vt cognoscāt te solū Deum verū, & quē misisti, Iesum Christū.* Mulierē verò Samaritanā ita alibi alloquitur: *Si nosses donum Dei, & quis est qui dicit tibi, Da mihi potum: tu quidem petisses ab eo, & de dis-*

Matt.10.5. Act.13.46.

Gen.29.7.

1.Petri 5.1.

S. Scriptura ager florulentus.

Puteus & lapis, quid.

Cognitio de Deo in sacris Litteris aquæ comparatur.

Ioan.17.3.

Ioan.4.10.

ſet tibi *aquam vitæ*. Aquam nimirum vitæ, ſermonem de ſe, & viuificantem doctrinā appellans. Iudæis autem ita dixit: *Si quis ſitit, veniat ad me, & bibat.* Quinetiam per vocem Prophetæ, increpat quoſdam qui poſt acceptam legalem diſciplinam ad alios magiſtros imperitè deflexerunt, & ad doctrinas & præcepta hominum ſeſe contulerunt. Ita enim ait: *Obſtupuit cælum ſuper hoc, & tremuit valdè, dicit Dominus: quia duo mala fecit populus meus. Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt ſibi ipſis † lacus contritos, qui non poſſunt continere aquam.* Aqua igitur viuificans, diuinus eſt ſermo. Ceterùm in profundo admodum eſt ſita, neque quiſpiam illam abſque ſudore conſequatur. Neque enim parata eſt ijs, qui volunt ſimpliciter. Incumbit verò ei lapis grauiſſimus, quique ægerrimè amoueri poſſit, difficultas nimirum intellectus noſtri imbecillitatem ſuperans. Et neceſſe planè, vt ſummum laborem adhibeant, qui ſpiritales oues paſcunt, ad hanc difficultatem amoliendam, atque ad hauriendam aquam, ac veluti ex profundo educendam, auditoribus in vſum vitæ ſuppeditandam. Porro paſtores Gentium, hoc eſt qui apud eos plerique habentur ſapientes, varietate dogmatum de Deo, veritatem quodammodo ſubuertunt. Neque enim rectè de eo ſentiunt: confitentes quidem Dei naturam, tribuentes verò Deitatis naturam, quibus ipſis viſum fuerit. Sufficit autem & quidem vnus ſolus paſtorum in CHRISTO ad dimouendum à puteo, quantumuis graue ſaxum, hoc eſt operimentum, & difficultatem, quibus ſententiæ de Deo ſunt obtectæ. Vnde manifeſtam Gentibus hauriunt veritatem, atque vnum naturaliter ac verè Deum ipſis proponunt. Quocirca beatus Paulus cùm Athenas veniſſet, ſapientibus eius ciuitatis aquā viuentem appoſuit dicens: *Viri Athenienſes, per omnia ferè vos ſuperſtitioſiores video. Præteriens enim*, inquit, *& contemplans ſimulacra veſtra, inueni & aram, cui inſcriptum erat:* IGNOTO DEO. *Quem ergo ignorantes colitis, hunc ego annuntio vobis.* Videtis enim quo pacto etiamſi populorū præfecti eſſent, paſtoreſque, & duces, vixdum tantillum grauiſſimum lapidem à puteo dimouent, piè quidem agere ſe exiſtimantes, quòd Deum reuererentur, at verò longè à veritate aberrantes. Exſtructo enim altari, titulum impoſuerunt, IGNOTO DEO, hoc eſt, etiam non cognito dæmoni. Ceterùm illi quidem optimè ſe de Deo ſentire putabāt. Damnat autem eam inſcriptionem diuinus Paulus, artificioſeque admodum, ad id quod expe-

Ioan. 7. 37.

Ierem. 2. 13.

† Vulgata cisternas diſſipatas.

Act. 17. 22.

Acta 17. 23.

orbem terrarum in iustitia, & condemnaturus Satanam tyrannidem in nos exercentem, atque interfectorem: saluaturus verò nos, & ex multis angustijs in latum & amplum quodammodo cor translaturus, nequaquam difficile fuerit rursum probare. Beatus enim Psalmista exclamauit dicens veluti ex persona eorum qui in CHRISTO, & iustificatorum in spiritu: *Viam mandatorum tuorum cucurri, quando dilatasti cor meum.* Sapientissimus verò Paulus Corinthijs post fidem acceptam iugum cum incredulis ducere volentibus scribit, dicens: *Os nostrum apertum est erga vos, Corinthij, cor nostrum dilatatum est. Non estis angusti in nobis, sed angusti estis in visceribus vestris. Eandem autem remunerationem, vt filijs, polliceor. Dilatemini & vos, ne ducatis iugum cum incredulis.* Quòd verò iudicium rectum & iustum factum sit à CHRISTO, beatus Dauid rursum nobis declarat eorum qui tyrannide oppressi sunt personam præ se ferens, & ad omnium Saluatorem CHRISTVM dicens: *Exurge Domine, & intende iudicio meo. Deus meus & Dominus meus in causam meam.* Quin etiam Saluator ipse hoc manifestum facit dicens: *Nunc iudicium est mundi huius. Nunc princeps mundi huius eiicietur foras. Et ego si exaltatus fuero à terra, omnes traham ad me ipsum.* Vides quòd iudicium nobis futurum iustum, cordísque dilatationem Prophetæ prædixerint, CHRISTI mysterium significantes. Nati igitur sunt ex Balla *Dan* & *Nephthalim*, qui significant *iudicium* & *dilatationem*: ex Zelpha verò *Gad* & *Aser*. & interpretatur quidem *Gad tentatio*; *Aser* autem *diuitiæ*. Nonne verò huiusmodi fuerunt postremi post primos Iudæorum populi? Nemo certè dubitet. Nam ex ijs quæ CHRISTO acciderunt facilè quis intelligat. Hi enim tentarunt eum cum ijs qui vocantur Herodiani, dicentes: *Magister, scimus quia verax sis, neque cures quemquam: non enim respicis personam hominum, sed viam Domini in veritate doceas: licet dare censum Cæsari, an non? Accesserant autem tentãtes vt illaquearẽt ipsum.* Ita enim testatus est diuinus Euangelista. Hi verò quæstus sui causa non susceperũt filium. *Dixerũt enim*, inquit, *in seipsis, Hic hæres est, agite, occidamus eum, vt nostra fiat hæreditas.* Quòd verò attenti ad rem & quæstus studiosi admodum fuerint Pharisæi, impiusque Scribarum cœtus, facilè quis agnoscat, ea quæ de ipsis scripta sunt animaduertens. Siquidem Dominus noster IESVS CHRISTVS terrenas diuitias vendere oportere dixit eos qui superna cogitare velint, & faculta-

Psal. 118. 32.

2. Cor. 6. 11.

Psal. 34. 23.

Ioan. 12. 31.

Dan & Nephthalim quid.

Matt. 22. 16

Matt. 21. Marc. 12. Luc. 20.

tes pauperibus elargiri, vt cęlestem thesaurum lucrifaciant. Audierunt hæc Scribæ & Pharisæi pecuniæ studiosi, & irriserũt eum. Quòd verò ad vilissima quæq; ac facillima paratu procedẽtes, summa seueritate minima cõsectãtes, & è rebus minutis rigidè, etsi parum de lege solliciti, decimas secundũ legem statutas exigerẽt, Dominus ipsis significauit dicens: *Væ vobis Scribæ & Pharisæi, hypocritæ, quia decimatis mentam & anethum & cuminũ; & omittitis grauiora legis, iudicium, & misericordiã, & fidem*. *Gad* itaq; *tentatio*, *Aser* verò *diuitiæ*. Nati verò sunt ambo ex ancilla Zelpha, post Dan & Nephthalim filios Ballæ. Ceterùm in his quidẽ nobis tempus ante aduentum nostri Saluatoris descriptum sit, in quo sterilis adhuc erat Rachel, hoc est, Ecclesia ex Gentibus, quæ quòd multos esset paritura, & innumerarum gentium nutrix futura, prædixit quidem Isaias dicens: *Lætare sterilis quæ non paris: erumpe & clama quæ non parturis. quia multi filij desertæ magis, quàm eius quæ habet virum*. Declarauit autem etiam ipse diuinus Dauid de eo dicens: *Qui habitare facit sterilem in domo, matrem super filijs lætantem*. Ait autem alibi ad ipsam etiam vniuersorum Dominus ac Deus: *Tolle in circuitu oculos tuos, & vide omnes*. Et rursus: *Ecce hi de longè veniunt, hi ab Aquilone & hi à mari, alij verò è terra Persarum*. Age itaque, si placet, videamus, quando & quomodo sterilis peperit. Post illos igitur qui nati sunt ex ancillis, mandragoras in agro inuenit Ruben primogenitus ex Iacob, defertque ad matrem suam Liam. Illa verò petenti Racheli dat, & parit quidem Lia acceptis mandragoris duos rursum filios, *Isachar* nimirum, & *Zabulon*. Deinde recordatus est Deus Rachelis, apertaque eius vulua, peperit etiam ipsa *Ioseph*, & extremò *Beniamin*. Quòd igitur *Lia* Iudęorum Synagogam significet; *Rachel* verò Ecclesiam ex Gentibus, sæpiùs iam à nobis dictum est. Prætermittentes itaque, vt superuacaneam, eorumdem repetitionem, declaremus deinceps, cuius rei typus sint *Mandragoræ*, à primogenito Ruben inuentæ: quid etiam sibi velit, earum in vtrosque æqualis fortasse distributio. Dedit enim Lia Racheli. Quid verò præterea etiam ipsa filiorum generatio, in ipsis nominum significationibus mysterium pariens. Mandragoræ igitur nascuntur in agris, speciem autem pomi præ se ferunt. Quòd verò somnũ prouocẽt, grauiq; sopore eos qui illis vtũtur opprimãt, ac veluti inebriẽt, non multo sermone opus fore arbitror ad demõstrandũ, cùm ægrorũ dormiendi difficultati medici

Matt. 23. 23

Isaiæ 54. 1. Gal. 4. 27.

Psal. 112. 9.

Isaiæ 49. 18. & 60. 4.

Isaiæ 49. 12.

Mandragoræ esus. Gen. 30. 14.

Gen. 30. 22. Ioseph & Beniamin.

Mandragoræ quid significent.

Mandragoræ somnum prouocant.

μειν τὰ ὄντα πτωχοῖς ἵνα τὸν ἄνω κερδάνωσι θησαυρόν. ἀλλ᾽ ὥς φησιν ὁ εὐαγγελιστής· ἤκουον ταῦτα οἱ γραμματεῖς καὶ οἱ φαρισαῖοι φιλάργυροι ὄντες, καὶ ἐξεμυκτήριζον αὐτόν. ὅτι δὲ καὶ μέχρι τῶν ἄγαν εὐτελεστέρων καθικνούμενοι μετὰ πολλῆς ἀκριβείας λεπτολογίαις ἐσπούδαζον, οὐδὲ τὸ βραχὺ μεθιέντες τοῖς μὴ προσάγουσι κατὰ νόμον τὰς τεταγμένας δεκάτας· καίτοι τοῦ νόμου πεφροντικότες ὀλίγα, παντελῶς αὐτοῖς διεσάφει λέγων ὁ κύριος. οὐαὶ ὑμῖν γραμματεῖς καὶ φαρισαῖοι ὑποκριταί, ὅτι ἀποδεκατοῦτε τὸ ἡδύοσμον καὶ τὸ ἄνηθον καὶ τὸ κύμινον. καὶ ἀφήκατε τὰ βαρύτερα τοῦ νόμου, τὴν κρίσιν, καὶ τὸν ἔλεον, καὶ τὴν πίστιν. οὐκοῦν ὁ μὲν Γὰδ πειρατήριον· πλοῦτος δὲ ὁ Ἀσήρ. καὶ ἄμφω γεγένηνται ἐκ θεραπαίνης τῆς Ζελφᾶς μετὰ τὸν Δάν τε καὶ Νεφθαλεὶμ οἳ ἦσαν ἐκ Βάλλας. ἀλλ᾽ ἐν τούτοις μὲν, ἡμῖν ὁ πρὸ τῆς τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἐπιδημίας καιρὸς γεγράφθω· καθ᾽ ὃν ἦν ἔτι στεῖρα Ῥαχὴλ, τουτέστιν ἡ ἐξ ἐθνῶν ἐκκλησία. ἡ ὅτι τέξεται πολλοὺς, καὶ ἀναριθμήτων ἔσται τροφὸς, προανακέκραγε μὲν Ἡσαΐας λέγων· εὐφράνθητι στεῖρα ἡ οὐ τίκτουσα. ῥῆξον καὶ βόησον ἡ οὐκ ὠδίνουσα. ὅτι πολλὰ τὰ τέκνα τῆς ἐρήμου μᾶλλον ἢ τῆς ἐχούσης τὸν ἄνδρα. διεσάφει δὲ καὶ αὐτὸς ὁ θεσπέσιος Δαβὶδ περὶ ταύτης λέγων. ὁ κατοικίζων στεῖραν ἐν οἴκῳ, μητέρα ἐπὶ τέκνοις εὐφραινομένην. ἔφη δέ που πρὸς αὐτὴν καὶ ὁ τῶν ὅλων δεσπότης καὶ θεός. ἆρον κύκλῳ τοὺς ὀφθαλμούς σου, καὶ ἴδε πάντας. καὶ πάλιν, ἰδοὺ οὗτοι πόρρωθεν ἔρχονται οὗτοι ἀπὸ Βορρᾶ καὶ οὗτοι ἀπὸ θαλάσσης, ἄλλοι δὲ ἐκ γῆς Περσῶν. φέρε δὴ οὖν εἰ δοκεῖ, καταθρήσωμεν ὁπηνίκα καὶ ὅπως τέτοκεν ἡ στεῖρα. οὐκοῦν μετ᾽ ἐκείνους οἳ γεγόνασιν ἐκ θεραπαινῶν, τοὺς ἐν ἀγρῷ μανδραγόρας εὑρίσκει Ῥουβεὶμ, ὁ ἐξ Ἰακὼβ πρωτότοκος. προσκομίζει δὲ Λείᾳ τῇ ἰδίᾳ μητρί. ἡ δὲ τῇ Ῥαχὴλ ζητούσῃ δίδωσι. καὶ τίκτει μὲν Λεία λαβοῦσα τοὺς μανδραγόρας, δύο πάλιν υἱοὺς, τόν τε Ἰσάχαρ καὶ μέντοι καὶ τὸν Ζαβουλών. εἶτα μέμνηται θεὸς τῆς Ῥαχὴλ, καὶ διανοιχθείσης αὐτῇ τῆς μήτρας, καὶ αὐτὴ τίτοκε τὸν Ἰωσὴφ καὶ τελευτῶσα τὸν Βενιαμίν. Λεία μὲν οὖν ὅτι τὴν τῶν Ἰουδαίων συναγωγὴν ὑπαινίττεται· Ῥαχὴλ δὲ τὴν ἐξ ἐθνῶν ἐκκλησίαν προμεμήνυκεν ἡμῖν πλειστάκις ὁ λόγος. μεθέντες δὴ οὖν ὡς ἀνόνητον ἔτι τὸ ταυτολογεῖν, λοιπὸν ἀφηγώμεθα τίνος ἂν εἶεν εἰς τύπον οἱ μανδραγόραι, διὰ τοῦ πρωτοτόκου Ῥουβεὶμ ηὑρημένοι. τί δ᾽ ἂν βούλοιτο δηλοῦν ἡ εἰς ἄμφω τε καὶ ἐν ἴσῳ τάχα που διανέμησις. δέδωκε γὰρ ἡ Λεία τῇ Ῥαχήλ· τί δὲ πρὸς τούτοις καὶ αὐτὴ τῶν παίδων ἡ γένεσις, ἐν ταῖς τῶν ὀνομάτων σημασίαις ὠδίνουσα τὸ μυστήριον. μανδραγόραι τοίνυν φύονται μὲν ἐν ἀγροῖς· εἶδος δὲ τὸ μῆλον αὐτοῖς. ὑπνηλὸν δὲ ὅτι τὸ χρῆμά ἐστι, καὶ βαθεῖ καταμεθύσκον κάρῳ τοὺς μετεσχηκότας, οὐ μακροῦ δεήσειν οἶμαι πρὸς ἀπόδειξιν λόγου, τὰς τῶν ἀρρωστούντων ἀγρυπνίας τῆς ἰατρῶν ἐμπειρίας

ἔσθ' ὅτι νικώσης τῇ τῶν μανδραγορῶν φυσικῇ ἐνεργείᾳ. οἳ καὶ ὑποφήνειαν ἡμῖν αἰνιγματωδῶς τὸ Χριστοῦ μυστήριον, ὑπνοῦντος τρόπον τινὰ δι' ἡμᾶς, καὶ καθιέντος εἰς κένωσιν ἑαυτὸν μέχρι θανάτου, εἰ καὶ ἀνεβίω πάλιν. θεὸς γὰρ ἦν κατὰ φύσιν καὶ † γέγονε σάρξ. ὅπου δὲ ὅλως ὁ θάνατος ἐν ὕπνου τάξει παρειλημμένος, ζητητέον ἐκεῖ καὶ τὴν εἰς ζωὴν ἀναβίωσιν. ὅλον δὲ ὥσπερ ἐν τύποις τὸ Χριστοῦ μυστήριον. καὶ γοῦν ὁ θεσπέσιος Παῦλος τοὺς ἐξ ἐλαφρίας κεκινημένους εἰς ἑτερόφρονα δόξαν, ἐπισκήπτει λέγων· παρέδωκα γὰρ ὑμῖν
» ἐν πρώτοις ὃ καὶ παρέλαβεν ὅτι Χριστὸς ἀπέ-
» θανεν ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν κατὰ τὰς
» γραφὰς, καὶ ὅτι ἐτάφη, καὶ ὅτι ἐγήγερται τῇ
» ἡμέρᾳ τρίτῃ κατὰ τὰς γραφάς. καὶ μεθ' ἕτε-
» ρα· εἰ δὲ Χριστὸς κηρύσσεται ὅτι ἐκ νεκρῶν ἐγή-
» γερται, πῶς λέγουσιν ἐν ἡμῖν τινες, ὅτι ἀνά-
» στασις νεκρῶν οὐκ ἔστιν; ἐπειδὴ γὰρ πρῶτος ἐν ἀνθρώποις ὕπνον ἔδειξε τὸν θάνατον ὁ Χριστὸς, ζωὴ γὰρ ἦν κατὰ φύσιν, θύρα τις ὥσπερ καὶ ὁδὸς εἰς τὸ χρῆναι λοιπὸν, καὶ αὐτοῦ θανάτου κατανεανιεύεσθαι, τῇ ἀνθρώπου γέγονε φύσει. ταύτῃ τοι καὶ ὁ σοφώτατος Παῦλος ἄνω τε καὶ κάτω τοὺς τῷ θανάτῳ κατειλημμένους ὀνομάζει κεκοιμημένους· ὡς ὅσον οὐδέπω καὶ ἀνα-
» βιωσομένους διὰ Χριστοῦ. ἔφη γὰρ πάλιν. εἰ γὰρ
» πιστεύομεν ὅτι Χριστὸς ἀπέθανε καὶ ἀνέστη· οὕτω
» καὶ ὁ θεὸς ἐγερεῖ τοὺς κοιμηθέντας σὺν τῷ Ἰησοῦ,
» καὶ παραστήσει σὺν ἡμῖν. ὕπνου δὴ οὖν σημεῖον οἱ μανδραγόραι. καὶ τούτους εὑρίσκει πρωτότοκος ὢν, ὁ Ῥουβεὶμ, εἶτα διακομίζει τῇ μητρί· ἡ δὲ διενείματο πρὸς τὴν ἀδελφήν. πρῶτοι γὰρ οἱ ἐξ Ἰσραὴλ τοῦ πρωτοτόκου κατὰ τὸν χρόνον νενοήκασί τε καὶ πεπλουτήκασι τὸ ἐπὶ Χριστοῦ μυστήριον· καὶ δὴ καὶ τῇ ἰδίᾳ μητρὶ, φημὶ δὴ τῇ Ἱερουσαλὴμ, εὕρημα λαμπρὸν τῆς ἐνούσης αὐτοῖς ἀγχινοίας προσκεκομικότες, χαίρειν ἀνέπεισαν. πρὸ γὰρ τοι τῆς τῶν ἐθνῶν κλήσεως μεμυσταγωγήκασιν οἱ θεσπέσιοι μαθηταὶ τὴν ἀνὰ πᾶσαν τὴν Ἰουδαίαν. εἰ γὰρ καὶ μὴ πάντες τυχὸν πεπιστεύκασιν, ἀλλ' οὖν μετὰ τὸν ἐπὶ
» Χριστῷ προτεθείκασι λόγον. σέσωσται δὲ τὸ κα-
» τάλειμμα, κατὰ τὰς γραφάς. ὅτι δὲ προειλήφασιν ἐν πίστει τοὺς ἐξ ἐθνῶν Ἰουδαῖοι, πρόδηλον δήπου καὶ οὐδενὶ τῶν ὄντων ἀσυμφανές. λαβοῦσα τοίνυν ἡ Λεία τοὺς μανδραγόρας, δύο τίκτει υἱοὺς Ἰσάχαρ τε καὶ Ζαβουλών. καὶ μισθὸς μὲν ὁ Ἰσάχαρ ἑρμηνεύεται· ἕτερος γε μὴν, τουτέστιν ὁ Ζαβουλὼν, † εὐοδώματι καὶ εὐλογίᾳ. ὡς γὰρ ἔφην ἤδη, διὰ τῶν ἁγίων ἀποστόλων ὡς παρὰ τέκνων ἰδίων ἡ τῶν Ἰουδαίων συναγωγὴ παραδεξαμένη λοιπὸν τὸ Χριστοῦ μυστήριον, μήτηρ ἀπεδείχθη τέκνων τῶν ἐπὶ μισθῷ τε καὶ εὐλογίαις καπνωδουμένων παρὰ θεῷ. ὅτι γὰρ οὐκ ἄμισθος ἡ πίστις ἡ εἰς Χριστὸν, διδάξειεν ἂν εὐθὺς τῶν πλημμελημάτων ἡ ἄφεσις. πιστῶ-

† ἄλλ. ἐγέγονε.

† ἄλλ. εὐοδμία.

naturali mandragorarum virtute atque efficacia subueniant. Significant verò nobis figuratè CHRISTI mysterium, obdormientis quodammodo propter nos, & demittentis seipsum ad exinanitionẽ ad mortem vsque, tametsi reuixerit rursum. Deus enim erat secundùm naturã, etiamsi caro sit factus. Vbi verò in vniuersum mors instar somni accepta est, ibi etiam resuscitatio ad vitam quærenda est, & summatim CHRISTI in his mysterium. Idcirco diuinus Paulus, eos qui præ leuitate in diuersam sententiã rapti erant, reprehendit dicens: *Tradidi enim vobis in primis, quod & accepi, quòd* CHRISTVS *mortuus est pro peccatis nostris secundum Scripturas, & quòd sepultus est, quodq́; resurrexit tertia die secundũ Scripturas.* Et paulo pòst: *Si autem* CHRISTVS *prædicatur à mortuis resurrexisse, quomodo dicũt inter vos quidam non esse resurrectionẽ mortuorum?* Postquam enim primus inter homines CHRISTVS mortem somnum esse ostendit, (vita enim erat secundũ naturam) ianuam quamdã ac viam in reliquo esse oportere, & ad mortẽ fortiter superandã. Idcirco etiam sapientissimus Paulus passim eos qui mortui sunt, *dormiẽtes* appellat, vtpote posteà reuicturos per CHRISTVM. Ait enim rursum: *Si enim credimus quòd* CHRISTVS *mortuus est, & resurrexit, etiam Deus excitabit dormientes cum* IESV, *& exhibebit nobiscum.* Somni itaque symbolum est mandragora, atque hoc inuenit primogenitus Ruben; deinde defert ad matrem. Hæc verò distribuit sorori. Primi enim Israëlitæ primogenitũ per tempora cognouerunt, Christique mysterium consecuti sunt: nec non matri suæ, Ierusalem inquam, inuentum existentis in ipsis industriç offerentes gaudium conciliarunt. Nam ante vocationem Gentium sancti discipuli sacra mysteria docuerunt per vniuersam Iudæam. Etsi enim non omnes fortè crediderunt, omnibus tamen facultas erat suscipiendi sermonem de CHRISTO. *Seruatæ autem sunt reliquiæ*, secundùm Scripturas. Quòd verò anteuerterint Iudæi Gentes in fide manifestum est, neminique omninò obscurũ. Lia igitur acceptis mandragoris duos peperit filios *Isachar* & *Zabulon*. Atque Isachar quidem interpretatur *merces*: alter verò, hoc est Zabulon; *bona via* & *benedictio.* Nam, vt iam dixi, per sanctos Apostolos veluti à proprijs filijs Synagoga Iudæorum suscipiens CHRISTI mysterium, declarata est mater eorum, qui in mercede sunt & benedictione, bonoque odore fragrant apud Deum. Quòd enim mercede non careat fides in CHRISTVM, ostendit nobis peccatorum remissio. Quin &

Phil. 2.

Mandragora typus CHRISTI.

1. Cor. 15. 3.

Ibid. 12.

Mors vita est ianua.

1. Cor. 11. 30.

1 Thes. 4. 13.

1. Thes. 4. 13.

Iudic 5. 13.

Gen. 30. 18.

Isachar & Zabulon quid sonent Hebræis.

Ioan. 5.24.

Rom. 10. 8.

& ipse Dominus noster IESVS CHRISTVS confirmat dicens: *Amen amen dico vobis, Qui credit in me, habet vitam æternam.* Nihilo verò minùs etiam beatus Paulus: *Propè est verbum in ore tuo, & in corde tuo, hoc est, verbum fidei quod prædicamus: quia si confitearis in ore tuo quia Dominus est* IESVS, *& credideris in corde tuo, quòd Deus ipsum suscitauit à mortuis, saluaberis. Corde enim creditur ad iustitiam, ore autem fit confessio ad salutem.* Quænam igitur maior admirabiliorque merces est, quàm saluari animam. Quòd enim eximia res sit, maximeque pretiosa, ipse etiam Saluator nobis persuadet dicens: *Quid prodest homini si vniuersum mundum lucretur, animæ verò suæ detrimentum patiatur? aut quid daturus est homo, quo repenset animam suam?* Gloriosa itaque & salutaris est credentibus merces. Quòd verò eos qui in CHRISTO iustificati sunt, benedictio sit comitatura dubium esse non potest. Sanctificati enim sumus in spiritu. Quin & beatus Dauid ita ait: *Benedictio Domini super vos: benedicti vos à Domino, qui fecit cælum & terram.* Deus verò ipse per vocem Isaiæ alibi ad credentium matrem, Ecclesiam inquam, ait: *Imponam spiritum meum super semen tuum, & benedictiones meas super filios tuos.* Idcirco etiam sapientissimus Paulus ijs qui per fidẽ iustificati sunt scribit, dicens: *Benedictus Deus & Pater Domini nostri* IESV CHRISTI, *qui benedixit nos in omni benedictione spirituali.* Qui verò supernam benedictionẽ vbertim consecuti sunt, quo pacto non recta dirigantur in omne opus bonum? *Semita enim,* inquit, *piorum recta facta est, & via iustorum præparata. Via enim Domini iudicium.* Nam de Synagoga Iudæorum alibi ita ait: *Ecce ego obstruam vias eius, & semitam illius non inuenies.* Nos autem immittens in supernas mansiones per Liam quodammodo, & aperta via, sanctis ministris ita præcipit: *Aperite portas, ingrediatur populus custodiens iustitiam, & annuntians veritatem: apprehendens veritatem & custodiens pacem.* Et rursum: *Semitas facite populo meo, & lapides viæ disiicite,* ne obuijs scandalis offensi à recto instituto retardentur. Lia igitur eos qui in mercede & benedictionibus sunt, rectaque via apud Deum insistunt, peperit. Rachel verò similiter accepta ab ipsa mandragora, peperit Ioseph. Suscipiens enim quodammodo Ecclesia CHRISTI mysterium per sanctos Apostolos, veluti ex simili quidem sorore, Synagoga Iudæorum, mater facta est populi crescentis semper, & in immensam multitudinem sese propagantis. Interpretatur enim *Ioseph additio Dei.* Addita enim

Marc. 8. 36.

Fidem sequitur benedictio.

Psal. 113. 15.

Isaia 44. 3.

Ephes. 1. 3.

Isaia 26. 7. iuxta LXX.

Isaia 26. 2. & 62. 10. vel 57. 15.

f. Ierem. 50. 26.

Gen. 30. 23.

Ioseph quid designet.

σεται δὲ πρὸς τοῦτο καὶ αὐτὸς λέγων ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός. ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν. ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, ἔχει ζωὴν αἰώνιον. οὐδὲν ἧττον καὶ ὁ μακάριος Παῦλος, ἐγγύς σου τὸ ῥῆμά ἐστιν ἐν τῷ στόματί σου, καὶ ἐν τῇ καρδίᾳ σου· τουτέστι τὸ ῥῆμα τῆς πίστεως ὃ κηρύσσομεν. ὅτι ἐὰν εἴπῃς ἐν τῷ στόματί σου ὅτι κύριος Ἰησοῦς, καὶ πιστεύσῃς ἐν τῇ καρδίᾳ σου ὅτι ὁ θεὸς αὐτὸν ἤγειρεν ἐκ νεκρῶν, σωθήσῃ. καρδίᾳ γὰρ πιστεύεται εἰς δικαιοσύνην· στόματι δὲ ὁμολογεῖται εἰς σωτηρίαν. τίς οὖν ἄρα μείζων τε καὶ ἀξιόληπτός ἐστι μισθὸς τοῦ διασῶσαι ψυχήν; ὅτι γὰρ τὸ χρῆμα ἐξαίρετον καὶ τοῦ παντὸς ἄξιον λόγου, καὶ αὐτὸς ἡμᾶς ὁ σωτὴρ ἀναπείθει λέγων· τί γὰρ ὠφεληθήσεται ἄνθρωπος ἐὰν τὸν κόσμον ὅλον κερδήσῃ, τὴν δὲ ψυχὴν αὐτοῦ ζημιωθῇ, ἢ τί δώσει ἄνθρωπος ἀντάλλαγμα τῆς ψυχῆς αὐτοῦ. εὐκλεὴς οὖν ἄρα καὶ σωτήριος τοῖς πιστεύουσιν ὁ μισθός. ὅτι δὲ τοῖς ἐν Χριστῷ δεδικαιωμένοις ἕψεταί που πάντως καὶ τὸ εὐλογεῖσθαι δεῖν, εἴη ἂν οὐκ ἀμφίλογον. ἡγιάσμεθα γὰρ ἐν πνεύματι. καὶ φησὶν ὁ μακάριος Δαβίδ, εὐλογία κυρίου ἐφ' ὑμᾶς. εὐλογημένοι ὑμεῖς τῷ κυρίῳ, τῷ ποιήσαντι τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. ἔφη δέ που θεὸς καὶ διὰ τῆς τοῦ Ἠσαΐου φωνῆς, πρὸς τὴν τῶν πιστευόντων μητέρα, φημὶ δὴ τὴν ἐκκλησίαν, ἐπιθήσω τὸ πνεῦμά μου ἐπὶ τὸ σπέρμα σου, καὶ τὰς εὐλογίας ἐπὶ τὰ τέκνα σου. ταύτῃ τοι καὶ ὁ σοφώτατος Παῦλος τοῖς ἐν πίστει δεδικαιωμένοις ἐπιστέλλει λέγων· εὐλογητὸς ὁ θεὸς καὶ πατὴρ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὁ εὐλογήσας ἡμᾶς ἐν πάσῃ εὐλογίᾳ πνευματικῇ. οἱ δὲ τῆς ἄνωθεν εὐλογίας πλουσίως μετεσχηκότες, πῶς ἂν οὐκ εὐοδωθεῖεν εἰς πᾶν ἔργον ἀγαθόν; ὁδὸς γάρ, φησιν, εὐσεβῶν εὐθεῖα ἐγένετο, καὶ παρεσκευασμένη ὁδὸς τῶν εὐσεβῶν. ἡ γὰρ ὁδὸς κυρίου κρίσις. περὶ μὲν γὰρ τῆς Ἰουδαίων συναγωγῆς ἔφη που θεός· ἰδοὺ ἐγὼ ἐμφράσσω τὰς ὁδοὺς αὐτῆς, καὶ τὴν τρίβον αὐτῆς οὐ μὴ εὕρῃ. ἡμᾶς δὲ εἰσπέμπων ταῖς ἄνω μοναῖς διὰ Λείας ὥσπερ καὶ ὑψηλωμένης ὁδοῦ, τοῖς ἁγίοις διακελεύεται λειτουργοῖς· ἀνοίξατε πύλας, εἰσελθέτω λαὸς φυλάσσων δικαιοσύνην, καὶ ἀναγγέλλων ἀλήθειαν, ἀντιλαμβανόμενος ἀληθείας, καὶ φυλάσσων εἰρήνην. καὶ πάλιν. ὁδοποιήσατε τῷ λαῷ μου καὶ τοὺς λίθους τῆς ὁδοῦ διαρρίψατε, ἵνα μὴ τοῖς διὰ μέσου σκανδάλοις προσπταίοντες, ἐκεῖνον εἰσδέξοιντο τὸν ἐπ' ἀγαθοῖς σπουδάσμασιν. οὐκοῦν τοὺς ἐπὶ μισθῷ τε καὶ εὐλογίαις καὶ εὐοδουμένους παρὰ θεῷ, τέτοκε Λεία· Ῥαχὴλ δὲ ὁμοίως λαβοῦσα τοὺς μανδραγόρας, τέτοκε τὸν Ἰωσήφ. παραδεξαμένη γὰρ ὥσπερ ἡ ἐκκλησία τὸ Χριστοῦ μυστήριον διὰ τῶν ἁγίων ἀποστόλων, ὡς ἐξ ὁμοίας μὲν ἀδελφῆς τῆς τῶν Ἰουδαίων συναγωγῆς, μήτηρ πέφηνε λαοῦ τοῦ ἐν προσθήκαις ἀεὶ, καὶ εἰς πληθὺν ἰόντος οὐ μεμετρημένην. διερμηνεύεται γὰρ Ἰωσὴφ, προσθήκη θεοῦ. προστέθηνται δὲ

Ταῖς

τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ ἀγέλαις, ἡ ἐξ ἐθνῶν ἐκκλησία. τοιγαροῦν καὶ ἔφασκεν ὁ Χριστὸς· καὶ ἄλλα πρόβατα ἔχω ἃ οὐκ ἔστιν ἐκ τῆς αὐλῆς ταύτης. κἀκεῖνά με δεῖ ἀγαγεῖν, καὶ τῆς φωνῆς μου ἀκούσουσι. καὶ γενήσεται μία ποίμνη, εἷς ποιμήν. προστέθειται τοίνυν ἡ ἐξ ἐθνῶν ἀγέλη, καθάπερ ἔφην ἀρτίως, ταῖς ἀρχαιοτέραις ποιμνίαις, καὶ ἀκατάληκτον ἔχει τὴν εἰς τὸ ἔτι τε καὶ ἔτι πλουσίαν ἐπίδοσιν· ἄχρις ἂν καὶ αὐτοῖς ἐν τελευταίοις ὥσπερ καιροῖς ὁ Βενιαμὶν γεννηθῇ, τουτέστιν ὁ υἱὸς ὀδύνης λαός. καὶ τίς δὴ οὗτός ἐστιν, ἐφ' ᾧ καὶ αὐτὴ λοιπὸν ἡ τεκοῦσα παύσεται, καὶ εἰς ἑτέραν ὥσπερ μετοιχήσεται ζωήν; τετελεύτηκε γὰρ ἡ Ῥαχὴλ ἐπ' αὐταῖς ὠδῖσι τοῦ Βενιαμίν. τὸ μὲν οὖν ἄγαν ἠκριβωμένως εἰδέναι ταυτί, θεῷ δὴ πάλιν ἀναθήσομεν, καὶ τοῖς ἰσχυροτέροις ἢ καθ' ἡμᾶς. λυπεῖ δὲ οὐδὲν τό γε εἰς νοῦν ἧκον εἰπεῖν· οἶμαι δὴ οὖν ὅτι νοοῖτ' ἂν εἰκότως υἱὸς ὀδύνης λαὸς ἡ ἐν ἐσχάτοις τοῦ αἰῶνος καιροῖς τῶν πιστευόντων πληθύς. κατ' ἐκεῖνο γὰρ ἔσται τοῦ καιροῦ, καὶ ὁ † τῆς ἀνομίας υἱὸς ὁ ἀντικείμενος, καὶ ὑπεραιρόμενος ἐπὶ πάντα λεγόμενον θεὸν ἢ σέβασμα. ὥστε αὐτὸν εἰς τὸν ναὸν τοῦ θεοῦ ὡς θεὸν καθίσαι, ἀποδεικνύντα ἑαυτὸν ὅτι ἐστὶ θεός. οὗτος τοῖς ἁγίοις ἀντιτάξεται, καὶ ἀτιθάσσων οὐδὲν διοίσει θηρίων. ὡς γὰρ αὐτὸς εἴρηκεν ὁ Σωτήρ, ἔσται τότε θλίψις μεγάλη, οἵα οὐ γέγονεν ἀπ' ἀρχῆς κόσμου, οὐδ' οὐ μὴ γένηται. ὅτι δὲ οὐχ ἑτέροις μᾶλλον ἀλλ' ἢ τοῖς ἁγίοις ἐγκατασκήψει τὰ τῆς παρ' ἐκείνου σκαιότητος καὶ ἀπανθρωπίας, διαμεμήνυκε πάλιν ἐπενεγκὼν αὐτοῖς ὁ Χριστός. καὶ εἰ μὴ ἐκολοβώθησαν αἱ ἡμέραι ἐκεῖναι, οὐκ ἂν ἐσώθη πᾶσα σάρξ. διὰ δὲ τοὺς ἐκλεκτοὺς κολοβωθήσονται αἱ ἡμέραι ἐκεῖναι. ὡς γὰρ διώξεως ἐσομένης κατὰ παντὸς ἀπολέκτου, καὶ γνησίως τὴν πίστιν. ὡς δεινῆς καὶ ἀφορήτου πλεονεξίας, καὶ μέντοι καὶ αἰκιῶν ἐπιστησομένων τισὶν ἔσται μὲν πάντως ἐν συστολαῖς ὁ καιρός. συμμετροῦντος οἶμαί που φιλοικτίρμονος θεοῦ τῇ τῶν καμνόντων ἰσχύϊ τὸν πειρασμόν. οὕτω φρονεῖν ἀναπείθει καὶ ὁ σοφώτατος Παῦλος· πιστὸς δὲ ὁ θεὸς ὃς οὐκ ἐάσει ὑμᾶς πειρασθῆναι ὑπὲρ ὃ δύνασθε· ἀλλὰ ποιήσει σὺν τῷ πειρασμῷ, καὶ τὴν ἔκβασιν τοῦ δύνασθαι ὑπενεγκεῖν. γεννηθέντος τοίνυν τοῦ Βενιαμίν, τουτέστι τοῦ ἐν τέλει τε καὶ ἐν ὀδύναις λαοῦ, πεπαύσεται καὶ Ῥαχήλ. μετοιχήσεται γὰρ ὥσπερ ἔφην ἀρτίως, εἰς ἑτέραν ζωὴν ἡ ἐκκλησία. τουτέστιν ἡμεῖς, οἱ διὰ πίστεως τῆς εἰς Χριστὸν τὴν διὰ πνεύματος ἕνωσιν πρὸς θεὸν πλουτήσαντες. καὶ μή τοι θαυμάσῃς εἰ θάνατος τῆς Ῥαχὴλ τῶν ἐν τῷδε τῷ κόσμῳ μετέθηκε πραγμάτων. θορυβήσει γὰρ ἔσθ' ὅτε τὸ χρῆμά τινας, ἐνητενισμένους εἰς θεωρίαν, τοῦ πάλαι συμβεβηκότος· πεπαύσεται δὴ οὖν ἡ ἐκκλησία κατὰ καιρούς, καὶ σβεσθήσεται θανάτῳ τρόπον τινά. καὶ τοῦτό ἐστιν ἡ πρὸς τὰ ἀμείνω μετάστασις. πρὸς δὴ τὰ τοιάδε φα-

† ἀλ. τῆς ἀπωλείας.

est gregi Israëlitico Ecclesia ex Gentibus. Idcirco etiam CHRISTVS dixit: *Et alias oues habeo, quæ non sunt de hoc ouili: etiam illas oportet me adducere, & vocem meam audient; & fiet vnum ouile, vnus Pastor.* Additus itaque est Gentium grex (vt modò dixi) veteribus ouilibus, perpetuumque habet etiam nunc incrementum, donec etiam ipse veluti in extremis temporibus Beniamin nascatur, hoc est, *filius doloris* populus. At quisnam hic est cuius partu mater ipsa moritura est, & ad aliam veluti vitam transferetur? Obijt enim Rachel in ipso partu Beniamin. Perfectam itaque omnibusque numeris absolutam horum cognitionẽ Deo tribuamus, ijsque, qui nos ingenij acumine superant. Nihil verò obest, quo minus quod nobis in mentem venerit, dicamus. Mea itaque sententia, *filius doloris* meritò intelligi possit, multitudo credentiũ in vltimis sæculi temporibus. Nam illis temporibus erit filius iniquitatis, *qui aduersatur & extollitur supra omne quod dicitur Deus, aut cui veneratio debetur: ita vt in templo Dei sedeat, declarans tamquam sit Deus.* Hic contra Sanctos aciem educet, & nihil ab indomitis feris differet. Quemadmodum enim ipse Saluator ait: *Erit tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi vsque ad hoc tempus, neque fiet.* Quòd verò non alios quàm sanctos eius immanitas atque crudelitas sitinuasura, significauit rursum CHRISTVS, ita adijciens: *Et nisi decurtati fuissent dies illi, non fieret salua omnis caro, sed propter electos decurtabuntur dies illi.* Cùm enim persecutio sit futura aduersus omnes electos, ac sincerè fideles: cumque grauis & intolerabilis tyrannis atque ærumnæ ijs impendeant; contrahetur omnino tempus, commensurante temperanteque, vt arbitror, Deo tentationem pro afflictorum viribus. quod etiam nobis persuadet sapientissimus Paulus dicens: *Fidelis autem Deus, qui non sinet vos tentari vltra id quod potestis: imò faciet vnà cum tentatione prouentum, vt possitis sufferre.* Nato itaque Beniamin, hoc est, populo in fine & doloribus, desinet Rachel. Transferetur enim quodammodo, vt modò dixi, in aliam vitam Ecclesia, hoc est, nos, qui per fidem in CHRISTVM vnitatem cum Deo per Spiritum nacti sumus. Neque verò mireris, si mors Rachel à rebus huius vitæ transtulit. Percellet enim nonnunquam id quosdam ea quæ olim acciderunt, contemplantes. Dicat autem aliquis fortasse, atque ita secum cogitet: Cessabit ergo Ecclesia successu temporis, & morte quodammodo extinguetur: atque hoc est transferri ad meliora. His respondemus:

Ioan. 10. 16.

Rachel in partu Beniamin moritur.

Beniamin, filius doloris

Antichristus quid faciet in nouissimis temporibus.

2. Thes. 2. 4

Matt. 24. 2.

Ibid. 22.

1. Cor. 10. 13

Ecclesia, quæ.

mus: Cùm audis nominari Ecclesiam, sanctam credentium multitudinem intelligi existima, cuius mors, iuxta rationem vitæ in mundo & carnalis, via est ad incrementum vitæ in CHRISTO, & modus translationis ad meliora ac præstantiora. Idcirco etiam beatus Paulus acriùs quosdam increpat, dicens: *Si mortui estis cum* CHRISTO *ab elementis mundi, quid quasi adhuc viuentes, decretis leuamini?* Scribit autem rursum ijs, qui carnem & voluptuariam vitam abiecerunt: *Mortui enim estis & vita vestra abscondita est cum* CHRISTO *in Deo. Quando igitur* CHRISTVS *manifestatus fuerit, vita vestra, tunc & vos cum illo manifestabimini in gloria. Mortificare* igitur etiã *nos membra nostra terrena* debere manifestè ait, *stuprũ* inquiens, *& immunditiem, & his affinia.* Mors itaque Rachel, significat omnino gregis credentium, hoc est Ecclesiæ, mortem in CHRISTO intellectã in aliam quodammodo vitam nos transferentẽ; si modò verum est quòd nostra transferentur ex corruptione in incorruptionem, ex morte in vitam, ex infirmitate in potẽtiam, ex ignominia in gloriam, ex mensurato ac definito tempore in sempiternam vitam. Ita enim etiam cum ipso CHRISTO perpetuò erimus: per quem, & cum quo, Deo ac Patri gloria cum sancto Spiritu in sæcula sæculorum. Amen.

Coloss. 2.10

Coloss. 3. 3.

μεν· ἐκκλησίαν ὅταν ἀκούσῃς, τὴν τῶν πιστευόντων ἁγίαν πληθὺν ἴσθι τι λέγειν· ἧς τὸ ἐκτεθνάναι κατὰ τὴν ζωῆς τῆς ἐν κόσμῳ καὶ σαρκικῆς, ὁδός ἐστι πρὸς ἐπίδοσιν τῆς ἐν Χριστῷ πολιτείας καὶ ζωῆς, καὶ μεταστάσεως τρόπος εἰς τὰ ἀμείνω καὶ ὑπερκείμενα. διατοῦτο καὶ ὁ μακάριος Παῦλος, ῥαγδαιοτέραν τισὶν ἐπιφέρει τὴν ἐπίπληξιν λέγων. εἰ ἀπεθάνετε ἀπὸ τῶν στοιχείων τοῦ κόσμου, τί ὡς ζῶντες δογματίζεσθε; ἐπιστέλλει δὲ πάλιν τοῖς τὴν σαρκικὴν καὶ φιλήδονον ἀποσειομένοις ζωήν. ἀπεθάνετε γάρ. καὶ ἡ ζωὴ ὑμῶν κέκρυπται σὺν τῷ Χριστῷ ἐν τῷ Θεῷ. ὅταν οὖν ὁ Χριστὸς φανερωθῇ ἡ ζωὴ ὑμῶν· τότε καὶ ὑμεῖς σὺν αὐτῷ φανερωθήσεσθε ἐν δόξῃ. νεκροῦν δὲ ἡμᾶς καὶ τὰ μέλη τὰ ἐπὶ τῆς γῆς δεῖν ἔφη σαφῶς, πορνείαν δὴ λέγων καὶ ἀκαθαρσίαν, καὶ τὰ τούτοις ἀδελφά. οὐκοῦν ὁ τῆς Ῥαχὴλ θάνατος σημαίνει που πάντως τὸν τῶν πιστευόντων ἀγέλης, τουτέστι τῆς ἐκκλησίας, τὸν ἐν Χριστῷ νοούμενον θάνατον, εἰς ἑτέραν ὥσπερ ἀποφέροντα ζωήν. εἴπερ ἐστὶν ἀληθές, ὅτι τὰ καθ' ἡμᾶς μεταστήσεται ἐκ φθορᾶς εἰς ἀφθαρσίαν, ἐκ θανάτου πρὸς ζωήν, ἐξ ἀσθενείας εἰς δύναμιν, ἐξ ἀτιμίας εἰς δόξαν, ἐκ μεμετρημένων καιρῶν εἰς μακραίωνα βίον. οὕτω γὰρ οὕτω καὶ αὐτῷ διαπαντὸς συνεσόμεθα τῷ Χριστῷ, δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ τῷ θεῷ, καὶ πατρὶ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος σὺν ἁγίῳ πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

GLAPHYRORVM IN GENESIM LIBER QVINTVS.

De Iacob.

VARIE ac multifariam sacra Scriptura salutis per CHRISTVM typos prædicit, non mediocrem inde eius studiosis vtilitatem adferens. Quemadmodum enim pictoriæ artis magistri varias colorum figuras vmbris inducentes ad amœniorem aspectum eas perducunt, multumque gratiæ ac decoris picturæ conciliant; ita etiam totius vniuersi opifex sapientia, Deus nimirum, quàm plurimis typis mysterij pulchritudinem subtiliter præmonstrat; vt intelligentes veluti in figuris, atque iis veluti præludijs seu præexercitamentis ad prudentiam vsi, ad veritatem suscipiendam paratiores quodammodo sacræ disciplinæ candidati efficiantur. Versati itaque sumus in hoc mundo parum à brutis differentes, imò inferiores ferè brutis animalibus, si

ΓΛΑΦΥΡΩ͂Ν ΕἸΣ ΤΗ͂Ν ΓΕ΄ΝΕΣΙΝ ΒΙΒΛΙ΄ΟΝ ΠΕ΄ΜΠΤΟΝ.

Περὶ τοῦ Ἰακώβ.

ΠΟλυμερῶς καὶ πολυτρόπως, ἡ θεόπνευστος γραφὴ τῆς διὰ Χριστοῦ σωτηρίας προαναφωνεῖ τοὺς τύπους, οὐ μετρίαν ἐντεῦθεν τοῖς ἐντυγχανομένοις τιθεῖσα τὴν ὄνησιν. ὅνπερ γὰρ τρόπον οἱ τὴν ἐν πίναξιν ἐπιστήμην εἰς ἄκρον ἐξησκημένοι τῶν χρωμάτων πολυειδέσι μορφαῖς καταποικίλλουσι τὰς σκιὰς εἰς ἐμφανεστέραν ἄγοντες ὄψιν, καὶ πολὺ τὸ ἐπίχαρι καταχέοντες τῆς γραφῆς. οὕτω καὶ ἡ τοῦδε τοῦ παντὸς τεχνῖτις σοφία, τουτέστι θεός, διὰ ποικίλων ὅσων αἰνιγμάτων προαναφαίνει λεπτῶς τοῦ μυστηρίου τὸ κάλλος, ἵνα συνέντες ὡς ἐν αἰνίγμασι καὶ μονονουχὶ προκατήχησιν, καὶ προεισβολὴν εἰς σύνεσιν τὸ πρᾶγμα ποιούμενοι, πρὸς τὴν τῆς ἀληθείας παραδοχήν, ἑτοιμότεροι πως εἶεν οἱ μυσταγωγούμενοι. διατρίβομεν τοίνυν ἐν τῷδε τῷ κόσμῳ, μικρὸν διαφέροντες ἢ τάχα που καὶ ἡττώμενοι τῶν ἀλόγων ζώων, εἴπερ

περ ἀληθῆ τὴν ἐπίπληξιν ἐποιεῖτο θεὸς κατὰ τοῦ
» ἐξ Ἰσραὴλ οὕτω λέγων· ἔγνω βοῦς τὸν κτησάμε-
» νον, καὶ ὄνος τὴν φάτνην τοῦ κυρίου αὐτοῦ· Ἰσραὴλ
» δέ με οὐκ ἔγνω, καὶ ὁ λαός μου οὐ συνῆκεν. εἰ δὲ νό-
μον ἔχοντες τὸν παιδαγωγὸν, ἐπὶ ταῖς οὕτω δειναῖς
ἀμαθίαις οἱ τῶν Ἰουδαίων δῆμοι κατεγινώσκον-
το, τίς ἂν γένοιτο λοιπὸν λόγος ὁ ζητούμενος περὶ
τῶν ἐθνῶν· οἷς τῆς πολυθέου πλάνης ὁ βαθὺς ἐνέ-
σκηψε σκότος; κάτω γὰρ ὥσπερ διανενευκότες
ἀεὶ, καὶ ταῖς τῆς σαρκὸς ἐπιθυμίαις ἐνειλημμένοι,
μόνα φρονεῖν ἐσπούδαζον τὰ ἐπὶ τῆς γῆς. οὐδ'
ὅσον εἰπεῖν τὸν τῆς διανοίας ὀφθαλμὸν ἀνατεί-
νειν ἰσχύοντες εἰς τὰ τῆς φιλοθείας αὐχήμα-
τα. ἐντεῦθεν ἡμῖν ἐποιμώζοντες καὶ μονονουχὶ
κειμένοις ἐπιδακρύοντες οἱ μακάριοι προφῆ-
ται, μυρίους ὅσους δεδαπανήκασι λόγους. ὁ μὲν
» γὰρ μακάριος Ἡσαΐας, ἐπλάτυνε, φησὶν, ὁ ἅ-
» δης τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, καὶ διήνοιξε τὸ στόμα αὐτοῦ
» μὴ διαλιπεῖν. οὐ γὰρ ἦν ἀπόνευσις τοῦ κακοῦ. ἀ-
φορήτῳ δὲ ὥσπερ πλεονεξίᾳ κατηχθισμένοι τῇ
τοῦ καθ' ἡμῶν τυραννήσαντος σατανᾶ, κατέβαι-
νον μὲν εἰς ᾅδου, μετὰ τὴν ἐντεῦθεν ἀπαλλαγὴν οἱ
δείλαιοι, χανδὸν τοῦ θανάτου καταπίνοντος, καὶ κα-
ταποιμαίνοντος ὥσπερ ἡμᾶς εἰς τοῦτο τῆς ἁμαρ-
τίας εὑρετοῦ. καὶ γοῦν οὐκ ἀδακρυτὶ, καθάπερ ἔφην
ἀρτίως, τῆς τοιᾶσδε συμφορᾶς διεμέμνητο καὶ αὐ-
τὸς ὁ θεσπέσιος Δαβίδ. ἔφη δὲ οὕτω περὶ ἡμῶν,
» ποτὲ μὲν, ὡς πρόβατα ἐν ᾅδῃ ἔθεντο, θάνατος ποι-
» μανεῖ αὐτούς. ὅτε δὲ πάλιν· ὁ ποιμαίνων τὸν Ἰσραὴλ
» πρόσχες, ὁ ὁδηγῶν ὡσεὶ πρόβατον τὸν Ἰωσήφ· ὁ
» καθήμενος ἐπὶ τῶν Χερουβὶμ ἐμφάνηθι· ἐξέγειρον
» τὴν δυναστείαν σου, καὶ ἐλθὲ εἰς τὸ σῶσαι ἡμᾶς. του-
τήτοι καὶ οὐ μέχρι παντὸς ὑπὸ τῷ θανάτῳ με-
μενήκαμεν. πέπομφε γὰρ ἡμῖν ἐξ οὐρανοῦ ὁ θεὸς
καὶ πατὴρ ποιμένα τὸν ἀγαθὸν κύριον ἡμῶν Ἰη-
σοῦν Χριστὸν· οὐκ εἰς ᾅδου ποιμαίνοντα τοὺς ὑπ'
αὐτὸν γενομένους, ἀλλ' εἰς ἀφθαρσίαν καὶ ζωὴν
ἀποφέροντα. καταναίμει γὰρ ἐν κρίνοις, καὶ ἐν νο-
μῇ ἀγαθῇ, καὶ ἐν τόπῳ πίονι, κατὰ τὸ γεγραμμένον.
πόαν ἡμῖν παρατιθεὶς τὴν πνευματικὴν, καὶ τοῖς
ἄνωθεν καὶ ἐξ οὐρανοῦ καταμεθύσκων νάμασι καὶ
ἐγκάρπους ἀποτελῶν, καὶ πρός γε δὴ τούτοις, εἰς
πληθὺν ἀμέτρητον κατευρύνει λαῶν. καί μοι
πάλιν ὡς ἐν σκιαῖς καθίδοι τις ἂν ὅπερ ἔφην τὸν
θεσπέσιον Ἰακὼβ, καὶ τὰ ἐπ' αὐτῷ γεγραμμένα
παρατεθέντος τοῦ λόγου, καὶ τῆς ἱστορίας τὸ δοκοῦν
εἶναί πως ἀσυμφανὲς, ὡς ἔνι καταλευκαίνον-
» τος. γέγραπται τοίνυν ὧδε. ἐγένετο δὲ ὡς ἔτεκε
» Ῥαχὴλ τὸν Ἰωσὴφ, εἶπεν Ἰακὼβ τῷ Λάβαν·
» ἀπόστειλόν με ἵνα ἀπέλθω εἰς τὸν τόπον μου καὶ
» εἰς τὴν γῆν μου· ἀπόδος μοι τὰς γυναῖκάς
» μου, καὶ τὰ παιδία μου, περὶ ὧν δεδούλευ-
» κά σοι, ἵνα ἀπέλθω. σὺ γὰρ γινώσκεις τὴν
» δουλείαν ἣν δεδούλευκά σοι. καὶ ὅσα ἦν κτή-
» νη σου μετ' ἐμοῦ. μικρὰ γὰρ ἦν ὅσα σοι ἦν
» ἐναντίον μου, καὶ ηὐξήθη εἰς πλῆθος. καὶ ηὐ-
» λόγησέ σε κύριος ἐπὶ τῷ ποδί μου. νῦν οὖν πό-
» τε ποιήσω κἀγὼ ἐμαυτῷ οἶκον. καὶ εἶπεν αὐτῷ

modò Deus verè Israëlitas increpauit, ita dicens: *Cognouit bos creatorem suum, & asinus præsepe domini sui: Israël autem me non cognouit, & populus meus non intellexit.* (Isaie 1.3.) Si verò legem habentes pædagogum Iudæorum populi, adeò grauis ignorantiæ accusati sunt, quænam à Gentibus ratio exigenda fuerit, densissimis tenebris erroris de Deorum pluralitate immersis? Deorsum enim quodammodo semper vergẽtes, & carnis desiderijs inuoluti, terrenis tantùm cogitationibus vacabãt, ne tantillum quidem mentis oculum ad pietatis splendorem erigere valentes. Idcirco deplorantes nos, & tantùm non iacentibus illacrymantes beatos prophetas passim reperias. Beatus enim Isaias: *Dilatauit*, inquit, *infernus animam suam, & aperuit os suum, ne cessaret.* (Isaias.5.14.) Neq; enim declinabãt à malo; intolerabili verò quodãmodo tyrãnide satanę in nos grassantis oppressi, descenderunt quidẽ in infernum miseri, postquam inde liberati essent, deglutiente morte, ac depascente quodammodo nos peccati inuentore. Neque verò absque lacrymis, vt modò dixi, huiuscemodi calamitatis meminit etiam diuinus Dauid. Ita enim de nobis ait alibi quidem: *Sicut oues in inferno positi sunt, mors depascet eos.* (Psal. 48.15.) Alibi verò rursum: *Qui pascis Israël intende, qui deducis velut ouem Ioseph: qui sedes super Cherubim manifestare: excita potentiam tuam & veni, vt saluos facias nos.* (Psal.79.1.) Idcirco etiam non in perpetuum sub morte mansimus. Misit enim nobis ex cælo Deus ac Pater pastorem bonum Dominum nostrum IESVM CHRISTVM, (CHRISTVS pastor bonus.) non in infernum pascentem eos qui sub ipso sunt, sed ad incorruptionem ac vitam deducentem. Pascit enim *inter lilia*, (Cant. 2.16.) & in *pascuis bonis, & in loco pingui*, (Psal. 22.2.) sicut scriptum est, herbam nobis præbet spiritalem, supernisque ac cælestibus fluentis irrigans, & fœcundos efficiens, in immensam præterea populorum multitudinem dilatat. Porro videat quis id quod dixi, velut in vmbris significantem diuinum Iacob, quæque de eo scripta sunt, & quod in historia obscurius videbitur, quoad eius fieri poterit, explicabimus. Ita igitur scriptum est: *Factum est autem vt peperit Rachel Ioseph,* (Gen.30.25.) *dixit Iacob ad Laban: Dimitte me vt reuertar in locum meum, & in terram meam. Redde mihi vxores meas & filios meos, pro quibus seruiui tibi, vt abeam. Tu enim scis seruitutem, quam seruiui tibi, & quanta erant pecora tua mecum. Parua enim erant quæcumque tibi erant coram me, & aucta sunt in multitudinem, & benedixit te Dominus in pede meo. Nunc ergo quando faciam & ego mihi ipsi domum? Et dixit Laban*

illi: Quid dabo tibi? Ait autem illi Iacob: Non dabis mihi quidquam. Si feceris mihi verbum hoc, iterum pascam oues tuas, & custodiã. Transeant omnes oues tuæ hodie, & separa inde omnem ouem fuscam in agnis, & omne subalbũ & sparsum in capris erit mihi merces, & exaudiet me iustitia mea in die crastina, quia est merces mea in conspectu tuo. Omne quod non fuerit sparsũ aut subalbum in capris & fuscum in agnis, furatum erit apud me. Dixit autem illi Laban: Sit secundùm verbũ tuum. Et distinxit in die illa hircos sparsos & subalbos, & omnes capras sparsas & subalbas, & omne fuscum quod erat in agnis, & omne quod erat album in ipsis, & dedit per manum filiorum suorũ gregem singulis. Et posuit spatiũ viam trium dierum inter eos & inter Iacob. Iacob autẽ pascebat oues Laban quæ reliquæ erant. Oportet verò rursum historiæ seriem in pauca contrahere, atq; ita adijcere, quænã ei spiritalis contemplatio conueniat. Seruijt itaque beatus Iacob Labano pro duabus filiabus, Lia nimirum & Rachel. Longo verò tempore consumpto, nato ipsi Ioseph ex Rachele, quæ ipsi eximiè chara erat, mœret deinceps optimo iure, domumq; redire properat. & hic de proficiscendo sermo probabilem habet inuentionẽ. Si enim, inquit, absque mercede & perpetuò tuas curem res, quando faciam etiam mihi ipsi domum? hoc est, quando meis filijs ea, quę ad vitam necessaria sunt, comparabo? aut quando vocabor etiam ipse pater familias? & hæc Iacob ait. Renititur autem Laban vt bono pastori, & benedictum se dicit in ingressu ipsius: neque tamen dimittebat, etiamsi præfinitæ seruitutis tempus pro filiabus suis absolutum esset, polliceturque se daturum mercedem quam vellet; hic verò quòd probus ac bonus, patientissimusque fuisset, atque adeo ipsi benedictionis diuinæ causa, apertè confirmat. Ait enim: *Benedixit te Deus in pede meo*, per *pedem* ingressum significans; hoc enim antea Laban dixerat. Petit verò mercedem, promittitque se curam gesturum gregium Laban: distributis ipsi ac priuatim separatis ouibus, quæ vario & sparso vellere essent, siue subalbæ, & subcinericiæ. Separat itaq; Iacob vnà cum filijs designatum ipsi gregem, pascitque ipse adhuc oues Laban. Quisnam igitur fuerit horum apertus & spiritali contemplationi conueniens sensus, necesse est dicamus. Iacob itaque CHRISTI ipsius personam prę se fert, quemadmodum suprà diximus. CHRISTVS enim verus supplantator. Proculcauit enim in vniuersum peccatum, & quantum intelligitur, & apparuit homo, natu mini-

Pes ingressũ significat.

Iacob CHRISTVM representat.

CHRISTVS verus supplantator.

Λάβαν. τί σοι δώσω; καὶ εἶπεν αὐτῷ Ἰακώβ· οὐ δώσεις μοι οὐδὲν ἐὰν ποιήσῃς μοι τὸ ῥῆμα τοῦτο. πάλιν ποιμανῶ τὰ πρόβατά σου σήμερον, καὶ φυλάξω. παρελθέτω πάντα τὰ πρόβατά σου σήμερον. διαχώρισον ἐκεῖθεν πᾶν πρόβατον ποικίλον καὶ περκνὸν· καὶ πᾶν βόσκημα φαιὸν ἐν τοῖς ἄρνεσι. καὶ πᾶν διάλευκον καὶ ῥαντὸν ἐν ταῖς αἰξίν, ἔσται μοι μισθός, καὶ ἐπακούσεταί μου ἡ δικαιοσύνη μου ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ αὔριον. ὅτι ἐστὶν ὁ μισθός μου ἐνώπιόν σου. πᾶν ὃ ἂν μὴ ᾖ ῥαντὸν ἢ διάλευκον ἐν ταῖς αἰξί, καὶ φαιὸν ἐν τοῖς ἄρνεσι, κεκλεμμένον ἔσται παρ᾽ ἐμοί. εἶπε δὲ αὐτῷ Λάβαν· ἔστω κατὰ τὸ ῥῆμά σου. καὶ διέστειλεν ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ τοὺς τράγους τοὺς ῥαντοὺς καὶ διαλεύκους, καὶ πάσας τὰς αἶγας τὰς ῥαντὰς καὶ διαλεύκους, καὶ πᾶν ὃ ἦν λευκὸν ἐν αὐτοῖς, καὶ πᾶν ὃ ἦν φαιὸν ἐν τοῖς ἄρνεσι, καὶ ἔδωκε διὰ χειρὸς τῶν υἱῶν αὐτοῦ. καὶ ἀπέστησεν ὁδὸν τριῶν ἡμερῶν, ἀνὰ μέσον αὐτῶν, καὶ ἀνὰ μέσον Ἰακώβ. Ἰακὼβ δὲ ἐποίμαινε τὰ πρόβατα Λάβαν τὰ ὑπολειφθέντα. δεῖ δὴ πάλιν ἡμᾶς ὡς ἐν βραχίστῳ συνενεγκεῖν τῆς ἱστορίας τὸ πλάτος· προσεπιπτεῖν δὲ οὕτω· τίς ἂν γένοιτο πρέπων τῆς ἐπ᾽ αὐτῇ θεωρίαις ὁ νοῦς. δεδούλευκε τοίνυν ὁ μακάριος Ἰακὼβ τῷ Λάβαν, ὑπὲρ δυοῖν θυγατέροιν Λείας φημὶ καὶ Ῥαχήλ. μακροὺς δὲ εἰς τοῦτο δαπανήσας χρόνους, γεννηθέντος αὐτῷ τοῦ Ἰωσὴφ ἐκ Ῥαχὴλ τῆς ὅτι μάλιστα διαφερόντως ἠγαπημένης ἀλύει λοιπὸν εἰκότως, οἴκαδέ τε ἰέναι διασπουδάζει πάλιν. καὶ ὁ τῆς ἀποδημίας λόγος οὐκ ἀπίθανον ἔχει τὴν εὕρεσιν. εἰ γὰρ μέλλοιμι, φησίν, ἀμισθί τε καὶ διηνεκῶς [illegible] τὰ σά, πότε ποιήσω κἀγὼ ἐμαυτῷ οἶκον; τουτέστι πότε τοῖς ἐμαυτοῦ παιδίοις τὰ ζωαρκῆ συλλέξαιμι; κεκλήσομαι δὲ καὶ αὐτὸς οἰκοδεσπότης; ἀλλὰ ταυτὶ μὲν Ἰακώβ. μεταπείθεται δὲ Λάβαν ὡς ἀγαθοῦ ποιμένος. εὐλογεῖσθαί τέ φησιν ἐπὶ τῇ εἰσόδῳ αὐτοῦ. μεθίησι δὲ οὐδαμῶς καίτοι τοῦ ὑπὲρ τῶν θυγατέρων δουλείας εἰς πέρας ἥκοντος τοῦ ὡρισμένου. ὑπισχνεῖται δὲ τὸν ἀνδάνοντα χορηγήσειν μισθόν. ὁ δὲ ὅτι μὲν γένοιτο χρηστὸς καὶ ἐπιεικὴς καὶ τῶν ἄγαν τληπαθεστάτων, καὶ μὴν εὐλογίας αὐτῷ τῆς παρὰ θεοῦ πρόξενος, διαβεβαιοῦται σαφῶς· ἔφη γάρ, εὐλόγησέ σε ὁ θεὸς ἐπὶ τῷ ποδί μου, ἀντὶ τῆς εἰσόδου τὸν πόδα τιθείς. τοῦτο γὰρ ἔφη προλαβὼν ὁ Λάβαν. αἰτεῖ δὲ μισθὸν καὶ κατανεμήσειν ἐπαγγέλλεται τὰς Λάβαν ἀγέλας. ἀπονεμηθέντων αὐτῷ καὶ διεσταλμένων ἰδικῶς τῶν κατερραντισμένων, ἤτοι διαλεύκων, καὶ σποδοειδῶν. οὗ δὴ γεγονότος ἀποδιΐστησι μὲν ὁ Ἰακὼβ ὁμοῦ τοῖς ἰδίοις τέκνοις τὴν ἀποκληρωθεῖσαν αὐτῷ ἀγέλην. καταποιμαίνει δὲ αὐτὸς τὰ Λάβαν ἔτι. τίς δὴ οὖν ἄρα τῶν τοιούτων ἡμῖν σαφὴς γένοιτ᾽ ἂν καὶ εἰς ἰσχνότητα τὴν πνευματικὴν προσεπισμένος ὁ νοῦς, εἰπεῖν ἀναγκαῖον. προκείσθω τοίνυν τὸ αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ πρόσωπον Ἰακώβ, καθάπερ ἀμέλει καὶ φθάσαντες εἴπομεν. Χριστὸς γὰρ ὁ ἀληθὴς πτερνιστής. πεπάτηκε γὰρ ὁλοτρόπως τὴν ἁμαρτίαν, καὶ καθὸ νοεῖται, καὶ πέφηνεν ἄνθρωπος νεώτατος

τος ὤν, καὶ τῶν πρὸ αὐτοῦ γεγονότων ἐφιγμένεστερος, ἁγίων δὴ λέγων προφητῶν, καὶ αὐτοῦ δὲ Μωυσέως. ὅμως ἔχει τὰ πρεσβεῖα, καὶ ἔστι πρωτότοκος διὰ τὸ ἐν πολλοῖς ἀδελφοῖς καθικέσθαι τὸν μονογενῆ. αὐτός ἐστιν ὁ εὐλογούμενος παρὰ τοῦ πατρὸς διὰ πλήθους σίτου καὶ οἴνου. αὐτῷ δεδουλεύκασιν ἔθνη, καὶ προσκεκυνήκασιν ἄρχοντες. καὶ ὁ καταρώμενος αὐτὸν ἐπικατάρατος· ὁ δὲ εὐλογῶν εὐλογημένος κατὰ τὴν εὐλογίαν Ἰσαάκ. αὐτὸς ὁ καθ᾽ ὁμοιότητα τὴν Ἰακὼβ καθάπερ τινὰ πατρῴαν ἑστίαν μονονουχὶ ἀπολελοιπὼς τὸν οὐρανόν, καὶ πρὸς Λάβαν ἀφιγμένος, ὃν τῷ κόσμῳ παρεικαστέον τῷ μὴ εἰδότι ποτὲ τίς ὁ φύσει θεός· κατηρραστωνηκότι δὲ ὥσπερ ἄγαν τὴν πολύθεον πλάνησιν. εἰδωλολάτρης γὰρ καὶ ὁ Λάβαν. ἴδιος μὲν οὖν καὶ ὁ κόσμος Χριστοῦ, καθὸ καὶ φύσει νοεῖται θεός. καὶ τῶν ὅλων κύριος καὶ δημιουργός. οὐκ ἴδιος δὲ πάλιν διὰ τὴν ἀπόστασιν, καὶ τὸ ἤδη πως δοκεῖν ἑτέρου γενέσθαι διὰ τὴν ἁμαρτίαν. ἐπεγράφετο γὰρ βασιλέα τὸν Σατανᾶν. οὐκοῦν καταβέβηκεν ὁ λόγος ἐξ οὐρανοῦ τὴν πατρῴαν ὥσπερ καταλελοιπὼς ἑστίαν. τοῦτο γὰρ ἔφην ἀρτίως. καὶ ἦν ὡς ξένος ἐν ἰδίῳ „ τῷ κόσμῳ. καὶ μαρτυρήσει λέγων ὁ σοφὸς „ Ἰωάννης, ἐν τῷ κόσμῳ ἦν, καὶ ὁ κόσμος δι᾽ αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ ὁ κόσμος αὐτὸν οὐκ ἔγνω. ἀλλὰ ταυτὶ μὲν ἴσως ἁρμόσειεν ἂν εἰκότως τοῖς τῆς ἐπιδημίας καιροῖς. ὅτι δὲ καὶ πρὸ τῆς ἐνανθρωπήσεως ἐν ἰδίοις ἦν ὡς θεός· ἀγνοούμενος δὲ τῷ κόσμῳ τῶν καθ᾽ ἡμᾶς ἐποιεῖτο πρόνοιαν, ἐξ ἐμφοίτου καλοκαγαθίας καὶ θεοπρεποῦς ἡμερότητος παραδείξειεν ἂν εὐθὺς ὁ θεσπέσιος Ἰακὼβ ὡς ἐν τύπῳ τῷ καθ᾽ ἑαυτόν. ἐποίμαινε γὰρ τὰ πρόβατα Λάβαν· καί τι μισθὸν ἔχων παρ᾽ αὐτοῦ τὸ σύμπαν οὐδένα· ἐλπίδι δὲ μόνῃ, εἰς τοῦτο ἠγμένος τῷν δυοῖν αὐτοῦ συνάπτεσθαι θυγατέροιν, καὶ τέκνων γνησίων ἀναδειχθήσεσθαι πατήρ. Λεία δὲ ἦσαν καὶ Ῥαχήλ. θεὸς γὰρ ὢν κατὰ φύσιν ὁ υἱὸς ἐν τῷ κόσμῳ ἦν· τοῦτο γὰρ ὁ Λάβαν. καὶ κατεποίμαινε δέ τινα τρόπον οἰκονομῶν ὡς θεὸς τὰ ζωαρκῆ, δωρούμενος μὲν ἀπὸ γῆς καρποὺς, ἀνιεὶς πηγὰς ὑδάτων, καὶ ποταμῶν νάματα, τὸν ἥλιον αὐτοῦ ἀνατέλλων, κατὰ τὸ γεγραμμένον, † ὑετοὺς καθιεὶς, ἐντιθεὶς τῇ ἀνθρώπου φύσει τὴν ἔμφυτον φρόνησιν. αὐτὸς γάρ ἐστι τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν ὃ φωτίζει πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον. ἐπλήρου δὲ ταῦτα διὰ μόνην, ὡς ἔφην, τὴν ἡμερότητα τὴν ἔμφυτον· καὶ μισθὸν μὲν ὥσπερ οὐδένα παρὰ τῶν ἐν κόσμῳ τηνικάδε δεχόμενος, οὐ δοξολογίαν, οὐ προσκύνησιν, οὐ δόξαν ὀρθὴν, καὶ ἀπλανῆ διάληψιν τὴν περὶ αὐτοῦ. προεγνωκὼς δὲ ὅτι δύο γυναῖκας ἕξει κατὰ καιροὺς, αἳ γνη-

† ἄλ. ὑοὺς.

mus, & nouissimus eorum qui ante ipsum extiterunt, sanctorum inquam Prophetarum, atq; ipsius Moysis: habet tamen † primogenituræ ius, & est primogenitus quòd in multis fratribus versatus sit vnigenitus. Ipse est benedictus à patre per multitudinẽ panis ac vini, ipsi seruierunt Gẽtes, & adorauerũt principes, & *maledicens ei est maledictus, benedicens verò benedictus*, iuxta benedictionem Isaac. Ipse ad similitudinem Iacob veluti paternã domum tantùm-non deserens cęlum, ad Laban se contulit, qui mũdo comparandus est nescienti quis esset naturaliter Deus; & potiùs vehemẽter errore de pluralitate Deorum laboranti. Idololatra enim etiam erat Laban. Proprius igitur erat etiam mundus CHRISTI, quantum naturaliter intelligitur Deus, & totius vniuersi Dominus atque opifex. Non proprius autem rursus, ob defectionem, & quia videtur alterius esse factus propter peccatum. Sathanam enim regem habebat. Descendit itaque Verbum ex cælo, paterna quodammodo domo relicta (hoc enim modò dixi) eratque veluti hospes in proprio ac suo mũdo. quod & sapiens Ioannes testabitur, dicens: *In mundo erat, & mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognouit*. Sed hæc fortasse conueniant ipsius aduentus temporibus. Quòd verò etiam ante incarnationem in proprijs erat, vt Deus: ignotus autem mundo, nostri curam habuerit ex innata ipsi bonitate, diuinaque benignitate, Iacob in se veluti in typo nobis declarat. Pauit enim oues Laban, nullam omnino ab ipso mercedem accipiens, spe verò sola ad hoc adductus, quòd duabus eius filiabus coniugandus esset, & legitimorum filiorum pater declarandus. Lia autem erant & Rachel. Deus enim existens secundùm naturam filius in mundo erat, (hoc enim est Laban) & pauit quodammodo, impartiens vt Deus quæ ad vitam sustentandam sunt necessaria, donans fructus terræ, emittens fontes aquarum, & fluminum cursus, *solem suum oriri faciens*, sicut scriptum est: pluuias demittens, indens humanæ naturæ innatam prudentiã. Ipse enim est verum lumen, *quod illuminat omnem hominem venientem in mundum*. Impleuit autem hæc omnia propter solam, vt dixi, innatam ipsi benignitatem, & mercedem quidem nullam ab ijs, qui in mundo sunt, accipiens, non glorificationem, non adorationem, non rectam opinionem, aut erroris expertem de eo sententiam. Præsciens verò quòd duas successu temporis vxores esset habiturus, quæ ipsi legitimo-

† Vel seq.

Gen. 27. 29.

Laban, typus mundi.

Mundus proprius CHRISTI & non proprius.

Ioan. 1. 10.

CHRISTVS ante incarnationem in proprijs fuit vt Deus.

Matt. 5. 45.

Ioan. 1. 9.

CHRISTVS verum lumen.

CHRISTVS sua natura beneficus, non mercede.

rum filiorum matres essent futuræ, spiritualiter parientes. Quænam verò hæ? Prior quidem natu grandior, hoc est Lia, typum Synagogæ Iudæorum præ se fert. Altera verò, hoc est secunda atque illam tempore subsecuta, impensè amata, iunior est Rachel, hoc est, Ecclesia ex Gentibus, quæ etiam peperit Ioseph, qui interpretatur, *Additio Dei*. Additus enim est Israëlitis Gentium grex. Intelligitur verò etiã aliter credentium per tempus additione, in immensam multitudinem creuisse. Ceterùm animaduerte rationem. iuuerit enim vehemẽter horũ exacta cognitio. Peperit Lia priùs, quàm Rachel: deinde ancillæ duæ *Balla* & *Zelpha*. Atqui quietem interea agit Iacob, neque de facienda propria domo laborat. Postquã verò Rachel peperit Ioseph, propriam deinceps domũ cupit. *Quando enim*, inquit, *faciam mihi ipsi domũ?* Peperit enim Synagoga Iudæorum subleges in seruitutẽ. Ceterùm nondum CHRISTVS propriam domum habere apertè professus est. Neque enim carum habuit admodũ templum lapideum, quod Salomon extruxit. Idcirco Iudæos maximè super eo gloriantes tantùm-non obiurgat dicens: *Cælũ mihi thronus: terra verò scabellum pedum meorum. Qualem domum ædificabitis mihi, dicit Dominus: aut quis locus habitationis meæ?* Sed neque spiritalis Dei domus fuit Israël. Neq; enim habitauit in eis. Postquã verò peperit Ecclesia ex Gentibus nouum & addititiũ populũ, propriam deinceps sibi ipsi domum Saluator ædificauit. Quænã verò ea est? Nos, qui fidem amplexi sumus, de quibus etiam per vocẽ Prophetæ ait: *Dans leges meas in mentẽ eorum, & in cordibus eorum inscribam eas: & ero ipsis in Deum, ipsi verò erunt mihi in populum*. Habitat enim in nobis per spiritũ, vt antè dixi, non habitans in Israël. Quòd enim expertes fuerint spiritus, vt in typo inquam iuxta nos, ij qui ante aduentum CHRISTI extiterunt; sapientissimus Ioannes declarat, dicens: *Nondum enim erat Spiritus sanctus, quia* IESVS *nondum glorificatus erat.* Suscitatus enim à mortuis, atque ad diuinam imaginem hominis naturam reformans, primis sanctis Apostolis insufflauit dicens: *Accipite Spiritum sanctum*. Ait verò alibi etiam diuinus Paulus: *Non enim accepistis spiritum seruitutis rursum in timorem, sed accepistis spiritum adoptionis, in quo clamamus, Abba, Pater*. Spiritus igitur seruitutis erat in Israël. In nobis verò, filijs Rachel, hoc est Ecclesiæ Gentiũ, spiritus Dei ad filiationem, spiritalẽ domũ [illegible] eſ[illegible]iens. Liberi enim filij Rachel, cu[illegible] [illegible] decori ac pulchri; Liæ verò non item. Neq; enim integro visu præditus est Israël

Ioseph quid. — Gen. 30. 30. — Isaia 66. 1. — Fideles domus sunt Dei. — Ierem. 31. 33 — Heb. 10. 16. — Ioan. 7. 39. — Ioan. 20. — Rom. 8. 15. — 2. Tim. 1. 7. — Gal. 4. 5.

σίων αὐτῷ τέκνων ἔσονται μητέρες τίκτουσαι νοητῶς. ποῖαι δὲ αὗται; πρώτη μὲν ἡ πρεσβυτέρα, τουτέστι Λεία τῆς Ἰουδαίων συναγωγῆς τὸν τύπον ἀποπεραίνουσα. δευτέρα δὲ καὶ μετ' οὐ πολὺ καὶ τριπόθητος, ἡ νεωτέρα Ῥαχὴλ, τουτέστιν ἡ ἐξ ἐθνῶν ἐκκλησία, ἣ καὶ τέτοκε τὸν Ἰωσὴφ θεοῦ προσθήκην ἑρμηνευόμενον. προστέθειται μὲν γὰρ τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ, ἡ ἐξ ἐθνῶν ἀγέλη. νοεῖται δὲ καὶ ἑτέρως ταῖς κατὰ καιρὸν τῶν πιστευόντων προσθήκαις εἰς πληθὺν ἀμέτρητον ἰοῦσα. πλὴν ὅρα τὴν ἐπιτήρησιν. ὀνήσιν γὰρ λίαν τὸ ἀκριβὲς ἐν τούτοις. γεγέννηκεν ἡ Λεία πρὸ Ῥαχὴλ· εἶτα μεταξὺ παιδίσκαι δύο Βάλλα τε καὶ Ζελφά. ἀλλ' ἠρέμει τέως Ἰακώβ· ἴδιον δὲ οἶκον οὔπω ποιεῖν ἐσκέπτετο. τέτοκεν ἡ Ῥαχὴλ τὸν Ἰωσὴφ, καὶ οἶκον λοιπὸν ἐρᾷ· πότε γάρ, φησι, ποιήσω ἐμαυτῷ οἶκον; τέτοκε μὲν γὰρ ἡ τῶν Ἰουδαίων συναγωγὴ τοὺς εἰς δουλείαν τὴν ὑπὸ νόμον. ἀλλ' οὔπω Χριστὸς ἴδιον οἶκον ἔχειν ὡμολόγει σαφῶς. οὐ γὰρ ἀπεδέχετο λίαν τὸν ἐκ λίθων ναὸν ὃν Σολομὼν ἀνεθείματο. καὶ γοῦν Ἰουδαίων ἐξωφρυωμένοις ἄγαν ἐπὶ τῷδε ποτὲ μονονουχὶ καὶ ἐπιπλήττει λέγων. ὁ οὐρανός μοι θρόνος, ἡ δὲ γῆ ὑποπόδιον τῶν ποδῶν μου. ποῖον οἶκον οἰκοδομήσετέ μοι, λέγει κύριος· ἢ τίς τόπος τῆς καταπαύσεώς μου; ἀλλ' οὐδὲ οἶκος θεοῦ γέγονε νοητὸς ὁ Ἰσραήλ. οὐ γὰρ κατῴκηκεν ἐν αὐτοῖς. ἐπειδὴ δὲ τέτοκεν ἡ ἐξ ἐθνῶν ἐκκλησία τὸν νέον τε καὶ ἐν προσθήκαις λαὸν, οἶκον ἴδιον ἑαυτῷ λοιπὸν ὁ σωτὴρ κατεσκεύαζεν. καὶ τίς δὴ οὗτός ἐστιν; ἡμεῖς οἱ πιστεύσαντες. περὶ ὧν φησι καὶ διὰ προφήτου φωνῆς. διδοὺς νόμους μου εἰς τὴν διάνοιαν αὐτῶν, καὶ ἐπὶ καρδίας αὐτῶν ἐπιγράψω αὐτούς. καὶ ἔσομαι αὐτοῖς εἰς θεὸν, καὶ αὐτοὶ ἔσονταί μοι εἰς λαόν. κατοικεῖ ἐν ἡμῖν διὰ τοῦ πνεύματος, καθάπερ ἀρτίως ἔφην, οὐ κατοικήσας ἐν Ἰσραήλ. ὅτι γὰρ ἀμέτοχοι τοῦ πνεύματος, ὡς ἐν τύπῳ λέγω τῷ καθ' ἡμᾶς, οἱ πρὸ τῆς ἐπιδημίας, σαφηνιεῖ λέγων ὁ σοφώτατος Ἰωάννης· οὔπω γὰρ ἦν πνεῦμα, ὅτι Ἰησοῦς οὐδέπω ἐδοξάσθη. ἐγηγερμένος γὰρ ἐκ νεκρῶν, καὶ εἰς εἰκόνα τὴν θείαν τὴν ἀνθρώπου φύσιν ἀναμορφῶν πρώτοις ἐνεφύσησε τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις, λέγων· λάβετε πνεῦμα ἅγιον. ἔφη δέ που καὶ ὁ θεσπέσιος Παῦλος· οὐ γὰρ ἐλάβετε πνεῦμα δουλείας πάλιν εἰς φόβον, ἀλλ' ἐλάβετε πνεῦμα υἱοθεσίας, ἐν ᾧ κράζομεν Ἀββᾶ, ὁ πατήρ. ἐκεῖ οὖν πνεῦμα μὲν δουλείας ἦν ἐν Ἰσραήλ. ἐν ἡμῖν δὲ τοῖς ἀπὸ Ῥαχὴλ, τουτέστι τῆς ἐξ ἐθνῶν ἐκκλησίας, πνεῦμα θεοῦ πρὸς υἱοθεσίαν, οἶκον ἡμᾶς ἀποτελοῦν τὸν πνευματικόν. ἐλεύθεροι γὰρ οἱ ἀπὸ Ῥαχὴλ, ἧς οἱ ὀφθαλμοὶ καλοὶ καὶ ὡραῖοι, καί τοι τῆς Λείας οὐχ ὧδε ἐχούσης. ὁρᾷ γὰρ οὐχ ὑγιῶς ἡ τῶν

πειρᾶ εἰς τὸ σώζεσθαι. εἶπε δὲ Ἰακώβ· ὁ θεὸς τοῦ πατρός μου Ἀβραάμ, καὶ ὁ θεὸς τοῦ πατρός μου Ἰσαάκ, κύριε ὁ εἰπών μοι, ἀπότρεχε εἰς τὴν γῆν τῆς γενέσεώς σου, καὶ εὖ σε ποιήσω. ἱκανούσθω μοι ἀπὸ πάσης δικαιοσύνης, καὶ ἀπὸ πάσης ἀληθείας, ἧς ἐποίησας τῷ παιδί σου. ἐν γὰρ τῇ ῥάβδῳ μου ταύτῃ διέβην τὸν Ἰορδάνην, νυνὶ δὲ γέγονα εἰς δύο παρεμβολάς. ἐξελοῦ με ἐκ χειρὸς τοῦ ἀδελφοῦ μου Ἠσαῦ, ὅτι φοβοῦμαι ἐγὼ αὐτόν, μή ποτε ἐλθὼν πατάξῃ με καὶ μητέρας ἐπὶ τέκνοις. σὺ δὲ εἶπας καλῶς, εὖ σε ποιήσω, καὶ θήσω τὸ σπέρμα σου ὡς τὴν ἄμμον τῆς θαλάσσης, καὶ οὐκ ἀριθμηθήσεται ἀπὸ τοῦ πλήθους. συνιεῖς ὅπως ὑποτρέχει θωπικῶς τὸν Ἠσαῦ, μόνον δὲ οὐχὶ προσσαίει λελυπημένον, καὶ ὑποκλέπτειν πειρᾶται διά γε τοῦ χρηστοεπεῖν τὸ ἀκρατὲς τῆς ὀργῆς. καίτοι γὰρ τὸ ἐν ἀμείνοσιν εἶναι λαχὼν διὰ τὴν τοῦ πατρὸς εὐλογίαν, καὶ τῇ τῶν πρωτοτόκων δόξῃ προσεκεκοσμημένος, καὶ θεὸν ἔχων ἐπαρωγόν, καθυφίησιν ἁγιοπρεπῶς, ἐκεῖνό που πάντως κατορθοῦν ᾑρημένος, εἰ δυνατόν, τὸ ἐξ ὑμῶν μετὰ πάντων ἀνθρώπων εἰρηνεύετε. λόγος μὲν γὰρ ἔσθ' ὁ τραχὺς καὶ ἀνάντης καὶ ὑπεροψίας ἔμπλεως ἀφόρητος ἔστι τισίν. ὡς δὲ σοφὸς ἔγραφε παροιμιαστής· ἀπόκρισις ὑποπίπτουσα ἀποστρέφει θυμόν. καί μοι βλέπε τοῦ δικαίου τὸ εἰς εὐσέβειαν εὐτεχνές. ἀποστέλλει μὲν γὰρ ἀγγέλους εἰρήνην αἰτήσοντας, καὶ τρυφερωτάτους πρὸς τὸν Ἠσαῦ διακομίσοντας λόγους, ἄνω τε γὰρ καὶ κάτω προστέταχε λέγειν· τάδε λέγει ὁ παῖς σου Ἰακώβ. τρέπεται δὲ πάλιν αὐτὸς εἰς εὐχάς, καὶ τὴν ἀεὶ σώζουσαν ἐπικουρίαν αἰτῶν οὐ διαλιμπάνει. ἐμπεδοῖ δέ, ὅτι τὴν εἰς τὸ μᾶλλον ἐλπίδα τῶν ἤδη παρῳχηκότων ἡ πεῖρα διεσάφει, λέγων· ἐν τῇ ῥάβδῳ μου ταύτῃ διέβην τὸν Ἰορδάνην, νυνὶ δὲ γέγονα εἰς δύο παρεμβολάς. ἔφη γάρ, ὅτι αὐτὴν μόνην τὴν οἴκοθεν ἔχων ῥάβδον διέβην τὸν Ἰορδάνην, καὶ πολλῶν γέγονα δεσπότης, τὸ σὸν ἔχων εὐμενές, ὦ δέσποτα. εἰσόμεθα διὰ τούτων τοίνυν καὶ ἡμεῖς, ὅτι πράους εἶναι δεῖ καὶ εἰρηνικούς, καὶ διὰ παντὸς θηρᾶσθαι τρόπου τὸ διαζῆν ἀμαχί. δοῦλον γὰρ κυρίου, φησίν, οὐ δεῖ μάχεσθαι, ἀλλ' ἤπιον εἶναι πρὸς πάντας, κατὰ τὸ γεγραμμένον. ἀποκεχρῆσθαι μὲν γὰρ καὶ ταῖς ἀνθρωπίναις ἡμᾶς εὐτεχνίαις εἰς τὸ ἀγαθόν, τὸ ἀπεῖργον οὐδέν, εἴη δ' ἂν οἶμαι τῶν λίαν ἐπαινουμένων. ζητεῖν δὲ ἀνάγκη, κἂν εἰ τοῦτο γένοιτο παρ' ἡμῶν, τὴν παρὰ θεοῦ φροντίδα, καὶ τὴν ἄνωθεν ἐπικουρίαν, οὐ φρονοῦντας τὰ ὑψηλά· διενθυμουμένους δὲ μᾶλλον τὸ γεγραμμένον, ὅσῳ μέγας εἶ, τοσούτῳ ταπείνου σεαυτόν, καὶ ἔναντι κυρίου εὑρήσεις χάριν. οὕτω φρονεῖν τε καὶ δρᾶν ᾑρημένοι τὰ ἐκ τῆς εἰρήνης κερδανοῦμεν ἀγαθά, καὶ τοὺς καθ' ἡμῶν ἀγριαίνοντας εἰς ἡμερότητα μεταστρέψομεν. θῆρες γὰρ ἄγριοι, φησίν, εἰρηνεύσουσί σοι. τοῦτο πέπραχεν Ἰακώβ.

οὐ γὰρ

οὐ γὰρ μόνοις τὸν ἀδελφὸν αἱμύλοις καὶ ἁπα-
λοῖς ἐκμειλίσσεται λόγοις, ἀλλὰ καὶ ξενίων
καὶ τῶν ὄντων ἐποιεῖτο κοινωνόν, μεγάλαι
πρωτείτην ἀπονέμων αὐτῷ, πρόβατά τε καὶ
βόας, αἶγάς τε καὶ ὄνους, καμήλους καὶ μό-
σχους. κρείττων γὰρ εἰρήνη χρημάτων, καὶ προ-
εχέσθω φιλίας τῆς εἰς ἀδελφοὺς ἡ τῶν προσκαί-
ρων ἡ κτῆσις. καὶ γοῦν ἐδεδίει μὲν, ὡς ἔφην, ὁ
θεσπέσιος Ἰακὼβ, τὸν ἀδελφὸν Ἠσαῦ, καὶ ὡς
αὐτίκα δὴ μάλα τὰ ἐξ ὀργῆς πεισόμενος, ἄ-
θυμος ἦν. καὶ φθόνον πατήσας τὸν ἐν ἀρχαῖς
περιέφυ τοῦ Ἰακώβ. καὶ σὺν δακρύοις ἠσπάζετο,
καὶ τοῖς φύσεως νόμοις τὸ βραδύνειν δυνάσθαι
τὰ εἰς ἀγάπην ἐδίδου. γέγραπται γὰρ, ὅτι καὶ
προσδραμὼν Ἠσαῦ εἰς συνάντησιν αὐτῷ, καὶ
περιλαβὼν αὐτὸν ἐφίλησε, καὶ προσέπεσεν ἐπὶ
τὸν τράχηλον αὐτοῦ, καὶ ἔκλαυσαν ἀμφότεροι.
καὶ ταῦτα δὴ πάντα τὰ πρᾳότητος κατορθώ-
ματα, καρπὸς ὑφειμένου τε ἀφιλοκόμπου φρο-
νήματος, καὶ ξένιον εὐμενείας θεοῦ τοῖς ἀγα-
πῶσιν αὐτὸν, καταψιλοῦντος τὸ ἄναντες, καὶ
καταλεαίνοντος τὸ τραχὺ, καὶ ταῖς εὐθυμίαις
καταπιαίνοντος τοὺς αὐτῷ προσκεῖσθαι σπου-
δάζοντας. ἀλλ' οἶμαι δὴ δεῖν εἰς θεωρίαν πνευ-
ματικὴν ἡμῖν μεταπλάττεσθαι τὸ διήγημα. καὶ
φέρε δὴ λέγωμεν ἀνεπανιόντες, καὶ εἰς ἀρχὴν
ἀνατρέχοντες τοῦ παντὸς λόγου. σαφὲς γὰρ ἂν
γένοιτο τοῖς χρηστομαθεῖν ᾑρημένοις τὸ Χριστοῦ
μυστήριον. φονῶντα τοίνυν τὸν ἀδελφὸν καὶ θη-
ριωδῶς ἀγριαίνοντα δεδιὼς ὡς εἰκότως ὁ θε-
σπέσιος Ἰακὼβ τὴν εἰς Χαρράν τε καὶ Λάβαν
ἀποδημίαν ἐστέλλετο, συναινοῦντος αὐτῷ τὴν ἀπο-
δρομὴν τοῦ πατρὸς, τουτέστι τοῦ Ἰσαάκ. ἐδόκει γὰρ
ὧδε περικρούσεσθαι δεῖν τοῦ λελυπημένου τὴν ἔφο-
δον. ἀφιγμένος δὴ οὖν πρὸς Λάβαν, ἐμνηστεύετο
μὲν τὰς τοῦ ἀνδρὸς θυγατέρας, Λείαν τε φημὶ
καὶ Ῥαχήλ, καὶ δὴ καὶ τέκνων ἐπλούτει γονὴν, καὶ
θρεμμάτων ἀγέλας, καὶ πρὸς τούτοις ἔτι τὴν ἑτέραν
οὐσίαν. ἐπειδὴ δὲ ἧκεν εἰς τοῦτο λοιπὸν εὐθηνίας οἶ-
κον ἴδιον ἔχειν ἐσκέπτετο, καὶ ἀπαίρει μὲν τῆς Χαρ-
ρὰν καὶ τῆς Λάβαν ἑστίας, ὁμοῦ τοῖς πεπορισμένοις,
καὶ μὴν καὶ γυναικῶν καὶ τέκνων. διώκοντος δὲ τοῦ
Λάβαν, καταλαμβάνεται μὲν, συνέβη δὲ τὰ
πρὸς εἰρήνην, καὶ τὸν ἀγάπης τὸν σύνδεσμον ἐβε-
βαίου Χριστός. ἀνεστηλοῦτο γὰρ ὁ λίθος εἰς τύ-
πον αὐτοῦ. εἶτα μετὰ τοῦτο μεταθέοντος οἴκαδε
λοιπὸν καὶ ἀποιχομένου τοῦ Λάβαν, συμβέβηκεν
εἰς εἰρήνην καὶ αὐτῷ τῷ πάλαι φονῶντι καὶ ἀ-
γριαίνοντι, τουτέστιν Ἠσαῦ. κατησπάζοντο γὰρ
ἀλλήλους, καταχωννύντες τρόπον τινὰ ταῖς εἰς
φιλαδελφίαν συνδρομαῖς, τὴν ἐπὶ τοῖς φθά-
σασι δυσθυμίαν. ἐν τούτοις μὲν ὁ σύμπας τῆς ἱστο-
ρίας διεπεραίνετο λόγος. μεμνήμεθα δὲ καὶ ἡ-
μεῖς τῷ μὲν Ἰακὼβ τὸ αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ περι-
θέντες πρόσωπον, εἰς δέ πως καὶ τὸ τῶν ἐν πί-
στει δεδικαιωμένων. τὸν δέ γε Ἠσαῦ ἀνατυ-
ποῦν ἔφαμεν ἐφ' ἑαυτῷ τὸν ἐκ περιτομῆς καὶ
ἐν νόμῳ λαόν. μάλιστα ἔτι καὶ αὐτὸς ὁ παν-

Neque enim solùm mollibus ac blãdis verbis fratrem mitigauit, sed etiam muneribus prosecutus est, & facultatum suarum participem effecit, magis opimam partem ipsi tribuens, oues & boues, capras & asinos, camelos & vitulos. Melior est enim pax diuitiis, & temporariorum bonorũ possessio amori fraterno est postponenda. Porrò timuit quidem, vt dixi, diuinus Iacob fratrẽ Esau, ac quasi iam iam iram ipsius experturus, tristis erat. Ille verò abiecta vetere inuidia amplexus est Iacob, & cum lacrymis osculatus est, & naturæ legibus ad amorem prouocantibus cessit. Scriptum est enim: *Et accurrens Esau in occursum ei, amplexatus est eum, & cecidit super collum ipsius, & fleuerunt ambo.* Atque hæc quidem omnia mansuetudinis opera, sunt fructus submissi minimeque elati animi, & munus benignitatis Dei, qui amantibus ipsum, difficilia atque ardua emollit, leuiaque efficit, gaudioque replet eos, qui ipsi adhærere contendunt. Ceterùm necessarium esse arbitror narrationem ad spiritualem contemplationem transferre, atque age dicamus sermonem ab initio retexentes. Ita enim studiosis CHRISTI mysterium manifestum fuerit. Fratrem itaque mortem ipsi machinantem, atque instar belluæ cuiusdam ferocientem metuens vt par erat Iacob, profectionem ad Charran & Laban instituit, approbante ipsius discessum patre, hoc est Isaac. Ita enim videbatur submoturus à se rabiosi hominis insultus. Cùm itaque peruenisset ad Laban, duxit illius filias, Liam nimirum & Rachel, filiosque nactus est, & pecorum greges, ac prǽterea alias etiam facultates. Cùm autem ad tantam rerum affluentiam peruenisset, propriam domum habere curauit, ac discedit quidem è Charran, atque à domo Laban cum ijs quæ adquisierat, atque vxoribus & filijs. Persequẽte verò Labã, comprehensus quidem est. Composita autem res est ad pacem, amorisque vinculum confirmauit CHRISTVS. Erectus enim est lapis in typum ipsius. Postea verò cùm iam Laban domum rediisset, pacem etiam iniit cum veteri hoste, qui ipsius vitæ ferociter insidiabatur, Esau inquam. Osculati enim sunt inuicem, spontaneo quodammodo in mutuum amorem concursu, præteritum mœrorem obliterãte. In his itaque totius historiæ sermo est consumptus. Meminisse verò oportet, Iacobo CHRISTI personam à nobis tributam esse: nonnunquam etiam eorum qui per fidem iustificati sunt. Esau autem populum circumcisum, & sub lege, prę se ferre diximus: idque præcipuè, quia vniuer-

Gen. 33.4.

uerſorum Dominus Deus, cùm adhuc vtero geſtaret gemellos Rebecca, illi inquit: *Duæ gentes, & duo populi ex ventre tuo orientur, & populus populum ſuperabit, & maior ſeruiet minori.* Quod quidem perfectum eſt per CHRISTVM. Primi enim exiſtentes temporis ratione Iſraëlitæ, ideoque vocati primogeniti, poſteriores facti ſunt, & à tergo poſiti ijs qui per fidem in CHRISTO, qui & primogeniti gloriam ſibi vindicarunt, propter eum qui in ipſis eſt primogenitum, tametſi ſit vnigenitus, cui etiam conformes facti ſunt per ſpiritum, habentes regenerationem in ſanctificationem atque incorruptionem. Inuidia itaque inflammatus Eſau, hoc eſt Iſraël, perſecutus eſt Iacob, CHRISTVM inquam. Indifferens verò, vt dixi, in his nobis eſt ſermo, ſemper decorum obſeruans, ac ſubinde quidem ad CHRISTVM referens Iacob; ſubinde verò ad nouum ac fidelem populum. Vexatus itaque quodammodo & nolens CHRISTVS, in gentium regionem abijt, apertè clamans: *Dereliqui domum meam, dimiſi hæreditatem meam, dedi dilectam animam meam in manus inimicorum eius. Facta eſt hæreditas mea mihi quaſi leo in ſylua: dedit contra me vocem ſuam; ideo odiui eam.* Ceterùm etiam mulieribus in horto poſt reſurrectionẽ à mortuis pro ſua benignitate ſeipſum manifeſtauit dicens: *Abite, nunciate fratribus meis, vt abeant in Galilæam, ibi me videbunt.* Profectus itaque in Galilæam, vt & beatus Iacob in Charran, pauit oues Laban, hoc eſt mundi, qui colebat creaturas, atque errabat, ſicut & Laban. Cùm enim ibi eſſet, veluti ſponſus quiſpiã ſpiritaliter in domum ſuam introducit virginem caſtam Eccleſiam ex Gentibus, hoc eſt Rachel, inducens vnà cum ipſa etiam eam quæ antea per legem ipſi coniuncta erat Iudæorum Synagogam, cuius typus eſt Lia. *Saluatæ enim ſunt reliquiæ Iſraël*, iuxta Prophetę vocẽ, etiamſi non vniuerſa multitudo gratiam in CHRISTO per fidem in pretio habuerit. Oſtenſus itaque ſponſus Gentibus CHRISTVS, cùm quàm plurimos regeneraſſet gratia in filiationem in ſpiritu, & rationalium pecorum innumerabilẽ reuera multitudinem congregaſſet, perſecutus eſt eum mundus. Repugnarunt enim ſæpenumero gloriæ CHRISTI, quidam eorum qui in mundo magnis honoribus, ſummaque potentia præditi erant. Sed etiam hunc placauit diuina gratia. Mundus verò pacem cum CHRISTO inijt, quemadmodum & Laban cum Iacob. Vltimis verò temporibus Dominus noſter IESVS CHRISTVS, etiam veterem perſecutorem Iſraëlem

Gen. 25. 23.
Ierem. 12. 7.
Matt. 28. 10
Iſaia 10. 22.
Rom. 9. 27.

τῶν δεσπότης Θεὸς ἐν ὠδῖσιν ἔτι τὴν τῶν νεανίσκων ἐχούσῃ δυάδα, τῇ Ῥεβέκκᾳ φησί· δύο ἔθνη καὶ δύο λαοὶ ἐκ τῆς κοιλίας σου διαστελήσονται, καὶ λαὸς λαοῦ ὑπερέξει, καὶ ὁ μείζων δουλεύσει τῷ ἐλάσσονι. ὃ δὴ καὶ πεπλήρωται διὰ Χριστοῦ. πρῶτοι γὰρ ὄντες ὡς κατὰ χρόνον οἱ ἐξ Ἰσραὴλ, ὠνομασμένοι διὰ τοῦτο πρωτότοκοι, κατόπιν γεγόνασι, καὶ εἰς νῶτον τεθέινται τῶν διὰ πίστεως ἐν Χριστῷ, οἳ καὶ τὴν τοῦ πρωτοτόκου κεκληρονομήκασι δόξαν, διὰ τὸν ἐν αὐταῖς πρωτότοκον, εἰ καὶ ἔστι μονογενὴς, ᾧ καὶ σύμμορφοι γεγόνασι τὴν διὰ πνεύματος ἀναγέννησιν ἔχοντες εἰς ἀφθαρσίαν τε καὶ ἁγιασμόν. φθόνῳ οὖν διακεκαυμένος Ἠσαῦ, τουτέστιν ὁ Ἰσραὴλ, ἐδίωκε τὸν Ἰακὼβ, φημὶ δὴ τὸν Χριστόν. ἀδιαφορεῖ δὲ, ὡς ἔφην, ἐν τούτοις ἡμῖν ὁ λόγος, τὸ πρέπον ἀεὶ θηρώμενος· καὶ ποτὲ μὲν εἰς Χριστὸν ἀναφέρων τὸν Ἰακὼβ, ποτὲ δὲ εἰς τὸν νέον ἐν πίστει λαόν. δεδιωγμένος δὲ τρόπον τινὰ καὶ οὐχ ἑκὼν ὁ Χριστὸς εἰς τὴν τῶν ἐθνῶν ἀποδήμησε χώραν, διαῤῥήδην ἀνακεκραγὼς· ἐγκαταλέλοιπα τὸν οἶκόν μου, ἀφῆκα τὴν κληρονομίαν μου, ἔδωκα τὴν ἠγαπημένην ψυχήν μου εἰς χεῖρας ἐχθρῶν αὐτῆς. ἐγενήθη ἡ κληρονομία μου ἐμοὶ ὡς λέων ἐν δρυμῷ. ἔδωκεν ἐπ' ἐμὲ τὴν φωνὴν αὐτῆς, διὰ τοῦτο ἐμίσησα αὐτήν. ἀλλὰ καὶ ταῖς ἐν τῷ κήπῳ γυναιξὶ μετὰ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν ἐξ ἡμερότητος καὶ φιλανθρωπίας ἑαυτὸν ἐμφανῆ καθίστη, λέγων. ὑπάγετε, ἀπαγγείλατε τοῖς ἀδελφοῖς μου, ἵνα ἀπέλθωσι εἰς τὴν Γαλιλαίαν, κἀκεῖ με ὄψονται. ἀφιγμένος δὴ οὖν εἰς τὴν Γαλιλαίαν, καθὰ καὶ ὁ θεσπέσιος Ἰακὼβ εἰς Χαῤῥὰν ἐποίμαινε τὰ πρόβατα Λάβαν, τουτέστι τοῦ κόσμου, τοῦ τῇ κτίσει λελατρευκότος καὶ πεπλανημένου, καθὰ καὶ ὁ Λάβαν. ἐκεῖ γεγονὼς, οἷά τις νυμφίος εἰσοικίζεται νοητῶς παρθένον ἁγνὴν τὴν ἐξ ἐθνῶν ἐκκλησίαν, τουτέστι Ῥαχὴλ, συνεισάγων αὐτῇ καὶ τὴν ἤδη διὰ νόμου προκατεζευγμένην αὐτῷ τὴν τῶν Ἰουδαίων συναγωγὴν, ἧς τύπος ἡ Λεία. σέσωσται γὰρ τὸ κατάλειμμα τοῦ Ἰσραὴλ, κατὰ τὴν τοῦ προφήτου φωνὴν, εἰ καὶ μὴ πᾶσαν τυχὸν ἡ πλῆθος τῶν διὰ πίστεως ἐν Χριστῷ τετίμηκε χάριν. ἀναδεδειγμένος δὴ οὖν ὁ νυμφίος παρὰ τοῖς ἔθνεσι ὁ Χριστὸς, καὶ ἀναγεννήσας τῇ χάριτι πλείστους ὅσους εἰς υἱοθεσίαν ἐν πνεύματι, καὶ θρεμμάτων λογικῶν οὐκ εὐαρίθμητον ἀληθῶς ἀθροίσας ἀγέλην ἐδιώχθη παρὰ τοῦ κόσμου. πεπολεμήκασι γὰρ τῇ δόξῃ Χριστοῦ τῶν ἐν κόσμῳ τινὲς ταῖς ὑπερτάτω τιμαῖς ἀνειμένοι, καὶ δυσκαταγώνιστον ἐπὶ γῆς ἐσχηκότες τὴν δυναστείαν. ἀλλὰ καὶ τούτου ἡ θεία δεδυσώπηκε χάρις. συνέβη δὲ καὶ ὁ κόσμος εἰς εἰρήνην Χριστῷ, καθὰ καὶ ὁ Λάβαν τῷ Ἰακώβ. ἀλλ' ἐν ὑστέροις καιροῖς ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς καὶ αὐτὸν οἰκειώσεται τὸν πάλαι

διώκτην

διώκτην Ἰσραήλ, καθάπερ ἀμέλει καὶ ὁ Ἰακὼβ τὸν Ἠσαῦ, μετὰ τὴν ἐκ τῆς Χαῤῥὰν ἐπάνοδον ἠσπάζετο. ὅτι γὰρ εἰσδεχθήσεται κατὰ καιροὺς καὶ αὐτὸς ὁ Ἰσραὴλ εἰς ἀγάπησιν τὴν ἐπὶ Χριστῷ διὰ πίστεως, ἐνδοιάσαι μὲν ἂν ἥκιστά γε τοῖς τῆς θεοπνεύστου γραφῆς εἴκοντες λόγοις. ἔφη γάρ που δι' ἑνὸς τῶν ἁγίων προφητῶν ὁ τῶν ὅλων δεσπότης. „ διότι ἡμέρας πολλὰς καθίσονται οἱ υἱοὶ Ἰσραήλ, οὐκ ὄντος βασιλέως, οὐδὲ ὄντος ἄρχοντος, οὐκ οὔσης θυσίας, οὐδὲ ὄντος θυσιαστηρίου, οὔτε ἱερατείας, οὔτε δήλων. καὶ μετὰ ταῦτα ἐπιστρέψουσιν οἱ υἱοὶ Ἰσραήλ, καὶ ἐπιζητήσουσι κύριον τὸν θεὸν αὐτῶν, καὶ Δαβὶδ τὸν βασιλέα ἑαυτῶν, καὶ ἐλπίσονται ἐπὶ τῷ κυρίῳ, καὶ ἐπὶ τοῖς ἀγαθοῖς αὐτοῦ ἐπ' ἐσχάτου ἡμερῶν. Συλλέγοντος γὰρ ἔτι τοὺς ἐξ ἐθνῶν πεπιστευκότας τοῦ πάντων ἡμῶν σωτῆρος Χριστοῦ, κατηρέμησέ πως ὁ Ἰσραήλ, οὐ νόμον ἔχων τῶν πρακτέων τὸν βραβευτὴν, οὐ τῷ θείῳ θυσιαστηρίῳ τὰ νενομισμένα προσφέρων· περιμένων δὲ, ὥσπερ ἐκ τῆς τῶν ἐθνῶν κλήσεως ὑποστρέφοντα Χριστὸν ἐπὶ τὸ χρῆναι λοιπὸν, καὶ αὐτὸν διὰ πίστεως εἰσοικίσασθαι καὶ τῷ τῆς ἀγάπης νόμῳ μονονουχὶ καὶ συνδῆσαι τοῖς ἄλλοις. ἐπιτήρει γὰρ, ὅτι χαίρων ἐπὶ τέκνων γοναῖς καὶ πολλαῖς θρεμμάτων ἀγέλαις, ὑποστρέφει μὲν ἐκ Χαῤῥὰν Ἰακώβ. ἐκδέχεται δὲ οὕτω λοιπὸν καὶ αὐτὸν εἰς ἀγάπησιν τὸν Ἠσαῦ. ἐπιστρέψει τοίνυν κατὰ καιροὺς μετὰ τὴν τῶν ἐθνῶν κλῆσιν ὁ Ἰσραήλ, καὶ αὐτὸν δὲ τὸν ἐν Χριστῷ πλοῦτον θαυμάσει. ἔνεστι γὰρ εὐκόλως διὰ τῶν ἱστορικῶς πεπραγμένων καὶ τοῦτο αὐτὸ τοῖς ἐθέλουσι καταθρεῖν. ἀπέστειλεν Ἰακὼβ ξένια τῷ Ἠσαῦ μετατιθεὶς εἰς ἀγάπησιν καὶ ταῖς τῶν δώρων φιλοτιμίαις. προσαπέστειλε δὲ καὶ ἀγγέλους εἰρηνικοὺς πρὸς αὐτὸν ἐροῦντας λόγους. καὶ ὅτι παρέσται καὶ οὐκ εἰς μακρὰν τὰ εἰς φιλίαν αὐτῶν καταστήσοντα, ἐναργὲς ἀποπεραίνει κατὰ καιροὺς καὶ τοῦτο ὁ Χριστός. ἔφη γάρ που πρὸς „ Ἰουδαίους διὰ φωνῆς προφήτου. καὶ ἰδοὺ, ἐγὼ „ ἀποστελῶ ὑμῖν Ἠλίαν τὸν Θεσβίτην πρὶν ἐλθεῖν „ τὴν ἡμέραν κυρίου τὴν μεγάλην, καὶ ἐπιφανῆ. ὃς ἀποκαταστήσει καρδίαν πατρὸς πρὸς υἱὸν, καὶ καρδίαν ἀνθρώπου πρὸς τὸν πλησίον αὐτοῦ. μὴ ἐλθὼν πατάξω τὴν γῆν ἄρδην. ἐκεῖνος ἐλθὼν ἐντρέψεται κατὰ τὸ εἰκὸς τὸν δυσάγωγον Ἰσραήλ, ἀποστήσει τῆς ἀρχαίας ὀργῆς, φίλον κατασκευάσει καὶ εἰρηνικὸν τῷ Χριστῷ, μονονουχὶ καὶ παρόντα δεικνύων τῆς παρ' αὐτοῦ φιλοτιμίας τὰ ξένια, τουτέστι, τὴν τῶν πιστευόντων ἐλπίδα. οὐ γὰρ εἰς μῆκος ἔτι καιρῶν τὰ τῆς ἐπαγγελίας οἰχήσεται τοῖς τηνικάδε πιστεύουσι, ἀλλὰ γείτων ἡ δωρεὰ καὶ κατὰ πόδας ἡ χάρις. καταργουμένου μὲν εὐθὺς τοῦ τῆς ἁμαρτίας υἱοῦ, καταφοιτῶντος δὲ μετὰ τῶν ἁγίων ἀγγέλων ἐξ οὐρανοῦ τοῦ πάντων ἡμῶν σωτῆρος Χριστοῦ, δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ τῷ πατρὶ ἡ δόξα σὺν ἁγίῳ πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

sibi conciliabit, quemadmodum & Iacob Esau, post reditū ex Charran osculatus est. Quòd enim recipiendus sit successu temporis etiam ipse Israël ad dilectionem in CHRISTO per fidem, nemo quidem dubitarit, sacræ Scripturæ auscultās. Ait enim alibi vniuersorum Dominus per vocem cuiusdam Prophetæ: *Quia diebus multis sedebunt filij Israël, non existente Rege, neque Principe, neque existente sacrificio, neque existente altari, † neque sacerdotio, neque manifestatione: & post hæc reuertentur filij Israël, & quærent Dominum Deum suum, & Dauid regem suum, & sperabunt in Domino, & in bonis eius in nouissimo dierum.* Colligente enim adhuc ex Gentibus credentes omniū nostrûm Saluatore CHRISTO, desertus est quodāmodo Israël, non legem habens, faciendorum magistrū, non diuino altari quæ legibus sancita sunt, offerens; expectans verò quodammodo ex Gentium vocatione reuertentem CHRISTVM, vt ipsum etiam deinceps per fidem introducat, & dilectionis lege tantùm-non alijs connectat. Animaduerte enim, quòd gaudens de filiorum generatione, deque multis pecorum gregibus redit quidem ex Charran Iacob. Recipit verò hoc pacto deinceps in amicitiam suam Esau. Conuertetur itaque succedente tempore Israël post Gentium vocationem, ipsasq; in CHRISTO diuitias admirabitur. Facile enim fuerit & hoc ex ijs quæ historicè acta sunt, intelligere. Misit Iacob ad Esau munera, ipsâ etiam munerum magnificentiâ ad amorē transferens. Misit etiā nuncios, qui pacificis verbis eum compellarent. Quòd verò adfutura sint neque tardatura ea, quæ eos ad amicitiam conuersura sunt, CHRISTVS ipse opportunè manifestum facit. Dicit enim alibi ad Iudæos per vocē Prophetæ: *Ecce ego mittam vobis Eliam Thesbitem, antequam veniat dies Domini magna & illustris, qui conuertet cor patris ad filium, & cor hominis ad proximum suum, ne fortè veniens percutiam terram † penitus.* Ille cùm venerit, reducet, vt par est, intractabilē Israëlem, & à veteri ira abducet, amicumq; reddet & pacificum CHRISTO, tantùm-non præsentia ostendens ipsius liberalitatis munera, hoc est credentiū spem. Neque enim in longitudinē temporis prorogabitur promissionis fructus ijs, qui tunc crediderint, sed propinqua erit retributio, obuiaque gratia. Abolito quidem statim filio peccati, descendente verò cum angelis ex cælo omnium nostrûm Saluatore CHRISTO, per quem & cum quo gloria Patri cum sancto Spiritu in sæcula sæculorum. Amen.

Osea 3.4.
2 Paral. 15.3.

† Vulg. Sine Ephod & sine theraphim. LXX. verò οὔτε δήλων.

Malac. 4.5.

† Vulgata editio: anathemate.

Adhuc de Iacob.

LApsa quidem est humana natura per peccatū in mortem. Cùm verò in vniuersum ab eo, qui saluare nouit, alienatus esset, mancipium tantùm-non est effectus, qui ad diuinam imaginem factus erat, grauissimoque seruitutis pondere oppressus. Subdidit enim ceruicē etiamsi non libens tyranno Satanæ, qui præ ingenti superbia (arrogans enim supra modum est spiritus malus) aduersus omnēs, vt breuiter dicam, mortales libidinem suam exercuit, dicens: *Apprehendam orbem terrarum manu vt nidum pullorum, & tanquam oua derelicta tollam, & non est qui effugiat me, aut contradicat mihi.* Regnauit enim pro sua libidine, vt dixi, vocatusque est Deus huius sæculi. Adorauit enim ipsum mundus, coluitque creaturam magis quàm creatorem. Postquam verò in tantam miseriam adductos commiseratus est Deus, missurum se nobis ex cælo Filium suum promisit, qui hominis naturam pristino statui restitueret. *Noua siquidem creatura facta est in* CHRISTO, iuxta Scripturas. Transuectores autem bonorū ad nos sermonum fuerunt beati Prophetæ; *Qui de futura in vobis gratia prophetauerunt, scrutantes in quod aut quale tempus manifestatus sit in ipsis spiritus* CHRISTI, *prænuncians eas quæ in* CHRISTO *sunt passiones & posteriores glorias: quibus reuelatum est, quòd non sibi ipsis, sed vobis ea administrabant.* Ita enim scribit Saluatoris discipulus. Atqui multus quidem ipsis de Saluatoris nostri incarnatione sermo est habitus, quodque successu temporis redemptor venturus esset. Nihil verò obfuerit nonnulla in medium adferre ad meliorem studiosorum instructionem. Conueniat verò rem hanc in calumniam Iudæorum populis statuere, vt ex ipsis rebus videre licet. Cùm enim ex propheticis sermonibus colligere possent Saluatoris aduentum, ac potiùs ex ipsa legis vmbra id intelligentes, miseri pertinaciter repugnarunt diuinis oraculis, atque adeò ipsi CHRISTO, tametsi, quod sapiens Paulus nobis ait: *Cæcitas ex parte Israëli accidit: vt videntes non videant, & audientes non audiant, neque intelligant;* quemadmodum etiam ipse Saluator ait. Ait ergo, at potiùs Emmanuelem ipsum Isaias in scriptis suis apertè loquentem inducit: *Spiritus Domini super me, cuius caussâ vnxit me, euangelizare pauperibus misit me, sanare contritos corde, prædicare captiuis remissionem, & cæcis visum: vocare annum Domini acceptabilem, & diem retributionis.* Hæc enim fuerunt

Isaia 10.14. Hebr. & Vulg. Et inuenit quasi nidum manus mea substantiā [fortitudinem] populorū, &c.

2.Cor.5.17. Galat. 6.15.

1.Petri 1.10.

Prophetia de incarnatione Domini.

Rom.11.25. Matt.13.13.

Aduentus CHRISTI *opera.*

Isaia 61.1.

Ἔτι περὶ τοῦ Ἰακώβ.

Κατῴχετο μὲν ἡ ἀνθρώπου φύσις διὰ τῆς ἁμαρτίας εἰς θάνατον. ἐπειδὴ δὲ εἰς ἅπαν τοῦ σώζειν εἰδότος ἀπενοσφίζετο, μονονουχὶ καὶ δεδούλωτο ἦν ὁ κατ' εἰκόνα τὴν θείαν τετεχνουργημένος, καὶ τῷ τῆς δουλείας ἄχθει κατεφορτίζετο. ὑπέθηκε γὰρ δὴ καὶ οὐχ ἑκὼν τὸν αὐχένα τῷ πλεονεκτήσαντι σατανᾷ. ὃς καὶ ἐκ πολλῆς λίαν τῆς ἀγερωχίας. ὑπερόφρον γὰρ τὸ πνεῦμα τὸ πονηρόν. ἁπάντων, ὡς ἔπος εἰπεῖν, τῶν ἐπὶ τῆς γῆς κατεθρασύνετο λέγων· τὴν οἰκουμένην ὅλην καταλήψομαι τῇ χειρὶ ὡς νοσσιάν, καὶ ὡς καταλελειμμένα ὠὰ ἀρῶ, καὶ οὐκ ἔστιν ὃς διαφεύξεταί με, ἢ ἀντείπῃ μοι. βεβασίλευκε γὰρ ἐκ πλεονεξίας, ὡς ἔφην, καὶ ὠνόμασται θεὸς τοῦ αἰῶνος τούτου· προσκεκύνηκε γὰρ ὁ κόσμος αὐτῷ, καὶ λελάτρευκε τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα. ἐπειδὴ δὲ καὶ εἰς τοῦτο ἐνηνεγμένους ταλαιπωρίας κατηλέει θεὸς, ἀποστέλλειν ἡμῖν τὸν υἱὸν ἐξ οὐρανοῦ ἐπηγγέλλετο, τὴν ἀνθρώπου φύσιν ἀνακομιοῦντα πάλιν εἰς ὅπερ ἦν ἐν ἀρχαῖς. καινὴ κτίσις τὰ ἐν Χριστῷ κατὰ τὰς γραφάς. διακομισταὶ δὲ τῶν εἰς ἡμᾶς ἀγαθῶν λόγων γεγόνασιν οἱ μακάριοι προφῆται· ὑπὲρ τῆς εἰς ἡμᾶς χάριτος προφητεύσαντες, ἐρευνῶντες εἰς τίνα καὶ ποῖον καιρὸν ἐδήλου τὸ ἐν αὐτοῖς πνεῦμα Χριστοῦ, προμαρτυρόμενον τὰ εἰς Χριστὸν παθήματα, καὶ τὰς μετὰ ταῦτα δόξας. οἷς ἀπεκαλύφθη ὅτι οὐχ ἑαυτοῖς, ἡμῖν δὲ διηκόνουν αὐτά. γράφει γὰρ οὕτως ὁ τοῦ σωτῆρος ὁ μαθητής. καὶ πολὺς μὲν ὁ παρ' αὐτοῖς περὶ τῆς τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἐνανθρωπήσεως λόγος, καὶ ὅτι κατὰ καιροὺς ἀφίξεται λυτρωτής. πρὸς εὐμάθειαν δὲ τῶν ἐντευξομένων ὀλίγα ἅττα ἐνεγκεῖν τὸ λυποῦν οὐδέν. ἐπίκλημα δὲ τοῖς Ἰουδαίων δήμοις τὸ χρῆμα ποιεῖσθαι πρέποι ἄν, ὡς ἐξ αὐτῶν ἔνεστι τῶν πραγμάτων ἰδεῖν. καί τοι γὰρ ἐνὸν ἐκ προφητικῶν τοῦ σωτῆρος καταθρῆσαι λόγων τὴν ἄφιξιν, μᾶλλον δὲ τάχα που, καὶ συνιέντες οἱ τάλανες καὶ ἐξ αὐτῆς τῆς ἐν νόμῳ σκιᾶς, ἀντιφέρονται δυστρόπως τοῖς θεόθεν κεχρησμῳδημένοις, καὶ αὐτῷ τῷ Χριστῷ, ἢ καὶ ὅπερ ἔφη Παῦλος ἡμῖν ὁ σοφός· πώρωσις ἀπὸ μέρους γέγονε τῷ Ἰσραήλ, ἵνα βλέποντες μὴ βλέπωσι, καὶ ἀκούοντες μὴ ἀκούσωσι, μηδὲ συνιῶσι. καθὰ καὶ αὐτὸς εἴρηκεν ὁ σωτήρ. ἔφη τοίνυν, μᾶλλον δὲ καὶ αὐτὸν ἡμῖν εἰσκεκόμικε τὸν Ἐμμανουὴλ ἐν ἰδίαις συγγραφαῖς ὁ θεσπέσιος Ἡσαΐας λέγοντα σαφῶς· πνεῦμα κυρίου ἐπ' ἐμέ, οὗ εἵνεκεν ἔχρισέ με, εὐαγγελίσασθαι πτωχοῖς ἀπέσταλκέ με, ἰάσασθαι τοὺς συντετριμμένους τὴν καρδίαν, κηρύξαι αἰχμαλώτοις ἄφεσιν, καὶ τυφλοῖς ἀνάβλεψιν, καλέσαι ἐνιαυτὸν κυρίου δεκτόν, καὶ ἡμέραν ἀνταποδόσεως. ταῦτα γὰρ γέγονε

τὰ

τὰ λαμπρὰ τῆς ἐπιδημίας αὐτοῦ κατορθώματα. Ὠσηὲ δὲ πάλιν ἔφη που περὶ αὐτοῦ· καὶ συναχθήσονται υἱοὶ Ἰούδα, καὶ υἱοὶ Ἰσραὴλ ἐπὶ τὸ αὐτὸ, καὶ θήσονται ἑαυτοῖς ἀρχὴν μίαν, καὶ ἀναβήσονται ἐκ τῆς γῆς, ὅτι μεγάλη ἡ ἡμέρα τοῦ Ἰεζραήλ. πλεῖστοι μὲν γάρ εἰσι κατὰ καιροὺς οἱ παρὰ τοῖς Ἰουδαίοις καθηγηταὶ μόνοις τιμᾶν τοῖς χείλεσι ἀναπείθοντες τὸν τῶν ὅλων θεὸν, καὶ διδάσκοντες διδασκαλίας, ἐντάλματα ἀνθρώπων τοὺς ὑπὸ χεῖρα λαούς. μία δὲ ἡ κατὰ πάντων τε καὶ ἐπὶ πάντας ἀρχὴ τέθειται Χριστὸς, καὶ ἀνέβημεν ἐκ τῆς γῆς, τουτέστι, τὰ ἄνω φρονεῖν δεδιδάγμεθα. μεγάλη γὰρ ἀληθῶς ἡ ἡμέρα τοῦ Ἰεζραὴλ, τουτέστι τῆς τοῦ θεοῦ σπορᾶς, ἤτοι τοῦ υἱοῦ. ταύτης δὲ ἡμῖν τῆς ἡμέρας διεμέμνητο λέγων καὶ ὁ θεσπέσιος Δαβίδ· αὕτη ἡ ἡμέρα, ἣν ἐποίησεν ὁ κύριος, ἀγαλλιασώμεθα καὶ εὐφρανθῶμεν ἐν αὐτῇ. καὶ πρός γε τι Παῦλος ἡμῖν ὁ σοφώτατος· ἰδοὺ νῦν καιρὸς εὐπρόσδεκτος, ἰδοὺ νῦν ἡμέρα σωτηρίας, καθ' ἣν δηλονότι καὶ σεσώσμεθα Χριστοῦ καλοῦντος εἰς τοῦτο. ὡς γὰρ ὁ σοφὸς εἴρηκε μαθητής· οὐκ ἔστιν ὄνομα ἕτερον ὑπὸ τὸν οὐρανὸν τὸ δεδομένον ἀνθρώποις, ἐν ᾧ δεῖ σωθῆναι ἡμᾶς. πρόσεισι δὲ λέγοντες καὶ Ἰερεμίου σαφῶς ἰδοὺ, ἡμέραι ἔρχονται, λέγει κύριος, καὶ ἀναστήσω τῷ Δαβὶδ ἀνατολὴν δικαίαν. βασιλεύσει βασιλεὺς, καὶ συνήσει καὶ ποιήσει κρίμα καὶ δικαιοσύνην ἐπὶ τῆς γῆς. ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτοῦ σωθήσεται Ἰούδας, καὶ Ἰσραὴλ κατασκηνώσει πεποιθὼς, καὶ τοῦτο τὸ ὄνομα αὐτοῦ, ὃ καλέσει αὐτὸν κύριος Ἰωσεδὲκ ἐν τοῖς προφήταις. βεβασίλευκε γὰρ ἐφ' ἡμᾶς δίκαιος βασιλεὺς ὁ Χριστὸς, κρίμα πεποίηκε καὶ δικαιοσύνην, ἀπαλλάξας ἁμαρτιῶν τοὺς ἠπατημένους, καὶ καταδικάσας τὸν ἐχθρὸν τοῦ πλεονεκτήσαντος Σατανᾶ. τοὔνομα δὲ αὐτῷ Ἰωσεδὲκ, τουτέστι, δικαιοσύνη θεοῦ. δεδικαιώμεθα γὰρ ἐν αὐτῷ, καὶ οὐκ ἐξ ἔργων δικαιοσύνης ἃ ἐποιήσαμεν ἡμεῖς, ἀλλὰ κατὰ τὸ πολὺ αὐτοῦ ἔλεος. τοιγάρτοι καὶ ἔφασκεν ὁ θεὸς καὶ πατήρ· ἐγγίζει ταχὺ ἡ δικαιοσύνη μου, καὶ τὸ ἔλεός μου ἀποκαλυφθήσεται. ἔλεος γὰρ καὶ δικαιοσύνη γέγονεν ἡμῖν παρὰ τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς ὁ Χριστὸς, ἐν αὐτῷ δὴ τούτῳ τῷ ὀνόματι καὶ ὁ λαμπρὸς τῶν ἁγίων ἀποκαλεῖ χορός. ὁ μὲν γὰρ μακάριος Σαμουὴλ ὁ διαβόητος ἐν προφήταις, προσελάλει τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ, λέγων· καὶ ἰδοὺ, ἐγὼ διελήλυθα ἐνώπιον ὑμῶν ἐκ νεότητός μου, καὶ ἕως τῆς ἡμέρας ταύτης. ἰδοὺ ἐγὼ, ἀποκρίθητε κατ' ἐμοῦ ἐνώπιον κυρίου, καὶ ἐνώπιον Χριστοῦ αὐτοῦ· καὶ πάλιν· μάρτυς κύριος ἐν ὑμῖν, καὶ μάρτυς Χριστὸς αὐτοῦ ἐν τῇ ἡμέρᾳ ταύτῃ, ὅτι οὐχ εὑρήκατε ἐν τῇ χειρί μου οὐδέν. σαφεστέρως δὲ καὶ ὁ μακάριος Δαβὶδ τὰς τῶν Ἰουδαίων ἀπονοίας, καὶ τὸ ἀχάλινον θράσος τὸ κατὰ Χριστοῦ, καὶ τὸ εἰκαῖον ἐν σκέμμασι, καὶ μειρακιῶδες ἐν λογισμοῖς, μονονουχὶ καὶ καταιτιᾶται λέγων, ἵνα τί ἐφρύαξαν ἔθνη, καὶ λαοὶ ἐμελέτησαν κενά; παρέστησαν οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς, καὶ οἱ ἄρχοντες συνήχθησαν ἐπὶ τὸ αὐτὸ, κατὰ

illustria aduentus illius opera. Oseas verò rursum alibi de ipso loquens: *Et congregabuntur filij Iuda & filij Israël simul, & ponent sibi principatum vnum; & ascendent de terra, quoniam magnus dies Iezrabel.* Quamplurimi enim per tempora apud Iudæos præfecti, solis labijs vniuersorum Deum colere suadentes, & docentes doctrinas, præcepta hominum populos sibi subditos. Vnus verò contra omnes & super omnes positus est principatus CHRISTVS, ascendimusque è terra: hoc est, superna cogitare docti sumus. *Magnus enim reuera est dies Iezrahel*, hoc est, Incarnationis Dei siue filij. huius autem diei meminit etiam diuinus propheta Dauid, dicens: *Hæc est dies quam fecit Dominus, exultemus & lætemur in ea.* Quin & sapientissimus Paulus nobis ait: *Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis*, in quo nimirum saluati sumus, vocante ad hoc CHRISTO. Nam, vt sapiens discipulus docet; *Non est nomen aliud sub cælo datum hominibus, in quo oporteat nos saluari.* Audi verò etiam Ieremiam apertè dicentem: *Ecce dies veniunt, dicit Dominus: & suscitabo Dauid germen iustum, & regnabit rex, & sapiens erit, & faciet iudicium & iustitiam in terra. In diebus eius saluabitur Iuda, & Israël habitabit confidenter. Et hoc est nomen eius, quod vocabunt eum, †Dominus Iosedec in Prophetis.* Regnauit enim super nos iustus Rex CHRISTVS, iustitiam fecit & iudicium, liberans à peccatis eos, qui decepti erant, & condemnans hostem Satanæ, tyrannidem in nos exercentis. Nomen verò ipsi Iosedec, hoc est *iustitia Dei. Iustificati enim sumus in ipso, non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos, sed secundùm magnam ipsius misericordiam.* Idcirco etiam dicit Deus ac Pater: *Appropinquat celeriter iustitia mea, & misericordia mea reuelabitur.* Misericordia enim & iustitia nobis factus est CHRISTVS à Deo ac Patre: quem quidem hoc ipso nomine, illustris Sanctoris chorus appellauit. Siquidem beatus ille Samuel celebris inter prophetas allocutus est Israëlitas, dicens: *Et ecce ego progressus sum coram vobis ab adolescentia mea, & vsque in diem hanc. Ecce ego; responde contra me coram Domino, & coram CHRISTO ipsius.* Et rursus: *Testis Dominus in vobis, & testis CHRISTVS ipsius in die hac, quòd non inuenistis in me quidquam.* Manifestiùs verò Iudæorum contumaciam, atque effrænem audaciam aduersus CHRISTVM, vanasque & pueriles cogitationes tantùm-non accusat Dauid, dicens: *Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania? Astiterunt reges terræ, & principes congregati sunt in vnum, aduersus*

Osea 1.11.
Osea 1.11.
Magnus dies Iezrabel quis.
Psal. 117. 24
2. Cor. 6. 2.
Actor. 4. 12.
Ierem. 23. 5.
Hieronym. Dominus iustus noster.
Iosedec quid significet.
Tit. 3. 5.
Isaia 56. 1. iuxta LXX.
1. Reg. 12. 2.
1. Reg. 12. 5.
Psalm. 2. 1.

Dominum, & aduersus CHRISTVM *ipsius.* Vana enim reuera fuerunt Iudæorum imperitiæ aduersus CHRISTVM consilia. Neque enim mortua est vita, neque inferni portis constrictus fuit, qui etiam infernis spiritibus dixit, *Exite; & iis qui in tenebris versabantur, Reuelamini.* Deplorauit autem Ierusalem etiam Propheta Ieremias, vt impiam, vt Domini interfectricem, vt profanam, vt ingratam. Ita enim ait: *Spiritus ante faciem nostram* CHRISTVS *Dominus, comprehensus est in incorruptionibus suis, vbi diximus. In vmbra ipsius viuemus in Gentibus.* Cùm enim debuissent gratiam per fidem suscipere, tanquam viam salutarem, Deo repugnantes deprehensi sunt. Quocirca omniū opifex, (vnigenitum inquam Dei Verbum) demittens seipsum ad exinanitionem, vnctus est à Patre, factusque vt nos. Exinanitionis verò scopus hic fuit, saluare eos qui in terris versantur: quod & Propheta Sophonias testatus est dicens: *Gaude valdè filia Sion, prædica filia Ierusalem; exulta & deliciare ex toto corde tuo filia Ierusalem. Abstulit Dominus iniquitates tuas, redemit te de manu inimicorum tuorum. Regnabit Dominus Israël in medio tui, non videbis mala vltrà.* Ipsi verò inobedientes, atque intractabiles, & effreni audacia præditi, contumelia ipsum affecerunt, turpissima quæque animo concipientes, & reipsa præstantes. Quamobrem delictorum suorum pœnas exsoluerunt. *Mali enim malè perierunt.* Ceterùm non in vniuersum. Misericordiā enim consecuti sunt, & *reliquiæ saluatæ sunt,* iuxta Prophetæ vocem. Quòd igitur hæc ita se habitura essent temporis successu, diuinus Iacob edoctus est, Deo id eleganter effigiante. Quo autem modo, dicam, ipsius sacræ Scripturæ textum adscribens. Ita verò se habet: *Surgens autem nocte illa, accepit duas vxores, & duas ancillas, & vndecim filios suos, & transiit transitum [vadum] Iaboch, & accipiens eos, transiuit torrentem, & traduxit omnia sua. Relictus est autem Iacob solus, & luctabatur homo cum eo, vsque ad mane. Vidit autem quòd eum superare non posset, & tetigit latitudinem femoris eius, & emarcuit latitudo femoris Iacob, cùm luctaretur ipse cum eo. Et dixit ei: Dimitte me: ascendit enim diluculum: ille autem dixit: Non dimittam te, nisi mihi benedixeris. Dixit autem illi, Quod nomen tibi? qui respondit, Iacob; dixit autem illi, Non vocabitur vltrà nomen tuum Iacob, sed Israël erit nomen tuum, quoniam præualuisti cum Deo, & cum hominibus potens. Interrogauit autem Iacob, & dixit: Indica mihi nomen tuum. & ait: Quare hoc interrogas tu nomen meum: & benedixit ei illic; &*

Isaia 49.9. — Thren.4.20 — Exinanitionis CHRISTI scopus. — Sophon.3.14 iuxta LXX. — Matt.21.41 — Isaie 10.22. Ierem.31.7. Rom.9.27. Osee 1.v.10 — Gen.32.22.

τοῦ κυρίου καὶ κατὰ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ. κενὰ γὰρ ὄντως τὰ τῆς Ἰουδαίων ἀμαθίας κατὰ Χριστοῦ βουλεύματα. οὐ γὰρ ἂν ἀπέθανεν ἡ ζωή, οὐδ' ἐν ταῖς ᾅδου πύλαις γέγονε κάτοχος, ὁ καὶ τοῖς κάτω πνεύμασι εἰπών, ἐξέλθητε, καὶ τοῖς ἐν τῷ σκότει, ἀνακαλύφθητε. καταθρηνεῖ δὲ καὶ τὴν Ἱερουσαλὴμ ὁ προφήτης Ἱερεμίας ὡς ἀνοσίαν, ὡς κυριοκτόνον, ὡς βέβηλον, ὡς ἀχάριστον. ἔφη γὰρ οὕτω· πνεῦμα πρὸ προσώπου ἡμῶν, Χριστὸς κύριος, συνελήφθη ἐν ταῖς διαφθοραῖς αὐτῶν, οὗ εἴπαμεν, ἐν τῇ σκιᾷ αὐτοῦ ζησόμεθα ἐν τοῖς ἔθνεσι. δέον γὰρ ἑλέσθαι τὴν διὰ πίστεως χάριν, ὡς ὁδὸν σωτήριον, θεομαχοῦντες ἡλίσκοντο. οὐκοῦν ὁ μὲν τῶν ὅλων γενεσιουργός, ὁ μονογενὴς τοῦ θεοῦ λόγος, καθιεὶς ἑαυτὸν εἰς κένωσιν, κέχρισται παρὰ τοῦ πατρός, καὶ γέγονε καθ' ἡμᾶς. καὶ ὁ τῆς κενώσεως σκοπὸς εἰς τὸ διασῶσαι τοὺς ἐπὶ γῆς. καὶ γοῦν ὁ προφήτης Σοφονίας εὐαγγελίζεται λέγων· χαῖρε σφόδρα θύγατερ Σιών, κήρυσσε θύγατερ Ἱερουσαλήμ, εὐφραίνου καὶ κατατέρπου ἐξ ὅλης τῆς καρδίας σου θύγατερ Ἱερουσαλήμ. περιεῖλε κύριος τὰ ἀδικήματά σου, λελύτρωταί σε ἐκ χειρὸς ἐχθρῶν σου. βασιλεύσει κύριος Ἰσραὴλ ἐν μέσῳ σου, οὐκ † ὄψει κακὰ οὐκ ἔτι. οἱ δὲ ἀπειθεῖς καὶ ἄπρακτοι καὶ παρὰ πάντος ἰόντες θράσους, πεπαρῳνήκασιν εἰς αὐτὸν τὰ πάντων αἴσχιστα, καὶ δρῶντες εὐκόλως καὶ βουλευόμενοι προσαλέστερον. τοιγάρτοι καὶ ἐκτετίκασι μὲν τῶν πλημμελημάτων τὰς δίκας. κακοὶ γὰρ κακῶς ἀπολώλασι. πλὴν οὐκ εἰς ἅπαν. ἠλεήθησαν γάρ, καὶ σέσωσται τὸ κατάλειμμα, κατὰ τὴν τοῦ προφήτου φωνήν. ὅτι τοίνυν ταύτῃ τοῦτον ἕξει τὸν τρόπον κατὰ καιρούς, ὁ θεσπέσιος Ἰακὼβ ἐδιδάσκετο, θεοῦ τὸ χρῆμα διαμορφοῦντος ἀστείως. καὶ ὅπως ἐρῶ, ἀνατιθεὶς δὲ ἀναγκαίως τὰ ἐξ ἱερῶν γραμμάτων. ἔχει δὲ οὕτως. ἀναστὰς δὲ τὴν νύκτα ἐκείνην, ἔλαβε τὰς δύο γυναῖκας, καὶ τὰς δύο παιδίσκας, καὶ τὰ ἕνδεκα παιδία αὐτοῦ, καὶ διέβη τὴν διάβασιν τοῦ † Ἰαβώ, καὶ ἔλαβεν αὐτούς, καὶ διέβη τὸν χειμάρρουν, καὶ διεβίβασε πάντα τὰ αὐτοῦ. ὑπελείφθη δὲ Ἰακὼβ μόνος, καὶ ἐπάλαιεν ἄνθρωπος μετ' αὐτοῦ ἕως πρωΐ. εἶδε δέ, ὅτι οὐ δύναται πρὸς αὐτόν, καὶ ἥψατο τοῦ πλάτους τοῦ μηροῦ αὐτοῦ, καὶ ἐνάρκησε τὸ πλάτος τοῦ μηροῦ Ἰακὼβ ἐν τῷ παλαίειν αὐτὸν μετ' αὐτοῦ. καὶ εἶπεν αὐτῷ· ἀπόστειλόν με. ἀνέβη γὰρ ὁ ὄρθρος. ὁ δὲ εἶπεν, οὐ μή σε ἀποστείλω, ἐὰν μή με εὐλογήσῃς. εἶπε δὲ αὐτῷ· τί τὸ ὄνομά σου ἐστίν; ὁ δὲ εἶπεν, Ἰακώβ. καὶ εἶπεν αὐτῷ· οὐ κληθήσεται ἔτι τὸ ὄνομά σου Ἰακώβ, ἀλλ' Ἰσραὴλ ἔσται τὸ ὄνομά σου, ὅτι ἐνίσχυσας μετὰ τοῦ θεοῦ, καὶ μετὰ ἀνθρώπων δυνατός. ἠρώτησε δὲ Ἰακώβ, καὶ εἶπεν· ἀπάγγειλόν μοι τὸ ὄνομά σου. καὶ εἶπεν, ἵνα τί τοῦτο ἐρωτᾷς σὺ τὸ ὄνομά μου; καὶ ηὐλόγησεν αὐτὸν ἐκεῖ, καὶ ἐκά-

† ἀλλ. ὄψεται. — *† Ἰαβὼχ est in Hebræo.*

„ἐκάλεσεν Ἰακὼβ τὸ ὄνομα τοῦ τόπου ἐκείνου, εἶ-
„δος θεοῦ. εἶδον γὰρ θεὸν πρόσωπον πρὸς πρόσω-
„πον, καὶ ἐσώθη μου ἡ ψυχή. ἀνέτειλε δὲ αὐτῷ ὁ ἥ-
„λιος, ἡνίκα παρῆλθεν αὐτὸν τὸ εἶδος τοῦ θεοῦ.
„αὐτὸς δὲ ἐπέσκαζε τῷ μηρῷ αὐτοῦ. διεβίβασε τὸν
Ἰαβὼκ, ἤτοι τὸν χειμάῤῥουν, ὁ θεσπέσιος Ἰακὼβ
πάντα τὰ αὐτοῦ, καὶ αὐτὸς ἀπομεμένηκε μόνος.
εἶτα τὸ χρῆμα, πῶς οὐκ ἄξιον ἰδεῖν; φέρε οὖν
καταθρήσωμεν τὴν αἰτίαν. κατ' εὐθὺ γὰρ οὕτως
ὁ λόγος ἡμῖν τῶν πνευματικῶν εἰχήσεται. ἐν
Ἐδὼμ καὶ Σηὶρ κατῴκησεν Ἠσαῦ, καὶ κατεκράτει
τῆς γῆς, καὶ ἐν δυναστείαις ἦν ταῖς οὐχ ὑπὲρ
χεῖρα τὴν Ἰακώβ. ἐπειδὴ δὲ τὴν τῶν ποταμῶν
ἀπαίροντι μέσης, καὶ τῆς τοῦ Λάβαν ἑστίας, καὶ
εἰς τὴν πατρῴαν ἐλθεῖν διασπεύδοντι γῆν, πᾶ-
σα πως ἦν ἀνάγκη δι' Ἐδὼμ ποιεῖσθαι τὴν ἀπό-
δρομ; ἦν οἰκονομικώτατος λίαν τὴν πρὸς τὸν
ἀδελφὸν εἰρήνην ἠσπάζετο, καὶ δὴ καὶ ἀγγέλους
ξενίας ἅμα λαμπρὰς προβαδίζειν εἰπὼν, ὅτι
καὶ αὐτὸς ὀψόμενος ἥξει, προσερῶν τε ἅμα
προκαταμηνύειν ἐκέλευε δώροις τε καὶ λόγοις
τιθασσὸν ἀποφαίνει τὸν πάλαι φρονοῦντα καὶ
ἀγριαίνοντα. ἐπειδὴ δὲ παρῆσαν οἱ προεσταλ-
„μένοι λέγοντες. ἤλθομεν πρὸς τὸν ἀδελφόν σου
„Ἠσαῦ, καὶ ἰδοὺ αὐτὸς ἔρχεταί σοι εἰς συνάντησιν,
„† καὶ υ' ἄνδρες μετ' αὐτοῦ. περιδεὴς δὲ ἦν ἄγαν
„ὁ θεσπέσιος Ἰακώβ. οὐ γὰρ ἔχων εἰδέναι σα-
φῶς πότερον δὴ φίλῳ καὶ εἰρηνικῷ περιτεύξε-
ται ἢ ὡς οὐδὲν ἧττον ἀνεπτοημένῳ πρὸς τὸ αὐτῷ
συνήθες θράσος, καὶ τὰ ἐκ φθόνου δρᾶν ᾑρη-
μένῳ. διεβίβασεν ὁ Ἰακὼβ πάντα τὰ αὐτοῦ,
καὶ ἀπομεμένηκε μόνος. ἐκεῖνο οἶμαί που πάν-
τως καθ' ἑαυτὸν ἐννενοηκὼς, ὡς εἰ μὲν ἐφθείη
χρηστός τε καὶ πρᾶος, χαλεπὸν οὐδὲν παρεῖναί
τε καὶ προσειπεῖν, διαβιβασθέντα πάλιν γύ-
ναιά τε καὶ τέκνα· εἰ δὲ ἥκοι σκληρὸς, καὶ δύσ-
ερις ἔτι, καὶ τοῦ φονᾶν οὐκ ἀμείνω· φείσεται
μὲν νηπίων, καὶ τὸ τῶν γυναικῶν ἐλεήσει δά-
κρυον. καταλαβὼν δὲ μόνον αὐτὸν ἐκπλήσει
τὰ ἐκ θυμοῦ, καὶ ἀποχρῶν ἔσται πρὸς ἄκεσιν
αὐτῷ τοῦ λελυπηκότος ὁ θάνατος. πλὴν ὅτι
καὶ ἐλπίδος ἐπέκεινα τοῦτο αὐτῷ, προβέβηκε
δυνάμει θεοῦ, ὡς φθάσαντες ἤδη προείπομεν.
ἠσπάσαντο γὰρ ἀλλήλους. ἀπὸ τοίνυν τοῦ συμβε-
βηκότος, τοῦ μυστηρίου τὴν δύναμιν ἐπαιδεύετο.
πῶς ἢ τίνα τρόπον, ἐρῶ δὲ πάλιν. διεβίβασε
μὲν γὰρ πάντα τὰ αὐτοῦ τὸν χειμάῤῥουν. ἐπειδὴ δὲ
ἀπομεμένηκε μόνος, ἐπάλαιεν ἄνθρωπος μετ'
αὐτοῦ ἕως πρωΐ. τὸν μὲν οὖν προσπαλαίοντα
φαμὲν ἅγιον ἄγγελον, τύπον Χριστοῦ τοῦ καθ'
ἡμᾶς διὰ τὸ ἀνθρώπινον. ἔτι δὲ μὴ καὶ αὐτὸς τοῖς
ἄλλοις ὁμοῦ διέβη τὸν χειμάῤῥουν ἤτοι τὸν Ἰαβὼκ,
ὃς ἑρμηνεύεται πάλη, γέγονεν αὐτοῖς ἡ δοκοῦσα
μάχη. καὶ τίς ἂν νοοῖτο πάλιν ὁ τοῦδε λόγος,
ἤτοι νοῦς ὁ ἐσωτάτω. πρὸς μὲν γὰρ τοὺς δια-
βαίνοντας τὸν Ἰορδάνην, οὗ καὶ εἰς τύπον ὁ Ἰαβὼκ,
οὐ παλαίει Χριστὸς, οὐδὲ ἐν τάξει πολεμίων, ἢ ἀν-
τιπάλων ποιεῖται τοὺς τὰ αὐτοῦ τιμῶντας μυ-

† χ. υ'. ἄνδρες τετρακόσιοι.

vocauit nomen loci illius: Facies Dei. Vidi enim Deum facie ad faciem, & salua facta est anima mea. Ortus autem est sol ei, quando præteriit facies Dei: ipse autem claudicabat femore suo. Transiuit Iacob Iaboc, siue torrentem, & traduxit omnia sua, atque ipse remansit solus. Quid verò res sibi velit, quopacto non operæ-pretium fuerit videre? Age itaque causam contemplemur: ipsa enim orationis series, nos ad spiritalia deducet. Habitauit in Edom & Seir Esau, dominatusq; est terræ & regionibus, quæ Iacob subditę non erant. Postquam verò Mesopotamia & domo Labani excessisset, atque in patrium contenderet solum, necesse planè erat per Edom iter facere. Optimo igitur consilio pacem cum fratre ambijt, & nuncijs vnà cum splendidis muneribus præire iussis, quòd ipse eum visurus & compellaturus veniret, prænidicare iussit, donisque & verbis veterem hostem ferocientem adhuc placare contendit. Cùm verò rediissent nuncij dicentes: *Iuimus ad fratrem tuum Esau, & ecce venit tibi in occursum, & † quadringenti viri cũ eo.* Perculsus est ingenti timore Iacob: quippe qui exploratũ non haberet, an eum amicum & pacificum esset offensurus; an verò nihilominus solita ipsi ira atque inuidentia percitum, damnaq; molientem. *Transmisit itaque Iacob omnia sua, & remansit solus*: ita, vt arbitror, secum statuens, quòd si eum facilem ac benignum experiretur, nequaquã difficile fore, ipsum adire atq; alloqui, vxoresque & filios reuocare. Si verò rigidus adhuc, & cædis appetens veniret, parceret quidem pueris; femineisque lacrymis ad misericordiam moueretur: ipso verò comprehenso iram suam expleret, quodq; eius qui ipsum offenderat mors, illius furorem mitigatura esset. Ceterùm quòd hęc omnia ipsi, Deo iuuante, meliùs quàm existimarat, successerint, iam diximus. *Osculati enim sunt se inuicem.* Ex hoc igitur euentu mysterij vim edoctus est. Quanam verò ratione, dicam. Transmisit quidem omnia sua torrentem: cùm autem mansisset solus, luctatus est cum ipso homo vsque ad mane. Sanctũ itaque angelum colluctantem, dicimus esse typum CHRISTI, iuxtà ac nos facti propter humanitatem. Quòd verò ipse nequaquam vnà cum alijs transierit torrentem siue Iaboc, qui interpretatur lucta, facta est ipsis hæc quę videtur pugna. Quænam verò rursum huius rei ratio fuerit aut interior sensus? Cum ijs enim qui transeunt Iordanem, cuius typus est Iaboc, non luctatur CHRISTVS, neque loco hostium, aut aduersariorum habet eos, qui ipsius mysteria venerantur.

Gen 32. 6.

† υ'. Quinquaginta Græc. In Vulgata, Cum quadringentis viris.

Gen. 32.6.

τετρακόσιοι ἄνδρες. LXX. Repone itaque pro υ', υ'.

Gen 33. 4.

Angelus colluctans cum Iacob typus CHRISTI.

Iaboc luctã designat.

rantur. Saluat verò potiùs & victores mundi effectos (vt in spiritali nimirum pugna) coronat, ac supremis honoribus exornat. Nomen verò flumini est *lucta*. *Regnum enim cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.* Et, *Angusta admodum est via quæ ducit ad vitam, paucíq; sunt qui inueniunt illam.* Quòd igitur posteri Iacob successu temporis, neque Iordanem transituri essent (hoc est per gratiam sancti baptismatis) impieque despecturi essent, atque ipsum postmodum Emmanuelē aduersarium habituri, res hæc significauit. Quòd enim ij qui fidem non colunt, hostes in vniuersum censendi sint, Saluator ipse testatur dicens: *Qui non est mecum, contra me est*. Atqui cum ipso sunt qui ipsi confisi sunt. Quòd verò cōtrariū verum sit, quopacto dubium esse potest? Ceterùm *luctatus est*, inquit, *homo cum Iacob vsq; ad mane, viditq; quòd non posset ipsum superare.* Audis quo pacto nocte lucta habita sit? Procubuit autem victusque est qui impossibilia tentabat, Deoque omnipotenti repugnare volebat, superioremque se euadere posse putabat. Hoc, vt arbitror, est, quod & diuinus Dauid de Israëlitis canit, quòd grauia atque immania aduersus suum ipsorum caput tentarint, ne dicam CHRISTVM: *Cogitauerunt consilia quæ non potuerunt stabilire.* Repugnauit itaque Israël CHRISTO in tenebris constitutus, hoc est, diuinā in mente lucem non habens, neque splendentem diem, neque luciferum spiritaliter in credentium cordibus exorientem. Permansit enim incredulus, atque, vt inquit Propheta, *Exspectantibus ipsis lucem, facta sunt ipsis tenebræ: exspectantes splendorem in caligine ambularunt.* Ceterùm diuinus Paulus ijs qui per fidem iustificati sunt, illuminationemque per spiritum adepti, scribit, dicens: *Non sumus noctis, neque tenebrarum, sed filij lucis & diei.* Quòd verò Iudæorum imperitia superiores facti sint, conuenientesq; ipsis tenebras discusserint, ac præterierint, significat dicēs: *Nox præcessit, dies autem appropinquauit. Abijciamus igitur opera tenebrarum, & induamur arma lucis, velut in die, decenter ambulemus.* Fideles itaque in die versantur: increduli verò, veluti in nocte, & tenebris repugnant CHRISTO. Hoc fecerunt posteri Iacob. Ceterùm inferiores fuerunt, superatique sunt, neque rectè incedere valent. *Tetigit enim*, inquit, *homo luctans latitudinē femoris ipsius, & emarcuit latitudo femoris Iacob cùm luctaretur cum ipso.* Quid verò hîc intelligēdū sit, age pro eo ac fieri potest dicamus. Femur in sacris Litteris vt plurimum partes ad generationem necessarias significat,

Matt. 11. 12.
Matt. 7. 14.
Iob 13. 24.
Infideles hostes censendi
Luc. 11. 23.
Gen. 33.
Psalm. 21.
Isaia 59. 9.
1. Thess. 5. 5.
Rom. 13. 12.
Femur Iacob emarcidum quid significet.
Femur typus generationis

στέφει. διασώζει δὲ μᾶλλον καὶ νενικηκότας τὸν κόσμον, ὡς ἐν μάχῃ τῇ φημὶ νοητῇ στεφανοῖ, καὶ ταῖς ἀνωτάτω καταφαιδρύνει τιμαῖς. πάλη δὲ ὄνομα τῷ ποταμῷ. Βιαστὴ γάρ ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν, καὶ βιασταὶ ἁρπάζουσιν αὐτήν. καὶ στενὴ λίαν ἡ πύλη, καὶ τεθλιμμένη ἡ ὁδὸς, ἡ ἀπάγουσα εἰς τὴν ζωήν. καὶ ὀλίγοι εἰσὶν οἱ εὑρίσκοντες αὐτήν. ὅτι τοίνυν ἔμελλον οἱ ἐξ Ἰακὼβ ἐσόμενοι κατὰ καιροὺς οὔτι διαβήσεσθαι τὸν Ἰορδάνην, τουτέστι τὴν διὰ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος χάριν, καὶ ἀνεσίως ἀτιμάσαι, καὶ αὐτὸν δὲ λοιπὸν ἀντίπαλον ἕξειν τὸν Ἐμμανουὴλ, ὑπεδήλου τὸ γεγονός. ὅτι γὰρ οἱ μὴ τιμῶντες τῇ πίστει καταλογισθήσονται πάντη τε καὶ πάντως εἰς ἀνθεστηκότας, πληροφορήσει λέγων αὐτὸς ὁ σωτήρ· ὁ μὴ ὢν μετ' ἐμοῦ, κατ' ἐμοῦ ἐστιν. ἀλλὰ μετ' αὐτοῦ μὲν εἶεν οἱ πεπιστευκότες. ἀληθὲς δὲ ὅτι καὶ τὸ ἔμπαλιν, πῶς ἂν ἐνδοιάσειέ τις. πάλην ἐπάλαιε, φησι, μετὰ Ἰακὼβ ὁ ἄνθρωπος ἕως πρωΐ. καὶ εἶδεν, ὅτι οὐ δύναται πρὸς αὐτόν. ἀκούεις, ὅπως ἐν νυκτὶ γέγονεν ἡ πάλη. ἠλέγχετο δὲ πίπτων καὶ νικώμενος, ὅτι τὰ ἀνέφικτα ζητεῖ, θεομαχεῖν ᾑρημένος, καὶ περιέσεσθαι ζητῶν τοῦ πάντα ἰσχύοντος θεοῦ. τοῦτο οἶμαί ἐστιν, ὅπερ ἔφη ψάλλων καὶ ὁ θεσπέσιος Δαβὶδ περὶ τῶν ἐξ Ἰσραὴλ, ὅτι δεινὰ κατὰ τῆς ἑαυτῶν κεφαλῆς ἐσκέπτοντο. ἵνα μὴ λέγοιμι Χριστοῦ. διελογίσαντο βουλὴν ἣν οὐ μὴ δύνωνται στῆναι. ἐμαχέσατο τοίνυν ὁ Ἰσραὴλ τῷ Χριστῷ ἐν σκότῳ γεγονώς. τουτέστι τὸν θεῖον τοῦ νοῦ εἰς φωτισμὸν οὐκ ἔχων, οὔτε μὴν τὴν διαυγάζουσαν ἡμέραν, οὔτε τὸν ἀνίσχοντα νοητῶς ἑωσφόρον ἐν ταῖς τῶν πιστευόντων καρδίαις. διαμεμένηκε γὰρ ἀπειθὴς, καὶ ὡς ὁ προφήτης φησί, ὑπομεινάντων αὐτῶν φῶς ἐγένετο αὐτοῖς σκότος, μείναντες αὐγὴν ἐν ἀωρίᾳ περιεπάτησαν. ἀλλ' ὅγε θεσπέσιος Παῦλος τοῖς ἐν πίστει δεδικαιωμένοις, καὶ τὸν διὰ πνεύματος φωτισμὸν ἐκπεπλουτηκόσι ἐπιστέλλει λέγων· οὐκ ἐσμὲν νυκτὸς, οὐδὲ σκότους, ἀλλ' υἱοὶ φωτὸς καὶ ἡμέρας. ὅτι δὲ ἀμείνους τῆς Ἰουδαίων ἀμαθίας γεγόνασι, καὶ τὸν ἐκείνοις πρέποντα παρήλασαν σκότον, ὑπεδήλου προσθείς· ἡ νὺξ προέκοψεν, ἡ δὲ ἡμέρα ἤγγικεν, ἀποθώμεθα οὖν τὰ ἔργα τοῦ σκότους, καὶ ἐνδυσώμεθα τὰ ὅπλα τοῦ φωτός. ὡς ἐν ἡμέρᾳ, εὐσχημόνως περιπατήσωμεν. οὐκοῦν ἐν ἡμέρᾳ μὲν οἱ πιστεύοντες, οἱ δὲ ἀπειθεῖς ὡς ἐν νυκτὶ καὶ ἐν σκότῳ μάχονται τῷ Χριστῷ. τοῦτο πεπράχασιν οἱ ἐξ Ἰακὼβ, πάλην ἠσθενήκασι καὶ νενίκηνται, καὶ ὀρθοποδεῖν οὐκ ἔχουσιν. ἥψατο γὰρ, φησὶ, ὁ παλαίων ἄνθρωπος μετὰ τοῦ Ἰακὼβ τοῦ πλάτους τοῦ μηροῦ αὐτοῦ καὶ ἐνάρκησε τὸ πλάτος τοῦ μηροῦ Ἰακὼβ ἐν τῷ παλαίειν αὐτὸν μετ' αὐτοῦ. τί δὲ δὴ ἄρα κἀντεῦθεν εἰσόμεθα, φέρε λέγωμεν. ὡς δὲ ὁ μηρὸς ὡς ἐπίπαν ἔν γε τῇ θεοπνεύστῳ γραφῇ τὰ εἰς τέκνων γένεσιν ἀναγκαῖα τοῦ σώματος ὑπεμφαίνει μέρη.

καὶ

καὶ αὐτὴν δὲ λοιπὸν ὡς ἐκ τούτου τὴν γονήν. περὶ μηροὺς γὰρ ἅπασι τὰ παιδογόνα κεῖται μέλη. καὶ γοῦν ὁ μακάριος Ἀβραὰμ, ὅτε τὸν γνήσιον οἰκέτην γυναῖκα ληψόμενον τῷ Ἰσαὰκ εἰς τὴν τῶν ποταμῶν ἐξέπεμψε μέσην, ὀμνύειν „ ἐκέλευεν, οὕτω λέγων· θὲς τὴν χεῖρά σου ὑ-„ πὸ τὸν μηρόν μου, τουτέστι, ὄμνυθι μετὰ θεὸν, καὶ κατὰ τῶν ἐσομένων ἐξ ἐμοῦ, καὶ γονῆς τῆς δεσποτικῆς. ὁ μηρὸς οὖν τοὺς ἐκ μηρῶν σημαίνεται. ἐνάρκησε τοίνυν ὁ μηρὸς Ἰακώβ. ἐχώλαναν γὰρ οἱ ἐκ τῶν μηρῶν αὐτοῦ γεγονότες, τουτέστιν, οἱ ἐξ Ἰσραήλ. καὶ μάρτυς αὐτὸς ὁ Σωτὴρ διὰ φωνῆς τοῦ Δαβὶδ, οὕτω λέγων· „ υἱοὶ ἀλλότριοι ἐψεύσαντό μοι· υἱοὶ ἀλλότριοι „ ἐπαλαιώθησαν, καὶ ἐχώλαναν ἀπὸ τῶν τρί-„ βων αὐτῶν. ὅτι δὲ χωλότητα νοητὴν ὑπομεμένηκεν ὁ Ἰσραὴλ, καὶ ὁ σοφὸς ἐφίστατο Παῦλος. „ γράφει γοῦν καὶ αὐτός· διὸ τὰς παρειμένας „ χεῖρας, καὶ τὰ παραλελυμένα γόνατα ἀνορθώ-„ σατε, καὶ τροχιὰς ὀρθὰς ποιήσατε τοῖς ποσὶν ὑμῶν, ἵνα μὴ τὸ χωλὸν ἐκτραπῇ, ἰαθῇ δὲ μᾶλλον. ἴασις δὲ τῆς τοιᾶσδε χωλότητος οὐκ ἂν ἑτέρως γένοιτό ποτε, πλὴν ὅτι διὰ μόνης τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως καὶ ἀγάπης. οἱ δὲ τὴν πίστιν οὐ προσηκάμενοι μεμενήκασιν ἐν χωλότητι, καὶ ἐν ἐκτροπῇ τοῦ πάθους, κατὰ τὴν τοῦ μακαρίου Παύλου φωνήν. αἴνιγμα δὴ οὖν τῆς Ἰσραὴλ χωλότητος νοητῆς τὸ συμβεβηκὸς τῷ Ἰακὼβ περὶ μηρὸν πάθος ἐν τῷ παλαίειν αὐτόν. πλὴν ὅτι ψευδοεπήσαιμεν ἂν οὔ τι που, διαβεβαιούμενοί τε καὶ λέγοντες, ὅτι τοῖς ἐν νυκτὶ καὶ σκοτεινὸν ἔχουσι νοῦν ἀντιφέρεται τρόπον τινὰ καὶ προσπαλαίει Χριστὸς, παραλύων εἰς χωλότητα τὴν πνευματικὴν, ἀναμάθοι τις ἂν οὐδὲν ἧττον εὐκόλως, καὶ διὰ τῶν ἐφεξῆς. ἔφη γὰρ „ τῷ Ἰακὼβ ὁ προσπαλαίων ἄνθρωπος· ἀπό-„ στειλόν με, ἀνέβη γὰρ ὁ ὄρθρος. συνιεὶς, ὅπως οὐκ ἀνέχεται παλαίειν διαυγαζούσης ἡμέρας. οὐ γὰρ μάχεται τοῖς ἐν φωτὶ γεγονόσι. οἷς ἂν εἴη πρέπον τοῖς εἰς τοῦτο λαμπρότητος διεληλυθό-„ σι, καὶ τὸ φάναι λοιπὸν, ὁ θεὸς ὁ θεός μου, πρὸς σὲ „ ὀρθρίζω. καὶ πρός γε δὴ τούτῳ τὸ, πρωῒ εἰσακούσῃ „ τῆς φωνῆς μου. τὸ, πρωῒ παραστήσομαί σοι, καὶ „ ἐπόψεις με. ἀνίσχοντος γὰρ κατὰ νοῦν ἡμῖν τοῦ τῆς δικαιοσύνης φωτὸς, τουτέστι Χριστοῦ, καὶ νοητὴν ἐν καρδίαις ἱέντος αὐγὴν, τότε δὴ τότε καὶ μάλα λαμπροὶ παραστησόμεθά τι αὐτῷ διὰ τῆς εἰς ἅπαν ἐπιεικείας, καὶ τῆς ἄνω-„ θεν ἐποπτείας ἑαυτοὺς ἀποφαίνομεν ἀξίους. ὀφ-„ θαλμοὶ γὰρ κυρίου, φησὶ, ἐπὶ δικαίους. ὄρθρου δὴ οὖν ἀνίσχοντος ἤδη καταλύει τὴν πάλην. θέα δὴ ὅπως οἰκονομικῶς καὶ εὐτεχνέστατα λίαν διδάσκει τὸν Ἰακὼβ ἀποφοιτᾶν ἐθέλοντα, μεταποιεῖσθαί τι καὶ λίαν ἐπιθυμεῖν ἐπιδοῦναι τῶν ἀναγκαίων εἰς σωτηρίαν αὐτῷ. ὁ γὰρ ὅλως νενικηκὼς καὶ ἀποστῆναι δυνάμενος, κἂν εἰ μὴ μεθείη τυχὸν ὁ νενικημένος· ἐξουσίαν δὲ ὥσπερ ἐπιδιδοὺς τοῦ εἴπερ ἕλοιτο, καὶ ἀπαξιοῖ ἔχεσθαι τυ-

ipſamq; adeò, quæ veluti ex hoc fit, generationẽ. Femori enim omnibus mẽbra prolificationi apta adiacent. Idcirco etiam beatus Abraham, quando ſeruum ſuum vxorem filio ſuo Iſaac quæſiturum in Meſopotamiam miſit, iurare iuſſit, ita dicens: *Pone manum tuam ſuper femur meum*, hoc eſt, iura poſt Deum, etiam iis qui futuri ſunt ex me & ſemine herili. Femur itaque eos qui ex femore oriuntur, ſignificat. *Emarcuit* igitur *femur Iacob*. Claudicauerunt enim qui ex femore ipſius orti ſunt, hoc eſt, qui ex Iſraël. teſtiſque eſt ipſe Saluator, per vocem Dauid ita dicens: *Filij alieni mentiti ſunt mihi, filij alieni inueterati ſunt, & claudicauerunt à ſemitis ſuis*. Quòd verò ſpiritualem claudicationẽ paſſus ſit Iſraël, ſapiens etiam Paulus nouit. Scribit itaque etiam ipſe: *Idcirco manus remiſſas & genua diſſoluta erigite, & ſemitas rectas facite pedibus veſtris*, ne claudicatio detorqueat, curetur autem potiùs. Medela verò huiuſcemodi claudicationis non aliter fiat, quàm per ſolam in CHRISTVM fidem & dilectionem. Qui autem fidem non ſuſceperunt, manſerunt in claudicatione, & in exceſſu morbi, iuxta beati Pauli vocem. Vitium verò quod femori Iacob inter luctandũ accidit, typus eſt ſpiritalis Iſraël claudicationis. Porrò quòd neq; à vero aberrauerimus affirmantes ac dicentes, quòd ijs qui in nocte verſantur & tenebroſam mentem habent, repugnat quodammodo & reluctatur CHRISTVS, in ſpiritalem claudicationem diſſoluens; id quidem facilè quis ex ijs quæ adijciantur intelligat. Ait enim ad Iacob, homo qui cum eo luctabatur: *Dimitte me; aſcendit enim diluculum*. Intelligis quopacto non fert luctã, illuceſcente die. Neque enim luctatur cum ijs, qui iam in luce verſantur. Quibus quidem conueniens ſit, ad tantum ſplendorem perductis dicere deinceps: *Deus, Deus meus, ad te de luce vigilo*. Prꝫterea: *Manè exaudies vocem meam, manè † aſſiſtã tibi, & aſpicies me*. Exoriente enim in mente noſtra iuſtitiæ lumine, hoc eſt CHRISTO, & ſpiritalem in corda noſtra ſplendorem immittente, tunc demum illuſtres admodum ipſi aſſiſtemur, diuinoque aſpectu digni efficiemur. *Oculi enim*, inquit, *Domini ſuper iuſtos*. Oriente igitur diluculo, ceſſat lucta. Vide autem quo pacto artificioſè admodum docet Iacobum reniti ei, qui diſcedere volebat, vtque vehementer cupiat addere aliquid eorum, quæ ipſi neceſſaria ſunt ad ſalutem. Nam qui omnino vincebat, & recedere valebat, etiamſi non permitteret victus; licentiam quodammodo dans eius quod vellet facien-

Gen. 24. 2.

Iuramentũ ſuper femur quid ſignificet.

Pſal. 17. 46.

Heb. 12. 12.

Pſal. 62. 54

Pſal. 5. 4.

† Vulgata: aſtabo tibi, & videbo.

Pſal. 33. 16.

cien-

Gen. 32. 26. ciendi. *Dimitte me*, inquit. Huic ſimile ferè inueniemus ad Moyſen à Deo ſapienter ac ſingulari conſilio dictum. Statuerat enim ſupplicium ſumere de populo Iſraëlitico, idololatriam in ſolitudine exercente (vitulos enim ſibi erexerat) Permittẽs autem quodammodo beato Moyſi, auertere ſi vellet iram, precibuſq; pro iis, qui deliquerant, agere: *Locutus ſum*, inquit, *tibi ſemel ac bis, dicens: Vidi populum hunc & ecce, duræ ceruicis eſt; diſperdam eos, & delebo nomen eorum de ſubter cælo, & faciam te in gentem magnam.* Exodi 32. 9. & 33. 6. Poſtquam verò intellexit Moyſes diuinæ benignitatis ſingulare conſilium, ad auertendam iram ſe confert, & ait*: Si quidem remiſeris eis peccatum, remitte; ſin minus, dele etiam me ex libro hoc quem ſcripſiſti.* Exod. 32. 32. Huiuſcemodi igitur pacto dictum fuerit ad Iacob: *Dimitte me*, ab eo qui cum ipſo luctabatur. Qui ſtatim intelligens quiſnam eſſet luctator, totamque rei rationem exploratam habens renititur dicens*: Non te dimittam, niſi benedixeris mihi.* Benedictus autem fuit, ac quidem benedictionis modus fuit, prioris nominis in aliud transmutatio. *Non vocabitur enim*, inquit, *nomen tuum amplius Iacob, ſed Iſraël erit nomen tuum.* Cùm quidẽ Iacob ſignificet *ſupplantatorẽ*, hoc eſt, virilẽ & ſtrenuum ad ea quæ oportet præſtanda: *Iſraël* verò mentẽ *videntem Deum*. Quænam autẽ horum ratio ſit age dicamus, narrationem paulo altiùs repetentes. Iacob luctâ victus femoriſq; ſtuporẽ in tenebris paſſus, detinet luctantẽ vt pacificus, ſplendẽte iam luce, factoq; diluculo, coactuſq; verò eſt benedicere eum. Porrò benedictus etiam eſt, cognominatus ſiquidẽ eſt Iſraël. Repugnãs enim Iſraël Emmanueli, vt incredulus & inobediens, cęterùm veluti in ignorantia & tenebris, imperitię nimirũ (obduruit enim) cognouit vixdum oriens etiam ipſi in mente diuinum lumen. Benedictus enim eſt à CHRISTO, etiãſi non vniuerſus fortaſſe, certè in parte quadã fideliũ. *facta enim ſunt reliquiæ ſecundùm electionem gratiæ Iſraëlis*, iuxta id quod ſcriptũ eſt, *Crediderunt q́; Iudæorum non pauci numero*: ac prę alijs diuini diſcipuli, qui quidẽ Iacob præ ſe ferebant, legali robore præditi, ac quodãmodo ſupplantantes, ſummopereq; deteſtãtes Deum offendere. Irreprehenſibiles enim erãt ſecundũ iuſtitiam, quæ eſt in lege: facti autem ſunt poſtea etiam Iſraël, hoc eſt, tranſlati ſunt deinceps in mentẽ videntem Deum. Cognoſcere enim CHRISTVM, quiſnã ſit, & vnde, ac quomodo factus ſit iuxtà ac nos, & quodnam fuerit eius incarnationis conſilium, hoc eſſe ſtatuo verum Dei aſpectus

Benedictio Iacob nominis tranſmutatio.

Gen. 32. 28.

Iacob & Iſraël quid ſignificent.

χὸν, ἀπόστειλόν με, φησί. τούτῳ προσεοικὸς εὑρήσομεν τὸ πρὸς Μωυσέα παρὰ θεοῦ σοφῶς τε καὶ οἰκονομικῶς εἰρημένον. ἐβούλετο μὲν γὰρ εἰδωλολατρεύοντα κατὰ τὴν ἔρημον, μεμοσχοποίηκε γὰρ, ἐξαιτῆσαι δίκας τὸν ἀποπληκτον Ἰσραὴλ. ἐφιεὶς δὲ ὥσπερ τῷ μακαρίῳ Μωυσεῖ, κατακωλύειν εἰ βούλοιτο τὴν ὀργὴν, καὶ τὰς ὑπὲρ τῶν ἡμαρτηκότων ποιεῖσθαι λιτὰς· λελάληκα πρὸς σὲ, φησὶ, ἅπαξ καὶ δὶς, λέγων. ἑώρακα τὸν λαὸν τοῦτον, καὶ ἰδοὺ λαὸς σκληροτράχηλός ἐστι. ἔασόν με, ἐξολοθρεύσω αὐτοὺς, καὶ ἐξαλείψω τὸ ὄνομα αὐτῶν ὑποκάτωθεν τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ποιήσω σε εἰς ἔθνος μέγα. ἐπειδὴ δὲ συνῆκεν ὁ Μωυσῆς τῆς θείας ἡμερότητος τὴν οἰκονομίαν, ἐπὶ τὸ κωλύειν ἔρχεται, καί φησιν, εἰ μὲν ἀφῇς αὐτοῖς ἁμαρτίαν, ἄφες· εἰ δὲ μὴ, κἀμὲ ἐξάλειψον ἐκ τῆς βίβλου ταύτης ἧς ἔγραψας. οὐκοῦν κατὰ τοιόνδε τρόπον πρὸς Ἰακὼβ εἰρῆσθαι, τὸ, ἀπόστειλόν με, παρὰ τοῦ παλαίοντος πρὸς αὐτόν. ὁ δὲ τάχύ που συνιεὶς τίς ὁ παλαίων ἐστὶ, καὶ ἐν αἰσθήσει λοιπὸν τοῦ παντὸς γεγονὼς πράγματος, μεταποιεῖταί λίαν, καὶ φησὶ· οὐ μή σε ἀνῶ, ἐὰν μή με εὐλογήσῃς. ηὐλόγηται δὲ, καὶ γέγονεν αὐτῷ τῆς εὐλογίας ὁ τρόπος, ὁ ἐξ ὀνόματος τοῦ πρώτου πρὸς ἕτερον μεταβιβασμός. οὐ κληθήσεται γὰρ, φησὶ ἔτι τὸ ὄνομά σου Ἰακὼβ, ἀλλ᾽ ἢ Ἰσραὴλ ἔσται τὸ ὄνομά σου. σημαίνοντος τοῦ πτερνίζοντα, τουτέστι, τὴν εὐδρανῆ καὶ νηφάλιον εἰς τὸ δύνασθαι κατορθοῦν ἃ δεῖ. τοῦ δὲ Ἰσραὴλ νοῦν ὁρῶντα θεὸν ἑρμηνευόμενον. τίς οὖν ὁ λόγος φέρε δὴ λέγωμεν βραχὺ, τὴν ἀφήγησιν ἄνωθεν ἀνασειράζοντες. παλαίσας ὁ Ἰακὼβ καὶ νενικημένος, καὶ παθὼν ἐν σκότῳ τὴν νάρκωσιν τὴν ἐν μηρῷ δηλονότι· λοιπὸν ἀντέχεται τοῦ παλαίοντος ὡς εἰρηνικῶς, διαυγάζοντος φωτὸς καὶ ὄρθρου λοιπὸν ἤδη γεγονότος. ἐξεβιάζετο δὲ ὥσπερ εἰς εὐλογίας αὐτὸν, καὶ δὴ καὶ ηὐλόγηται· μετωνόμασται γὰρ Ἰσραὴλ. ἀντεξάγων γὰρ ὥσπερ ὁ Ἰσραὴλ τῷ Ἐμμανουὴλ τὸ ἀπειθὲς καὶ δυσάγωγον, πλὴν ὡς ἐν ἀγνοίᾳ καὶ σκότῳ, τῷ τῆς ἀμαθίας φημί. πεπώρωτο γάρ. ἐπέγνω μόλις ἀνίσχοντος καὶ αὐτῷ κατὰ νοῦν τοῦ θείου φωτός. ηὐλόγηταί τε παρὰ Χριστοῦ, εἰ καὶ μὴ ἅπας τυχὸν, ἀλλ᾽ οὖν ἐν μοίρᾳ τινὶ τῶν πεπιστευκότων. γέγονε γὰρ λῆμμα κατ᾽ ἐκλογὴν χάριτος τῷ Ἰσραὴλ κατὰ τὸ γεγραμμένον, καὶ πεπιστεύκασι τῶν Ἰουδαίων οὐκ ὀλίγοι τὸν ἀριθμόν. καὶ πρό γε τῶν ἄλλων οἱ θεσπέσιοι μαθηταὶ, οἱ ποτὲ μὲν ἦσαν Ἰακὼβ, τὸ ἀνδρανὲς ἔχοντες ἐν νόμῳ, καὶ οἱονεὶ πτερνίζοντες, προθυμούμενοί τε γοργῶς, καὶ ὅτι μάλιστα παραιτούμενοι τὸ προσκρούειν θεῷ. ἄμεμπτοι γὰρ ἦσαν κατὰ δικαιοσύνην τὴν ἐν τῷ νόμῳ. γεγόνασι δὲ μετὰ τοῦτο καὶ Ἰσραὴλ, τουτέστι, μετακεχωρήκασιν εἰς νοῦν ὁρῶντα θεὸν λοιπόν. τὸ γὰρ εἰδέναι Χριστὸν τίς δή ἄρα, καὶ πόθεν γέγονε καθ᾽ ἡμᾶς, ἢ ποῖος αὐτῷ τῆς μετὰ σαρκὸς οἰκονομίας ὁ τρόπος· τοῦτο εἶναί φημι τῆς ἀληθοῦς θεοπτίας τὸ

φῶς

φῶς εἰσδέξασθαι κατὰ νοῦν. ὅτι δὲ μείζων,
καὶ προφερεστέρα, καὶ ἀσυγκρίτως ἀμεί-
νων τῆς ἐν νόμῳ πολιτείας ἡ περὶ θεοῦ γνῶσις,
πληροφορήσει λέγων αὐτὸς δι' ἑνὸς τῶν προ-
» φητῶν, ὅτι ἔλεον θέλω, καὶ οὐ θυσίαν, καὶ
» ἐπίγνωσιν θεοῦ, ἢ ὁλοκαυτώματα. καὶ Παῦ-
λος, ὡς γεγένηται μὲν κατὰ δικαιοσύνην
τὴν ἐν νόμῳ λαμπρός τε καὶ ἄμεμπτος. ἡ-
γεῖται δὲ τὰ τοιαῦτα ζημίαν διὰ τὸ ὑπερ-
έχον τῆς γνώσεως τοῦ Χριστοῦ. ὅτι δέ ἐστι καὶ τῆς
ἐν ἔργοις φαιδρότητος, ἐν ἀμείνοσιν ἡ ἀκίβ-
δηλος γνῶσις περὶ Χριστοῦ· σαφηνιεῖ
δὴ πάλιν Τιμοθέῳ γράφων ὁ Παῦλος, γυ-
» μνάζεσθαι αὐτὸν πρὸς εὐσέβειαν. ἡ γὰρ σω-
» ματικὴ γυμνασία πρὸς ὀλίγον ἐστὶν ὠφέλι-
» μος, ἡ δὲ εὐσέβεια πρὸς πάντα ὠφέλι-
» μός ἐστιν, ἐπαγγελίαν ἔχουσα ζωῆς τῆς νῦν, καὶ
» τῆς μελλούσης. ὡς γὰρ αὐτὸς εἴρηκεν ὁ Σωτὴρ
» πρὸς τὸν ἐν οὐρανοῖς πατέρα· αὕτη ἐστὶν ἡ αἰ-
» ώνιος ζωή, ἵνα γινώσκωσί σε τὸν μόνον ἀλη-
» θινὸν θεόν, καὶ ὃν ἀπέστειλας Ἰησοῦν Χριστόν.
οὐκοῦν κἂν εἴ τις εἴη τυχὸν Ἰακώβ, τουτέστιν εἰ
πτερνίζειν δύναιτο, καὶ διαδιδράσκειν ἀ-
στείως καὶ νεανικῶς πᾶν ὅπερ ἐστὶ ὀλοθρεύειν
εἰδὸς καὶ καλοῦν εἰς ἁμαρτίαν, προκόψει
διὰ Χριστοῦ, καὶ εἰς σύνεσιν θεοπρεπῆ. κε-
κλήσεται δὲ καὶ Ἰσραήλ, τουτέστι θεὸν ὁρῶν.
τότε δὴ τότε καὶ μετὰ ἀνθρώπων ἔσται δυ-
νατὸς ἐνισχύσας μετὰ θεοῦ. οὐ γὰρ οὖν τὸ ἄ-
ναλκι κατερρωστηκότος ἔργον ἂν γένοιτο τὸ
εἰδέναι θεόν, καὶ τὴν ἐπ' αὐτῷ γνῶσιν ἑλεῖν
εἰ καὶ ἐν ἐσόπτρῳ βλέποι καὶ αἰνίγματι· ἀλ-
λὰ τοῦ πρὸς τοῦτο λοιπὸν ἀσθενείας ἐκλελυτρω-
μένου, ὡς δι' οὐδενὸς μὲν ποιεῖσθαι λόγου τὰ
σαρκικὰ καὶ ἐγκόσμια· γοργῷ δὲ ὥσπερ
ἀκαθήκτῳ φρονήματι διατείνειν δύνασθαι
πρὸς τὸ τῷ θεῷ δοκοῦν· ὅτι οὗτος ἔσται δυ-
νατὸς ἐν ἀνθρώποις, καὶ ἐνισχύσει μετὰ θεοῦ.
οὐκοῦν ηὐλόγηται μὲν ὁ θεσπέσιος Ἰακώβ.
» προσελιπάρει δὲ λέγων, φησί, ἀνάγγει-
» λόν μοι ὄνομά σου. καὶ εἶπε, φησί· ἵνα τί
» τοῦτο ἐρωτᾷς σὺ τὸ ὄνομά μου; οὐκ ἀπαγγέλ-
λει δὲ τοὔνομα θεὸς ὅτι κατὰ φύσιν ἐστί, καὶ
διὰ τούτου δεικνύς. ὄνομα μὲν γὰρ ὡς ἀνθρώ-
πῳ τυχὸν ἰδικῶς οὐδὲν ἂν εἴη θεῷ, πλὴν ἐξ
ὧν εἶναι πέφυκε πολλαχῶς ὀνομάζεται. φῶς
γάρ, καὶ ζωή, καὶ δύναμις, καὶ ἀλήθεια,
μονογενής, καὶ ἀπαύγασμα, καὶ χαρακτὴρ
τοῦ γεννήσαντος, ἔλεος, καὶ σοφία, καὶ δικαιοσύνη,
καὶ ἀπολύτρωσις. συνιεὶς δὲ δὴ πάλιν ὁ μακάριος
Ἰακώβ, ὅτι θεὸς ἂν εἴη λοιπόν, ᾧ μηδὲν ὄνομα
προσκέοιτο ἂν ἰδικῶς, ἐκάλεσε τὸ ὄνομα τοῦ τόπου
» ἐκείνου εἶδος θεοῦ. εἶδεν γὰρ θεὸν πρόσωπον πρὸς
» πρόσωπον, φησί, καὶ ἐσώθη ἡ ψυχή μου. ἄθρει δὴ
» οὖν ὅπως γέγονεν Ἰσραήλ, τουτέστι θεὸν ὁρῶν.
ἀνθρώπου παλαίοντος, ἑώρα, φησί, τὸν θεὸν
πρόσωπον πρὸς πρόσωπον, καὶ σεσῶσθαι τὴν ἑαυ-
τοῦ ψυχήν. ἡ γάρ τοι γνῶσις ἡ ἐπὶ Χριστῷ,

lumen mente suscipere. Quòd verò maior atque vtilior, & incomparabiliter melior sit vita legali, cognitio de Deo, ipsemet testatur per quendam Prophetarum ita dicens: *Quia misericordiã volo & non sacrificiũ, & cognitionem Dei magis quàm holocaustomata.* Quin & Paulus natum quidem se ait, *iuxta iustitiam quæ est in lege*, illustrem atque irreprehensibilem: *existimasse verò omnia hæc detrimentum propter præeminentiam cognitionis* CHRISTI. Quòd verò sincera cognitio de CHRISTO præstantior sit splendore operum, Paulus rursum declarat, ad Timotheum scribens, quem ad pietatis exercitium hortatur: *Corporale enim exercitium*, inquit, *ad pauca vtile est. Pietas verò ad omnia est vtilis, promissionem habens vitæ quæ nunc est, & futuræ.* Quemadmodum enim Saluator ipse ait ad Patrem cælestem: *Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum verum Deum, & quem misisti* IESVM CHRISTVM. Quocirca etiamsi quis fortasse Iacob sit, hoc est, si supplantare valeat, pulchreque ac fortiter effugere omne id quod destruendi vim habet, atque ad peccatum ducit, proficiet per CHRISTVM, etiam ad diuinam cognitionem. vocabitur autem etiam Israël, hoc est, *Deum videns*. Tunc demum inter homines erit potens corroboratus cum Deo. Neq; enim mentis imbecillæ fuerit Deum nosse, cognitionemque de eo accipere, tametsi in speculo atque ænigmate videat; sed eius qui ad hanc roboris præstantiam sit perductus, vt carnalia ac mundana nullius planè faciat, potiùs forti atque indefesso animo, ad ea quæ Deo placent contendat; hic potens erit in hominibus, & corroborabitur cum Deo. Quocirca benedictus quidẽ est diuinus Iacob, dicens: *Indica mihi nomen tuum. Et dixit*, inquit, *Quare tu interrogas hoc nomen meum?* Deus nomen non enunciat, quòd secundùm naturam sit per hoc declarans. Nomen enim Deo, quemadmodum homini, fortasse peculiariter nullum est; ceterùm ex ijs quæ suapte natura est, multifariam nominatur. *Lumen* enim & *vita*, & *potentia*, & *veritas*, *vnigenitus*, & *splendor*, ac *character Patris*, *misericordia*, & *sapientia*, & *iustitia*, & *redemptio*. Intelligens verò rursum beatus Iacob, quòd Deus esset, cui nullum proprium nomen adscribi potest, vocauit nomen loci illius, *Facies Dei. Vidi enim Deum facie ad faciem*, inquit, *& salua facta est anima mea.* Vide itaque quopacto factus sit Israël, hoc est, videns Deum. Luctante homine vidisse se inquit Deum facie ad faciem, & saluam factam ipsius animam. Cognitio enim de CHRISTO

Cognitio Christi, vita legali præstantior.

1. Tim. 4.

Ioan. 17.

Deus nullum proprium nomen habet.

Dei nomina in S. Script.

Gen. 32. 30.

salutaris res est. Deus igitur etiam Verbum incarnatum. Deum enim se vidisse ait facie ad faciem Patriarcha Iacob. Oriente autem sole, *præterijt*, inquit, *facies Dei, ipse verò claudicabat femore suo*. Nam vt modò dixi, illuminatis Iudæis, cessauit quidem lucta. Præterijt autem etiam facies Dei, hoc est, ascendit in cælos CHRISTVS: Israël verò à claudicatione liberatus non est. Neque enim vniuersus saluatus est. Patitur autem quodammodo propter incredulos adhuc, non in vniuersum rectè incedere. cognominatus igitur est Israël, & supplantator translatus est in mentem videntem Deum. Quid verò deinceps? *Et Iacob*, inquit, *discedit in tabernacula, & fecit sibi illic domos, & pecoribus suis fecit tabernacula. Propter hoc vocauit nomen loci illius Tabernacula*. Audis quo pacto habitauit in tentorijs. Signum verò fuerit etiam hoc manifestũ, mentem Israëli in melius trãsferri. Exstruxit enim tabernacula & habitauit in eis. Mentis enim iam cernentis, quæque Dei aspectu digna habita sit, & per incremẽta in melius ad perfectionem contendit, pretiosus à Deo fructus est, res mundanas nullius planè facere, at potiùs vitam in corpore peregrinationem existimare. Ea enim mens diuina est, eximiæq; vitæ manifestum de se specimen præbet. Audi verò beatum Dauid ad hanc excellentiam perductum, dicentem: *Remitte mihi, quia aduena ego sum in terra, & peregrinus, sicut omnes patres mei.* Scribit verò etiam Paulus, ijs qui ad mensuram ætatis venerint plenitudinis CHRISTI, quique in virum perfectum euaserint: *Non habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus*, cuius opifex est Deus. Iacob itaque siue Israël in tabernaculis habitans, signum minimè obscurum fuerit, ijs qui rectè sentire velint, res huius mundi pro peregrinatione habendas esse iis qui ad Deum adspirant, mentemque illustratam habent. Deinde abijt *in Salem ciuitatem Sichimorum*, quę est in terra Chanaan: vbi rursum iustus luctatus est, iniurias filiæ suæ Dinæ illatas ferens. Hæc enim, vt puella & virgo adhuc blanda, paternis tabernaculis egressa est, incolarum filias conspicata. Fit enim plerumque, vt muliebre genus congressus cum coætaneis auidè appetat. Egressa itaque est puella; Emmor verò filiùs Sichem ei turpiter vim intulit: stuprauit enim virginem, atque intemperanti desiderio captus, puellam vxorem ducere cogitabat. Symeon verò & Leui fratres ad iram accensi, intolerabilem hanc contumeliam censuerunt, atrociaque aduersus eos qui eam iniuriam

Gen. 32. 32.

Psal. 38. 13.

Heb. 13. 14.

Iacob in tabernaculis habitans quid significet.

Gen. 33. 18.

Gen. 34. 1.
Dina historia.

χρῆμά ἐστι σωτήριον. θεὸς οὖν ἄρα καὶ μετὰ σαρκὸς ὁ λόγος. θεὸν γὰρ ἑωρακέναι φησὶ πρόσωπον πρὸς πρόσωπον ὁ πατριάρχης Ἰακώβ. ἀνατείλαντος δὲ τοῦ ἡλίου, παρῆλθε, φησι, τὸ εἶδος τοῦ θεοῦ· αὐτὸς δὲ ἐπέσκαζε τῷ μηρῷ. ὡς γὰρ ἔφην ἤδη, πεφωτισμένων τῶν Ἰουδαίων, πέπαυται μὲν ἡ πάλη. παρήλασε δὲ καὶ τὸ εἶδος τοῦ θεοῦ, τουτέστιν, ἀναβέβηκεν εἰς οὐρανοὺς ὁ Χριστός. οὐκ ἀπήλλακται δὲ χωλότητος ὁ Ἰσραήλ. σέσωσται γὰρ οὐχ ἅπας. πάσχει δὲ ὥσπερ διὰ τῶν ἀπειθούντων ἐπὶ τὸ μὴ εἰς ἅπαν ὀρθοποδεῖν. μετωνόμασται τοίνυν Ἰσραήλ, καὶ εἰς νοῦν ὁρῶντα θεὸν ὁ πτερνιστὴς μετεγράφετο. καὶ τί μετὰ τοῦτο πάλιν; καὶ Ἰακὼβ ἀπαίρει, φησὶ, εἰς σκηνάς, καὶ ἐποίησεν ἑαυτῷ οἰκίας, καὶ τοῖς κτήνεσιν ἑαυτοῦ ἐποίησε σκηνάς. διὰ τοῦτο ἐκάλεσε τὸ ὄνομα τοῦ τόπου ἐκείνου σκηναί. ἀκούεις ὅπως κατῴκησεν ἐν σκηναῖς; σημεῖον δ' ἂν γένοιτο καὶ τοῦτο σαφὲς τῆς εἰς τὸ ἄμεινον μεταδρομῆς τῆς εἰς Ἰσραὴλ διανοίας. σκηνοποιήσας γὰρ ἤδη, καὶ κατῴκησεν ἐν αὐταῖς. νοῦ γὰρ ἤδη βλέποντος καὶ θεοπτίας ἠξιωμένου, καὶ ταῖς εἰς τὸ ἄμεινον ἐπιδόσεσι εἰς πλειότητα τεθραμμένου τε καὶ ἀναθέοντος, καρπὸς ἂν γένοιτο παρὰ θεῷ τίμιος, τὸ δὲ οὐδενὸς μὲν ἔτι ποιεῖσθαι λόγου τὰ ἐν τῷδε τῷ κόσμῳ πράγματα, παροικίαν δὲ μᾶλλον οἴεσθαι τὴν ἐν σώματι ζωήν. νοῦς γὰρ οὗτος ἁγιοπρεπὴς καὶ πολιτείας ἐξαιρέτου καὶ ἀνῳκισμένης μήνυσις ἀκριβής. πείθοιο δ' ἂν εἰς τοῦτο λοιπὸν ὑπεροχῆς ἀφιγμένου καὶ ψάλλοντος τοῦ μακαρίου Δαβίδ· ἄνες μοι, ὅτι πάροικος ἐγώ εἰμι ἐν τῇ γῇ καὶ παρεπίδημος, καθὼς πάντες οἱ πατέρες μου. γράφει δὲ καὶ ὁ Παῦλος τοῖς εἰς μέτρον ἡλικίας ἥκουσι τοῦ πληρώματος τοῦ Χριστοῦ, καὶ εἰς ἄνδρα τέλειον ἀφιγμένοις. οὐκ ἔχομεν ὧδε μένουσαν πόλιν, ἀλλὰ τὴν μέλλουσαν ἐπιζητοῦμεν, ἧς τεχνίτης καὶ δημιουργὸς ὁ θεός. τὸ ἐν σκηναῖς οὖν ἄρα κατοικεῖν ἑλέσθαι τὸν θεσπέσιον Ἰακώβ, ἤτοι τὸν Ἰσραήλ· σημεῖον ἂν γένοιτο, καὶ οὐδενί που τάχα τῶν εὖ φρονούντων ἀσυμφανὲς, τὸ παροικίαν ἡγεῖσθαι πρέπειν τὰ ἐν τῷδε τῷ κόσμῳ πράγματα, τοὺς ἀναμύοντας ἤδη πρὸς θεὸν, καὶ τὸν νοῦν ἔχοντας ἐκλελαμπρυσμένον. εἶτα μέτεισι εἰς Σαλὴμ πόλιν Σικίμων, ἥ ἐστιν ἐν γῇ Χαναάν. οὗ δὴ πάλιν ὁ δίκαιος ἐγυμνάζετο τὰ ἐπὶ Δίνα τῇ θυγατρὶ πεπονθὼς ἀδικήματα. ἡ μὲν γὰρ οἷά τις νεᾶνις καὶ παρθένος ἔτι κουρίζουσα τῆς τοῦ πατρὸς ἐξῆλθε σκηνῆς τὰς τῶν ἐγχωρίων ἐποπτεύουσα θυγατέρας. ἀνεπτόηται γὰρ ἀεὶ τὸ θῆλυ γένος εἰς τὸ ἀγαπᾶν ἐπείγεσθαι τὴν ἰσήλικα. οὐκοῦν ἐξῆλθε μὲν ἡ νεᾶνις· Ἐμμὼρ δὲ αὐτὴν ὁ Σιχὲμ οὐκ † ἐν κόσμῳ κατεβιάζετο. διεπαρθένευσε γὰρ καὶ ἀκρατὴς ἤδη πως ἐπιθυμίας ἐναλοὺς, καὶ σύνοικον ἠξίου ποιεῖσθαι τὴν κόρην. τότε δὴ τότε Συμεὼν καὶ Λευὶ οἱ τῆς νεανίδος ἀδελφοὶ παρεθήγοντο πρὸς ὀργὰς, καὶ ἀφόρητον ἐποιοῦντο τὴν ὕβριν, ἀνόσιά τε λοιπὸν, καὶ κατὰ τῶν ἠδικηκότων

† For. ἐγκοσμίως.

τούτων ἐσκέπτοντο δρᾶν. ἀναπείθουσι μὲν γὰρ σὺν ἀπὸ Σικίμων τὴν πατρῴαν αὐτοῖς, καὶ νενομισμένην συνελέσθαι περιτομήν. ἀπεκτόνασι δὲ παντὸς ἐλέους καὶ οἰκτιρμῶν εἰς ἅπαν ἐξῃρημένων. ἀλλ' ἠγανάκτει πρὸς τοῦτο λίαν ὁ θεσπέσιος Ἰακώβ, ἐπετίμα τε λέγων· μισητόν με πεποιήκατε, ὥστε πονηρόν με εἶναι τοῖς κατοικοῦσι τὴν γῆν. οὐ γὰρ μεμετρήκασι τοῖς ἀπεκτονόσι τὰ ἐξ ὀργῆς, οὔτε μὴν ὡς ὑπὸ πατρὶ τεθραμμένοι δικαίῳ πεφρονήκασί τι τῶν οὐκ εἰς ἅπαν ἐκτετραμμένων. πεπορθήκασι γὰρ, ἀπεκτόνασι δὲ σὺν συνελομένους τὰ ἴσα φρονεῖν αὐτοῖς καὶ πίστει τεθαῤῥηκότας. τίς οὖν ἐντεῦθεν γένοιτ' ἂν εἰς ἡμᾶς ἡ ὄνησις; εἰ καὶ ὁ μῦθος γὰρ οὐδαμῶς ἡ θεόπνευστος γραφή, φέρε δὴ λέγωμεν ὡς ἐνί. γέννησιν μὲν γὰρ γεγεννήμεθα πνευματικήν, καὶ ἐν τέκνοις θεοῦ τετάγμεθα διὰ Χριστοῦ. οὐκοῦν εἰ γένοιτο ψυχὴν ἀναγεννηθεῖσαν ἤδη διὰ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος, καὶ εἰς θυγατέρα θεοῦ τεθειμένην καταφθαρῆναι τυχὸν ὑπὸ τῶν τοῦτο δρᾶν εἰωθότων, ἢ εἰς τὸ φρονεῖν ἑλέσθαι τὰ σαρκικὰ παρενηνεγμένην, ἢ ὡς εἰς ἐκ τόπου διεστραμμένας ἐννοίας τὰς περὶ θεοῦ. τοιαῦτα γὰρ ἀληθῶς τὰ τῶν ἀνοσίων αἱρετικῶν δοξάρια. οἱ τῆς ἠδικημένης κατὰ πίστεως ἀδελφοὶ, κἂν εἰ τάξιν ἔχοιεν τὴν ἱερουργὸν, καθάπερ ἀμέλει καὶ ὁ Λευὶ, κἂν εἴτε Συμεὼν νοοῖντο τυχὸν, τουτέστιν, οἱ ἐν τάξει τῶν ὑπηκόων κείμενοι. ἑρμηνεύεται μὲν γὰρ ὑπακοὴ Συμεών. ἀγανακτούντων μὲν, ὅτι πεπλεονέκτηταί τις τῶν κατὰ πίστιν οἰκείων αὐτοῖς· μὴ μὴν καὶ εἰς αἷμα χωρούντων ἔτι, μήτε μὴν ἀγρίας σὺν κατεφθαρκότας ἐξαιτούντων δίκας, ἵνα μὴ ἀκούσειαν, Χριστοῦ λέγοντος αὐτοῖς. μισητόν με πεποιήκατε, ὥστε πονηρὸν εἶναι τοῖς κατοικοῦσι τὴν γῆν. μεμνῆσθαι γὰρ ἀναγκαῖον, ὅτι καὶ αὐτὸς ὁ σωτὴρ γυμνοῦντι τὴν μάχαιραν ἐπετίμα ποτὲ τῷ θεσπεσίῳ Πέτρῳ λέγων. ἀπόστρεψον τὴν μάχαιράν σου εἰς τὴν θήκην αὐτῆς. πάντες γὰρ οἱ λαβόντες μάχαιραν, ἐν μαχαίρᾳ ἀπολοῦνται. οὐ γάρ τοι μαχαίραις ἐξοπλίζεσθαι κατ' ἐχθρῶν πρέποι ἂν ἡμᾶς σὺν τῆς εἰς θεὸν εὐσεβείας ὑπεραθλεῖν ᾑρημένους· ἀλλ' εἶναι μὲν τληπαθεῖς καὶ εἰ διώκειν ἕλοιντό τινες· εὐλογεῖν δὲ λοιδορουμένους, πάσχοντας μὴ ἀπεχεῖν, παραδιδόναι δὲ μᾶλλον τῷ κρίνοντι δικαίως. παραφυλακτέον δὲ τοῖς παραιτουμένοις τὴν καταφθορὰν, τὸ μὴ ἐξοιχήσεσθαί ποι τῆς πατρῴας σκηνῆς, τουτέστι τοῦ οἴκου τοῦ θεοῦ, μὴ δὲ ταῖς τῶν ἀλλοφύλων, ἤτοι ταῖς τῶν ἑτεροφρόνων προσβάλλειν ἀγέλαις. ἐξελθοῦσα γὰρ Δίνα τῆς πατρῴας σκηνῆς, εἰς οἶκον ἀπηνέχθη Σιχέμ. ἀλλ' οὐκ ἂν ὑβρίσθη ποτὲ τοῖς τοῦ πατρὸς δωματίοις ἐμφιλοχωρεῖν, καὶ σκηναῖς ἁγίων ἐνδιαιτωμένη. ὅτι γὰρ τὸ χρῆμα καλὸν, καὶ εἰς ὄνησιν

intulerant, consilia inierunt. Persuadent enim incolis Sichimorũ vt ipsorum circumcisionem à patribus acceptam atque vsitatam amplecterentur. Interfecerunt autem eos, omni in vniuersũ misericordia sublata. Ceterùm indignè id tulit diuinus Iacob, increpauitq; eos dicens: *Odiosum me fecistis, ita vt malus sim omnibus habitantibus terram.* Neque enim interfectores iram suam temperarunt, neque vt à patre iusto educati, quidquam cogitarunt eorum quæ non planè nefaria essent. Depopulati enim sunt atque interfecerunt, & quidem eos, qui paria cum ipsis cogitare volebant, quique ipsis confidebant. Quænam igitur hinc nobis vtilitas proficiscatur? Neque enim vllo pacto otiosa ac vana est diuina Scriptura. Age itaque pro virili dicamus. Spiritali generatione geniti sumus, & in filios Dei adsciti per CHRISTVM. Si ergo contingat animam quæ iam regenerata sit per sanctum baptismum, filiaque Dei facta, corrumpi fortasse ab ijs quæ id facere solent, nimirum ad carnalia desideria prolapsa, aut alioqui ad absurdas cogitationes, veram de Deo cognitionem subuertentes (huiusmodi enim reuera sunt impiorum hæreticorum opiniones) qui iniuria affectæ secundùm fidem fratres sunt, siue in sacerdotali ordine sint constituti, quemadmodum ferè Leui, siue in statu subditorum sunt, (*Simeon* enim interpretatur *obedientia*) indignè quidem ferant, si quispiam eorum qui secundùm fidẽ familiares ipsis sunt, iniuria affectus sit: sed non adhuc ad sanguinẽ procedant, neque immanes à corruptoribus pœnas exigant. ne audiant CHRISTVM dicentem ipsis: *Odiosum me fecistis, ita vt malus sim omnibus habitantibus terram.* Meminisse enim oportet, quod & Saluator ipse beatum Petrum, eò quòd gladiũ stringeret, obiurgauit, dicens: *Mitte gladium tuum in vaginam suam: omnes enim qui gladium accipiunt, in gladio morientur.* Neque enim gladiis armari conuenit nos, qui ad pietatẽ in Deum contendimus, sed potiùs esse patientes, etiamsi nonnulli nos persequi velint, benedicere verò conuitiantibus: patientes, non minari, tradere autem potiùs iudicanti iustè. Cauendum verò est iis, qui interitum vitare velint, ne paterno tabernaculo, hoc est domo Dei egrediantur, neúe ad alienigenarum siue hæreticorũ greges accedant. Egressa enim Dina è tabernaculo paterno, in domum Sichem ablata est. Nunquam verò contumelia affecta fuisset, si paternis ædibus hæsisset, & in sanctis tabernaculis assiduè versata fuisset. Quòd enim pulcra vtilissimaq;

Simeon, obedientiam significat.

Matt. 26. 52.

Gen. 34. 1.

ea res sit, beatus Dauid declarat, ita canens: *Psal. 26. 4.* *Vnam petij à Domino, hanc requiram, vt habitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ. Vt videam voluptatem Domini, & visitem templum sanctum eius. Quia abscondit me in tabernaculo suo, in die malorum meorum protexit me in profundo tabernaculi sui.* Timidum itaque & mœstum valdè effectum Iacob, Deus proficisci iubet. *Gen. 35. 1.* Ita verò habet: *Dixit autem Deus ad Iacob: Surgens ascende in locum Bethel, & habita illic, & fac ibi altare Deo, qui apparuit tibi cùm fugeres à facie Esau fratris tui. Dixit autem Iacob domui suæ, & omnibus qui cum eo: Tollite deos alienos de medio vestrûm, & mundamini & mutate vestes vestras, & surgentes ascendamus in Bethel, & faciamus ibi altare Deo, qui exaudiuit me in die tribulationis, qui fuit mecum & saluauit me in via qua ambulaui. Et dederunt Iacob deos alienos qui erant in manibus ipsorum, & inaures quæ in auribus ipsorum, & abscondit ea Iacob sub terebintho, quæ in Sichimis, & perdidit ea vsq; in hodiernum diem.* Aduocauit quidē iustum Iacob in Bethel ex Sichimis Deus totius vniuersi. Qui quidem ipsi morem gessit. Deinde cùm venisset in Luza diuinoque aspectu dignus habitus, & quòd pater futurus esset multarum gentium promissionibus cōfirmatus, *Gen. 35. 14.* *ascendit in Bethel. Et statuit*, inquit, *ibi Iacob titulum in loco, in quo locutus est cum eo Deus, titulum lapideum, & fecit super eum libamen, & effudit super eum oleum, & vocauit Iacob nomen loci illius, in quo locutus est ei Deus, Bethel.* Multa concurrunt haud obscura argumenta, cur reuersus sit Iacob in terram Israël, atque in incomparabiliter meliorem statum translatus. Habitauit enim in tabernaculis: *Peregrini sumus in terra.* peregrinum siquidem esse in terra, genus Sanctorum per hoc tantum-non declarās. Præterea ob filiæ casum mœrens, neque mediocriter succensus filiis degeneri ira victis, Symeoni inquam & Leui, grauiter eos obiurgat, patientiam tolerantiamque in tentationibus sanctis conuenire reipsa nobis ostendens. Postquam verò vocatus est *Bethel domus Dei.* à Deo, ascenditque in Bethel, hoc est, in domum Dei, (hoc enim interpretatur Bethel) sacrificat Deo, & princeps ac magister sacrorum declaratur. Quo enim pacto domum Dei introire oporteat, posteros siue *Domus Dei quomodo ingredienda sit.* successores suos docet. Eiicere iubet veluti colluuiem quandam atque spurcitiem deos alienos, & mutare vestes: quod quidem moris est facere nobis in conspectum Dei vocatis, ac diuinum templum ingredientibus, præcipuè verò sancti tempore baptismi. Oportet enim nos, veluti de medio tollere deos alienos, & ab eiuscemodi er-

οὐκ ἀπιθανὲς ἀναπείσει ψάλλων ὁ μακάριος Δαβίδ· μίαν ᾐτησάμην παρὰ κυρίου, ταύτην ζητήσω, τοῦ κατοικεῖν με ἐν οἴκῳ κυρίου πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς μου. τοῦ θεωρεῖν με τὴν τερπνότητα κυρίου, καὶ ἐπισκέπτεσθαι τὸν ναὸν τὸν ἅγιον αὐτοῦ, ὅτι ἔκρυψέ με ἐν σκηνῇ αὐτοῦ ἐν ἡμέρᾳ κακῶν μου ἐσκέπασέ με ἐν ἀποκρύφῳ τῆς σκηνῆς αὐτοῦ. περιδεᾶ τοίνυν καὶ ἄθυμον γεγονότα κομιδῇ τὸν Ἰακὼβ, ἀπαίρειν ἐκέλευσε θεός. ἔχει δὲ οὕτως· εἶπε δὲ ὁ θεὸς πρὸς Ἰακώβ. ἀναστὰς ἀνάβηθι εἰς τὸν τόπον Βαιθὴλ, καὶ οἴκει ἐκεῖ, καὶ ποίησον ἐκεῖ θυσιαστήριον τῷ θεῷ τῷ ὀφθέντι σοι, ἐν τῷ ἀποδιδράσκειν σε ἀπὸ προσώπου Ἠσαῦ τοῦ ἀδελφοῦ σου. εἶπε δὲ Ἰακὼβ τῷ οἴκῳ αὐτοῦ, καὶ πᾶσι τοῖς μετ' αὐτοῦ· ἄρατε τοὺς θεοὺς τοὺς ἀλλοτρίους ἐκ μέσου ὑμῶν, καὶ καθαρίσθητε, καὶ ἀλλάξατε τὰς στολὰς ὑμῶν, καὶ ἀναστάντες ἀναβῶμεν εἰς Βαιθὴλ, καὶ ποιήσωμεν ἐκεῖ θυσιαστήριον τῷ θεῷ τῷ ἐπακούσαντί μοι ἐν ἡμέρᾳ θλίψεως, ὃς ἦν μετ' ἐμοῦ, καὶ διέσωσέ με ἐν τῇ ὁδῷ, ᾗ ἐπορευόμην. καὶ ἔδωκαν τῷ Ἰακὼβ τοὺς θεοὺς τοὺς ἀλλοτρίους, οἳ ἦσαν ἐν ταῖς χερσὶν αὐτῶν, καὶ τὰ ἐνώτια τὰ ἐν τοῖς ὠσὶν αὐτῶν, καὶ κατέκρυψεν αὐτὰ Ἰακὼβ ὑπὸ τὴν τερέβινθον τὴν ἐν Σικίμοις· καὶ ἀπώλεσεν αὐτὰ ἕως τῆς σήμερον ἡμέρας. προσκαλεῖ τὸ μὲν δὴ τὸν δίκαιον εἰς Βαιθὴλ ἀπὸ Σικίμων ὁ τῶν ὅλων θεός. ὁ δὲ ἦν οὐκ ἀπειθής. εἶτα γεγονὼς ἐν Λουζᾷ διὰ μέσου, καὶ θεοπτίας ἠξιωμένος, καὶ ὅτι πολλῶν ἔσται πατὴρ ἐθνῶν ταῖς ἐπαγγελίαις ἐμπεδούμενος ἄνεισιν εἰς Βαιθὴλ, καὶ ἔστησεν ἐκεῖ, φησὶ, Ἰακὼβ στήλην ἐν τῷ τόπῳ ᾧ ἐλάλησε μετ' αὐτοῦ, στήλην λιθίνην, καὶ ἔσπεισεν ἐπ' αὐτὴν σπονδὴν, καὶ ἐπέχεεν ἐπ' αὐτὴν ἔλαιον. καὶ ἐκάλεσεν Ἰακὼβ τὸ ὄνομα τοῦ τόπου, ἐν ᾧ ἐλάλησεν μετ' αὐτοῦ ὁ θεὸς, Βαιθήλ. πολλὰ κατὰ ταυτὸν εἰς ἀπόδειξιν οὐκ ἀσυμφανῆ τοῦ μεταπεφοιτηκέναι τὸν Ἰακὼβ εἰς γῆν Ἰσραὴλ, καὶ εἰς τὸ ἄμεινον ἀσυγκρίτως μεταφοίτησιν ἐλθεῖν. κατῴκησε μὲν γὰρ ἐν σκηναῖς, ὅτι τὸ πάροικον ἐν κόσμῳ τῶν ἁγίων τὸ γένος μονονουχὶ διὰ τοῦδε καταδεικνύς. εἶτα μεταξὺ τὰ ἐπὶ τῇ θυγατρὶ συμβεβηκότα παθὼν, καὶ λελυπημένος, οὐ μετρίως τοῖς ἀγεννῶς ἡττημένοις ὑπὸ θυμοῦ, Συμεὼν τί φημι καὶ Λευὶ, ἐπιτιμᾷ δεινῶς, ἁγιοπρεπὲς ὅτι ἀνεξίκακον, καὶ τὸ τλημπαθὲς ἐν τοῖς πειρασμοῖς διὰ πραγμάτων ἡμῖν ἀποφαίνων. ἐπειδὴ δὲ κέκληται παρὰ θεοῦ, καὶ ἀναβέβηκεν εἰς Βαιθὴλ, τουτέστιν, εἰς οἶκον θεοῦ. διερμηνεύεται γὰρ ὧδε Βαιθήλ. ἱερουργεῖ τῷ θεῷ, καὶ μυσταγωγὸς ἀποδείκνυται. τίνα γὰρ τρόπον εἰς οἶκον ἰέναι προσήκει θεοῦ, καθίστησι ἐναργὲς τοῖς ἑπομένοις αὐτῷ. ἀποβαλεῖν γὰρ ἐκέλευσε συρφετὸν ὥσπερ τινὰ καὶ ἀκαθαρσίαν τοὺς ἀλλοτρίους θεοὺς, καὶ ἀλλάξαι τὰς στολάς. ὃ δὴ καὶ δρᾶν ἔθος εἰς ὄψιν ἡμᾶς καλουμένους θεοῦ, καὶ εἰς τὸν θεῖον αὐτοῦ ναὸν εἰσελαύνοντας, κατὰ τὸν καιρὸν μάλιστα τοῦ ἁγίου βαπτίσματος. δεῖ γὰρ ἡμᾶς ποιεῖσθαι μὲν ὥσπερ ἐκ μέσου τοὺς ἀλλοτρίους θεοὺς, καὶ τῆς τοιᾶσδε πλάνης

„ νης ἀποφοιτῶντας λέγειν, ἀποτάσσομαί σοι
„ σατανᾶ, καὶ πάσῃ τῇ πομπῇ σου, καὶ πάσῃ τῇ
„ λατρείᾳ σου. δεῖ δὴ πάντας ἡμᾶς ἀλλάξαι καὶ τὴν στολὴν, ἀποδυομένους μὲν ὥσπερ τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον τὸν φθειρόμενον κατὰ τὰς ἐπιθυμίας τῆς ἀπάτης· μεταμφιεννυμένους δὲ τὸν νέον τὸν ἀνακαινούμενον κατ' εἰκόνα τοῦ κτίσαντος αὐτόν. ἀποβεβλήκασι δὲ καὶ τὰ ἐν τοῖς ὠσὶν αἱ μετὰ τοῦ Ἰακὼβ γυναῖκες. εἰσελθοῦσαι γὰρ αἱ γυναῖκες εἰς οἶκον θεοῦ, κόσμημα μὲν οὐδὲν ἔχουσι σαρκικὸν, ἀπολύουσι δὲ καὶ αὐτὰς τὰς τρίχας, ἐγκλημάτων τάχα που τῶν ἐξ ἐμπλοκῆς τὰς ἑαυτῶν ἀπαλλάττουσι κεφαλάς. τοῦτο εἶναί φημι τὸ περιελεῖν τὰς γυναῖκας τὸν ἐν τοῖς ὠσὶ κόσμον. ὅταν τοίνυν ἀναβῶμεν εἰς Βαιθὴλ, τουτέστιν εἰς οἶκον θεοῦ, ἐκεῖ τὸν λίθον ἐπιγνωσόμεθα, λίθον τὸν ἐκλεκτὸν τὸν εἰς κεφαλὴν γεγονότα γωνίας, τουτέστι Χριστόν· ὀψόμεθα δὲ χριόμενον παρὰ τοῦ πατρὸς εἰς εὐφροσύνην καὶ ἀγαλλίαμα πάσῃ τῇ † ἐπ' οὐρανόν. κέχρισται γὰρ, ὡς ἔφην, παρὰ τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς ὁ υἱὸς ἡ πάντων ἡμῶν εὐφροσύνη· τὸ οἰκουμενικὸν ἀγαλλίαμα, κατὰ τὴν τοῦ ψάλλοντος φωνήν. ἴδοις δ' ἂν καὶ τοῦτο προαναγεγραμμένον ἐν τοῖς ἀρτίως ἡμῖν εἰρημένοις. ἀνέστησε γὰρ Ἰακὼβ τὸν λίθον ἐλαίῳ τε καὶ οἴνῳ καταδεύων αὐτόν. τύπος δ' ἄρα τὸ δρώμενον ἦν μυστηρίου τοῦ κατὰ Χριστὸν, δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ τῷ θεῷ καὶ πατρὶ ἡ δόξα ἅμα τῷ ἁγίῳ πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

† ἴσως ὑπ'

rore discedentes dicere: *Renuntio tibi satana, & vniuersæ pompæ tuæ, & omni cultui tuo.* Oportet etiam omnino nos mutare vestẽ, *exuentes quidem veterem hominem corruptum secundùm desideria mendacij*, indutos verò nouum ac renouatum ad imaginem eius qui eum creauit. Abiecerunt verò etiam inaures suas mulieres quæ cum Iacob erant. Ingredientes enim etiam feminæ in domum Dei, nullum quidem carnalem ornatum habentes, dissoluentes verò ipsos capillos, ab accusatione superbiæ sua ipsarum capita liberant. Hoc enim esse arbitror, adimere sibi mulieres ornatum, quem in auribus gerebant. Cùm igitur ascenderimus in Bethel, hoc est in domum Dei, lapidem illic cognoscemus, lapidem inquam electum, qui factus est in caput anguli, hoc est CHRISTVM. Videbimus autem eum vnctum à Patre in lætitiam & exultationem omni quæ sub cælo est creaturæ. Vnctus enim est, vt dixi, à Deo ac Patre Filius, *Omnium nostrûm lætitia, vniuersalis exultatio*, iuxta Psalmistæ vocem. Videas autem etiã hoc prçfiguratum in iis quæ modò à nobis dicta sunt. *Erexit enim Iacob lapidem, oleo ac vino ipsum rigans.* Typus verò ea res est mysterij CHRISTI, per quem & cum quo Deo ac Patri gloria cum sancto Spiritu in sęcula sæculorum. Amen.

Psal.117.22 Matt.21.42 Psal.44.8 Genes.35.14. *Lapis vino & oleo vnctus typus Christi.*

ΓΛΑΦΥΡΩΝ ΕἸΣ ΤῊΝ ΓΈΝΕΣΙΝ ΒΙΒΛΊΟΝ ἝΚΤΟΝ.

Περὶ τοῦ Ἰωσήφ.

GLAPHYRORVM IN GENESIM LIBER SEXTVS.

De Ioseph.

Μέγα μὲν ὁμολογουμένως τὸ τῆς εὐσεβείας μυστήριον, τουτέστι Χριστὸς, βαθὺς δὲ δὴ λίαν ὁ ἐπ' αὐτῷ λόγος, καὶ ὁ τῆς μετὰ σαρκὸς οἰκονομίας σκοπός. ἀλλ' εἴη μὲν ἂν ἥκιστά γε τοῖς ἐθέλουσιν ἁπλῶς· γένοιτο δ' ἂν τοῖς ἀρτίφροσιν οὐκ ἀνιδρωτὶ συμφανής. † ἐπεί τοι τῇ θείᾳ καταλαμπόμενοι χάριτι, σοφοὶ καὶ ἀγχίνοι, νομικῶν τε καὶ προφητικῶν συγγραμμάτων εἰσὶν ἐπιστήμονες. καὶ γοῦν ὁ θεσπέσιος Πέτρος ὁ προὔχων ἐν μαθηταῖς, καὶ τῶν ἄλλων ὑπερκείμενος, ὡμολόγει μὲν τὴν πίστιν ὀρθῶς. ἤκουε δὲ
„ παρὰ Χριστοῦ, μακάριος εἶ Σίμων Βαρ Ἰω-
„ νᾶ, ὅτι σὰρξ καὶ αἷμα οὐκ ἀπεκάλυψέ σοι
„ ἀλλ' ὁ πατήρ μου ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. μυσταγωγεῖ γὰρ ἡμᾶς ὁ θεὸς καὶ πατὴρ τὸν ἐφ' υἱῷ λόγον· ἀνασώζει τε οὕτω λοιπὸν ὡς σωτῆρι

† ἴσως ἐπεί γ' οἱ.

Magnum quidem proculdubiò est pietatis mysterium, hoc est CHRISTVS: profundus autem de ipso sermo, ipsiusque incarnationis admirabile consiliũ. Neque verò ab iis qui leuiter tantùm velint, intelligi possit, sed à prudentibus, & quidẽ non absque labore; quandoquidem diuina gratia illustrati sapientes atque industrij, & qui legalium pariter & propheticorum scriptorum sunt periti. Vnde & diuinus Petrus princeps discipulorum, alijsque longè superior, professus quidem est fidem rectè; audiuit verò à CHRISTO: *Beatus es Simon Bar-Iona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus qui est in cælis.* Instruit enim nos Deus ac Pater sermone de Filio, atque ita instaurat, offerens nos ipsi vt Saluatori atque

Matt.16.17

Ioan. 6. 44.

atque redẽptori. *Nemo enim venit ad me*, inquit, *nisi Pater meus qui misit me trahat eum.* Vt itaque per omnẽ, vt ita dicam, sacram Scripturam, sermonem de ipso intelligentes, ac synceram fidem colligentes, non detestabili animi duplicitate vacillans quodammodo & ebrium cor habeamus, neque ignorantiæ turbine rapiamur, audiamus Deum per vocem prophetarum dicentem:

Iere. 14. 10.

Dilexerunt mouere pedes suos, & non pepercerunt, & Deus non complacuit sibi in eis. Idcirco per innumerabiles imagines ac figuras nos ad veritatem confirmat, fidemque in ipsum vtiliter præstat, ea quę per tempus acciderunt, claros cognitionis de ipso typos constituens. Videamus itaque etiam in iis quæ diuino Ioseph euenerunt, an quę dixi vera rursus appareant. Ita verò habent: *Hæ autem sunt generationes Iacob. Ioseph cùm † esset annorum septemdecim, pascebat oues cum fratribus suis, existens iuuenis cum filiis Ballæ, & cum filiis Zelphæ vxorum patris sui. Attulit autem Ioseph vituperiũ malum ad Israël patrem suum. Iacob autem diligebat Ioseph supra omnes filios suos, quia filius senectutis erat ei. Fecit autem ei tunicam variam. Videntes verò fratres eius, quòd eum amaret pater præ omnibus filiis suis, oderunt eum, neque poterant ei loqui quidquã pacificum.*

Gen. 37. 2.

† Vulg. Cùm sedecim esset annorum.

Fecit scriptor libri apertã commemorationem eorum qui ex Esau orti sunt. Qui enim ex quibus nati sint, & quam quisque regionem habitarit, ac quibus imperarit, sacra Scriptura nos docuit: cùm interim nihil præclarum neque memoria dignum quisquã eorum gesserit. Ferme itaq; eorum nomina sermo præterit, atque ad diuinum Ioseph se confert, deque iis qui ex sanguine Iacob sunt, splendidam narrationem instituit. Minimus itaq; natu inter filios Ioseph (septemdecim enim erat annorum) laborem pastoritium non detrectauit, sed vnà cum aliis fratribus iisdem studiis vacabat, non ocium (quo iuuentus imprimis delectatur) sectans, non intempestiuum parumque aptum ætati suæ laborem subterfugiens, neque vacare adamans, vtpote adhuc pueritiam agens, sed veluti senex, & cogitationum præstantia, mentisque robore præditus, ac senili ratione vtens, futurique splendoris pulcherrimum specimen edens, meritò beato amantissimoque patri admirationem sui concitauit, & ad maiorem sui amorem ac curam preuocauit. *Erat enim ipsi*, inquit, *etiam filius senectutis.* Atqui quidnã hoc est? Affectus siue dispositiones quæ in nobis sunt, oratio nostra inuestigat. Parentũ enim erga liberos amor, æqualis in vniuersum nonnullis est, neque vlla ratione

Gen. 37. 3.

καὶ λυτρωτῇ προσκομίζων αὐτῷ. οὐδεὶς γὰρ ἔρ- „
χεται πρός με, φησὶ, ἐὰν μὴ ὁ πατήρ μου ὁ πέμ- „
ψας με ἑλκύσῃ αὐτόν. ἵνα τοίνυν διὰ πάσης, „
ὡς ἔπος εἰπεῖν, τῆς ἁγίας γραφῆς τὸν ἐπ' αὐ-
τῷ συνιέντες λόγον καὶ ἀπλανῆ τὴν πίστιν συλλέ-
γοντες, μὴ ταῖς ἐπαράτοις διψυχίαις σειομένην
ὥσπερ καὶ κατημεθυσμένην ἔχωμεν τὴν καρδίαν·
μηδὲ τοῖς ἐξ ἀμαθίας περιπίπτοντες κλόνοις·
λοιπὸν ἀκούωμεν λέγοντος θεοῦ διὰ φωνῆς
προφητῶν. ἠγάπησαν κινεῖν πόδας αὐτῶν, καὶ „
οὐκ ἐφείσαντο, καὶ ὁ θεὸς οὐκ ηὐδόκησεν ἐν αὐ- „
τοῖς ταύτητοι διὰ μυρίων ὅσων εἰκόνων ἡμᾶς
ἐμπεδοῖ πρὸς τὴν ἀλήθειαν, καὶ τὴν ἐπ' αὐτῷ πίστιν
χρησίμως προκαταβάλλεται τὰ κατὰ καιρὸν συμ-
βαίνοντα, λαμπρὰς ὥσπερ ἀνατιθεὶς τῆς ἐπ'
αὐτῷ γνώσεως εἰκόνας. ἴδωμεν τοίνυν καὶ ἐν τοῖς
κατὰ τὸν θεσπέσιον Ἰωσὴφ, εἰ μὴ ὅπερ ἔφην ἀ-
ληθὲς ἂν εἴη πάλιν. ἔχει δὲ οὕτως τὰ ἐπ' αὐτῷ. „
αὗται δὲ αἱ γενέσεις Ἰακώβ. Ἰωσὴφ δεκαεπτὰ „
ἐτῶν γεγονὼς ποιμαίνων ἦν μετὰ τῶν ἀδελ- „
φῶν αὐτοῦ τὰ πρόβατα, νέος ὢν, μετὰ τῶν υἱῶν „
Βάλλας καὶ μετὰ τῶν υἱῶν Ζελφᾶς τῶν γυναικῶν τοῦ „
πατρὸς αὐτοῦ. κατήνεγκε δὲ Ἰωσὴφ ψόγον πο- „
νηρὸν πρὸς Ἰσραὴλ τὸν πατέρα αὐτοῦ. Ἰακὼβ „
δὲ ἠγάπα τὸν Ἰωσὴφ παρὰ πάντας τοὺς υἱοὺς αὐ- „
τοῦ. ὅτι υἱὸς γήρως ἦν αὐτῷ. ἐποίησε δὲ αὐτῷ χι- „
τῶνα ποικίλον. ἰδόντες δὲ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ ὅτι „
ὁ πατὴρ αὐτὸν φιλεῖ ἐκ πάντων τῶν υἱῶν αὐτοῦ, „
ἐμίσησαν αὐτὸν, καὶ οὐκ ἐδύναντο λαλεῖν αὐτῷ „
οὐδὲν εἰρηνικόν. πεποίηται μὲν γὰρ ὁ τοῦ βιβλίου „
συγγραφεὺς τῶν ἐξ Ἠσαῦ γεγονότων ἀπαρίθ-
μησιν ἀκριβῆ. τίνες γὰρ τίνων ἐξέφυσαν, καὶ
ὅποι ποτὲ γῆς ἕκαστοι αὐτῶν κατῳκήκασι, καὶ τὴν
κατὰ τίνων διέλαχον ἀρχὴν, τὸ ἱερὸν ἡμᾶς ἐ-
δίδαξε γράμμα. γενναῖον γε μὴν οὐδὲν, ἀλλ' οὐ-
δὲ μνήμης ἄξιον πεπραχότος τινός. μονονουχὶ
δὲ παρατρέχεται τοὺς ὠνομασμένους ὁ λόγος,
καταίρει δὲ ὥσπερ ἐπὶ τὸν θεσπέσιον Ἰωσὴφ, καὶ
τοὺς ἐξ αἵματος Ἰακὼβ λαμπρὸν ποιεῖται δι-
ήγημα. νεώτατος μὲν οὖν τῶν ἄλλων ὁ Ἰωσὴφ· ἑπ-
τακαίδεκα γὰρ ἦν ἐτῶν. ἱδρῶτός γε μὴν οὐκ ἠ-
μέλει ποιμενικοῦ· τοῖς δὲ ἄλλοις ἀδελφοῖς ἀναμὶξ
τῶν ἴσων ἥπτετο σπουδασμάτων, οὐ τὴν τοῖς ἐν
ἥβῃ θυμηρεστάτην καὶ ἀεί πως προσφιλῆ ῥα-
στώνην τετιμηκώς· οὐ τὴν πρόωρον τοῦ βίου φρον-
τίδα παραιτούμενος, οὐδὲ τὸ ἀνεῖσθαι μᾶλλον
ἠγαπηκώς· ἅτε δὴ καὶ ἐν μειρακίοις ἔτι τελῶν,
ἀλλ' οἷα πρεσβύτης, ἐν ἀκμῇ μὲν ἤδη λογι-
σμῶν γεγονὼς, καὶ τὸν νοῦν ἔχων εὐσεβηκότα, πο-
λιῷ τε τῷ λόγῳ χρώμενος, καὶ τῆς ἐσομένης λαμ-
πρότητος προαναφαίνων τὸ κάλλος, ἐθαυμά-
ζετο μὲν εἰκότως παρά γε τῷ μακαρίῳ καὶ φι-
λοστόργῳ πατρὶ, ἀγάπης τε καὶ φειδοῦς διαφε-
ρόντως ἠξιοῦτο. ἦν γὰρ αὐτῷ, φησὶ, καὶ γήρως υἱός.
καὶ τί τοῦτο ἐστί; τὰς ἐν ἡμῖν διαθέσεις ὁ λόγος
ἡμῖν πολυπραγμονεῖ. αἱ μὲν γὰρ ἐπὶ παισὶ
τῶν γεγεννηκότων φιλοστοργίαι, ἴσαι τε εἰς
ἅπαν παρά γε τισὶ, καὶ κατ' οὐδένα τρόπον

ἐν

ἐν μείοσι. πλεονεκτεῖ δὲ πολλάκις καὶ καταβιάζεται τὸν νοῦν ἡ φύσις, ἀπονεῖμαί τι βραχὺ παρὰ τοὺς ἄλλους συμπείθουσα τοῖς καταδεεστέροις, ἅτε δὴ καὶ ὑπάρχουσιν ἐν χρείᾳ φειδοῦς τῆς περιεργοτέρας. ἄλλως τε πολλῶν ἐσθ' ὅτε γεγεννημένων, καταλήγει πως, καὶ τῷ τελευταίῳ λοιπὸν ἐνορμίζεται τῆς ἀγάπης τὸ περιττόν, τὴν ἐπὶ τοῖς προλαβοῦσι φιλοστοργίαν, τοῦ μετ' αὐτοὺς εἰς ἑαυτόν πως ἁρπάζοντος. φιλόκαινος γὰρ ὁ ἀνθρώπινος νοῦς, καὶ τῶν μὲν ἤδη προγεγονότων τὸν κόρον οὐκ ἀποσείεται. τῶν δὲ οὔπω παρόντων ἢ καὶ ἀρτίως πεπορισμένων μεταποιεῖται λίαν, καὶ ἀκμαιοτέραν ἐπ' αὐτοῖς τὴν ἐπιθυμίαν εἰσδέχεται. ἠγάπα τοίνυν παρὰ τοὺς ἄλλους τὸν Ἰωσὴφ ὁ θεσπέσιος Ἰακώβ, ὅτι γήρως υἱὸς ἦν αὐτῷ. ἰστέον δὲ ὅτι, καί τοι τὴν Λείαν προσοικισάμενος ἐν Χαρράν, ἠγάπησε τὴν Ῥαχὴλ ἣ τὸν Ἰωσὴφ ἐκτέτοκε, καὶ τελευτῶσα τὸν Βενιαμίν. † πρὸς δὴ τοῦτο φαμέν, ὅτι ἄμφω μὲν ἤστην γήρως υἱώ. τὸ δέ γε τοῦ Ἰωσὴφ πρὸς πᾶν ὁτιοῦν εὐφυὲς οὐκ ἴσον ἐφ' ἅπασιν· ἑτεροκλινῆ δὲ ὥσπερ καὶ ἐπ' αὐτὸν νενευκότα παρέδειξε τὸν πρεσβύτην. διελογίζετο γὰρ που κατὰ τὸ εἰκός, ὡς ἔσται λαμπρὸς καὶ ἀοίδιμος. καὶ ὁ τῶν τῆς νεότητος σκιρτημάτων οὐ πεφροντικώς, εἰς ἄνδρας ἤδη τελῶν, πῶς οὐκ ἂν γένοιτο τῶν τεθαυμασμένων; κεκαινούργηκε δέ τι παρὰ τοὺς ἄλλους ἐπ' αὐτῷ καὶ ὁ μακάριος Ἰακώβ· χιτῶνά τε γὰρ ἐξυφαίνει ποικίλον, καὶ ἐσθήμασιν ἐτίμα τοῖς ἐκπρεπεστάτοις. τί οὖν ἐντεῦθεν; κατεθήγοντο πρὸς ὀργὰς οἱ ἀπὸ Ζελφᾶς τε καὶ Βάλλας, συναπεκομίζοντο δὲ τούτοις εἰς λύπην ἐκτοπωτάτην, καὶ τὸν ἐπὶ τῷ μειρακίῳ λοιπὸν εἰσεδέχοντο φθόνον, οἱ ἐκ τῆς ἐλευθέρας, φημὶ δὴ τῆς Λείας. ἠδίκει μὲν γὰρ αὐτοὺς ὁ νεανίας οὐδέν· ἡ δὲ τοῦ πατρὸς ἀγάπησις καὶ τὸ τοῦ παιδὸς εὐφυές, τῆς ἀδίκου βασκανίας αὐτοῖς ἐνετίθει τὸ πῦρ· καὶ τοῖς ἀπὸ γλώττης κατηκόντιζον πως διαλοιδορούμενοί πως καὶ διασύροντες, ἐφ' οἷς ἦν εἰκὸς τὸν ἔφηβον ἤδη κατονειδίζεσθαι παρ' ἐχθρῶν. τοῦτο οἶμαί ἐστι τό, „κατήνεγκαν δὲ Ἰωσὴφ ψόγον πονηρὸν „πρὸς Ἰσραὴλ τὸν πατέρα αὐτῶν. οὐκοῦν ἀκροβολισμοὶ μὲν ὥσπερ τῶν ἀνοσίων σκεμμάτων γεγόνασιν ἀπαρχαί, φιλοψογίαι τε καὶ † σκάμματα, τὰ ἀπὸ γλώττης ἀχαλινώτου, καὶ φθόνῳ λοιπὸν ὑπηρετεῖν τεταγμένης. ἀνεκαίετο δὲ τὰ πρὸς ἔχθραν αὐτοῖς ἐντονωτέραν, ἐκ ποιᾶς δέ τινος αἰτίας· τῷ μὲν γὰρ νεανίᾳ προανεφαίνει θεός, ὡς ἔσται κατὰ καιροὺς λαμπρὸς καὶ ἀποβλεπτος καὶ τῶν ἀδελφῶν † ἂν ἀμείνοσι, καὶ τῆς εἰς λῆξιν εὐκλείαις κατεστεμμένος. πρόκλησις δὲ οἶμαι τὸ δρώμενον ἦν, ἀκονῶσα τὸ μειράκιον εἰς ἔφεσιν ἀρετῆς. ὅνπερ γὰρ τρόπον

† Deest periodus.

† ἴσως σκώμματα

† ἴσως ἐν.

inæqualis. Superat autem sæpenumerò, & vim infert menti natura, persuadens aliis vt aliquid ampliùs egentioribus largiantur, vtpote qui in eo statu sint, vt maiore cura indigeant. Aliter verò fit nonnunquam, vt quidam parentes amoris sui abundantiam in vltimos abs se natos conferant, anteriorem amorem posteriore quodammodo in se rapiente. Nouitatis enim appetens est humana mens, atque eorum quidem qui priùs nati sunt, satietatem non abiicit: eorum verò qui nondum nati, aut alioqui recèns acquisiti sunt, potiorem curam habet, & feruentiore eos amore prosequitur. Amauit itaque præ alijs diuinus Iacob Ioseph, *quia filius senectutis ipsi erat*. Sciendum autem est, quòd etsi Liam vxorem duxerit in Charran, amauit etiam Rachel, quæ Iosephum peperit, & iam moritura Beniamin. † Ad hoc dicimus, ambos quidem filios fuisse senectutis; bonam verò Iosephi indolem, qualem ceteri omnes non habebant, in causa fuisse, vt in hunc præ alijs potissimùm senex propensus foret. Ita enim sibi persuaserat, futurum eum verisimiliter splendidum atque illustrem; quippe qui neglecta iuuentutis lasciuia virum iam perfectum præ se ferebat, quo pacto non admirandus sit? Beatus verò Iacob in ipso magis quàm in aliis noui aliquid effecit. Tunicam enim ei comparauit variam, & decentissimis vestibus ornauit. Quid igitur hoc sibi vult? Exstimulati sunt ad iram filij Zelphæ & Ballæ, pariterque in absurdum planè mœrorem abrepti, inuidiamque aduersus adolescentem conceperunt, etiam ij qui ex libera nati erant, Lia nimirum: non quòd ipse eos vlla iniuria affecerit; sed patris erga eum amor, bonaque pueri indoles iniustæ inuidentiæ flammas ipsis immisit, linguæque virulentia eum impetebant, conuitiantes & calumniantes ea, per quæ par erat iuuenem inimicis opprobrio esse. Hoc, vt arbitror, est; † *Et attulerunt Ioseph vituperium malum ad Israël patrem suum.* Quocirca veluti præludia quædam & primitiæ impiorum consiliorum ipsis fuerunt conuitia, atque opprobria effrænis linguæ ex inuidia profecta. Hæc verò ad grauius odiũ accensa est, huiusmodi de causa. Deus enim adolescenti priùs indicarat, ipsum successu temporis illustrem atque gloriosum fore, fratribusque suis præstantiorem & summis honoribus ornandum esse. Quæ certè prouocatio adolescentem ad virtutis desideriũ acuebat. Quemadmodum enim

Ioseph cur filius senectutis dicatur, cum Beniamin post eum natus sit.

† *Vulgata:* Accusauitque fratres suos apud patrem crimine pessimo. LXX. *verò:* Detulerant illum apud patrem de crimine malo. *Quæ lectio magis quadrat figuræ Christi: quem Iudæi multis criminibus apud Præsidem & Pontificem accusarunt.*

pædotribæ, cùm iuuenes perungunt animos addunt, vtque labores fortiter tolerẽt, ſuadent, præmia ipſis explicantes, quæ certaminum præfecti ſua liberalitate proponunt, ſpectatorũ denique fauſtas acclamationes laudeſque & applauſus: ita etiam Deus, cùm videt animam bona indole probataque & incorrupta mente præditam, atque ad omnem virtutem optimè comparatam, tum demum vocat ad bonum præſtandum, præmonſtrans futura, excitanſq; miro artificio ad virtutes alacriter amplectendas. Viſio itaque & vox quædam cælitus iuueni accidit, Ioſepho inquam, qui (vt reor) admiratus communicauit id fratribus ita dicens: *Audite ſomniũ meum quod ſomniaui: Putabam nos ligare manipulos in medio agro, & ſurrexit meus manipulus & erectus eſt; conuerſi autem manipuli veſtri adorauerunt meum manipulum. Dixerunt autem ei fratres eius: Nunquid regnans regnabis ſuper nos, aut dominans dominaberis nobis? Et addiderunt adhuc odio habere eũ propter ſomnia eius & verba.* Vide itaque quopacto in iis creſcat inuidia, ac veluti fomentũ quoddam illi præbeant ea quæ per ſomnium ſignificantur. Qui enim initio ægerrimè ferebant quòd honore afficeretur, quonam pacto tolerabile exiſtimaturi erant, ipſum adorari atque in adeò ſublimi dignitate conſtituendum? Ceterùm illud operæ pretium eſt videre, quo pacto inuidia impium ſemper ingreſſum habet, & per æqualia mala procedit. Inueniemus autem illam eſſe feram cæcam, Deoq; repugnantem. Animaduerte enim cùm Deus Ioſeph prænuntiaret futuræ gloriæ dignitatem, ac neceſſe eſſet ipſos ita ſecum cogitare, certoque ſtatuere, Deum rectè iudicantem nequaquam immerentibus ſummos honores delaturum; deinde cùm par eſſet eos lætari ob fratrem, cui ampliſſima ſpes propoſita, & diuina voluntate honoratus erat; hoc quidem non fecerunt, at potiùs acriùs ad inuidiam exſtimulantur, atque inſtar ferarum inſanierunt, tantum-non ſuccenſentes Deo, qui ipſi eum honorem promiſerat, quodque admirabilis futurus eſſet, præindicarat. Hoc ipſum de Cain & Abel factum inueniemus. Cùm enim Deus ſacrificium Abelis approbaret, demiſſoque igne cælitus, oblationem ſuſcepiſſet, & Caini ſacrificium auerſatus eſſet, ſanguinolentam ſtatim inuidiam concepit, & aduerſus ſupernam voluntatem propriam quodammodo iram in aciem educens, dolo fratrem aggreditur atque interficit. Semper enim in hoc deſinit inuidia. Ceterùm quidnam hæ viſiones ſignificent? Manipulum quidẽ

Somnia Ioſephi.

Gen. 37. 6.

Inuidia vitium.

Gen. 4. 4.

Inuidia ſemper in cæde deſinit.

οἱ παιδοτρίβαι σὺν νέους ἀλείφοντες προθήγουσι μὲν εἰς εὐτολμότατα τολμήματα, καὶ τὸ τλησιπαθὲς ἐλέσθαι τιμᾶν ἀναπείθουσι, τὰ γέρα προαγορεύοντες, ἃ τῇ τοῦ νικᾶν συνθέουσι δόξῃ αἱ τῶν ἀγωνοθετούντων φιλοτιμίαι, τὰς παρὰ τῶν θεωμένων εὐφημίας, σὺν ἐπαίνους, σὺν κρότους. οὕτω καὶ ὁ τῶν ὅλων θεός, ὅταν ἴδῃ ψυχὴν εὐφυᾶ, δοκίμῳ τε καὶ ἀκιβδήλῳ διαπρέπουσαν νῷ, καὶ πρὸς πᾶν τῶν ἀρίστων ἔχουσαν ἐπιτηδείως, καλεῖ δή τοτε πρὸς τὸ δρᾶν ἐλέσθαι τὸ ἀγαθόν· προαναδεικνὺς τὰ ἐσόμενα, καὶ διανιστὰς οἰκονομικῶς εἰς προθυμίαν· δῆλον δὲ ὅτι τὴν ἐπ' ἀρεταῖς. ὄραμα τοίνυν καὶ ὀμφή τις ἄνωθεν ἐπεφοίτησέ ποτε τῷ νέῳ, φημὶ δὴ τῷ Ἰωσήφ· ὃ δὴ οἶμαί που θαυμάσας ἀνεκοινοῦτο τοῖς ἀδελφοῖς, οὕτω λέγων. ἀκούσατε τοῦ ἐνυπνίου τούτου οὗ ἐνυπνιάσθην. ᾤμην ἡμᾶς δεσμεύειν δράγματα ἐν μέσῳ τῷ πεδίῳ· καὶ ἀνέστη τὸ ἐμὸν δράγμα καὶ ὠρθώθη. περιστραφέντα δὲ τὰ δράγματα ὑμῶν, προσεκύνησαν τῷ ἐμῷ δράγματι. εἶπον δὲ αὐτῷ οἱ ἀδελφοί· μὴ βασιλεύων βασιλεύσεις ἐφ' ἡμᾶς, ἢ κυριεύων κυριεύσεις ἡμῶν; καὶ προσέθεντο ἔτι μισεῖν αὐτὸν, ἕνεκεν τῶν ἐνυπνίων αὐτοῦ, καὶ ἕνεκεν τῶν ῥημάτων αὐτοῦ. ἄθρει δὴ οὖν ὅτι πρὸς ἐπίδοσιν αὐτοῖς τὰ τῆς βασκανίας οἴχεται, καὶ τροφὴν ὥσπερ τινὰ ποιοῦνται τοῦ φθόνου, τὰ ἐκ τῶν ἐνυπνίων ὑποδηλούμενα. οἱ γὰρ ὅλως τὴν ἀρχὴν οὐ μετρίως ἀσχάλλοντες, † διαφερόντως ὅτι τετίμηντο, πῶς ἂν οἰστὸν ἐποιήσαντο τὸ ἐλέσθαι καὶ προσκυνεῖν, καὶ τάξιν αὐτῷ † τηρῆναι τὴν ὧδε σεπτὴν καὶ πολὺ λίαν ὑπερηρμένην; πλὴν ἐκεῖνο ἄξιον ἰδεῖν, πῶς ἀεὶ ὁ φθόνος ἀνοσίαν ἔχει τὴν ἔφοδον, καὶ διὰ τῶν ἴσων ἔρχεται κακῶν. εὑρήσομεν δὲ τυφλόν τι καὶ θεομάχον, ὅτι μάλιστα τὸ θηρίον. ἐπετήρει γὰρ ὅπως θεοῦ προαγγέλλοντος τῷ Ἰωσὴφ τὴν τῆς ἐσομένης εὐκλείας λαμπρότητα, δέον ἐκεῖνο διενθυμεῖσθαι σαφῶς· ὡς οὐκ ἂν ὁ τὰ δίκαια κρίνων θεὸς ἐπισείσειεν ἂν τοῖς οὐκ ἐλεεῖν ἀξίοις τὰς ἀνωτάτω τιμάς. εἶτα χαίρειν ἐπ' ἀδελφῷ διαφανεστάτην ἔχοντι τὴν ἐλπίδα καὶ θείᾳ ψήφῳ τετιμημένῳ. τοῦτο μὲν οὐ δεδράκασιν, ἀδρότερον δὲ τοῦ φθόνου διανιστῶσι τὸ κέντρον, καὶ θηρῶν δίκην ἐπιμεμηνήκασι, μονονουχὶ καὶ ἐπιμιαίνοντες θεῷ τῷ τὴν δόξαν ἐπαγγειλαμένῳ, καὶ οἷος περίοπτος ἔσται προαναφαίνοντι. τοῦτο γεγονὸς εὑρήσομεν ἐπί τε Κάϊν καὶ Ἄβελ. ἐπειδὴ γὰρ ὁ τῶν ὅλων θεὸς τὴν Ἄβελ θυσίαν ἐπαίνων ἠξίου, καὶ πῦρ καθιεὶς οὐρανόθεν, ἐδέχετο τὴν δωροφορίαν, τῇ τοῦ Κάϊν οὐ προσεσχηκώς, τὸν μιαίφονον εὐθὺς εἰσεδέχετο φθόνον, καὶ ταῖς ἄνωθεν ψήφοις τὴν οἰκείαν ὥσπερ ἀντεξάγων ὀργὴν, δόλῳ μέτεισι τὸν ἀδελφὸν, καὶ δὴ καὶ διόλλυσι. καταλήγει γάρ πως ἐν τούτοις ὁ φθόνος ἀεί. ἀλλὰ τίς ἂν γένοιτο τῶν ὀραμάτων ὁ νοῦς; δράγμα δὲ γὰρ

† ἴσως ἀλλά.

† ἴσως τηρεῖν.

εἰς

εἰς καιροῦ σημεῖον παραδεξόμεθα. τό γε μὴν ἐν δόξῃ περιφανὲς ἡ τοῦ υἱοῦ ἔγερσις ὑπεμφήνειεν ἄν. ὅτι τοίνυν ἥξει καιρὸς καθ' ὃν ἔσται μὲν εὐκλεὴς ὁ θεσπέσιος Ἰωσήφ, ὑποπεσεῖται δὲ ὥσπερ αὐτῷ καὶ ὑπενεχθήσεται καὶ αὐτὴ τῶν ἀδελφῶν ἡ πληθύς, προὐπέδειξεν αἰνιγματωδῶς τὸ αὐτοῦ δράγμα παρὰ τῶν ἑτέρων προσκυνούμενον. ἀλλ' οὐ μέχρι τούτων τῷ Ἰωσὴφ τὰ ἐνύπνια· ἀλλά τι καὶ ἕτερον ἐπὶ τῷδε τεθεαμένος ἀφηγεῖται πάλιν † αὐτὸ περὶ τῷ μακαρίῳ πατρὶ καὶ τοῖς ἀδελφοῖς. εἶδε γάρ, φησιν, ἐνύπνιον ἕτερον, καὶ διηγήσατο αὐτὸ τῷ πατρὶ αὐτοῦ καὶ τοῖς ἀδελφοῖς αὐτοῦ. καὶ εἶπεν, ἰδοὺ ἐνυπνιασάμην ἐνύπνιον ἕτερον. ὥσπερ ὁ ἥλιος καὶ ἡ σελήνη καὶ ἕνδεκα ἀστέρες προσεκύνουν με. καὶ ἐπετίμησεν αὐτῷ ὁ πατὴρ αὐτοῦ, καὶ εἶπεν αὐτῷ. τί τὸ ἐνύπνιον τοῦτο ὃ ἐνυπνιάσθης; ἆρά γε ἐλθόντες ἐλευσόμεθα ἐγώ τε καὶ ἡ μήτηρ σου καὶ οἱ ἀδελφοί σου προσκυνῆσαί σοι ἐπὶ τὴν γῆν; ἐζήλωσαν δὲ αὐτὸν οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ. ὁ δὲ πατὴρ αὐτοῦ διετήρει τὸ ῥῆμα. εὐτεχνὴς ὁ πρεσβύτης, καὶ τῆς ἀνωτάτω διαπρεπὴς ἀγχινοίας. συνίησι μὲν γὰρ τῶν ὁραμάτων τὴν δύναμιν· ἐπιτιμᾷ δὲ τῷ παιδὶ λέγων. ἆρά γε ἐλθόντες ἐλευσόμεθα ἐγώ τε καὶ ἡ μήτηρ σου καὶ οἱ ἀδελφοί σου προσκυνῆσαί σοι ἐπὶ τὴν γῆν; καὶ τίς ἂν νοοῖτο; σοφὸς δὲ ὅπως καὶ ἀναγκαῖος ὁ τῆς ἐπιτιμήσεως τρόπος. ἀνακόπτει μὲν γὰρ εὐφυῶς τῶν ἀκροωμένων τὸν φθόνον, καὶ θράσει ἀφορήτῳ τὸν νεανίσκον καταχεόμενον ὑθαστεύει λοιπὸν τρόπον τινά, καὶ καλεῖ πρὸς τὸ ἥμερον. οὐκ ἐᾷ δὲ τὸ μειράκιον τῇ τῶν ἐνυπνίων ἐλπίδι καταλαζονεύεσθαι τῶν ἀδελφῶν, ἀλλ' οὐδὲ τῆς εἰς πατέρα τιμῆς ἀβούλως ὀλιγωρεῖν· μονονουχὶ καὶ πρόωρον τῆς ἐσομένης λαμπρότητος τὴν ὑπεροχὴν ἁρπάζειν ἐν ἑαυτῷ. ὅρα γὰρ ὅπως περιέστησιν εὐφυῶς εἰς ἔκβασιν οὐκ ἐνδεχομένην τῶν ὁραμάτων τὴν δύναμιν. τεθνεώσης γὰρ ἤδη τῆς Ῥαχήλ, ἣ τὸν Ἰωσὴφ ἐκτετόκει· μὴ ἐγώ, φησι, καὶ ἡ μήτηρ σου προσκυνήσομέν σοι; ἔδρα δὲ τοῦτο, καθάπερ ἔφην ἀρτίως, καὶ τὸν τοῦ νεανίσκου φρενὸς κατασύρων τὸν ὄγκον, καὶ τῶν ἀδελφῶν τὸν ἐγηγερμένον ἐπ' αὐτὸν κατευνάζων φθόνον. ἔσεσθαί γε μὴν προσδοκᾷ τὸ χρῆμα αὐτός. ἀνήκοε γὰρ οὐ παρέργως, ἀλλ' οὐδὲ λήθης ἀξίους ποιεῖται τοὺς λόγους εἰ καὶ τὸ εἰκαῖον αὐτῶν κατεγράφει. τετήρηκε γὰρ αὐτούς, οἷα καὶ εἰς πέρας ἐκβήσονται τάχα που τεθαρρηκώς. μετὰ δέ γε τὴν τῶν ἐνυπνίων ἀφήγησιν ἀπῴχοντο μὲν οἱ ἀδελφοὶ τοῖς αἰπολίοις ὁμοῦ καταναμεῖν ἐν Συχέμ. εἶτα μικροῦ διὰ μέσου παραθέοντος χρόνου, προτρέπει τὸ μειράκιον ὁ πατὴρ ἐπισκεψόμενον ἰέναι τοὺς ἀδελφούς. οὐχὶ γάρ, φησιν, οἱ ἀδελφοί σου ποιμαίνουσιν ἐν Συχέμ; δεῦρο ἀποστελῶ σε πρὸς αὐτούς. καὶ εἶπεν αὐτῷ, ἰδοὺ ἐγώ. εἶπε δὲ αὐτῷ Ἰσραήλ. πορευθεὶς ἴδε εἰ ὑγιαίνουσιν οἱ ἀδελφοί σου καὶ τὰ πρόβατα, καὶ ἀνάγγειλόν μοι. προθυμότατα μὲν οὖν ἰέναι κατεπαγγέλλεται, καὶ δὴ καὶ ἀπαίρει. καὶ ἀποκεχώρηκεν ἐκ τῆς κοιλάδος Χεβρών. ἐκπεριθέοντι δὲ τὴν ἔρημον ἔφη τις περιτυχὼν ἐφ' ὅτῳ τι ἥκοι καὶ ὅποι

ἴσως αὐτὸ παρά

in signum temporis accipiemus. Vnius verò manipuli erectio gloriosum ipsum futurum indicauerit. Quod igitur venturum esset tempus quo Ioseph in summo honore ac dignitate esset constituendus, quodque ipsi subijcienda esset reliqua fratrum multitudo, figurate præmõstrant manipulus ipsius ab alijs adoratus. Ceterũ non hoc solum insomniũ Iosepho accidit, sed aliud etiam ad hoc visum denuo beato patri ac fratribus narrauit. *Vidit*, inquit, *& alterũ somnium, & narrauit illud patri suo & fratribus suis, & dixit, Somniaui ecce somniũ alterum: sicut sol & luna & vndecim stellæ adorabant me. Et increpauit eum pater suus, & dixit ei: Quid somnium hoc, quod somniasti? Nunquid venientes veniemus ego & mater tua, & fratres tui, ad adorandum te super terram? Inuiderunt autem ei fratres eius, at pater eius seruauit verbum.* Artificiosus senex & superna prudentia excellens. Intelligit enim visionum vim: increpauit autem filium dicens: *Nunquid venientes veniemus ego & mater tua, & fratres tui, ad adorandũ te super terram?* Et quis aduertat? vt sapiens ac necessaria increpatio adhibita. Occurrit enim eleganter audientium inuidiæ, & nimia confidentia perfusum iuuenẽ compescit ac temperat, neque sinit adolescentem insomniorũ spe fratres despicere, neque honorem patri debitum stultè contemnere, intempestiuã futuræ dignitatis excellentiã sibi arrogando. Vide enim quo pacto ingeniosè insomniorum vim ad certum egressum redigit. Mortua enim iam Rachel, quæ Iosephum peperit; *Nunquid ego*, inquit, *& mater tua adorabimus te?* Fecit autem id, vt modò dixi, vt iuuenilis mentis fastum infringeret, & concitatam iam in ipsum fratrum inuidiã sopiret. Nihilominus tamen exspectat etiam ipse rem ita euenturã. Audiuit enim nequaquam languidè, sed nec oblinosos reddit sermones, tametsi rei vanitatẽ incusaret. *Seruauit enim ipsos*, inquit, confisus nimirum celeriter id perficiendum. At verò post insomniorum narrationem *abierunt quidem fratres, vnà cum pastoribus ad pascendum in Sichem.* Deinde paruo pòst elapso tempore mittit pater iuuenem quæsiturum fratres: *Nunquid fratres tui pascunt in Sichem? Veni, mittam te ad eos. Et dixit ei: Ecce ego. Dixit autem ei Israel: Vadens vide, si sani sunt fratres tui, & oues, & renuncia mihi.* Promptissimè igitur se iturum promittit, ac quidem proficiscitur, discessitque è valle Chebron. Cumque percurrisset totam solitudinem, obuius quidam eum rogauit, quã ob causam, vnde,

Manipulus signum temporis.

Gen. 37. 9.

Gen. 37. 11.
Vulg. Pater rem tacitus considerabat.

Gen. 37. 16. quò, & ad quos iret. *Qui statim respondit, Fratres meos quæro, Indica mihi vbi pascunt. Dixit autem ei homo: Recesserunt hinc: audiui enim eos dicentes, Eamus in Dothaim.* Quò cùm peruenisset, inopinatò circumuētus est. Opportunè enim inuidia, quod olim cogitarat, effecit. Interficere igitur in vniuersum cupiebant filij ancillarum, Ballæ inquam & Zelphæ, Dixerunt enim: *Ecce somniator ille venit.* Gen. 37. 26. *Nunc ergo accedite, occidamus eum, & proijciamus eum in vnam cisternarum, & dicemus: Bestia mala deuorauit eum; & videbimus quid sint somnia eius. Audiens verò Ruben, abstulit eum de manibus eorum, dicens: Non percutiamus* Gen. 37. 22. *eum in animam. Dixit autem eis Ruben: Ne effundatis sanguinem; proijcite eum in vnam cisternarum harum, quæ est in solitudine, manum autem ne intuleritis ei: vt eriperet eum de manibus eorum, & redderet eum patri suo.* Exuentes itaque Ioseph veste varia, demiserunt in cisternam, non mortuum, sed vt moriturum non multo pòst. Postquam autem Ismaëlitæ quidam mercatores aromatum in Ægyptum proficiscerentur, suadēte Iuda (apertè enim clamabat non occidendum esse fratrem) vendiderunt eum emptoribus pretio viginti aureorum, ablatusque est in Ægyptum Ioseph. Ruben verò ignarus huius rei, accessit ad cisternam. Cùm autem fratrem non offenderet, mortuum credens, rupit vestimēta sua, calumniatur fratres de Iosepho, dicens: *Puer non est in cisterna; ego* Gen. 37. 30. *autem quò ibò adhuc?* ac si diceret: Quo pacto reuertar ad patrem, aut quo pacto omnino is nos admittet, absque eius dilecto filio? Quid autem dicemus ei puerum repetenti? Ipsi verò vestem variam sanguine caprino pollluentes obtulerunt patri fraudulēter ac dolosè, ebrios sermones commenti. Hanc enim inuenimus, aiunt; *Nosce, si tunica filij tui* Gen. 37. 32. *est, an non?* Plorat autem pater, inuidiæque filiorum & impiorum consiliorum inscius clamauit dicens: *Fera mala deuorauit Ioseph;* Gen. 37. 33. mœstitiamque ob filij sui calamitatem adeò grauem concepit, vt nulla ratione sopiri aut mitigari posset. *Neque enim volebat*, inGen. 37. 35. quit, *admittere consolationem dicens: Quia descendam ad filium meum lugens in infernum.* Perducto itaque ad finem historiæ textu, mens rursus ad interiorem indagationem se conferet: ac veluti vmbris quibusdam sensualiter factis, viuum veritatis colorem inducens, quoad eius fieri poterit, præstantissimam spiritualis contemplationis pulchritudinem ob oculos ponet. Peperit itaque Iosephum iunior Rachel pulcra aspectu, & splendidis oculorum radijs gratiam spirans: Lia verò non item. Scriptū est enim,

ποῖ τε καὶ ἐπὶ τίνας ἵεται. ὁ δὲ πρὸς ταῦτα εὐθύς· » τοὺς ἀδελφούς μου ζητῶ. ἀπάγγειλόν μοι ποῦ » βόσκουσιν. εἶπε δὲ αὐτῷ, φησὶν, ὁ ἄνθρωπος. ἀπήρ- » κασιν ἐντεῦθεν. ἤκουσα γὰρ αὐτῶν λεγόντων » πορευθῶμεν εἰς Δοθαΐμ. οὗ καὶ ἀφιγμένος, » ἀδοκήτως ἐπεβουλεύετο. ἐπὶ καιροῦ γὰρ ὥσπερ ὁ φθόνος τὸ πάλαι δοκοῦν εἰργάζετο. διαχρήσασθαι μὲν οὖν εἰς ἅπαν ἐπεθύμουν αὐτὸν οἱ ἀπὸ Βάλλας τε καὶ Ζελφᾶς τῶν θεραπαινῶν· ἔφα- » σκον γάρ· ἰδοὺ ὁ ἐνυπνιαστὴς ἐκεῖνος ἔρχεται νῦν » οὖν δεῦτε ἀποκτείνωμεν αὐτὸν, καὶ ῥίψωμεν αὐτὸν » εἰς ἕνα τῶν λάκκων. καὶ ἐροῦμεν, θηρίον πονηρὸν κα- » τέφαγεν αὐτόν· καὶ ὀψόμεθα τί ἔσται τὰ ἐνύπνια » αὐτοῦ. ἀκούσας δὲ Ῥουβεὶμ ἐξείλετο αὐτὸν ἐκ τῶν » χειρῶν αὐτῶν λέγων, οὐ πατάξομεν αὐτὸν εἰς » ψυχήν. εἶπε δὲ αὐτοῖς Ῥουβείμ. μὴ ἐκχέητε αἷ- » μα, ἐμβάλλετε αὐτὸν εἰς ἕνα τῶν λάκκων τούτων » τῶν ἐν τῇ ἐρήμῳ, χεῖρα δὲ μὴ ἐπενέγκητε αὐτῷ. » εἶπε δὲ οὕτως, ὅπως ἐξέληται αὐτὸν ἐκ τῶν χει- » ρῶν αὐτῶν, καὶ ἀποδῷ αὐτὸν τῷ πατρὶ αὐτοῦ. τὸν » χιτῶνα δὴ οὖν ἀφελόμενοι τὸν ποικίλον, καθιέασιν εἰς λάκκον οὐ τεθνεῶτα τὸν Ἰωσήφ. πλὴν ὡς τεθνηξόμενον καὶ οὐκ εἰς μακράν. ἐπειδὴ δὲ Ἰσμαηλῖταί τινες, ἀρωμάτων ἔμποροι πρὸς τὴν Αἰγυπτίων ἠπείγοντο, συμβουλεύοντος Ἰούδα. μὴ γὰρ δὴ χρῆναι διελλύναι τὸν ἀδελφὸν ἀνεκεκράγει σαφῶς. ἀπημπολήκασι τὸ μειράκιον καταθεμένοις ὑπὲρ αὐτοῦ τοῖς ἐκπρίασθαι βουληθεῖσιν, εἴκοσι χρυσοῦς. καὶ ἀπεκομίσθη μὲν εἰς Αἴγυπτον Ἰωσήφ. Ῥουβεὶμ δὲ πάλιν τὸ γεγονὸς οὐκ εἰδὼς, ἀφίκετο μὲν ἐπὶ τὸν λάκκον. ἐπειδὴ δὲ τὸ παιδάριον οὐ τεθέαται κεκινδυνευκέναι νομίσας. περιρρήγνυσι μὲν τὸ ἱμάτιον, ἐπίκλημα δὲ τοῖς ἄλλοις ἐποιεῖτο τὸν Ἰωσὴφ οὕτω λέγων· τὸ παιδάριον οὐκ ἔστιν· ἐγὼ δὲ ποῦ πορεύ- » σομαι ἔτι; μονονουχὶ γάρ φησι, πῶς ἂν ὑποστρέ- » ψαιμι πρὸς τὸν πατέρα; ἢ πῶς ἂν ὅλως προσδέξαιτο τὸν ἠγαπημένον οὐκ ἔχοντας; τί δὲ δὴ καὶ ἐροῦμεν ἀπαιτοῦντι τῷ πατρὶ τὸ παιδάριον; οἱ δὲ τὸν χιτῶνα τὸν ποικίλον αἰγὸς αἵματι καταδεύσαντες, προσεκόμιζον τῷ πατρὶ δόλῳ καὶ ἀπάτῃ μεθύοντας συνθέντες λόγους. τοῦτον γὰρ εὑρομέν φασιν. ἐπίγνωθι εἰ χιτὼν τοῦ υἱοῦ σου ἐστὶν ἢ » οὔ; κατοιμώζει δὲ ὁ πατὴρ καὶ τάχα που τὸ τῶν υἱῶν βασκανίας, καὶ ἀνοσίων σκεμμάτων καταγνοὺς ἀνεκέκραγε λέγων· θηρίον πονηρὸν κατέφαγε τὸν Ἰωσήφ. δυσβάστακτόν τε καὶ ἀνυπόστατον παντε- » λῶς, καὶ ἐπὶ τῇ τοῦ παιδὸς συμφορᾷ τὴν δυσ- » θυμίαν ἐδέχετο. οὐ γὰρ ἤθελέ, φησι, παρακληθῆναι λέγων, ὅτι καταβήσομαι πρὸς τὸν υἱόν μου » πενθῶν εἰς ᾅδου. ἐκβεβηκότος δὴ οὖν εἰς πέ- » ρας τοῦ τῆς ἱστορίας λόγου, μετοιχήσεται πάλιν ὁ νοῦς τὴν ἐσωτάτω πρὸς ἔρευναν. καὶ οἷά τισι σκιαῖς τοῖς αἰσθητῶς γεγονόσιν ἐπιχρωματίζων τὴν ἀλήθειαν, διαπρεπὲς ὡς ἔνι τὸ τῆς θεωρίας ἀπεργάσεται κάλλος. τίκτει τοίνυν τὸν Ἰωσὴφ ἡ νεωτέρα Ῥαχὴλ, ἡ καλὴ τῷ εἴδει, καὶ λαμπραῖς ὀμμάτων βολαῖς ἀποστίλβουσα τὸ ἐπίχαρι· καί τοι τῆς Λείας οὐχ ὧδε ἐχούσης. πόθεν; γέγραπται γὰρ, ὅτι

ὅτι οἱ μὲν ὀφθαλμοὶ Λείας ἀσθενεῖς· Ῥαχὴλ δὲ ἦν καλὴ τῷ εἴδει καὶ ὡραία τῇ ὄψει σφόδρα. ἀλλὰ Λείαν μὲν ἐλέγομεν τὴν τῶν Ἰουδαίων μητέρα, τουτέστι τὴν συναγωγήν· τὰς ἐπὶ τούτῳ πίστεις συλλέγοντες ἀπό τε τῶν ὀφθαλμῶν καὶ τῆς τοῦ ὀνόματος ἑρμηνείας. ἀκαλλὴς γὰρ ὄντως καὶ πολὺ νοσοῦσα τὸ ἄρρωστον, ἡ ἔσω τε καὶ εἰς νοῦν ὅρασις τῆς Ἰουδαίων συναγωγῆς. ὀφθαλμοὶ γὰρ αὐτοῖς, καὶ οὐ βλέπουσι, κατὰ τὴν τοῦ προφήτου φωνήν. οὐ γὰρ ἐγνώκασι τὰ Μωσέως, οὔτε μὴν γεγόνασιν οἷοί τε καταθρεῖν τὰ ἐν αὐτῷ μυστήρια, δι' ὧν πολυτρόπως ὁ Ἐμμανουὴλ καταγράφεται. ἑρμηνεύεται δὲ Λεία κοπιῶσα, καθὰ καὶ ἐν ἑτέροις εἰρήκαμεν. κεκοπίακε γὰρ ἡ τῶν Ἰουδαίων συναγωγὴ βαρὺ καὶ δύσοιστον ἄχθος τὸν διὰ Μωσέως ἔχουσα νόμον. τοιγάρτοι καὶ ὁ Χριστὸς ὡς κοπιῶντας αὐτοὺς καὶ κατηχθισμένους, εἰς τὴν διὰ πίστεως ἄνεσιν ἐκάλει λέγων, δεῦτε πάντες πρός με οἱ κοπιῶντες καὶ πεφορτισμένοι, κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς. ἀλλὰ Λεία μὲν ἐν τούτοις. καθαροὶ δὲ ἄγαν οἱ τῆς Ῥαχὴλ ὀφθαλμοί. τεθέαται γὰρ ἡ ἐξ ἐθνῶν ἐκκλησία τὴν δόξαν Χριστοῦ, καὶ ἐν αὐτῷ τὸν πατέρα. κέκληται δὲ πρὸς οἰκείωσιν τοῦ νοητοῦ νυμφίου, τουτέστι Χριστοῦ, μετὰ τὴν πρώτην. αὕτη γὰρ ἡ νεωτάτη ῥυτίδα μὴ ἔχουσα, καί τοι παλαιωθείσης τῆς πρώτης, καὶ ἐπεί τοι γεγήρακεν, ἐγγὺς γενομένης ἀφανισμοῦ. ἑρμηνεύεται δὲ καὶ θεοῦ ποίμνιον ἡ Ῥαχήλ. ποίμνιον γὰρ τοῦ σωτῆρος ἡ ἐκκλησία. ὃς Ἰουδαίοις μὲν ἔφασκε δι' ἑνὸς τῶν ἁγίων προφητῶν. καὶ εἶπα, οὐ ποιμανῶ ὑμᾶς. τὸ ἀποθνῆσκον ἀποθνησκέτω, καὶ τὸ ἐκλεῖπον ἐκλειπέτω· καὶ τὰ κατάλοιπα κατεσθιέτω ἕκαστος τὰς σάρκας τοῦ πλησίον αὐτοῦ. ἡμῶν δὲ δὴ πέρι, τὰ πρόβατα τὰ ἐμὰ τῆς φωνῆς μου ἀκούουσι, καὶ ἀκολουθοῦσί μοι. κἀγὼ δίδωμι αὐτοῖς ζωὴν αἰώνιον. ἔστι μὲν οὖν ποιμὴν ἀγαθὸς, καὶ ἐν πᾶσιν αὐτὸς πρωτεύων. κεχρημάτικε δὲ καὶ πρόβατον ἐπεί τοι γέγονε καθ' ἡμᾶς. καὶ γοῦν ὁ σοφὸς Ἰωάννης τοῖς Ἰουδαίων δήμοις αὐτὸν παρέδειξε λέγων· ἴδε ὁ ἀμνὸς τοῦ θεοῦ ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου. μυρίοι μὲν γὰρ ἐσφάττοντο κατὰ τὸν τοῦ νόμου τύπον, ἀλλ' οὐδεὶς ἀπήλειψε τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου. ἀδύνατον γὰρ αἷμα ταύρων καὶ τράγων ἀφαιρεῖν ἁμαρτίας. ἀνῄρηκε δὲ τοῦ κόσμου τὴν ἁμαρτίαν ὁ ἀμνὸς ὁ ἄμωμος ὁ ἀληθινὸς, τὸ ἄμωμον ἱερεῖον. οὐκοῦν καὶ ὡς πρόβατον λελόγισται μεθ' ἡμῶν. καλοῖτο δ' ἂν διὰ τοῦτο καὶ τῆς ἐκκλησίας υἱὸς ὡς πρωτότοκος ἐν ἀδελφοῖς. ἰστέον δὲ ὅτι καὶ Ἰωσὴφ ἑρμηνεύεται προσθήκη καὶ αὔξησις θεοῦ. ἀεὶ γὰρ εἰς αὔξησιν τῶν τῆς ἐκκλησίας τέκνων ἡ ἁγία πληθὺς ἐπιδίδοται. τοιγάρτοι καὶ εἴρηται πρὸς αὐτήν· ἆρον κύκλῳ τοὺς ὀφθαλμούς σου Σιών, καὶ ἴδε πάντας. ἰδοὺ συνήχθησαν καὶ ἤλθοσαν πρὸς σέ. καὶ πάλιν, ἰδοὺ οὗτοι πόρρωθεν ἔρχονται. οὗτοι ἀπὸ βορρᾶ, καὶ οὗτοι ἀπὸ θαλάσσης. ἄλλοι δὲ ἐκ τῆς

quòd *oculi Liæ infirmi. Rachel autem erat pulchra aspectu & formosa facie valde.* Atqui Liam diximus esse Iudæorũ matrem, hoc est Synagogam; probationem huius rei sumentes ab oculis, & à nominis interpretatione. Deformis enim reuera, multaque infirmitate laborat interior, atque ad mentem pertinens Iudæorum Synagogæ aspectus? *Oculos enim habent, & non vident,* iuxta Prophetæ vocẽ. Neque enim cognouerunt ea quæ à Moyse scripta sunt, neque pares fuerunt considerandis mysterijs, quæ in ipsis continẽtur, per quæ multifariã Emmanuel describitur. Interpretatur autẽ Lia, *laborans,* quemadmodũ etiam alijs in locis diximus. Laborauit enim Iudæorũ Synagoga graui atque intolerabili onere, legem per Moysen sustinens. Idcirco etiã CHRISTVS vt laborantes eos & onustos ad libertatem per fidem vocauit dicens: *Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos,* Sed huiusmodi quidem est Lia: puri autem sunt admodũ oculi Rachel. Vidit enim Ecclesia ex Gentibus gloriam CHRISTI, & in ipso Patrem: vocata autem est ad familiaritatẽ spiritualis sponsi, hoc est, CHRISTI, post primam. Ipsa enim nouissima est, rugam nõ habens, antiquata prima, ac postquam consenuit propè facto eius interitu. Interpretatur autem etiam *Dei ouile, Rachel.* Ouile enim Saluatoris est Ecclesia: qui Iudæis quidem dixit per quendam sanctorum Prophetarũ, *Et dixi: Nõ pascam vos. Quod moritur, moriatur, & quod deficit, deficiat, & reliquiæ: deuoret vnusquisque carnes proximi sui.* De nobis verò: *Oues meæ vocẽ meam audiunt, & sequuntur me, & ego do ipsis vitam æternam.* Est igitur pastor bonus, & in omnibus ipse primas obtinens. Vocatus autem est etiam ouis, postquam factus est homo. Idcirco sapiẽs Ioannes Iudæorum populis ipsum ostendit, dicens: *Ecce Agnus Dei tollens peccata mundi.* Innumeri enim mactati sunt, iuxta legis formam, sed nullus deleuit peccata mundi. Impossibile enim est sanguinem taurorum & hircorum tollere peccata. Abstulit autem peccata mundi Agnus immaculatus verus, immaculatum sacrificium. Ideo etiam vt ouis reputatus est nobiscum. Vocetur autem idcirco Ecclesiæ filius, vt primogenitus in fratribus. Sciendum verò quòd & Ioseph interpretatur *adiectio* & *incrementum Dei.* Semper enim augetur & crescit sancta filiorum Ecclesiæ multitudo. Quocirca etiam dictum est ad eam: *Tolle in circuitu oculos tuos Sion, & vide. Ecce congregati sunt, & venerunt ad te.* Et rursum: *Ecce hi de longè veniunt, hi ab Aquilone, & hi à mari: alij verò* † *è terra*

Gen. 29. 17.

Lia deformis, Synagoga Iudæorum typus.

Psal. 113. 5.
Ierem. 5. 21

Matt. 11. 28

Rachel formosa typus Ecclesiæ ex Gentibus.

Rachel, quid.

Ecclesia ouile CHRISTI.

Zach. 11. 9.

Ioan. 10. 27.

CHRISTVS ouis dictus.

Ioan. 1. 29.

Ioseph. adiectio Dei.

Isaia 49. 18. & 60. 4.

Isaia 49. 12.
† Vulgata: de terra Australi.

Act. Apost. 2. & 4. & 6.

Persarum. Scriptum est autem etiam in Actibus Apostolorum, alibi quidem, quòd adiecit quidem Dominus saluatos quotidie in idem; alibi verò: Aucti verò sunt potiùs credentes Domino, multitudines virorum & mulierum. Idcircò, vt paulo antè dixi, meritò censeatur spiritualis Ioseph, hoc est qui in CHRISTO, adiectio siue incrementum Dei. Neque verò à scopo aberrauerimus, si credentes in ipsum, atque ipsummet ita appellemus. Ipse enim est caput: corpus autem & membra ex parte nos. Atque ipse quidem vitis: inhæremus autem ipsi nos instar palmitum, vnitate secundùm spiritum per sanctificationẽ colligati. Cæterùm *erat*, inquit, *Ioseph septemdecim annorum*. Et quòd quidem iuuenis admodum, declarat per hoc, vt arbitror, nobis sacra Scriptura. Nouissimum autẽ omniũ etiam ipsum Emmanuelem esse dicimus, temporis quidem antiquitatem iis qui ante ipsum nati sunt, adscribentes, vt Moysi & Prophetis: examinantes verò scriptorum vim, aliud quid etiam his significari existimabimus. Describit enim nobis fortasse Incarnationis altum mysterium, etiam annorũ numerus. Id modo aliquo planum facere, quantum licet, conabimur, vt etiam in alijs diximus locis, quantum commemini. Solet S. Scriptura numeros retro descendentes, post eos iam expletos & decursos, perfectionis constituere veluti symbola. Verbi gratia: Denarium si quis remetiatur, & percurrere velit, iterũ ab vno inchoabit, velut ad finẽ vsque ipsum deducturus. In septenario itẽ similiter. Auspicatus enim ab vnitate deinceps ad septenarium peruenit; ad finem vsque emensus, qui est septem dierum numerus, redit deinde ad primum. Sacræ litteræ itaque huiusmodi numeros perfectionis signa faciũt. Igitur in talentorũ distributione ad sortem hereditariam venientem sedulitatis erga Deum, decem accepisse talenta ait, & retrò vrbes decem ei datas, quòd ad nominis splendorẽ perfectioni omni & vbiq; pręmia adaptẽtur. Per hæc ostẽdens distributor horum, hoc est, Christus sterilẽ septem peperisse, vt ait Sanctorũ quispiam; *septem* ponẽs pro *multis*. Et quæcumq; obueniũt, ad perfectũ reuocari queant numerum, sic dicta remetiendo. Cùm itaq; de Ioseph dicatur, annorũ fuisse septemdecim, constituere videatur ac referre, Emmanuelem in vno CHRISTO ac Filio, è duobus perfectum, diuinitate & humanitate. Non enim recipimus, quod quidam asserunt, diuinum illud Dei templũ anima caruisse rationali, quod è sancta Virgine Deus Verbum protulit. Sed

1. Cor. 12. 12. Ephes. 5. 30.

Ioseph septemdecim annorum quid significet.

Numeri in sacris litteris mysterÿs sæpe pleni.

Denarius & septenarius numeri sunt perfectionis.

Luca 19. 12. & 17.

Matth. 25. 20.

1. Reg. 2. 3. in Anna orat. Donec sterilis peperit plurimos.

Περσῶν. γέγραπται δὲ καὶ ἐν ταῖς πράξεσι τῶν ἀποστόλων· ποτὲ μὲν, ὅτι ὁ μὲν κύριος προσετίθει τοὺς σωζομένους καθ' ἡμέραν ἐπὶ τὸ αὐτό. ποτὲ δὴ αὖ· μᾶλλον δὲ προσετίθεντο πιστεύοντες τῷ κυρίῳ πλήθη ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν. ταύτῃ τοι καθάπερ ἤδη προεῖπον, νοοῖτ' ἂν εἰκότως ὁ νοητὸς Ἰωσὴφ, τουτέστιν ὁ ἐν Χριστῷ προσθήκη θεοῦ. ἴοι δ' ἂν ἡμῖν ὁ λόγος οὐκ ἀπὸ σκοποῦ τοὺς εἰς αὐτὸν πιστεύσαντας ὡσανεὶ καὶ αὐτὸν οἰκονομικῶς ὀνομάζων. ἔστι γὰρ αὐτὸς μὲν ἡ κεφαλή· σῶμα δὲ καὶ μέλη ἐκ μέρους, ἡμεῖς. καὶ αὐτὸς μὲν ἡ ἄμπελος· ἐμπεφύκαμεν δὲ κλημάτων δίκην ἡμεῖς, ἑνώσει τῇ κατὰ πνεῦμα δι' ἁγιασμοῦ συνδούμενοι. ἀλλ' ἦν, φησὶ, Ἰωσὴφ δέκα καὶ ἑπτὰ ἐτῶν. καὶ ὅτι μὲν νέος κομιδῇ, παραδείξειεν ἂν οἶμαί που, καὶ διὰ τούτων ἡμῖν ἡ γραφή. νεώτατον δὲ τῶν ἄλλων καὶ αὐτὸν εἶναί φαμεν τὸν Ἐμμανουὴλ, τὸ ἐν χρόνῳ πρεσβύτερον τοῖς πρὸ αὐτοῦ γεγονόσιν ἀνάπτοντες, οἷον Μωσῇ καὶ προφήταις· ἐκβασανίζοντες δὲ τῶν γεγραμμένων τὴν δύναμιν, οἰησόμεθά τι καὶ ἕτερον διὰ τούτου κατασημαίνεσθαι. καταγράψει γάρ πως ἡμῖν καὶ αὐτὸ τάχα που τὸ τῆς μετὰ σαρκὸς οἰκονομίας τὸ βαθὺ μυστήριον, καὶ ὁ τῶν ἐτῶν ἀριθμός. καὶ τίνα δὴ τρόπον διατρανοῦν ὡς ἔνι πειράσομαι· ὡς γὰρ ἔφην ἤδη καὶ ἐν ἑτέροις. μεμνήσομαι γάρ. ἔθος τῇ θείᾳ γραφῇ τοὺς ἀνόπιν ἰόντας τῶν ἀριθμῶν μετὰ τὴν αὐτοῖς πεπερασμένην ἐκπλήρωσιν, πλειότητος ποιεῖσθαι σύμβολα. οἷον τί φημι. τὸν δέκα εἴπερ τις ἀναμετρήσαιτο καὶ ὑπερτρέχειν ἕλοιτο, πάλιν ἐκ μονάδος ἄρξεται καθάπερ εἰς τέλος καταίρων αὐτόν. ὁμοίως ἐπὶ τῆς ἑβδομάδος. ἀρξάμενος γὰρ ἐκ πρώτης ἄνεισι μὲν ἐφεξῆς ἐπὶ τὴν ἑβδόμην. εἶτα κατακλείσας εἰς τέλος τὸν τῶν ἡμερῶν ἀριθμὸν, ἐπανήξει πάλιν ἐπὶ τὴν πρώτην. πλειότητος οὖν ἄρα ταύτῃ τοι ποιεῖται σημεῖα τοὺς ὧδε ἔχοντας τῶν ἀριθμῶν ὁ ἱερὸς ἡμῖν λόγος. καὶ γοῦν τῇ τῶν ταλάντων διανομῇ, τὸν εἰς λῆξιν ἥκοντα φιλεργίας τῆς κατὰ θεὸν, δέκα φησὶ εἰληφέναι τάλαντα, καὶ μὴν καὶ ἐπάνω τεθεῖσθαι πόλεων δέκα, ὅτι τῶν εὐδοκιμήσεων πλειότητι πάντῃ τε καὶ πάντως ἰσομοιρήσει τὰ γέρα. διὰ τούτου καταδεικνὺς ὁ τούτων διανομεὺς, τουτέστι Χριστός. στεῖραν δέ γε τεκεῖν ἑπτὰ, τῶν ἁγίων τίς ἔφη. τὸ ἑπτά που τεθεὶς ἀντὶ τοῦ πολλά. καὶ ὅσα τυχεῖν εἰς τέλειον ἀριθμὸν καταλογισθείη ἂν ὑπό του τῶν † ἀμετρεῖν ἠρημένων. ὅταν τοίνυν λέγηται περὶ τοῦ Ἰωσὴφ, ὅτι ἦν ἐτῶν δέκα καὶ ἑπτὰ, συντεθεῖσθαι δηλώσομεν τὸν Ἐμμανουὴλ εἰς ἕνα Χριστὸν καὶ υἱὸν ἐκ δυοῖν τελείοιν, θεότητός τε καὶ ἀνθρωπότητος. οὐ γάρ τοι παραδεξόμεθα τὸ τισὶ δοκοῦν, οἰομένοις ὅτι ψυχῆς λογικῆς ὁ θεῖος ἐκεῖνος κεκένωται ναὸς, ὃν ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου πεφόρηκεν ὁ θεὸς λόγος. ἀλλ'

† ἴσως ἀναμετρεῖν

ὥσπερ

ὥσπερ ἦν τέλειος ἐν θεότητι, οὕτω καὶ ἐν ἀνθρωπότητι, πλὴν εἰς ἕνα συγκείμενος, ἀπορρήτως τε καὶ ὑπὲρ νοῦν. οὐκοῦν σημαίνει μὲν τὸ τέλειον ἐν θεότητι, καὶ ὑπαινίττεταί πως ἡμῖν ὁ δέκα ἀριθμός. † τὸ δὲ οὕτως ἔχον, ἐν ἀνθρωπότητι πάλιν ἐπεμφήνειεν ἂν ὁ ἑπτὰ, μειονεκτούμενος μὲν ὡς ἐν τριάδι τοῦ δέκα, ἐπενηνεγμένος δὲ αὐτῷ καὶ οἱονεὶ προσκείμενος. μετὰ γάρ τοι τὸν δέκα ἀριθμὸν συμβέβηκεν ὁ ἑπτά. ἐν ὑπεροχῇ δὲ τριάδος τουτέστι θεότητος, ὁ ἐκ πατρὸς θεὸς λόγος· ἐν ὑφιζήσει δὲ τὸ ἀνθρώπινον. καὶ θεοῦ δόξης ἐν μείοσι. καὶ ὁ μὲν θεὸς λόγος νοεῖται προών, προσγέγονε δὲ αὐτῷ τὸ ἀνθρώπινον. οὐκοῦν ἀναγκαίως προτέτακται μὲν ὁ δέκα ἀριθμὸς, ἐπήνεκται γε μὴν ὁ ἑπτά. Ἰωσὴφ γάρ, φησι, δέκα καὶ ἑπτὰ ἦν ἐτῶν. ἄθρει δή μοι πρὸς τούτῳ τὸ πρόσκαιρόν τε καὶ ἄναρχον ὡς ἔν γε δὴ χρόνῳ φημὶ τοῦ Ἐμμανουήλ. γέγονε μὲν γὰρ ἐτῶν ἀπαρίθμησις ὡς ἐν εἰκόνι τῷ Ἰωσήφ. ἀλλ' ἐπενήνεκται τὸ ἦν. κέκληται μὲν γὰρ εἰς γένεσιν τὴν καθ' ἡμᾶς νοουμένην, καὶ εἰς ἐτῶν ἀριθμὸν διὰ τὸ ἀνθρώπινον, καί τοι θεὸς ὢν ὁ λόγος. ἀλλ' ἕπεται πάντως τὸ ἦν αὐτῷ. νοεῖται γὰρ καὶ ἔστιν ἀληθῶς τῷ θεῷ καὶ πατρὶ συναΐδιος, καὶ ὡς ὁ θεσπέσιός φησιν Ἰωάννης, ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν θεόν, καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος. οὐκοῦν ἐρῶ εἰσαῦθις· δέκα μὲν καὶ ἑπτὰ ἐτῶν ἦν Ἰωσὴφ ὁ θεσπέσιος, τὰς δὲ τοῦ πατρὸς ἀγέλας συνεποίμαινε τοῖς ἀδελφοῖς, τοῖς ἀπὸ Ζελφᾶς φημι καὶ Βάλλας, τουτέστι τοῖς ἐκ θεραπαινῶν. γεγονὼς γὰρ ἄνθρωπος ὁ ἐκ θεοῦ λόγος, τὴν τῶν Ἰουδαίων ἄνω τε καὶ κάτω περιῆλθε χώραν, συναγείρων ὥσπερ εἰς ἀγάπησιν τὴν πρὸς θεὸν καὶ πατέρα, ἀπολωλότα πρόβατα οἴκου Ἰσραήλ. ὡς γὰρ ὁ μακάριος γράφει Παῦλος, θεὸς ἦν ἐν Χριστῷ κόσμον ἑαυτῷ καταλλάσσων. † ἐποίμαινε τοίνυν τοῖς εἰς δουλείαν γεγεννημένοις ὁ Ἐμμανουὴλ, καὶ τοῖς οἱονεί πως ἐκ δύο παιδισκῶν, νόθην καὶ οὐκ ἐλευθέραν λαχοῦσι τὴν γένεσιν. μετὰ γάρ τοι τὴν τοῦ Ἱεροβοὰμ βασιλείαν, ἀπήρκασι μὲν τῆς Ἱερουσαλὴμ αἱ δέκα φυλαὶ, κατῴχοντο δὲ καὶ κατῳκήκασιν ἐν τῇ Σαμαρείᾳ, παραφέροντος εἰς τοῦτο τοῦ Ἱεροβοάμ. πεπλάνηνται δὲ καὶ προσκεκυνήκασι ταῖς δαμάλεσι ταῖς χρυσαῖς ἐκεῖ. ὅθεν καὶ διὰ φωνῆς Ἰεζεκιὴλ, ὡς δύο γυναῖκας ἐκπεπορνευμένας καθῃτιᾶτο θεὸς οὕτω λέγων· υἱὲ ἀνθρώπου, δύο γυναῖκες ἦσαν θυγατέρες μητρὸς μιᾶς, καὶ ἐξεπόρνευσαν ἐν τῇ Αἰγύπτῳ, ἐν τῇ νεότητι αὐτῶν ἐπόρνευσαν, καὶ ἔπεσον οἱ μαστοὶ αὐτῶν. ἐκεῖ διεπαρθενεύθησαν. τὰ δὲ ὀνόματα αὐτῶν, Ὀόλλα ἡ πρεσβυτέρα, καὶ Ὀολίβα ἡ ἀδελφὴ αὐτῆς. καὶ ἐγένοντό μοι, καὶ ἔτεκον υἱοὺς καὶ θυγατέρας. καὶ τὰ ὀνόματα αὐτῶν, Σαμάρεια ἡ Ὀόλλα· καὶ Ἱερουσαλὴμ ἡ Ὀολίβα. συνεποίμαινε τοίνυν καθ' ἡμᾶς γεγονὼς ὁ υἱὸς † τοῖς ἐκ δουλείας ἅμα καὶ ἐκ

† ἴσως τάδε.

† ἴσως συνεποίμαινε

† ἴσως τοῦ θεοῦ καὶ λόγος.

vt in Deitate perfectus erat, sic & in humana fuit natura, vnus tamen existens, ineffabili intellectumque superante modo. Designat itaque & inuolute nobis significat perfectionem in deitate, denarius numerus. Quod cùm ita sit, septenarius vicissim humanitatẽ nobis exhibeat, qui minor est denario qui in Trinitate est, & huic inclusus & velut subiectus. Post denariũ enim septenarius accidit. In exuperantia verò & sublimitate Trinitatis, hoc est Deitatis, qui ex Patre Deus Verbum: in submissione verò est humana conditio & Dei gloriâ minor. Et Deus quidem Verbum intelligitur præexistere, humana verò in illo natura subsecuta est. Quamobrem præcedit necessariò denarius numerus; sequitur septenarius. *Ioseph* itaque *decem & septem annorum erat.* Considera mihi adhæc temporarium, & principio carens, vt qui in tempore fuit, ipsius Emmanuelis. Fuit enim annorũ enumeratio, vt in imagine seu figura, in Iosepho. At additum est *Erat.* vocatus est enim ad generationem secundùm nos intellectam, & ad numerum annorum humanitatis causa, etsi esset Deus Verbum. sed τὸ *Erat* omninò illi conuenit. Intelligitur enim, estque reuera Deo & Patri coæternus: vtque diuinus ait Ioannes: *In principio erat Verbũ, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum.* Dicam igitur denuo: Ioseph itaque septemdecim annorum patris sui greges pauit cum aliis fratribus Zelphæ & Ballæ, hoc est ancillarum filijs. Verbum enim Dei caro factum Iudæorum regionẽ sursum deorsum peragrauit, recolligens quodammodo ad amorẽ erga Deum ac Patrem oues perditas domus Israël. Nam vt beatus Paulus scribit, *Deus erat in* CHRISTO *mundum sibi ipsi conciliians.* Pauit itaque Emmanuel vnà cum iis qui in seruitutem nati erãt, quique ex duabus ancillis spurium minimeque liberum ortum nacti erant. Nam post regnum Ieroboam, discesserunt ab Ierusalem decem tribus; abierunt autem & habitauerunt in Samaria, transferente eò Ieroboam. Errarunt enim, adoraruntque illic vitulos aureos. Vnde & per vocem Ezechiel veluti duas mulieres fornicarias increpat Deus ita dicens: *Fili hominis: Duæ mulieres erant filiæ matris vnius, & fornicatæ sunt in Aegypto; in iuuentute sua fornicatæ sunt, illic ceciderunt vbera earum, & illic deuirginatæ sunt, & nomina earum Oolla † senior, & Ooliba iunior soror eius, & factæ sunt mihi, & pepererunt filios & filias, & nomina earum Samaria Oolla, & Ierusalem Ooliba.* Pauit itaque greges homo factus Filius, vnà cum iis qui ex seruitute & forni-

Ioan. 1. 1.

Ioan. 1.

2. Cor. 5. 19.

3. Reg. 12. 28. & 32.

Ezec. 23. 2.

† Vulgata: maior & minor.

fornicatione geniti sunt. Duces enim sunt adhuc Israëlitarũ, legales præfecti, docente alioqui iam atque instruente CHRISTO eos qui ad ipsum accedunt, & ad veritatis viam deducente, quæ quidem via ipsemet est. Idcirco etiam dixit: *Ego sum via.* Ceterùm Scribæ & Pharisæi legis peritiæ laude celebres, pauerunt in tribulos, in spinas, in errorem, in doctrinas & præcepta hominum: hic verò in bonam pasturam & veluti in herbam floridissimam, Euangelicæ nimirum disciplinæ pulcherrimam admirabilemque cognitionem. Atque illi quidem erant pastores pigri ac vecordes, ac præterea acceptores munerum, summeq; attenti ad quæstum faciendum, *comedentes lac, molli lana induti, & pingue mactantes*, iuxta Prophetę vocem: mercenarij & fastuosi, nullumque planè pro ouibus laborem subeuntes: hic autem *erat pastor bonus, animam ponens pro ouibus.* Ceterùm quemadmodum filij Zelphæ & Ballæ opprobrium malum excogitarunt aduersus Ioseph, ita etiam impiorum Pharisæorum perditissima multitudo, Emmanuelis gloriam calumniari veriti non sunt, *Samaritanum ac vini potorem, dæmonium habentem, & ope Beelzebub adiutum* malos spiritus ex infirmis corporibus eijcientem impiè vocantes. Idcirco per vocem Prophetæ aduersus Iudæorum maledicentiã, exclamauit dicens ipsemet Emmanuel: *Væ ipsis, quoniam recesserunt à me.* †*Miseri sunt, quoniam impiè egerunt in me. Ego redemi eos: ipsi autem locuti sunt contra me mendacia.* Et rursum: *Cadent in gladio principes eorum, propter imperitiam linguæ eorum.* Impiè igitur locutus est aduersus CHRISTVM, audax atque impudens Pharisæorũ cœtus, Atque hoc, vt arbitror, est, fratres obtendere opprobrium malum aduersus Ioseph. Porrò dilectus erat, inquit, à patre, quia filius senectutis erat ipsi. Fuerunt enim etiam alij pastores probi ac boni ante Saluatoris nostri in mundum per carnem aduentum; atque inter alios diuinus Moyses, quique deinceps rationales greges pauerunt. Cæterùm præcipuo quodam amore prosequutus est Filium Pater, etiamsi nouissimus fuerit post alios, & in vltimis seculi temporibus. Conueniet itaque Iacob filium habere senectutis Ioseph. Deus autem nunquam senescit & principio caret, neque incrementa accipit, & semper est omnibus partibus perfectissimus. Quocirca ne sermo à recto aberret, dicimus Emmanuelem quodammodo filium senectutis Patri extitisse, eò quòd in vltimis seculi temporibus apparuerit, præsenti nimirũ, &

Ezech. 34. 3. *Hier 46. 21.* *Ioan. 11. 14.* *Iudæorum aduersus CHRISTVM conuitia.* *Ioan. 8 48.* *Matt 11. 19.* *Matt. 12. 27* *Osea 7. 13.* † *Vulgata:* Vastabuntur, quia præuaricati sunt in me. *Ibid. 16.* *CHRISTVS quo pacto filius senectutis Patri sit.*

πορνείας γεγεννημένοις. καθηγοῦνται γὰρ ἔτι τῶν ἐξ Ἰσραὴλ οἱ κατὰ νόμον προεστηκότες, καί τοι διδάσκοντος ἤδη καὶ μυσταγωγοῦντος Χριστοῦ τοὺς προσιόντας αὐτῷ, καὶ εἰς τὴν τῆς ἀληθείας ἀποκομίζοντος τρίβον. αὕτη δὲ ἦν αὐτός. τοιγάρτοι καὶ ἔφασκεν· ἐγώ εἰμι ἡ ὁδός. ἀλλ᾽ οἱ μὲν γραμματεῖς καὶ Φαρισαῖοι καὶ τὴν τῆς νομοθεσίας ἔχοντες δόξαν, κατέβοσκον εἰς τριβόλους, εἰς ἀκάνθας, εἰς πλάνησιν, εἰς διδασκαλίας καὶ ἐντάλματα ἀνθρώπων. ὁ δὲ εἰς νομὴν ἀγαθὴν, καὶ εἰς πόαν ὥσπερ εὐανθεστάτην τῶν εὐαγγελικῶν παιδευμάτων τὴν εὐφυᾶ καὶ ἀξιάγαστον γνῶσιν. καὶ οἱ μὲν ἦσαν ποιμένες ῥάθυμοί τε καὶ ἀναπεπτωκότες, καὶ πρός γε τούτοις, λημμάτων ἡττώμενοι, καὶ φιλοκέρδειαν νοσοῦντες ἐσχάτην· τὸ γάλα κατεσθίοντες, τὰ ἔρια περιβαλλόμενοι, καὶ τὸ παχὺ σφάζοντες κατὰ τὴν τοῦ προφήτου φωνὴν· μισθωτοὶ καὶ ἀγέρωχοι, καὶ ὀλίγου παντελῶς ἀξιοῦντες λόγου, τὸ χρῆναι πονεῖν ὑπὲρ τῶν προβάτων. ἀλλ᾽ ὥσπερ οἱ ἀπὸ Ζελφᾶς τε καὶ Βάλλας, ψόγον πονηρὸν κατήγαγον ἐπὶ τὸν Ἰωσὴφ, οὕτω καὶ τῶν ἀνοσίων Φαρισαίων ἡ δυστροπωτάτη πληθὺς διαβεβλήκασι τὸν Ἐμμανουὴλ, καὶ συκοφαντεῖν ἀπετόλμων τὴν δόξαν αὐτοῦ· σαμαρείτην, καὶ οἰνοπότην, καὶ δαιμονῶντα πρὸς τούτοις, καὶ ταῖς τοῦ Βεελζεβοὺλ ἐνεργείαις ἐπικουρούμενον εἴς γε τὸ δύνασθαι φημὶ τὰ πονηρὰ τῶν ἠρρωστηκότων ἐξελαύνειν πνεύματα, δυσσεβῶς ὀνομάζοντες. τοιγάρτοι καὶ διὰ φωνῆς προφήτου τὴν τῶν Ἰουδαίων ἀθυροστομίας καταπεκραγε λέγων αὐτὸς ὁ Ἐμμανουήλ· οὐαὶ αὐτοῖς, ὅτι ἐπεπήδησαν ἀπ᾽ ἐμοῦ. δείλαιοί εἰσιν, ὅτι ἠσέβησαν εἰς ἐμέ. ἐγὼ δὲ ἐλυτρωσάμην αὐτοὺς· αὐτοὶ δὲ κατελάλησαν ψευδῆ κατ᾽ ἐμοῦ. καὶ πάλιν, πεσοῦνται ἐν ῥομφαίᾳ οἱ ἄρχοντες αὐτῶν, δι᾽ ἀπαιδευσίαν γλώττης αὐτῶν. πεφλυάρηκε τοίνυν κατὰ Χριστοῦ τῶν Φαρισαίων τὸ σῖφος τὸ θρασύ τε καὶ ἀνελεύθερον. καὶ τοῦτο οἶμαί ἐστι τὸ κατενεγκεῖν τοὺς ἀδελφοὺς ψόγον πονηρὸν κατὰ Ἰωσὴφ. ἀλλ᾽ ἠγαπᾶτο, φησὶ, παρὰ τοῦ πατρὸς, ὅτι υἱὸς γήρως ἦν αὐτῷ. γεγόνασι μὲν γὰρ καὶ ἕτεροι ποιμένες, καλοί τε καὶ ἀγαθοὶ πρὸ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἀναδείξεως τῆς ἐν κόσμῳ καὶ μετὰ σαρκὸς· καὶ πρό γε τῶν ἄλλων Μωσῆς ὁ θεσπέσιος, καὶ οἱ καθεξῆς τὰς λογικὰς ἀγέλας διαποιμαίνοντες. πλὴν διαφερόντως ἠγάπησε τὸν υἱὸν ὁ πατὴρ, καί τοι τελευταῖον ὄντα μετὰ τοὺς ἄλλους, καὶ ἐν ἐσχάτοις τοῦ αἰῶνος γεγονότα καιροῖς. ἁρμόσει μὲν οὖν τῷ Ἰακὼβ υἱὸν γήρως ἔχειν τὸν Ἰωσήφ. θεὸς δὲ † ἀγήρως, ἄναρχός τε καὶ ἀναυξὴς, καὶ ἀεὶ παντέλειος. ταύτῃ τοι σοφῶς τοῦ πρέποντος θήρας ἀφαμαρτεῖν οὐκ ἐφιέντες τὸν λόγον, γήρως ὥσπερ υἱὸν γεγενῆσθαί φαμεν τῷ θεῷ καὶ πατρὶ τὸν Ἐμμανουὴλ, ὡς ἐν χρόνοις γεγονότα τοῖς τελευταίοις τοῦ αἰῶνος, δηλονότι τοῦ ἐνεστῶτος. καὶ

† *Ἴσως ἀγήρ𝛚ς.*

ἐπείτοι

ἐπεί τοι μετ' αὐτὸν ἕτερος οὐδείς. οὐ γὰρ ἐν ἑτέρῳ σώζεσθαι προσδοκῶμεν. ἀρκέσει δή μοι μόνος, ὅτι μηδὲ ἐν ἄλλῳ κεῖσθαί φαμεν τὴν τοῦ κόσμου σωτηρίαν καὶ ζωήν. αὐτὸς οὖν ἡμᾶς εἰς αἰῶνας ποιμανεῖ, κατὰ τὴν τοῦ ψάλλοντος φωνήν, καὶ ὑπ' αὐτῷ κεισόμεθα τῷ ἀγαπητῷ, πεφηνότι μὲν ἐν ἐσχάτοις τοῦ αἰῶνος καιροῖς, καθάπερ ἔφην ἀρτίως, μετὰ σαρκός, προυφεστηκότι δὲ ὡς θεῷ. φαμὲν γὰρ εἶναι τῷ πατρὶ συναΐδιον. οὐκοῦν ἠγαπᾶτο μὲν παρὰ τοῦ πατρὸς διαφερόντως ὁ Ἰωσήφ. χιτῶνα δὲ αὐτῷ ποικίλον ἐδίδου γέρας ὥσπερ ἐξαίρετον, καὶ τῆς ἐνούσης φιλοστοργίας μήνυσιν ἐναργῆ τὸ χρῆμα τιθείς. ἀλλ' ἦν καὶ τοῦτο τοῖς ἀδελφοῖς βασκανίας ἐρέθισμα, καὶ φθόνου πρόφασις, καθὼς καὶ αὐτὸ τῶν πραγμάτων διδάξει τὸ πέρας. ἐπεμαίνοντο δὲ καὶ οἱ Φαρισαῖοι τῷ ἠγαπημένῳ, τουτέστι Χριστῷ, διά τοι τὸ παρὰ θεοῦ καὶ πατρὸς ποικιλότροπόν τινα καταμφιέσασθαι δόξαν. τεθαύμασται γὰρ κατὰ πολλοὺς οἶμαι τρόπους· τοῦτο μὲν ὡς ζωοποιός· τοῦτο δὲ ὡς φῶς καὶ καταφωτίζειν εἰδὼς τοὺς ἐν σκότῳ, ὡς λεπροὺς καθαρίζων, καὶ νεκροὺς κἂν ἤδη δυσωδοῦντας ῥᾷστα ἐγείρων, ὡς θαλάσσαις ἐπιτιμῶν, καὶ αὐτοῖς ἐπ' ἐξουσίας ἐποχούμενος κύμασι. καὶ γοῦν ἤδη πως Ἰουδαῖοι διηπορηκότες, καὶ τῷ τῆς βασκανίας πυρὶ λοιπὸν ἀπορρήτως καταπτευχόμενοι πρὸς ἀλλήλους ἔλεγον, τί ποιοῦμεν; ὅτι οὗτος ὁ ἄνθρωπος πολλὰ σημεῖα ποιεῖ. αἴνιγμα δὴ οὖν ὁ παμποίκιλος ἡμῖν χιτὼν ἐστὶ τῆς πολυειδοῦς εὐκλείας, ἣν ὁ θεὸς καὶ πατὴρ περιθεῖναι λέγεται τῷ υἱῷ καθ' ἡμᾶς γενομένῳ διὰ τὸ ἀνθρώπινον. ἐπεί τοι γε ἧκον εἰς ἰδίαν φύσιν, αὐτός ἐστιν ὁ τῆς δόξης κύριος· κἂν εἰ λέγοι τυχὸν οἰκονομικῶς διὰ τὴν πρὸς ἡμᾶς ὁμοίωσιν, πάτερ, δόξασόν σου τὸν υἱόν. παρεθήγοντο δὴ οὖν εἰς λύπας οἱ ἐκ θεραπαινῶν, ἐφ' οἷς ἔφην ἀρτίως. καὶ πρός γε δὴ τούτοις, ὕποπτοι γεγόνασι διὰ τὴν τῶν ἐνυπνίων ἀφήγησιν. προαναμανθάνοντες γὰρ ὡς αὐτοὶ μὲν ἔσονται κατὰ καιροὺς ὑπὸ πόδας, καὶ προσκυνηταί· ὁ δὲ λίαν δὴ ὑπερκείσεται, καὶ εἰς τοῦτο δόξης ἀναδραμεῖται λοιπόν, ὡς καὶ αὐτοῖς γενέσθαι προσκυνητὸν τοῖς γεγεννηκόσιν, ἐπέτριζον ἤδη τοὺς ὀδόντας αὐτῶν, καὶ τὰς ἐπὶ τὸ χρῆναι φονᾶν εἰσεδέχοντο γνώμας. παρωξύνοντο δὲ καὶ οἱ Ἰουδαῖοι καὶ λελύπηντο οὐ μικρῶς μανθάνοντες ὅτι καὶ † αὐτοὺς ὑπερκείσεται τοὺς ἁγίους πατριάρχας ὁ Ἐμμανουήλ, καὶ προσκυνητὸς ἔσται παντὶ τῷ λαῷ, μᾶλλον δὲ ἁπάσῃ τῇ γῇ. καὶ τοῦτο συνέντες ἔφασκον· οὗτός ἐστιν ὁ κληρονόμος, δεῦτε ἀποκτείνωμεν, καὶ κατάσχωμεν τὴν κληρονομίαν αὐτοῦ. καί τοι τοῦ μακαρίου Δαβὶδ ἀναφανδὸν λέγοντος ἐνηνθρωπηκότι τῷ μονογενεῖ· πάντα τὰ ἔθνη ὅσα ἐποίησας ἥξουσι καὶ προσκυνήσουσιν ἐνώπιόν σου κύριε. ἀλλότε δ' αὖ καὶ αὐτῶν τῶν ἐξ Ἰσραὴλ τὸν ἐπὶ Χριστῷ φθόνον καὶ τὴν ἀνοσίαν ὀργὴν καταφανῆ τιθέντος καὶ λέγοντος, ὁ κύριος ἐβασίλευσεν,

† ἴσως αὐτός

quia post ipsum alius nemo. Neque enim in alio saluari exspectamus. Sufficit verò solus: quia neque in alio sitam esse dicimus mundi salutem, ac vitam. Ipse itaque nos in sæcula pascet, iuxta Psalmistæ vocem, subdi-tique erimus ipsi dilecto, quia apparuit quidem in vltimis sæculi temporibus, vt modò dixi, carne assumpta, præfecto autem vt Deo. Dicimus enim eum esse coæternum Patri. Quocirca dilectus quidem est à patre excellenter Ioseph. Vestem autem ipsi dedit variam, veluti eximiũ donum, & manifestum amoris, quo eum prosequebatur, argumentum. Ceterùm erat etiam hoc fratribus inuidentiæ irritamentum, atque odij causa, quemadmodũ rei exitus declarabit. Accensi etiam sunt ira aduersus dilectũ, hoc est Christum, Pharisæi, ideo quòd à Deo ac Patre multiformi gloria indutus fuerit. Multis enim reuera modis admirabilis fuit, partim quidem vt viuificans, partim verò vt lux, & illuminare valens eos qui in tenebris, vt mundans leprosos, suscitansque facillimè etiã olẽtes mortuos, vt maria increpans, atque ipsis sua potestate fluctibus vectus. Idcircò Iudæi subinde inopes consilij inuidiæque flammis exæstuantes inter se dicebant: *Quid facimus? quia homo hic multa signa facit.* Varia itaque vestis typus est multiformis gloriæ, qua Deus ac Pater induit Filium, nobis similem factum propter humanitatem. Siquidem quantũ ad propriam ipsius naturam attinet, ipse est dominus gloriæ, tametsi propter similitudinẽ quam nobiscum habet, dicat: *Pater, clarifica filium tuum.* His igitur de causis quas recensui, exstimulati sunt ad iram atque inuidiam filij ancillarum: præterea in suspicionem inciderũt ex insomnij narratione. Prænoscentes enim quia successu tẽporis futuri essent subditi fratri, eumque adoraturi; ipsum verò longè superiorem fore, atque in tantum gloriæ fastigium euchendum, vt ab ipsis etiam parentibus adoraretur, frendebant dentibus, & de interficiendo eo cogitarũt. Exacerbati verò sunt etiam Iudæi, neque parum afflicti, intelligentes Emmanuelem ipsos etiam sanctos patres superaturum, quodque ab omni populo adorandus esset, imò verò ab vniuersa terra. Atque huius rei conscij dicebant: *Hic est hæres: Venite, occidamus eum, & cernemus hereditatem ipsius.* Dicente etiam beato Dauid Vnigenito incarnato: *Omnes gentes quas fecisti venient, & adorabunt coram te Domine.* Alibi verò rursum etiam ipsorum Israëlitarũ aduersus CHRISTVM inuidiam, impiamque iram ob oculos ponente, atque dicente: *Dominus regnauit,*

Psal. 47.15.

CHRISTVS multis modis admirabilis.

Varia vestis Ioseph typus multiformis gloriæ CHRISTI.

Ioan. 11. 47.

Ioan. 17. 1.

Marc. 12. 7.

Psal. 85. 9.

Psal. 98. 1.

irascantur populi. Satis itaque crudeli atque indomita Iudæorum inuidia ostensa, opportunè dicamus intolerabilia & sanguinolenta facinora vndequaque historiam sectantes, atque in ipsum incarnationis Vnigeniti scopum recurrentes. Deducit enim nos eò sermo. Ioseph quidem patris sui iussu in Sichem proficiscitur, sciscitaturus an valeant, atque vbi & quomodo pascant fratres. Ipse verò abit, ac difficulter eos inuenit, nō quidē in Sichē, at potiùs profectos in Dothaim. Simulatque verò aduentantem conspicati sunt, odiosum ipsis & grauem rident, dicentes: *Ecce somniator ille venit.* Cumque eum interficere statuissent, prohibet Ruben. Dimiserunt itaque in vnam cisternam, consilium Ruben aspernantes. Neque multo pòst, eductū iuuenē è cisterna vendiderunt Ismaëlitis in Ægyptum proficiscentibus. Ruben verò cùm ad cisternam redijsset, neque iuuenem reperisset, mortuum iam credens, atque ab impijs homicidis interfectum, molestissimè id tulit. Et Ioseph quidē abductus est in Ægyptum. Pater verò luxit, multoque tempore mœstissimam vitam egit. Missus autem est à Deo ac Patre ipse Dominus noster Iesus CHRISTVS, vt exploraret Israëlitas an adhuc sanitate præditi essent, intellectuali nimirum: itemq; an oues ipsis commissæ in bonis pascuis versarentur, neque pastorum cura destitutæ essent. Cæterùm fratres inuenti sunt, non in Sichem, sed in Dothaim. *Sichem* interpretatur *humerus*. Hoc autem membrum signum est diligentiæ. Sacra enim Scriptura interdum pro robore, interdum pro opere hunc typum vsurpat, vt illud: *Da cor tuum in humeros*, hoc est in studium operādi. *Dothaim* autem interpretatur *defectio magna*. Israëlitæ ergo deprehensi sunt, non quidem dantes operam virtuti, neque ijs quæ lex probat, sed in magna iustitiæ atque adeò omnis æquitatis defectione. Neque enim erat *vel vnus iustus, nec erat qui faceret bonum ne vnus quidem*. Sed sicut Deus alibi per vocem Prophetæ ait, exhibuerunt *ei solùm* honorem lingua, mente interim remoti, & procul ab impletione eorum quæ per Moysen præcepta sunt, cordibus sunt alienati. Incumbebant enim solis doctrinis & mandatis hominum. Porro cognorunt quidem intelligibilem & dilectum Ioseph in carne præsentem. Ait enim B. Ioannes Euangelista, quòd *multi quidem ex principibus crediderunt in eum, sed propter Pharisæos non confitebantur.* Idcirco in eum quem iam cognouerant, debacchati sunt. Occiderunt enim, & in profundum atque tenebrosum mortis barathrum, hoc est, in

Gen. 37. 20.

Sichem, id est, humerus.

Ierem. 31. 21 † *Vulgata:* Dirige cor tuum in viam rectam, in qua ambulasti.

Dothaim quid significet.

Psal. 13. 3. & 52. 4.

Isaia 29. 13.

Matt. 15. 8.

Marc. 7. 6.

Ioan. 12. 42.

ὀργίζεσθαι ὥσπερ λαοὶ ἀπογνώντως δὴ οὖν τὴν ἀπηνῆ καὶ ἀτιθάσευτον τῶν Ἰουδαίων καταδείξαντες φθόνον, ἐπὶ καιροῦ λέγωμεν τὰ δύσοιστα τε καὶ μιαιφόνα τολμήματα, πανταχῇ τὸν τῆς ἱστορίας περιβλέποντες λόγον, καὶ εἰς αὐτὸν τὸν τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ μονογενοῦς ἀναθέοντες τὸν σκοπόν. ἀνακομίζει γὰρ αὖθις εἰς τοῦτο ἡμᾶς ὁ λόγος. ἰέναι μὲν γὰρ ἐν Συχὲμ τὸν θεσπέσιον Ἰωσὴφ τὸ τοῦ πατρὸς ἀναπείθει πρόσταγμα, εἴπερ εἰσὶν ἐν εὐρωστίαις, καὶ ὁπήποτε καὶ ὅνα δὴ τρόπον διαποιμαίνουσιν ἐποπτεύσοντα τοὺς ἀδελφούς. ὁ δὲ ἄπεισι μὲν, εὑρίσκει δὲ μόλις, ἥκιστα μὲν ἐν Συχέμ· κατοιχομένους δὲ μᾶλλον εἰς Δωθαΐμ. ὡς δὲ ἤδη προσιόντα τεθέανται, πικρὸν καὶ ἀπηχθημένον μειδιῶσι λέγοντες, ἰδὲ ὁ ἐνυπνιαστὴς ἐκεῖνος ἔρχεται. διαχρήσασθαι δὲ βουλομένους ἀπείργει μὲν ὁ Ῥουβείμ. καθιᾶσι δ' οὖν εἰς ἕνα τῶν λάκκων, καὶ τὴν τοῦ Ῥουβεὶμ συμβουλῆς ἀλογήσαντες. μετ' οὐ πολὺ δὲ τοῦ λάκκου τὸν νεανίαν ἀνιμησάμενοι, τοῖς Ἰσμαηλίταις ἀπέδοντο καταβαίνουσιν εἰς τὴν Αἰγυπτίων. ἐπανοστήσας γε μὴν ἐπὶ τὸν λάκκον ὁ Ῥουβεὶμ, εἶτα τὸ μειράκιον οὐχ εὑρὼν, ἐκτεθνάναι δὲ ἤδη νομίσας, ἔργον τι γενέσθαι τῆς τῶν φονώντων ἀνοσιότητος, δεδυσφόρηκεν οὐ μικράν. καὶ ἀπεκομίσθη μὲν Ἰωσὴφ εἰς Αἴγυπτον. τεθρήνηκε δὲ ὁ πατὴρ, καὶ μέχρι πολλοῦ κατοιμώζων διετέλει. ἀπεστάλη δὲ παρὰ τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς καὶ αὐτὸς ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, ἐπισκεψόμενος τοὺς ἐξ Ἰσραὴλ, εἰ διαπλέουσιν ἐν εὐρωστίαις, δῆλον δὲ ὅτι ταῖς νοηταῖς. καὶ εἰ μεμένηκεν ἐν καλῷ τὰ ὑπ' αὐτοὺς θρέμματα τῆς τῶν ποιμένων ἐπιμελείας οὐκ ἀπομοιρήσαντα. ἀλλ' εὕρηνται μὲν οὐκ ἐν Συχὲμ, ἀλλ' ἐν Δωθαΐμ. ἡ Συχὲμ ὦμος ἑρμηνεύεται· σημεῖον δ' ἂν γένοιτο φιλεργίας τὸ μέλος. καλεῖ θεῖσαι γάρ πως ἡ θεόπνευστος γραφὴ ποτὲ μὲν ἰσχὺν, ποτὲ δὲ εἰς ἔργου τύπον ποιεῖσθαι τὸν ὦμον. οἷον ἐκεῖνό φαμεν τό· δὸς καρδίαν σου „ εἰς τοὺς ὤμους, τουτέστιν εἰς φιλεργίαν. Δωθαΐμ „ δὲ πάλιν, ἔκλειψις ἱκανή. κατελήφθησαν τοίνυν οἱ ἐξ Ἰσραὴλ, οὐκ ἐν φιλεργίαις ὄντες τῆς εἰς ἀρετήν· οὔτι μὴν ἐν εὐδοκιμήσεσι ταῖς κατὰ τὸν νόμον, ἀλλ' ἐν ἐκλείψει πολλῇ δικαιοσύνης δηλονότι, καὶ ἁπάσης ἐπιεικείας. οὐ γὰρ ἦν δίκαιος οὐδὲ εἷς, οὐκ ἦν ποιῶν χρηστότητα οὐκ ἦν ἕως ἑνός. ἀλλ' ὥς θεός που φησὶ διὰ τῆς τοῦ προφήτου φωνῆς, μόνην αὐτῷ προσῆγον τὴν ἀπὸ γλώττης τιμὴν, τὸν νοῦν ἑτέρωθι μεταστήσαντες, καὶ τοῦ χρῆναι πληροῦν τὰ νενομισμένα διὰ Μωσέως, πόρρω που μετοικισάμενοι τὴν καρδίαν. προσέκειντο γὰρ μόναις διδασκαλίαις καὶ ἐντάλμασιν ἀνθρώπων. ἀλλ' ἐπέγνωσαν μὲν παρόντα μετὰ σαρκὸς τὸν ἠγαπημένον, τὸν νοητὸν Ἰωσήφ. ἔφη γὰρ ὁ μακάριος εὐαγγελιστὴς Ἰωάννης, ὅμως μέν τοι καὶ ἐκ τῶν ἀρχόντων πολλοὶ ἐπίστευσαν εἰς αὐτὸν, ἀλλὰ διὰ τοὺς Φαρισαίους οὐχ ὡμολόγουν. ἐπιγνόντες τοίνυν πεπαρῳνήκασιν εἰς αὐτόν. ἀπεκτόνασι γὰρ, καὶ ὥσπερ εἰς τινα λάκκον καθῆκαν οἱ δείλαιοι, τὸ βαθὺ καὶ σκοτεινὸν τοῦ θανάτου βάραθρον, τουτέστι

τὸν

τὸν ᾅδην. οὕτω γὰρ ἡμῖν αὐτὸν καὶ ὁ θεσπέσιος Δαβὶδ κατεσήμαινε λέγων ὡς πρὸς τὸν ἐν οὐρανοῖς πατέρα καὶ θεὸν, ὡς ἐκ προσώπου Χριστοῦ. » κύριε ἀνήγαγες ἐξ ᾅδου τὴν » ψυχήν μου, ἔσωσάς με ἀπὸ τῶν κατα- » βαινόντων εἰς λάκκον. ἄθρει δέ μοι τῶν ἱερῶν γραμμάτων τὴν ἰσχὺν, καὶ τὸ πολὺ λίαν ἀπεξεσμένον εἰς τὸ ἀκριβές. ὁ λάκκος, φησὶ, κενὸς, ὕδωρ οὐκ εἶχεν. ἵνα σαφῶς καὶ ἐναργῶς ὁ ᾅδης ἡμῖν διὰ τούτου κατασημαίνηται. ὃν τίνα τρόπον, ἐρῶ. ὕδωρ μὲν γὰρ σύμβολον ἂν εἴη ζωῆς ὡς ζωοποιόν. ὕδωρ δὲ οὐκ εἶναί, φησι, ἐν τῷ λάκκῳ. τῶν γὰρ ζωῆς ἐστερημένων νοοῖτ' ἂν εἰκότως ὁ ᾅδης οἶκός τι καὶ ἐνδιαίτημα. πλὴν ἀνεβιβάσθη τὸ παιδάριον. ἀνεβίω δὲ καὶ ὁ Χριστὸς ἐκ νεκρῶν. οὐ γὰρ γέγονε τῷ λάκκῳ κάτοχος. οὐδὲ μεμένηκεν ὁ Χριστὸς εἰς ᾅδου. κεκένωκε δὲ μᾶλλον αὐτόν. ἔφη γὰρ τοῖς ἐν δεσμοῖς ἐξέλθετε. ἐπειδὴ δὲ ἀνεβιβάσθη, καὶ οὐκ εἰς μακρὰν ὁ θεσπέσιος Ἰωσὴφ ἀπῆλθεν εἰς τὴν Αἰγυπτίων, ἐκπριαμένων αὐτὸν τῶν Ἰσμαηλιτῶν. ἦσαν δὲ ἀρωμάτων ἔμποροι. ἀνεβίω μὲν γὰρ καὶ ὁ Χριστὸς, καὶ ἀναβέβηκεν ἐκ τοῦ λάκκου. μεταπεφοίτηκε δὲ τὴν Ἰουδαίαν ἀφεὶς εἰς τὴν τῶν ἐθνῶν χώραν· περιφερόντων αὐτὸν τῶν νοητῶν Ἰσμαηλιτῶν, τουτέστι τῶν ἐν ὑπακοῇ θεοῦ. ἑρμηνεύεται γὰρ οὕτως ἡ λέξις. τίνες δ' ἂν εἶεν οἱ τοιοίδε; πάλιν οἱ μακάριοι μαθηταὶ τὸ οὖς ἀποθέντες τοῖς διὰ Χριστοῦ παιδεύμασι· καὶ ἀπαρχὴ γεγονότες τῶν εὐδοκιμούντων ἐν ὑπακοῇ καὶ πίστει, καὶ τοῖς ὑπὲρ νόμον αὐχήμασιν. οἱ γὰρ τοιοίδε νοοῖντ' ἂν εἰκότως καὶ ἀρωμάτων ἔμποροι, τὸ Χριστοῦ μυστήριον εὐωδιάζοντες, καὶ ἁπάσης ἀρετῆς ἰδέαν ἐν ἰδίαις ψυχαῖς ἀναματτόμενοι γλυκέως. οὗτοι τὸν Ἰησοῦν ἐξεπρίαντο τρόπον τινὰ, πάντα μὲν ἀφέντες τὰ ἐν νόμῳ λαμπρὰ, τὸν ἕνα δὲ καὶ πολύτιμον ἐμπορευσάμενοι μαργαρίτην, κατὰ τὴν αὐτοῦ τοῦ σωτῆρος παραβολήν. οὗτοι τοῖς ἔθνεσι διεκόμισαν τὸν Χριστὸν ἱερουργοῦντες τὸ εὐαγγέλιον, καὶ ἀνὰ πᾶσαν τὴν ὑφ' ἥλιον κηρύττοντες ὡς θεὸν καὶ κύριον, καὶ ὡς λίθον ἐκλεκτὸν, ἀποδοκιμασθέντα μὲν παρὰ τῶν ἐν νόμῳ καὶ νοητῶν οἰκοδόμων, ἐκλεκτὸν δὲ καὶ ἔντιμον παρὰ θεῷ, καὶ εἰς κεφαλὴν γωνίας κείμενον. πλὴν ὅτι κεκώλυκεν ὁ Ῥουβεὶμ φονῶντας τοὺς ἀδελφούς· δεδυσφόρηκε δὲ καὶ Ἰούδας. καὶ ἦν μὲν Ῥουβεὶμ πρωτότοκος· Ἰούδας γε μὴν ἐκ τῆς εἰς βασιλείαν κεκλημένης φυλῆς. οὐκοῦν ὅσοι τὴν τοῦ πρωτοτόκου συμμορφίαν πεπλουτήκασι, καὶ εἴπερ ἦσαν ἐξ Ἰουδαίων, καὶ ὅσοι κέκληνται πρὸς τὴν τῶν οὐρανῶν βασιλείαν, τὸ διὰ Χριστοῦ προσηκάμενοι κήρυγμα, δεδυσφορήκασιν οὐ μικρῶς ἐπὶ τοῖς κατ' αὐτοῦ τολμήμασιν. ἦσαν γὰρ, ἦσαν οὐκ εὐα-

infernum seu in fossam quandam coniecerunt. Ita enim diuinus Dauid ipsum nobis descripsit loquens ad Patrem & Deum cælestem quasi in persona CHRISTI: *Domine, eduxisti animam meam ex inferno: seruasti me à descendentibus in lacum,* seu *in fossam.* Hîc autem mihi animaduerte sacrarum Litterarũ vim atque præstãtiam. *Fossa*†, inquit, *erat vacua, nec habebat aquam,* vt sic nobis euidenter & apertè *infernus* designetur. Qua verò ratione dicam. Symbolũ enim vitæ est aqua, tanquam viuificans. *Non erat,* inquit, *aqua in fossa.* Siquidem infernus meritò eorum qui vita priuati sunt, & domus & mansio censeri debet. Verùm paruulus è fossa reductus est. Et CHRISTVS reuixit à mortuis: nõ enim potuit contineri à fossa. Nec CHRISTVS permansit in inferno, sed potiùs exhausit eum. *Ait* †*enim illis qui in vinculis erant, Egredimini.* Postquam verò diuinus Ioseph est eductus, haud longo tempore interiecto, in Ægyptum abijt, emptus ab Ismaëlitis. hi autẽ erant mercatores aromatũ. Nam & CHRISTVS reuixit, & ex fossa ascendit, transiuit verò relicta Iudæa in regionem Gentium, in qua Ismaëlitæ intelligibiles, hoc est, *dicto Dei audientes,* (ita enim dictio hæc exponitur) ipsum secum ducũt. At quinã sunt tales Ismaëlitæ? Rursus beati discipuli, qui præbuerunt aures institutis CHRISTI, & primitiæ facti sunt eorum, qui acquiescũt in obedientia & fide, gloriaque quæ legalẽ superat. Meritò enim tales censendi sunt aromatum mercatores, qui CHRISTI mysteriũ reddũt odoratum, totiusque virtutis ideam in suis animabus luculenter exprimunt. Hi emerunt quodammodo IESVM, relictisque omnibus, quæ in lege splendida sunt, compararunt sibi hanc vnã *pretiosam margaritam,* iuxta Saluatoris nostri parabolam. Hi inquã Gentibus obtulerunt CHRISTVM, administrantes Euangelium, & per vniuersum terrarum orbem prædicantes CHRISTVM, tanquam Deum & Dominum, & tanquam lapidem electum, reprobatum quidem à legis & mundanæ sapientiæ architectis: sed electum & pretiosum apud Deum, & *in caput anguli positum.* Cæterùm Ruben prohibuit fratres à cæde. Et Iudas quoque indignè tulit. Porro Ruben erat primogenitus, & Iudas ex tribu quæ vocata erat ad gubernacula regni. Ergo quotquot conformationem cum primogenito consecuti sunt, etsi fuerint ex Iudæis, & quotquot vocati sunt ad regnum cælorum per CHRISTI præconium, nõ mediocriter discruciati sunt propter temeraria aduersus CHRISTVM facinora. Erant enim, erãt inquam pænè innume-

Psal. 29. 4.

Gen 37. 24. *Fossa carens aqua, typus inferni*

† *Vulgata:* Miserunt eum in cisternam veterem, quæ non habebat aquam.

Isa. 49. 9. † *Vulgata:* Vt diceres his, qui vincti sunt, Exite: & qui in tenebris, Reuelamini.

Ismaëlitæ typus Apostolorum.

Matth. 13. 46.

Psal. 117. 22.

rabiles illo tempore & Hierosolymis & in reliqua Iudæa qui contristati sunt, & simul luxerunt cum CHRISTO, ignominia affecto. Deplorauit autem etiam pater Iosephum. *Nolebat enim*, ait, *vlla cõsolatione leniri*. Licebit itaque etiam hinc videre, quòd Deũ & Patrem in cælis haud mediocri dolore affecerint sanguinarij illi Iudæorũ in CHRISTVM impetus & contumeliæ. Offenderunt enim adeò vehementer, vt omnem cõsolationem renuerit, ac tantùm-non neminẽ admiserit, qui pro ipsis intercederet. Nam Prophetæ sæpenumerò orabant & obsecrabant pro Israële, vt saluus fieret, quamquã grauiora quàm verbis exprimi possint, aduersus Prophetas patrassent. Deus autem sępè indulsit eis pro sua benignitate: domestici enim erant qui periclitabantur. At vbi in CHRISTVM ipsum debacchati sunt, Pater factus est inexorabilis, atque iram implacabilem concepit. Non enim fuerunt contumeliosi in Prophetam quempiam, sed in vniuersorum Saluatorem, qui ipsorummet Prophetarum Dominus est, in CHRISTVM inquam, per quem, & cum quo, Deo ac Patri gloria cum sancto Spiritu in sæcula sæculorum. Amen.

Gen. 37. 35.

De Ieremia multum orante pro populo & sancta ciuitate, Onias summus sacerdos ait 2. Mach 15. 14.

ελθμηντοι κατ᾽ ἐκεῖνο καιροῦ, κατά τε τὴν Ἱερουσαλὴμ, καὶ τὴν ἑτέραν τῶν Ἰουδαίων χώραν οἱ λελυπημένοι καὶ συναλγήσαντες Χριστῷ ἠτιμασμένῳ. τεθρήνηκε δὲ ὁ πατὴρ τὸν Ἰωσήφ. οὐ γὰρ ἤθελε παρακληθῆναι, φησι. πάρεστι δὴ οὖν κἀντεῦθεν ἰδεῖν ὅτι λελύπηκεν οὐ μετρίως τὸν ἐν οὐρανοῖς πατέρα καὶ θεὸν ἡ εἰς Χριστὸν παροινία καὶ τὰ μιαιφόνα τῶν Ἰουδαίων ἐγχειρήματα. προσκεκρούκασι δὲ οὕτω δεινῶς, ὡς παραιτεῖσθαι παράκλησιν, μονονουχὶ δὲ καὶ ἀνέχεσθαι μηδενὸς εἴπερ ἔλοιτό τις τὰς ὑπὲρ αὐτῶν ποιεῖσθαι λιτάς. ἐλιπάρουν μὲν γὰρ οἱ προφῆται πολλάκις, καὶ σώζεσθαι παρεκάλουν τὸν Ἰσραήλ· καί τοι δεδρακότα τὰ ἐπέκεινα λόγου παντὸς κατὰ τῶν προφητῶν. κατανένευσε δὲ τὴν ἡμερότητα πολλάκις θεός. οἰκέται γὰρ ἦσαν οἱ κινδυνεύοντες. ἐπεὶ δὲ πεπαρῳνήκασιν εἰς αὐτὸν τὸν Χριστὸν, ἀπαράκλητος ὁ πατήρ· δυσμετάτρεπτος ὁ θυμός. ὕβρισται γὰρ οὐχ ἔτι τις προφήτης, ἀλλ᾽ ὁ τῶν ὅλων σωτὴρ, ὁ δεσπότης τῶν προφητῶν, τουτέστι Χριστὸς δι᾽ οὗ καὶ μεθ᾽ οὗ τῷ θεῷ καὶ πατρὶ ἡ δόξα σὺν ἁγίῳ πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

De Iuda & Thamar.

SCopus atque intentio Scripturæ diuinitus inspiratæ est, vt mysterium CHRISTI per infinitas ferè res nobis designet. Neque immeritò. Quis eam splendidæ ac magnificæ ciuitati comparauerit, quæ quidem non vnam sui Regis aut Imperatoris habet statuam, sed plurimas, & quidẽ in loco celebri locatas, vbi ab omnibus conspiciãtur. Vide enim, quo pacto nullas res gestas, quæ ad hoc conferunt, omittat: sed singulas & vniuersas prosequatur. Etsi verò nonnunquam textus historiæ videatur parum aptus, nihil tamen hoc impedit, quo minus idquod propositũ ipsi est, benè contexat atq; absoluat. Neque enim illius scopus est, vt vitam Sanctorum exponat, (longè enim abest) sed potiùs vt nos mysterij CHRISTI cognitione instruat per eiuscemodi res, quibus manifesta veraque de ipso oratio fieri potest; ex quo & reprehendi nequit, quasi à vero aberrasset. Describitur itaque quodammodo nobis rursum in Iuda & in Thamar incarnationis Saluatoris nostri mysteriũ. Nam *factum est* (ait textus) *in tẽpore illo, descendit Iudas à fratribus suis, & venit ad virum quendam Odollamitem, cui nomen erat Hiras. Et vidit ibi Iudas filiam hominis Chananai,* † *cui nomen Saba, & accepit eam, & ingressus est ad ipsam; cumq́; con-*

Gen 38.1. Iudas & Thamar typus mysterij Christi.

†Vulgata: vocabulo Sue.

Περὶ τοῦ Ἰούδα καὶ τῆς Θάμαρ.

Σκοπὸς τῇ θεοπνεύστῳ γραφῇ, τὸ Χριστοῦ μυστήριον διὰ μυρίων ὅσων ἡμῖν κατασημαίνεσθαι πραγμάτων. παρεικάσαι δ᾽ ἄν τις αὐτὴν λαμπρᾷ καὶ ἀξιαγάστῳ πόλει, καὶ οὐ μίαν ἐχούσῃ τὴν βασιλέως εἰκόνα πλείστας δὲ ὅσας, καὶ ἐν τόπῳ παντὶ ἀνατεθειμένας περιφανῶς. ἄθρει γὰρ ὅπως τῶν εἰς τοῦτο τελούντων διηγημάτων οὐδὲν μὲν παρίησιν, ἔρχεται δὲ διὰ πάντων. κἂν εἰ ἔχοι τι τὸ ἀκαλλὲς τῆς ἱστορίας ὁ λόγος, δι᾽ οὐδενὸς ποιεῖται τὰ τοιάδε τυχὸν, ἕς τ᾽ ἂν αὐτῇ τὸ προκείμενον ἐξυφαίνηται καλῶς. ποιεῖσθαι γὰρ κατάῤῥησιν τῆς τῶν ἁγίων ζωῆς οὐ σκοπὸς αὐτῇ. πολλοῦ γε καὶ δεῖ. διαμορφοῦν δὲ μᾶλλον ἡμῖν τοῦ μυστηρίου τὴν γνῶσιν, δι᾽ ὧν ἂν γένοιτο σαφής τε καὶ ἀληθὴς ὁ ἐπ᾽ αὐτῷ λόγος· καὶ οὐδαμόθεν ἔχων τὸ ἐπιτιμᾶσθαι δεῖν, ὡς τῆς ἀληθείας ἡμαρτηκώς. γράφεται τοίνυν ἡμῖν ὡς ἐν τῷ Ἰούδα πάλιν, καὶ μέν τοι καὶ τῇ Θάμαρ τῆς τοῦ σωτῆρος οἰκονομίας τὸ μυστήριον. ἐγένετο γάρ, φησι, ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ, κατέβη Ἰούδας ἀπὸ τῶν ἀδελφῶν αὐτοῦ. καὶ ἀφίκετο πρὸς ἄνδρα τινὰ Ὀδολαμίτην, ᾧ ὄνομα Ἱράς. καὶ εἶδεν ἐκεῖ Ἰούδας θυγατέρα ἀνθρώπου Χαναναίου, ᾗ ὄνομα Σαβά. καὶ ἔλαβεν αὐτὴν, καὶ εἰσῆλθε πρὸς αὐτὴν, καὶ συλλαβοῦσα

" νην. καὶ εἶπεν Ἰακὼβ τῷ Ἰωσήφ· ὁ θεός μου ὤφ-
" θη μοι ἐν Λουζᾶ ἐν γῇ Χαναάν, καὶ εὐλόγησέ με,
" καὶ εἶπέ μοι· ἰδοὺ ἐγὼ αὐξάνω σε καὶ πληθυνῶ σε, καὶ
" ποιήσω σε εἰς συναγωγὰς ἐθνῶν, καὶ δώσω σοι τὴν
" γῆν ταύτην, καὶ τῷ σπέρματί σου μετὰ σὲ εἰς κα-
" τάσχεσιν αἰώνιον. νῦν οὖν οἱ δύο σου υἱοί, οἱ γενόμε-
" νοί σοι ἐν γῇ Αἰγύπτῳ, πρὸ τοῦ με ἐλθεῖν πρὸς σὲ
" εἰς Αἴγυπτον ἐμοί εἰσιν Ἐφραΐμ καὶ Μανασσῆς,
" ὡς Ῥουβείμ καὶ Συμεὼν ἔσονταί μοι. τὰ δὲ ἔκγονα ἃ
" ἐὰν γεννήσῃς μετὰ ταῦτα, σοὶ ἔσονται ἐπὶ τῷ ὀνόματι
" τῶν ἀδελφῶν αὐτῶν κληθήσονται ἐν τοῖς ἐκείνων
" κλήροις. ἐγὼ δὲ ἡνίκα ἠρχόμην ἐκ τῆς Μεσοποτα-
" μίας τῆς Συρίας, ἀπέθανε Ῥαχὴλ ἡ μήτηρ σου ἐν
" γῇ Χαναάν, ἐγγιζόντός μου κατὰ τὸν ἱππόδρομον
" Χαβραθὰ τῆς γῆς τοῦ ἐλθεῖν εἰς γῆν Ἐφραθὰ καὶ
" κατώρυξα αὐτὴν ἐν τῇ ὁδῷ τοῦ ἱπποδρόμου. αὕτη
" ἐστὶ Βηθλεέμ. ἐπὶ θρασθαι μὲν γὰρ ὁ μακάριος
Ἰακὼβ ἐν γήρει καλῷ, κατὰ τὸ γεγραμμένον.
ἐπειδὴ δὲ τῶν καθ' ἡμᾶς ἐπεδήμει πραγμάτων, εὐ-
λογεῖν ἐσκέπτετο τοὺς ἐξ Ἰωσήφ· οἱ ἐπείπερ ἦ-
σαν ἐκ μητρὸς ἀλλοφύλου τῆς Ἀσενὲθ θυγατρὸς
ἱερέως τοῦ Πετεφρῆ· ἵνα μή τις αὐτοὺς καταμυ-
σάττοιτο τῶν ἐξ Ἰσραήλ, ἐκφυλόν τι καὶ ὀθνεῖον ἡ-
γοῖτο τὸ γένος σοφῶς τε καὶ οἰκονομικῶς ὁ θεσπέ-
σιος Ἰακὼβ αὐτόν τε τὸν Ἰωσὴφ καὶ ἑτέρους υἱοὺς εἰς-
πειρᾶται διδάσκειν, ὅτι ταῖς θείαις ἑπόμενος
ψήφοις πάντας οἰκειοῦται τοὺς ἐξ αὐτῶν γεγο-
" νότας. ὤφθη γάρ μοι, φησί, ὁ θεὸς ἐν γῇ Χα-
" ναάν, καὶ ὅτι πλείστων μὲν ὅσων ἔσομαι λαῶν
πατήρ, κατευρυνθήσομαι δὲ καὶ εἰς ἔθνη καὶ
συναγωγὰς ἐθνῶν ἀναφανδὸν ἐπηγγέλλετο.
ἐν τούτῳ δὴ οὖν, καὶ θεὸν ἀναπείθει τιμᾶν
ταῖς εἰς ἀλήθειαν δόξαις. καὶ οἰκείους ἡγεῖσθαι
διδάσκει τοὺς ἀγχιστεύοντας, μᾶλλον δὲ τοὺς ἐξ
αὐτῶν ἀναφύντας, κἂν εἰ γεγόνασι τυχὸν ἐκ
μητρὸς ἀλλοφύλου. βραχὺ δὲ τῆς ἱστορίας τὸ
πάχος ἐκβαίνοντες, ἐκεῖνό φαμεν. οὕτω καὶ
ἡμεῖς οἱ ἐν πίστει δεδικαιωμένοι γεγόνα-
μεν ἐν Χριστῷ θεοῦ μὲν υἱοί, τῶν δὲ ἁγίων οἰ-
κεῖοι, μεσιτεύοντος αὐτοῦ, καὶ δι' ἑαυτοῦ συν-
δέοντος αὐτῷ τε καὶ τῷ πατρὶ καὶ τοῖς τῶν ἁγί-
ων χοροῖς. καθάπερ ἀμέλει καὶ Ἰωσὴφ οἱονεὶ
μεταξὺ κείμενος υἱοὺς μὲν ἐποίει τοῦ ἰδίου πα-
τρὸς τὸν Ἐφραΐμ καὶ Μανασσῆ, ἐγγράφε-
σθαι δὲ καὶ αὐτοὺς τῷ καταλόγῳ τῶν πατριαρ-
" χῶν. νῦν γάρ, φησί, οἱ δύο σου υἱοὶ οἱ γενόμενοί
" σοι ἐν Αἰγύπτῳ, ἐμοί εἰσιν Ἐφραΐμ καὶ Μα-
" νασσῆς, ὡς Ῥουβείμ καὶ Συμεὼν ἔσονταί
" μοι. τουτέστιν ἐν πρωτοτόκοις ἔσονται, συν-
τάξονται δὲ καὶ τοῖς ἐν ὑπακοῇ. ἦν μὲν
γὰρ πρωτότοκος Ῥουβείμ. ὑπακοὴ δὲ πάλιν

litteras contempleris. Ita enim habent: *Factum est autem post hæc verba, & nuntiatum est Iosepho, quòd pater eius grauiter ægrotaret. Et acceptis duobus filijs suis Manasse & Ephraim, venit ad Iacobum. Annuntiauerunt autem Iacobo dicentes: Ecce filius tuus Ioseph venit ad te; & confortatus Israël erigebat se in lecto, & dixit ad Iosephum. Deus meus apparuit mihi in Luza in Chanaan, benedixitq́ mihi, & dixit ad me; Ecce ego augebo te, & multiplicabo te, & faciam te in congregationes gentium, & dabo tibi terram hanc, & semini tuo post te in possessionem æternam. Nunc igitur illi duo filij, qui nati sunt tibi in Aegypto, antequam ego ad te huc venerim in Aegyptum, mei sunt, Ephraim & Manasse, sicut Ruben & Simeon mei erunt. Qui autem pòst nascentur tibi, tui erunt, quandoquidem & hi nomine fratrum suorum vocabuntur in illorum hæreditatibus. Quando autem ego discedebam ex Mesopotamia Syriæ, mortua est Rachel mater tua in terra Chanaan, me appropinquante ad hippodromum Chabratha terræ, per quam itur in terram Ephratha, atque sepeliui eam in via hippodromi. Ipsa autem est Bethleem.* Peruenit quidem Iacob *ad senectutem bonam*, vt scriptum est: sed quoniam iam ex humanis rebus migrabat, benedicere cogitabat filijs Ioseph; qui cùm essent ex matre alienigena, Aseneth filia sacerdotis Putipharæ, ne quis fortè Israëlitarum eos abominaretur, putaretque ipsos extraneum ac diuersum genus esse; ideo prudenter bonoque consilio diuinus Iacob Iosephum aliosque fratres conatur docere, quòd diuinis oraculis monitus, omnes qui ex ipsis nati sunt, sibi mancipet, & loco filiorum habeat. Ait enim: *Apparuit mihi Deus in terra Chanaan*, expresseq́; mihi promisit me fore patrē quamplurimorū populorū, meq́; dilatandū in gentes & gentium congregationes Per hoc igitur eis persuadet, vt Deū sincera mente honorent. Docet insuper vt propinquos pro fratribus suis reputent, multo magis illos, qui ex ipsis orti sunt, tametsi fortè ex matre alienigena sint procreati. Breuiter itaque historiæ textu explicato, illud dicimus, quòd & nos fide iustificati, facti sumus in CHRISTO filij quidem Dei, & domestici sanctorum, mediante ipso, & per seipsum nos copulante sibi & Patri, choroque Sanctorum: quemadmodum ferè etiam Ioseph interpositus, patris sui filios effecit Ephraim & Manassen, & Patriarcharū catalogo adscribi. *Nunc enim*, ait, *duo filij tui qui nati sunt tibi in Aegypto, mei sunt, Ephraim & Manasse: sicut Ruben & Simeon erunt mei*, hoc est in primogenitis ponentur, atque adiungentur illis, qui ex obedientia sunt. Nam Ruben erat primogenitus: & Simeon expo-

Gen. 48. 1.

Gen. 48. 10.

Gen. 28. & 48.

Ephraim & Manasses cum essent filij Ioseph, dicuntur filij Israëlis.

Ruben & Simeon, quid.

Matt. 19. 30. exponitur *obedientia*. Facti sumus autem & nos *vltimi* per fidem *primi*, & populus Gentium hereditauit gloriam primogeniti. Ceterùm hoc honore affecti sunt propter obedientiam & fidem. Ita enim CHRISTVS ipse *Psal. 17. 45.* testatus est de eis, dicens: *Populus quẽ non cognoui, seruiuit mihi, in auditu auris obediuit mihi.* Etsi enim ex matre quasi alienigena nati sumus, eò quòd Ecclesia ex Gentibus vocata sit, sufficiet tamen nobis Emmanuel mediator, qui nos per seipsum agglutinet Deo ac Patri, sortiq; sanctorũ adscribat, & transferat in gloriam ipsis conuenientem, ac *san-* *1. Pet. 2. 9.* *ctum genus* nos declaret. Sed vide quo pacto ex mera erga beatũ Iosephum dilectione, filios ipsius cooptet in suos? Dilecti enim sumus etiã nos in CHRISTO, & postquam per ipsum generatione spirituali sumus renati, accepti sumus Patri, sicut iam dixi, sanctisq;, qui nos præcesserunt, accensi. Iã verò si filij Dei ac Patris sumus vocati, superest vt & sub manu ac potestate eius simus, qui nos adduxit, ipsiq; vniuit, id est CHRISTO. Vide enim quo pacto beatus Iacob cũ proprijs suis filijs adscripsisset Ephraim & Manasse: *Sed qui tibi* *Gen. 48.* *pòst nascẽtur filij*, inquit, *tui erunt*. Intelligis igitur nunc, quòd etsi filij Dei ac Patris vocemur, nihilominus etiã CHRISTI erimus. Atq; hoc, vt arbitror, est quod ait alibi ad Patrẽ: *Ioan. 17.* *Quos dedisti mihi ex mundo, tui erant, & mihi ipsos dedisti, & glorificatus sum in eis.* Porro Rachel sepulta est in Bethleem, ait Iacob. Meminimus autem non semel, Rachelem *Rachel typus Ecclesiæ Gentium & futuræ vitæ.* typum atque imaginem Ecclesiæ Gentium præ se ferre. At verò nequaquam à veritate aberrauerit, qui eam ad alteram vitam, nempe meliorem atque præstantiorem, quàm est hæc mundana, transferre voluerit. Nam Ecclesia quidem mundo mortua *Ecclesia mortua mundo.* est, quippe quæ nihil carnale ampliùs sapiat; Deo autem spiritualiter in CHRISTO viuificata per Euangelicam conuersationem. Tametsi enim versatur in mundo, ob vitam in carne, tamen absconditur quodammodo, splendorem mundi non habens, ac tantùm non consepulta est CHRISTO. Atque *Ecclesia cõsepulta CHRISTO.* hoc ipsum est, vt arbitror, quod sapientissimus Paulus nobis ait: *Mortui enim estis, & vita vestra abscondita est in* CHRISTO *in Deo.* *Coloss. 3. 3.* Intellige nunc, quòd cùm Rachel sit sepulta in Bethleem, neque ampliùs videatur, *Rachel sepulta in Bethleem quid significet.* quòd ipse tantùm non Emmanuel vnà occultatus sit. Nondũ enim natus erat è sancta Virgine. Laudemus itaque talem Ecclesiæ mortem, quæ ad principia nos reducit sanctæ vitæ, & eius quæ est in CHRISTO IESV. Illud verò necessario adijciendum censeo. Pater cùm filios Iosephi cooptasset,

ὁ Συμεὼν ἑρμηνεύεται. γεγόναμεν δὲ διὰ πίστεως οἱ ἔσχατοι πρῶτοι, καὶ τὴν τοῦ πρωτοτόκου δόξαν ὁ ἐξ ἐθνῶν ἐκληρώσατο λαός. τετίμηνται δὲ δι' ὑπακοὴν καὶ εὐπείθειαν. αὐτὸς γὰρ αὐτοῖς μεμαρτύρηκεν ὁ Χριστὸς οὕτω λέγων. λαὸς ὃν οὐκ ἔγνων ἐδούλευσέ μοι, „ εἰς ἀκοὴν ὠτίου ὑπήκουσέ μου. εἰ γὰρ καὶ γε- „ γόναμεν ἐκ μητρὸς ὥσπερ ἐπροσηλύτους διὰ τὸ ἐξ ἐθνῶν κεκλῆσθαι τὴν ἐκκλησίαν, ἀλλ' ἐξαρκέσει μεσολαβῶν ὁ Ἐμμανουὴλ, καὶ εἰς τὸ συνάψαι δι' ἑαυτοῦ τῷ θεῷ καὶ πατρὶ, καὶ τοῖς τῶν ἁγίων ἐγγράψαι κλήροις, καὶ εἰς τὴν ἐκείνοις πρέπουσαν δόξαν ἀνενεγκεῖν, καὶ ἱερὸν ἡμᾶς ἀποφῆναι γένος. ἄθρει δὲ ὅπως ἐξ ἀγάπης τῆς περὶ τὸν μακάριον Ἰωσὴφ εἰς ἰδίους υἱοὺς καταλέγει τοὺς ἐξ αὐτοῦ. ἠγαπήμεθα γὰρ καὶ ἡμεῖς ἐν Χριστῷ, καὶ ἐπείπερ δι' αὐτοῦ ἐν πνεύματι γέννησιν γεγεννήμεθα τὴν πνευματικὴν, ἀξιόληπτοι γεγόναμεν τῷ πατρὶ, καθάπερ ἔφην ἀρτίως· καὶ τοῖς πρὸ ἡμῶν ἁγίοις συντετάγμεθα. πλὴν εἰ καὶ υἱοὶ κεκλήμεθα τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς, ὑπὸ χεῖρα πάλιν ἐσόμεθα τοῦ προσάγοντος ἡμᾶς καὶ συνενοῦντος αὐτῷ, τουτέστι Χριστῷ. θέα γὰρ ὅπως ὁ μακάριος Ἰακὼβ μετὰ τὸ τοῖς ἰδίοις ἐγγράψαι τέκνοις τόν τε Ἐφραῒμ καὶ Μανασσῆ, τὰ δὲ ἔκγονα, φησὶ, ἃ ἐὰν γεννήσῃς σοι, σοὶ ἔσονται. συνίης οὖν ὅτι κἂν υἱοὶ τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς χρηματίζωμεν, οὐδὲν ἧττον ἐσόμεθα τοῦ Χριστοῦ. καὶ τοῦτο οἶμαί ἐστιν ὅπερ ἔφη πρὸς τὸν πατέρα· οὓς δέδωκάς μοι ἐκ τοῦ κό- „ σμου, σοὶ ἦσαν, καὶ ἐμοὶ αὐτοὺς δέδωκας· καὶ „ δεδόξασμαι ἐν αὐτοῖς. κατορωρύχθαι γε „ μὴν τὴν Ῥαχὴλ ἐν Βηθλεὲμ ἔφασκεν Ἰα- „ κώβ. μεμνήμεθα δὲ πολλάκις εἰς εἰκόνα καὶ τύπον τῆς ἐξ ἐθνῶν ἐκκλησίας τὴν Ῥαχὴλ ὀνομάσαντες. γένοιτο δ' ἂν οἶμαί τις οὐ ψευδοεπὴς εἰ βούλοιτο λέγειν ὅτι πρὸς ἑτέραν τινὰ ζωὴν, τὴν ἀμείνω δηλονότι καὶ τῆς ἐγκοσμίου προφερεστέραν μεταπεφοίτηκεν ἡ ἐκκλησία· κόσμῳ μὲν ἀποθανοῦσα διὰ τὸ μὴ ἀνέχεσθαι φρονεῖν τὰ αὐτοῦ. θεῷ δὲ ζῶσα πνευματικῶς ἐν Χριστῷ διὰ πολιτείας εὐαγγελικῆς. εἰ γὰρ καὶ ἔστιν ἐν κόσμῳ διὰ τὴν ἐν σαρκὶ ζωὴν, ἀλλ' οἱονεὶ κρύπτεται τὸ ἐν κόσμῳ λαμπρὸν οὐκ ἔχουσα. μονονουχὶ δὲ καὶ συνετάφη Χριστῷ, καὶ τοῦτο οἶμαί ἐστιν ὅπερ ἔφη Παῦλος ἡμῖν ὁ σοφώτατος· ἀπεθάνετε γὰρ, καὶ ἡ ζωὴ ὑμῶν κέ- „ κρυπται σὺν τῷ Χριστῷ ἐν τῷ θεῷ. συνίες „ γὰρ ὅτι τεθαμμένης τῆς Ῥαχὴλ ἐν Βηθλεὲμ, καὶ οὐχ ὁρωμένης ἔτι, μονονουχὶ συνεκρύπτετο καὶ αὐτὸς ὁ Ἐμμανουήλ. γεγέννητο γὰρ οὔπω διὰ τῆς ἁγίας παρθένου. ἐπαινέσωμεν δὴ οὖν τὸν τοιοῦτον τῆς ἐκκλησίας θάνατον εἰς ἀρχὰς † ἀναφέροντα ζωῆς τῆς ἁγίας τε καὶ ἐν Χριστῷ. κἀκεῖνο δ' οἶμαι προσθεῖναι ἀναγκαῖον. εἰσδεξάμενος εἰς τέκνα τοὺς ἐξ Ἰωσὴφ ὁ πατὴρ τεθεικώ-

† ἴσως, αὐτὰς ἀναφερόμενον, ἢ ἀναφέροντες

τεθνεώσης αὐτῶν τῆς μητρός, ἐντέλλεται καὶ περὶ αὐτῆς. τοιγάρτοι τὸ ἐν ᾧ τέθαπται κατασημῆναι χῶρον εἴη ἂν ἕτερον οὐδὲν ἀναπείθοντος ἢ ὅτι προσήκει τὴν δέουσαν ἐπ' αὐτῇ ποιεῖσθαι φροντίδα. ἐνετέλλετο δὲ καὶ ὁ θεὸς καὶ πατὴρ τῷ υἱῷ περὶ τῆς ἐκκλησίας, καὶ φροντίδος αὐτὴν ἀξιοῦν ἀναπείθει, νενικημένου θανάτῳ διὰ τὴν ἀρχαίαν ἀράν. τοιγάρτοι καὶ ἀνακέκραγεν ὁ θεῖος ἡμῖν Δαβὶδ πρὸς τὸν ἐν οὐρανοῖς πατέρα καὶ θεόν· ἔντειλαι ὁ θεὸς τῇ δυνάμει σου. δυνάμωσον ὁ θεὸς τοῦτο ὃ κατειργάσω ἐν ἡμῖν. μονονουχὶ γὰρ καὶ παραδεικνὺς τὸ τῷ θανάτῳ κάτοχον σῶμα, διὰ τῆς δυνάμεως τοῦ θεοῦ καὶ πατρός, τουτέστι τοῦ υἱοῦ ἀπαλλάττεσθαι μὲν ἐλιπάρει τῆς φθορᾶς, ἀναφοιτῆσαι δὲ αὖθις εἰς τὸ ἐν ἀρχαῖς, τουτέστιν εἰς τὴν ἐν Χριστῷ μακαρίαν καὶ ἀκήρατον ζωήν. ὅτι δὲ πρωτότοκος ὤν, καὶ τοῖς εἰς τοῦτο πρεσβείοις τετιμημένος ὁ Ἰσραήλ, ἀπώλισθε μὲν τῆς ἐνούσης δόξης αὐτῷ, μεταπεφοίτηκε δὲ τῆς οὕτω λαμπρᾶς εὐκλείας ἡ χάρις ἐπὶ τὸν νέον τε καὶ ἐξ ἐθνῶν ἥκοντα λαόν, καὶ διὰ τῶν ἐφεξῆς οὐδὲν ἧττον εἰσόμεθα. ἰδὼν γάρ, φησι, Ἰσραὴλ τοὺς υἱοὺς Ἰωσὴφ εἶπε, τίνες σοι οὗτοι; εἶπε δὲ Ἰωσὴφ τῷ πατρὶ αὐτοῦ, υἱοί μου εἰσὶν οὓς ἔδωκέ μοι ὁ θεὸς ἐνταῦθα. εἶπε δὲ Ἰακώβ· προσάγαγέ μοι αὐτοὺς ἵνα εὐλογήσω αὐτούς. οἱ δὲ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ ἐβαρυώπησαν ἀπὸ τοῦ γήρως, καὶ οὐκ ἠδύναντο βλέπειν. καὶ ἤγγισεν αὐτοὺς πρὸς αὐτόν, καὶ ἐφίλησεν αὐτούς, καὶ περιέλαβεν αὐτούς, καὶ εἶπεν Ἰσραὴλ πρὸς τὸν Ἰωσήφ· ἰδοὺ τοῦ προσώπου σου οὐκ ἐστερήθην, καὶ ἰδοὺ ἔδειξέ μοι ὁ θεὸς καὶ τὸ σπέρμα σου. καὶ ἐξήγαγεν αὐτοὺς Ἰωσὴφ ἀπὸ τῶν γονάτων αὐτοῦ, καὶ προσεκύνησαν αὐτῷ ἐπὶ πρόσωπον ἐπὶ τῆς γῆς. λαβὼν δὲ Ἰωσὴφ τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ, τόν τε Ἐφραὶμ ἐν τῇ δεξιᾷ, ἐξ ἀριστερῶν δὲ Ἰσραήλ· τὸν Μανασσῆ δὲ ἐν τῇ ἀριστερᾷ, ἐκ δεξιῶν δὲ Ἰσραήλ· ἤγγισεν αὐτοὺς αὐτῷ. ἐκτείνας δὲ Ἰσραὴλ τὴν χεῖρα τὴν δεξιάν, ἐπέβαλεν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν Ἐφραίμ. οὗτος δὲ ἦν ὁ νεώτερος. καὶ τὴν ἀριστερὰν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν Μανασσῆ, ἐναλλάξας τὰς χεῖρας. καὶ εὐλόγησεν αὐτούς, καὶ εἶπεν· ὁ θεὸς ᾧ εὐηρέστησαν οἱ πατέρες μου ἐνώπιον αὐτοῦ, Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαάκ· ὁ θεὸς ὁ τρέφων με ἐκ νεότητός μου ἕως τῆς ἡμέρας ταύτης· ὁ ἄγγελος ὁ ῥυόμενός με ἐκ πάντων τῶν κακῶν, εὐλογήσαι τὰ παιδία ταῦτα. παρειστήκει μὲν γὰρ τὰ μειράκια. διεπυνθάνετο δὲ ὁ πρεσβύτης, τίνος εἶεν; ἆρα καὶ πρός γε δὴ ταῦτά φησιν ὁ Ἰωσήφ, οἱ δύο υἱοί μου. εἶτα προσενηνεγμένους καὶ γεγονότας ἐγγύς, φιλημά[illegible] αὐτοὺς καὶ περιπλοκῶν ἠξίου: συνιεὶς οὖν ὅπως οἱονεί πως οὐ γινωσκόμενοι τῷ θεῷ καὶ πατρί, γνώριμοί τε γεγόναμεν, καὶ ἐγγὺς ἐν Χριστῷ. προσίεται δὲ καὶ λίαν ἀσμένως, ἐπιμαρτυροῦντος ἡμῖν τὴν πρὸς ἑαυτὸν οἰκειότητα τοῦ υἱοῦ, ἀγάπης τε οὕτως ἡμᾶς ἀξιοῖ, καλεῖ πρὸς ἕνωσιν, δῆλον δὲ ὅτι τὴν νοητὴν καὶ ἐν πνεύματι. τύπος δ' ἂν γένοιτο καὶ μάλα σαφής, φίλημα μὲν ἀγάπης, ἑνώσεως δὲ περίληψις ἤτοι περιπλοκή. τοι-

mortua ipſorum matre, mandat etiam de ea. Locum enim quo ſepulta fuit ſignificare, nihil aliud eſſe arbitror, quàm ſuadere, vt ipſius, quæ decet, cura geratur. Mandauit autem etiam Deus ac Pater Filio de Eccleſia, perſuadetque vt ipſius curam ſuſcipiat, deuictæ morte ob antiquam maledictionẽ. Vnde & diuinus Dauid ad Deum ac Patrẽ cæleſtem clamat: *Manda Deus potentia tua: confirma Deus hoc, quod operatus es in nobis.* Tantùm nõ enim corpus morti obnoxium oſtendens, orabat vt per potentiam Dei ac Patris, hoc eſt, per Filium liberaretur à corruptione, atque iterum ad priſtinum ſtatum inſtauraretur, hoc eſt, ad beatam ac ſinceram in CHRISTO vitam. Ceterùm quòd Iſraël primogenitus ſit, & ob hoc primogenituræ honore affectus, item quòd exciderit ab ea qua præditus erat gloria, quodque gratia huius tam eximiæ gloriæ tranſlata ſit in nouum populum collectum ex Gentibus, per ea quæ deinceps in hiſtoria ſequuntur manifeſtè etiam nobis conſtabit. Ait enim: *Iſraël conſpectis filijs Ioſephi, dixit: Qui ſunt hi? Reſpondit Ioſeph patri ſuo: Filij mei ſunt, quos dedit mihi Deus hîc. Dixit autem Iacob: Adduc mihi ipſos, vt eis benedicam. Oculi enim eius caligabant præ ſenectute, nec poterat videre eos. Et adduxit illos ad ipſum, & oſculatus eſt eos, atque amplexatus: dixitq́; Iſraël ad Ioſeph: Ecce tuo aſpectu non ſum priuatus, & ecce oſtendit mihi Deus etiam ſemen tuũ. Et deduxit eos Ioſeph à genibus ipſius, & adorauerunt eũ humi proſtrati in faciem. Ioſeph autẽ cùm accepiſſet filios ſuos, Ephraim in dexteram quidem ſibi, ſed Iſraëli ex ſiniſtris: & Manaſſen è diuerſo ſibi ad ſiniſtram, Iſraëli à dextris, adduxit eos illi. Cæterùm Iſraël extentam manum dextram immiſit in caput Ephraim (is enim erat natu minor) & ſiniſtram in caput Manaſſe, permutatis manibus. Et benedixit eis dicens: Deus, cui placuerunt patres mei in conſpectu ſuo, Abraham, & Iſaac; Deus qui me aluit ex iuuentute mea vſque in hunc diem; Angelus qui liberauit me ex omnibus malis, benedicat pueris iſtis.* Aſtabant enim adoleſcentes; & ſenex percunctabatur, cuiuſnam eſſent. Ad hoc verò reſpondet Ioſeph: *Hi ſunt duo filij mei.* Deinde propiùs admotos amplexus oſculabatur. Intelligis nunc, quo pacto nos quaſi ignoti Deo ac Patri innotuerimus, atque propinqui in CHRISTO facti ſimus. Admittit autem libenter admodum, teſtificãte pro nobis Filio, noſtrã cum ipſo familiaritatem, atque ita amore dignos cenſet, & ad vnitatem vocat, ſpiritalem nimirum. Porro oſculum manifeſtus eſt amicitiæ typus, ſicut & amplexus vnitatis. Id-

Deus mandauit Filio de Eccleſia.

Pſal. 67. 29.

Gen. 48. 8.

Iſraël filijs ignotis benedicens, quid ſignificet.

Ignoti Deo noti ſimus per CHRISTVM

Oſculum typus amicitia: amplexus typus vnitatis

circo & sapientissimus Paulus scribit, dicens ijs qui in CHRISTVM crediderunt. interdum quidem sic: *Qui olim longè, iam propè facti estis,* CHRISTO videlicet nos adducente. Interdum autem sic: *Nunc cùm Deum cognoueritis, imò cogniti à Deo.* Aspectu enim dignatur, & solos illos Deus & Pater cognoscit, qui spiritalem cum Filio amicitiam ineunt, quique regenerationem spiritalem ab ipso, & per ipsum sunt consecuti: quemadmodum & in Ægypto illos solos, qui sanguine agni tincti erant, inter notos ponebat, dicens: *Videbo sanguinem* † *& protegam vos, nec erit in vobis* † *plaga, vt vos absumam, quando percussero Aegyptum.* Exhilaratus autem est supra modum Iacob aspectu Iosephi. Ait enim: *Ecce, nō priuatus sum tuo aspectu. Deus ostendit mihi & semen tuum.* Quantum enim attinet ad Iudæos, Pater orbatus est Filio. Arbitrati enim sunt, quòd à portis inferorum retineri posset, quodque, vt alij morte oppressi, iaceret mortuus. Cæterùm non siuit eum, qui vitæ auctor est, mortis vinculis contineri. Reuixit itaque, & Pater eum rursus conspexit, atque adeò progeniem ex ipso & in ipso, nimirum credentes, qui sunt *gens sancta, regale sacerdotium, populus in acquisitionem.* De quibus & ipse CHRISTVS lætatur dicens: *Ecce ego & pueri mei, quos dedit mihi Deus.* Ioseph autem adduxit eos ad patrem, & illi adorauerunt eum. Deinde Manasse, qui erat primogenitus, collocato ad dexteram, & Ephraim natu minore ad sinistram, Iacob permutatis ipsis manus imponit. Honorauit enim Ephraim impositione manus dexteræ: Manasse autem quasi secundis & posterioribus dignatus, sinistram ei manum imponit. Atque ita Ephraim fit benedictionis princeps. Suscepti enim sumus in cultores primi, & post illos populi, adducētibus nos nō Moyse, non Prophetis (ad salutem enim conferendam non satis apta fuit lex) sed ipso Dei Filio: *per ipsum* enim, vt dixi, *accessum habuimus.* Atque erat quidem eius scopus atque propositum, vt gregi Gentium præferret Israëlem (ad dexteram enim patris collocauerat Ioseph Manassen) cæterùm ob insignem eorum in ipsum impietatem, Pater illos, qui tempore erant posteriores, hoc est Gentes, antepoſuit: atque sic *vltimi facti sunt primi, & primi vltimi.* Porro Iacob benedixit adolescentulis, Deum appellans, qui enutriat; & angelum, qui liberet, Deo ac Patri in vniuersum coniungens Filium, qui & per vocem Prophetarum *magni consilij angelus* appellatur. Omnis igitur gratia, omnisque erga nos benedictionis & auxilij mo-

Ephes. 2. 13.
Gal. 4. 9.
Exod. 12. 13.
† Vulgata: & transibo vos
† plaga disperdens.
Gen. 48. 11.
Fideles genus CHRISTI, gens sancta.
1 Pet. 2. 9.
Gen. 48. 9.
Accessus ad patrem non per Moysem aut Prophetas, sed per Filium.
Rom. 5. 2.
Primi nouissimi, & nouissimi primi
Matt. 19. 30
Deus pascens, & angelus liberans à Iacobo cur vocatus.
Isa. 9. 6.
CHRISTVS angelus magni consilij.

γάρ τοι καὶ ὁ σοφώτατος Παῦλος ἐπιστέλλει λέγων τοῖς εἰς Χριστὸν πιστεύσασιν ὁτὲ μὲν ὅτι· νυνὶ δὲ οἱ ποτὲ ὄντες μακρὰν ἐγενήθητε ἐγγὺς, προσκομίζοντος δηλονότι τοῦ Χριστοῦ. ὁτὲ δὲ αὖ, νυνὶ δὲ γνόντες θεὸν, μᾶλλον δὲ γνωσθέντες ὑπὸ θεοῦ. ἐποπτείας γὰρ ἀξιοῖ, καὶ ἐπιγινώσκει μόνους ὁ θεὸς καὶ πατὴρ τοὺς πνευματικὴν ἔχοντας οἰκειότητα πρὸς τὸν υἱὸν, καὶ τὴν διὰ πνεύματος ἀναγέννησιν ὑπ' αὐτῷ τε καὶ δι' αὐτοῦ πλουτήσαντας. καθάπερ ἀμέλει καὶ ἐν Αἰγύπτῳ τοὺς τῷ αἵματι τοῦ ἀμνοῦ κατακεχρισμένους, γνωρίμους ἐποιεῖτο λέγων, καὶ ὄψομαι τὸ αἷμα, καὶ σκεπάσω ὑμᾶς, καὶ οὐκ ἔσται ἐν ὑμῖν πληγὴ τοῦ ἐκτριβῆναι, ὅταν παίω ἐν γῇ Αἰγύπτῳ. εὔθυμος δὲ λίαν γεγονὼς ὁ Ἰακὼβ πρὸς τὸν υἱὸν ἔφη, τουτέστι τὸν Ἰωσήφ. ἰδοὺ τοῦ προσώπου σου οὐκ ἐστερήθην. καὶ ἰδοὺ ἔδειξέ μοι ὁ θεὸς καὶ τὸ σπέρμα σου. ὅσον μὲν γὰρ ἧκεν εἰς Ἰουδαίους, ὁ πατὴρ ἐστέρηται τοῦ υἱοῦ. οἰηθέντες γὰρ ὅτι κάτοχος ἔσται ταῖς τοῦ ᾅδου πύλαις, καὶ τοῖς ἄλλοις ὁμοῦ κείσεται νεκρὸς, θανάτῳ περιβεβλήκασιν. ἀλλ' οὐκ ἐνεδέχετο θανάτῳ περιβεβλῆσθαι τὸν τῆς ζωῆς ἀρχηγόν. οὐκοῦν ἀνεβίω, καὶ πάλιν αὐτὸν ὁ πατὴρ τεθέαται, καὶ τὸ ἐξ αὐτοῦ δὲ καὶ ἐν αὐτῷ γένος, δῆλον δὲ ὅτι τοὺς πιστεύσαντας, τὸ ἔθνος τὸ ἅγιον, τὸ βασίλειον ἱεράτευμα, τὸν εἰς περιποίησιν λαόν. οἷς καὶ αὐτὸς ὁ Χριστὸς ἐπιγάννυται· λέγων, ἰδοὺ ἐγὼ καὶ τὰ παιδία ἅ μοι ἔδωκεν ὁ θεός. καὶ προσεκόμιζε μὲν Ἰωσὴφ τῷ πατρί· οἱ δὲ προσεκύνουν. εἶτα τοῦ μὲν Μανασσῆ ὃς ἦν πρωτότοκος ἑστῶτος εἰς δεξιὸν, τοῦ δὲ νεωτέρου Ἐφραὶμ εἰς εὐώνυμον· παραλλάξας αὐτοῖς τὰς χεῖρας ἔθηκεν ὁ Ἰακώβ, καὶ τὸν μὲν Ἐφραὶμ τῇ τῆς δεξιᾶς τετίμηκεν ἐπιθέσει, δευτερείων δὲ ἤδη ὥσπερ ἠξίου τὸν Μανασσῆ, χεῖρα δοὺς αὐτῷ τὴν εὐώνυμον. οὕτω τε τῆς εἰς αὐτοὺς εὐλογίας ἄρχεται. εἰσδεδέγμεθα γὰρ εἰς προσκυνητὰς οἵ τε πρῶτοι καὶ μετ' ἐκείνους λαοὶ, προσκομιζόντων ἡμᾶς οὐ Μωσέως οὐ προφητῶν. ἀργότερος γὰρ εἰς σωτηρίαν ὁ νόμος. ἀλλ' αὐτοῦ τοῦ υἱοῦ, δι' αὐτοῦ γὰρ, ὡς ἔφην, τὴν προσαγωγὴν ἐσχήκαμεν. καὶ ἦν μὲν αὐτῷ σκοπὸς τῆς ἐξ ἐθνῶν ἀγέλης προτάξαι τὸν Ἰσραήλ. εἰς δεξιὸν γὰρ ἔστη τὸν Μανασσῆ τοῦ πατρὸς ὁ Ἰωσήφ· ἐπειδὴ δὲ πέρα λόγου δεδυσσεβήκασιν εἰς αὐτὸν, προτετίμηκεν ὁ πατὴρ τοὺς [illegible]χρόνῳ δευτέρους, τουτέστι τὰ ἔθνη, καὶ γεγόνασι μὲν οἱ ἔσχατοι πρῶτοι, καὶ οἱ πρῶτοι ἔσχατοι. ηὐλόγηκε δὲ Ἰακὼβ τὰ μειράκια, θεὸν ὀνομάζων τὸν τρέφοντα καὶ ἄγγελον τὸν ῥυόμενον αὐτόν, τῷ θεῷ καὶ πατρὶ συνάπτων εἰς ἅπαν τὸν υἱόν· ὃς καὶ διὰ φωνῆς προφητῶν μεγάλης βουλῆς ἄγγελος ὀνομάζεται. οὐκοῦν πᾶσα χάρις, καὶ ἁπάσης εἰς ἡμᾶς εὐλογίας καὶ ἐπικουρίας τρόπος,

πρὸς γένοιτ' ἂν οὐχ ἑτέρως, πλὴν ὅτι δι' υἱοῦ παρὰ τοῦ πατρός. καὶ γοῦν ὁ θεσπέσιος Παῦλος· χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη, φησί, ἀπὸ θεοῦ καὶ πατρὸς ἡμῶν καὶ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ. ἀσχάλλει γε μὴν ὁ θεσπέσιος Ἰωσὴφ κατόπιν ὥσπερ τοῦ νέου τεθειμένον ἰδὼν τὸν πρωτότοκον. εἶτα τοῦ μυστηρίου τὴν δύναμιν διεσαφήνισεν ὁ πατὴρ λέγων· καὶ οὗτος ἔσται εἰς λαὸν, καὶ οὗτος ὑψωθήσεται· ἀλλ' ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ ὁ νεώτερος μείζων αὐτοῦ ἔσται, καὶ τὸ σπέρμα αὐτοῦ ἔσται εἰς πλῆθος ἐθνῶν. εἶτα μεθ' ἕτερα, καὶ ἔθηκε, φησί, τὸν Ἐφραὶμ ἔμπροσθε τοῦ Μανασσῆ. ὅσον μὲν γὰρ ἧκεν εἰς τὸ δοκοῦν τῷ Χριστῷ, οὐκ ἂν ἀπώλισθε τῆς οἰκείας δόξης ὁ Ἰσραήλ. καὶ γοῦν ἔφασκεν ἐναργῶς, οὐκ ἀπεστάλην εἰ μὴ εἰς τὰ πρόβατα τὰ ἀπολωλότα οἴκου Ἰσραήλ. ἐπειδὴ δὲ πεπώρωται κατὰ τὸ γεγραμμένον, καὶ τὴν τοῦ καλοῦντος εἰς σωτηρίαν κλῆσιν περιυβρίζων μεμένηκεν ἀπειθὴς, τίθεται πρὸς εὐώνυμον, τὸ μεῖον ἔχων ἐν δόξῃ. καὶ εὐλογεῖται μὲν καὶ ὑψοῦται καὶ αὐτὸς, ὡς ἔν γε τῷ σεσωσμένῳ μέρει. καὶ τοῦτό ἐστι τὸ κατάλειμμα κατὰ τὴν τοῦ προφήτου φωνήν. ὑπέρκειται δὲ λίαν ὁ ἐξ ἐθνῶν, καὶ εἰς συναγωγὰς λαῶν κατευρύνεται, καὶ μείζων ἐστὶ τοῦ Ἰσραὴλ τῇ τῶν πιστευσάντων ἀμέτρῳ πληθύϊ ποιούμενος τὴν ὑπεροχήν. μιᾷ γὰρ καὶ ἴσῃ χάριτι κατεστέμμεθα πρὸς ἁγιασμὸν οἵ τε ἐξ Ἰσραὴλ καὶ μέν τοι καὶ οἱ ἐξ ἐθνῶν πιστεύσαντες, καὶ ἐν Χριστῷ δεδικαιωμένοι. δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ τῷ θεῷ καὶ πατρὶ ἡ δόξα σὺν ἁγίῳ πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

dus nullo alio pacto nobis obueniat, quàm per Filium à Patre. Idcirco & diuinus Paulus: *Gratia vobis & pax*, inquit, *à Deo & Patre nostro, & Domino nostro Iesu Christo.* (Ephes. 1. 2.) Molestè autem fert Ioseph videns maiorem natu positum in ordine inferiore. Sed vim mysterij patefaciebat pater dicens: *Et hic erit in populum, & † hic exaltabitur: verùm frater ipsius natu minor erit eo maior, & semen eius † dilatabitur in multitudinem gentium.* (Gen. 48. 19. † Vulgata: multiplicabitur. † crescet in gentes.) Deinde paulo pòst, *Et posuit*, ait, *Ephraim ante Manassen.* Quantum enim ad CHRISTI voluntatem attinet, certè Israël non excidit propria gloria. Hinc alibi palàm edicit: *Non sum missus, nisi ad oues perditas domus Israëlis.* (Matt. 15. 24. Luc. 19. 10.) Postquam verò deprehensus est, sicut scriptum est, aduersus eius, qui salutem offerebat, vocationem contumeliosus atque refractarius & inobediens, tum translatus est ad sinistram, inferiori in gloria conditione. (*Israël ad sinistram translatus ob inobedientiam.*) Veruntamen & ipse benedicitur & exaltatur, veluti in parte quæ saluata est. Atque hę sunt *reliquiæ*, iuxta vocem Prophetæ, *saluatæ*. (*Reliquiæ Israel saluatæ.*) Cæterùm longè superat hanc Ecclesia Gentium, atque in congregationes populorum dilatatur, maiorque est quàm Israël, (Iudic. 5. 13.) cùm excedat innumerabili credentium multitudine. Nam quatenus ad sanctificationem, vna ac pari gratia locupletati sunt, & qui ex Israël, & qui ex Gentibus crediderunt, atque iustificati sunt in CHRISTO: per quem, & cum quo sit Deo & Patri gloria cum sancto Spiritu in sæcula sæculorum. Amen.

ΓΛΑΦΥΡΩΝ

ΕἸΣ ΤῊΝ ΓΕ΄ΝΕΣΙΝ

ΒΙΒΛΙ΄ΟΝ Ε΄ΒΔΟΜΟΝ.

Περὶ τῆς εὐλογίας τῶν ιβʹ. πατριαρχῶν.

Σκοπὸς μὲν τῷ λόγῳ τὸ ἀφηγήσασθαι δεῖν τῶν εἰρημένων ἕκαστα παρὰ τοῦ προπάτορος Ἰακὼβ τῶν ἐκβησομένων κατὰ καιροὺς ἐπὶ τοῖς ἐξ αὐτοῦ γεγονόσιν υἱοῖς. προδιαμαρτύρεται δὲ ὥσπερ ἐκεῖνο σαφῶς ὡς δυσέφικτος μὲν κομιδῆ τῶν εἰρημένων ὁ νοῦς, καὶ οὐ βάσιμος τοῖς πολλοῖς· αἰνιγματώδης δὲ καὶ ἀσυμφανὴς τὴν δήλωσιν. μέμικται δὲ τῷ τῆς εὐλογίας τρόπῳ, τὸ μὴ οὕτως ἔχον, καὶ τὸ ἐπὶ τούτων δυσεφικτότερον. ἐπαγγέλλεται μὲν γὰρ ὁ θεσπέσιος Ἰακὼβ προαγορεύειν τοῖς τέκνοις τὰ ἐν ἐσχάτοις· ποιεῖταί γε μὴν τῶν παρῳχηκότων τὴν μνήμην, καὶ πλημμέλειαν ἀνα-

GLAPHYRORVM

IN GENESIM

LIBER SEPTIMVS.

De benedictione duodecim Patriarcharum.

SCOPVS quidem atque institutum præsentis sermonis est, narrare ea quæ Iacob filijs ex se natis euētura prædixit. Sed priùs quasi contestatur, difficilem admodum esse dictorū sensum, neque vulgo obuium, sed abstrusam obscuramque significationem in se habere. Immistum verò est benedictionis modo, id quod non ita se habet, & quod adhuc his difficilius est. Promittit quidē diuinus Iacob prædicare filijs, quæ nouissimè euentura sint; facit verò præteritorum mentionem, & peccatum meti-

 tur,

tur, primum quidem ipsius Ruben, ac post hoc Simeonis & Leui. Quis verò dicere audeat esse legitimum benedicendi modum, præteritorum peccatorũ commemorationem? An non is mendax & à recta ratione alienus habeatur? Obscurus itaque admodum est capere volentibus hac de re sermo. Quid ergo dicemus, adhibentes probationẽ hisce à nobis propositis commodã? Quia explicatio ipsius prophetiæ siue prædictionis omnino nobis introducet typum Synagogę Iudæorum, aut, vt summatim dicam, totius generis, atque adeò eorũ quæ vniuscuiusq; tribus sunt, qualisnam illa futura sit suo tempore, an dãnanda, an è diuerso approbanda: item quomodo, aut in quibus fuerit, & quò illa quæ secundùm ipsa sunt, euadant. Vide autem quo pacto alijs quidẽ, ex ijs quæ iam facta sunt, futura describit, alijs verò ex ipsa nominum declaratione siue interpretatione futurorum euentum declarat. Scriptum est igitur sic: *Vocauit autem Iacob filios suos, & dixit: Congregamini, vt annuntiem vobis, in nouissimis diebus. Congregamini, & audite filij Iacob; audite Israëlem patrem vestrum.*

Genes. 49. 1.

μητρί, πρώτην μὲν τὴν τοῦ Ῥουβείμ, εἶτα γείτονα εὐθὺς καὶ μετ' ἐκείνην, τὴν Συμεὼν καὶ Λευΐ. εἶτα τίς ὁ φάναι θαῤῥῶν, ὡς εὐλογίας ποιὸς ἔσται τρόπος, ἡ τῶν ἤδη προεπταισμένων ἀνάμνησις; καὶ οὐκ ἂν νοοῖτο ψευδοεπής, καὶ τοῦ καθήκοντος ἐξώκειλε νοῦ; βαθὺς οὖν ἄρα καὶ οὐ λίαν ἐγκείμενος τοῖς ἑλεῖν ἐθέλουσιν, ὁ ἐπὶ τῷδε λόγος. τί οὖν ἄρα φαμὲν τὴν ἐνδεχομένην τοῖς προκειμένοις; ἢ καὶ συλλήβδην εἰπεῖν παντὸς τοῦ γένους, ἤτοι τὸν ἑκάστης φυλῆς τύπον, ὁποῖός τις ἔσται κατὰ καιρούς, καὶ † καταῤῥηθήσεται μὲν ἐπί τισιν, εὐδοκιμήσει δὲ ὅπως, ἢ καὶ ἔν τισιν ἔσται τυχὸν, καὶ ὅποιπερ ἂν τὰ κατ' αὐτὴν ἐκτελευτήσειεν· εἰσκομιεῖ που πάντως ἡμῖν τῆς προφητείας ἡ ἀφήγησις. ἄθρει δὲ ὅπως, † οἷς μὲν ἀπὸ τῶν ἤδη γεγενημένων τὰ ἐν ὑστέροις ἐσόμενα ζωγραφεῖ, ἑτέροις δὲ αὖ τὴν τῶν ὀνομάτων ἀφήγησιν, ἤτοι τὴν ἑρμηνείαν, μήνυσιν ὥσπερ τινὰ ποιεῖται τῶν ἐσομένων, καὶ σαφῆ παράδειξιν. γέγραπται τοίνυν ὧδε· ἐκάλεσε δὲ Ἰακὼβ τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ καὶ εἶπε. συνάχθητε ἵνα ἀπαγγείλω ὑμῖν τί ἀπαντήσει ὑμῖν ἐπ' ἐσχάτου τῶν ἡμερῶν. ἀθροίσθητε καὶ ἀκούσατε υἱοὶ Ἰακώβ· ἀκούσατε Ἰσραὴλ τοῦ πατρὸς ὑμῶν.

† ἴσως καταργηθήσεται

† ἴσως τοῖς

De Ruben.

RVben primogenitus meus, *Tu es fortitudo mea, & principium liberorũ meorum, difficilis toleratu & durè intractabilis. Redũdauit superbia tua tanquam aqua, ne efferbueris. Ascendisti enim super cubile patris tui, & maculasti stratũ eius.* Nam Ruben clàm violauerat nuptias paternas, deprehensusque est palàm commisisse, quæ fas non est. Vnde & ab ipso Iacob flagitiosa res iudicata est. Ait enim: *Apparuit malũ in conspectu Iacob.* Cæterùm quod iam præteritum est, nemo, arbitror, tanquã in vltimis temporibus futurum existimarit. Absurdũ enim fuerit ita sentire. At si transferamus typũ delicti ad aliquid simile huic, tum peccatũ primi populi, Israëlis inquam, cernemus. Deus enim Synagogam veluti vxorem eduxit ex Ægypto, per intellectualem legis societatem. Admisit enim eam, & familiaritate coniunctioneq; dignatus est, atque sic fœcũdam, & matrẽ filiorum effecit, pronubo quodãmodo Moyse, atque ad cõiugij modũ interueniẽtibus angelis. Verùm illa, quæ ad hoc à Deo adducta est Synagoga, repudiata vera ac sincera lege, copulata est quodammodo filijs ipsius, & adulterata cum eis; nec ampliùs ei, qui legitimus maritus erat, fructificauit, sed mentem suam aliorum seminibus subiecit, spiritualibus nimirum, quæque ad doctrinam per-

Gen. 35. 22.

Ruben cubile patris ascendens typus Synagogæ Iudæorum.

Περὶ Ῥουβείμ.

Ῥουβεὶμ πρωτότοκός μου. σὺ ἰσχύς μου καὶ ἀρχὴ τέκνων μου. σκληρὸς φέρεσθαι καὶ σκληρὸς, αὐθάδης. ἐξύβρισας. ὡς ὕδωρ μὴ ἐκζέσῃς. ἀνέβης γὰρ ἐπὶ τὴν κοίτην τοῦ πατρός σου, τότε ἐμίανας τὴν στρωμνὴν οὗ ἀνέβης. κέκλοφε μὲν οὖν τὸν τοῦ πατρὸς γάμον ὁ Ῥουβείμ· ἥλω τε οὐκ ἀσυμφανῶς, δεδρακὼς ἃ μὴ θέμις, καὶ ὡς πονηρὸν τὸ χρῆμα καὶ αὐταῖς ταῖς ἐξ Ἰακὼβ κατεδικάζετο ψήφοις. πονηρὸν γὰρ, φησὶ, ἐφάνη ἐνώπιον Ἰακώβ. ἀλλ' οὔ τι που τὸ ἤδη παρῳχηκὸς ὡς ἐν ἐσχάτοις ἔσται καιροῖς ὑποτοπήσειεν ἂν οἶμαί τις. ἠλίθιον γὰρ κομιδῇ τὸ τῇδε νοεῖν. μεταπλάττοντες δὲ ὥσπερ τῆς πλημμελείας τὸν τύπον, ἐπί τι τῶν ἐοικότων, τὴν τοῦ πρωτοτόκου λαοῦ, φημὶ δὴ τοῦ Ἰσραὴλ, ἁμαρτίαν ὀψόμεθα· γύναιον μὲν γὰρ οἱονεὶ, τὴν ἐξ Αἰγύπτου συναγωγὴν προσηγάγετο ὁ θεὸς, διά τοι τῆς κατὰ νόμον νοητῆς κοινωνίας. προσίετο γὰρ, καὶ ἠξίου μὲν οἰκειότητος ἔγκαρπόν τε οὕτω καὶ τέκνων ἐπέδειξε μητέρα, μονονουχὶ νυμφαγωγοῦντος αὐτὴν τοῦ πανσόφου Μωυσέως, καὶ τῆς συναφείας τὸν τρόπον μεσολαβούντων ἀγγέλων. ἀλλ' ἡ πρὸς τοῦτο παρὰ θεοῦ παρενεχθεῖσα συναγωγὴ, τὴν τῆς γνησιότητος ἐλύπει νόμον, συναπτομένη τρόπον τινὰ τοῖς τοῦ γεγαμηκότος υἱοῖς, καὶ ὑπ' αὐτοῖς πορνεύουσα. καὶ καρποφοροῦσα μὲν οὐκέτι τῷ διὰ νόμου συνῳκηκότι, ὑποφέρουσα δὲ μᾶλλον τὸν ἴδιον νοῦν τοῖς ἑτέρων σπερματισμοῖς, δῆλον δὲ ὅτι νοητοῖς καὶ τοῖς κατὰ μάθησιν λέγω.

λέγω. ἀτιμάζουσι γὰρ ὡς ἕωλον τὸ προκεῖσθαι θεῷ, πρὸς ἐντάλματα καὶ διδασκαλίας ἀνθρώπων ἐτράπετο, καὶ μαθημάτων τῶν ἄνωθεν ἀλογήσασα, τὸ δοκοῦν ἁπλῶς ἐποιεῖτο νόμον. τοιγάρτοι καὶ ὁ προφήτης Ἡσαΐας. πῶς ἐγένετο, φησι, πόρνη πόλις πιστὴ Σιὼν, πλήρης κρίσεως; ἐν ᾗ δικαιοσύνη ἐκοιμήθη ἐν αὐτῇ· νῦν δὲ φονευταί. τὸ ἀργύριον ὑμῶν ἀδόκιμον. οἱ κάπηλοί σου μίσγουσι τὸν οἶνον ὕδατι. ἐκοιμήθη μὲν γὰρ παρ' αὐτῇ καὶ κατέλυσεν ἡ δικαιοσύνη, τουτέστι θεός. ἀλλ' εἰσεδέξατο φονευτὰς, μοιχωμένους, καὶ φθορεῖς, σὺν τοῖς ἀργύριον αὐτῇ διδόντας ἀδόκιμον, καὶ ἀναμιγνύντας τὸν οἶνον ὕδατι. ἀδόκιμος γὰρ ἀληθῶς ὁ λόγος τῶν ἀναπειθόντων αὐτὴν ἐλέσθαι ἡμῖν διδασκαλίας καὶ ἐντάλματα ἀνθρώπων. κεκαπηλευμένη δὲ ὥσπερ καὶ οὐ χείρονος οὐκ ἀσυμμιγὴς, ἡ παρ' ἐκείνων ἀφήγησις. τοῦτο γὰρ οἶμαί ἐστι τὸ ἀναμεμίχθαι λέγειν τὸν οἶνον ὕδατι. ὅτι δὲ τὸ χρῆμα τὸν τῶν ὅλων ἐλύπει θεὸν, καὶ ὡς πεπορνευμένην εἰκότως κατῃτιᾶτο τὴν Ἱερουσαλὴμ, ἄκουε σαφῶς ὅτε μὲν λέγοντος διὰ τῆς Ἱερεμίου φωνῆς. ἆρον εἰς εὐθεῖαν τοὺς ὀφθαλμούς σου, καὶ ἴδε ποῦ ἐξεφύρθης. ἐπὶ ταῖς ὁδοῖς ἐκάθισας αὐταῖς ὡσεὶ κορώνη ἠρημωμένη, καὶ ἐμίανας τὴν γῆν ἐν ταῖς πορνείαις σου, καὶ ἔσχες ποιμένας πολλοὺς εἰς πρόσκομμα σεαυτῇ. ὄψις πόρνης ἐγένετό σοι, ἀπηναισχύντησας πρὸς πάντας. οὐχ ὡς σύνοικόν με ἐκάλεσας, καὶ πατέρα καὶ ἀρχηγὸν τῆς παρθενίας σου. καὶ αὖθις ὅτε δὲ αὖ, ἐὰν ἐξαποστείλῃ ἀνὴρ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, καὶ ἀπέλθῃ ἀπ' αὐτοῦ, καὶ γένηται ἀνδρὶ ἑτέρῳ, μὴ ἀνακάμπτουσα ἀνακάμψει πρὸς αὐτὸν ἔτι; οὐ μιαινομένη μιανθήσεται ἡ γυνὴ ἐκείνη; καὶ σὺ ἐξεπόρνευσας ἐν ποιμέσι πολλοῖς, καὶ ἀνέκαμπτες πρὸς με; λέγει κύριος. τὸν δέ γε τῆς ἐπὶ τούτῳ πορνείας τρόπον καὶ αὐτὸς ἡμῖν ὁ σωτὴρ ὑπέδειξεν ἐναργῶς. οἱ μὲν γὰρ φιλαίτιοί τε ἀεὶ καὶ ἀσύνετοι Φαρισαῖοι, προσῄεσαν λέγοντες· διατί οἱ μαθηταί σου παραβαίνουσι τὴν παράδοσιν τῶν πρεσβυτέρων; οὐ γὰρ νίπτονται τὰς χεῖρας ὅταν ἄρτον ἐσθίωσι. πρὸς αὐτοὺς δὲ ὁ Χριστὸς· διατί καὶ ὑμεῖς παραβαίνετε τὴν ἐντολὴν τοῦ θεοῦ; ὁ γὰρ θεὸς εἶπε τίμα τὸν πατέρα σου, καὶ τὴν μητέρα σου, ἵνα εὖ σοι γένηται. ὑμεῖς δὲ λέγετε, φησὶ, ὃς ἐὰν εἴπῃ τῷ πατρὶ ἢ τῇ μητρὶ αὐτοῦ Κορβὰν, ὅ ἐστι, δῶρον ὃ ἐὰν ἐξ ἐμοῦ ὠφεληθῇς, οὐ μὴ τιμήσει τὸν πατέρα αὐτοῦ, ἢ τὴν μητέρα αὐτοῦ, καὶ ἠκυρώσατε τὴν ἐντολὴν τοῦ θεοῦ διὰ τὴν παράδοσιν ὑμῶν. ἀκούεις ὅπως ὑφ' ἑτέροις γεγονότες καθηγηταῖς ἕτερα ἄττα παρὰ τὸ τῷ νομοθέτῃ δοκοῦν φρονεῖν καὶ δρᾶν ᾑρημένοι καταφωραθεῖεν ἂν καὶ λίαν ἀμογητί; οὐκοῦν ἐκπεπόρνευκεν ἡ τῶν Ἰουδαίων συναγωγὴ, ἀλλ' ἥ γε παρθένος ἁγνή τε καὶ ἄμωμος ἡ σπίλου παντὸς καὶ ῥυτίδων ἀπηλλαγμένη, τουτέστιν ἡ ἐκκλησία, σεπτὸν καὶ ἀδιαλώβητον τῷ Χριστῷ τὸν τῆς συζυγίας διατηρήσειν τύπον ὑπισχνεῖται λέγουσα, ἀδελφιδός μου ἐμοὶ, κἀγὼ αὐτῷ. οὐκοῦν εἰς εἰκόνα τῆς Ἰουδαίων συναγωγῆς, τὴν τοῦ Ἰακὼβ παροισόμεθα παλλακίδα, φημὶ δὴ τὴν Βάλλαν, ᾗ κεκοινω-

tinent. Despiciens enim vt vanum Deo adhærere, conuertit se ad mandata & doctrinas hominum, cælestibus præceptis repudiatis, quod ipsi arridebat solum faciens. Hinc & Propheta Isaias: *Quo pacto,* inquit, *facta est meretrix ciuitas fidelis Sion, plena iudicij? in qua iustitia quieuit † in ipsa, nunc homicidæ. Argentum vestrum † est adulteratum. Caupones tui miscent vinum aqua.* Quieuit enim in ipsa atque hospitiũ habuit iustitia, hoc est, *Deus.* Sed admisit homicidas, adulteros, corruptores, qui præbent argentum reprobum, & miscent vinum aqua. Siquidem reprobus omnino est eorum sermo, qui persuadent ipsi vt sectetur doctrinas & mandata hominum. Adulterata etiam est, neque prauitatis mistura caret eorum doctrina. Id enim arbitror est, quod dicit aquam vino mistam. Quòd verò hoc Deum totius vniuersi malè habuerit, quodq́; meritò Ierusalem tanquam adulteram accusarit, audi ex hoc clarè quod per vocem Ieremiæ dixit: *Leua oculos tuos in directum, & vide † vbi prostrata sis. In vijs ipsis sedebas † tanquam cornix desolata, & polluisti terram in fornicationibus tuis, & habuisti pastores multos in offensionem tibi. † Facies scorti facta est tibi. Desijsti erubescere ad omnes, nec vocasti me contubernalem tuum, cùm sim & pater & dux virginitatis tuæ.* Item: *Si dimiserit vir vxorem suam, & egressa copuletur alteri viro, num reuertens reuertetur ad ipsum amplius? Nónne polluendo polluetur mulier ista? Et tu fornicata es † in multis pastoribus, & tamen audes ad me reuerti? dicit Dominus.* Porro hũc fornicationis modum ipse etiam Saluator nobis apertè monstrauit. Nã rixosi semper & stupidi Pharisæi ad eum accesserunt dicentes: *Quare discipuli tui transgrediuntur traditionem seniorum: Non enim lauant manus suas cùm panem manducant.* Ad quos CHRISTVS: *Quare & vos,* ait, *transgredimini mandata Dei propter traditionem vestram? nam Deus dixit, Honora patrem & matrem tuam, vt bene sit tibi. Vos autem dicitis, Quicumque dixerit patri vel matri Corban, hoc est, donum quodcumque fuerit ex me, te iuuabit; non honorabit patrem suum aut matrem. & sic irritum fecistis mandatum Dei per traditiones vestras.* Audin' quomodo sub alijs ducibus alia quàm à legislatore instituta sunt, & sapere & facere præsumpserint? Fornicata igitur est Iudæorum Synagoga. Illa verò quæ virgo casta est & inculpata, atque *ab omni macula rugisq́; libera,* hoc est, Ecclesia, promittit se sanctam & intemeratam CHRISTO coniugij formam seruaturam dicens: *Frater meus est mihi, & ego ipsi.* Statuemus itaque in typum Synagogæ pellicẽ Iacob, Ballam nimirum, cum qua congressus est

Isa.1.21.
† *Vulgata:* habitauit. LXX. dormiuit.
† Versũ est in scoriam. LXX. non probum. Vinũ tuum mistum est aqua.

Aqua vino mista quid significet.

Ierem.3.2. LXX. ποῦ ἐξεφύρθης, vbi non prostrata sis.
† *Vulgata:* quasi latro in solitudine.
† *Vulgata:* Frons mulieris meretricis facta est tibi: noluisti erubescere. Ergo saltem amodo voca me: Pater meus, &c. *Ibid. v.1.*
† *Vulgata:* cum amatoribus multis, tamen reuertere ad me.
Matth.15.3. Marci 7.5. & 11.

Ephes.5.27. Cant.2.16. Dilectus meus mihi, & ego illi. ἀδελφιδὸς fraterous, nepos, sæpius in *Canticis.*

est Ruben, hoc est, primogenitus populus, præsertim cùm *Balla* significet, inueterata; & *Ruben*, filius contaminationis. Inueterata enim est, & quasi rugis obducta Iudæorum Synagoga: at nouus & fidelis populus è diuerso efflorùit. Propter hunc & Dauid cum gaudio psallit: [Psal. 101. 19] *Populus qui creatur, laudabit Dominum*, vtpote noua creatura in CHRISTO, sicut scriptum est. Impurus autem & rugosus, intelligi debet populus Israël, cũ CHRISTI purificationem nõ susceperit. at quid dico, Nõ susceperit, cùm etiam ei qui ad puritatem vocabat violentas manus intulerit? Vnde per vocem sanctorum Prophetarum dictum est alibi quidem: [Ierem. 13. 23.] *Si æthiops mutabit pellem suam, & pardalis suas maculas, tũc & vos poteritis bene agere, qui ad mala eruditi estis.* Alibi verò ita ad Ierusalem tanquam ad mulierem: [Ierem. 2. 22.] *Si abluta fueris nitro, & multiplicaueris tibi ipsi* † *herbam, tamen coram me es maculata in tuis ipsius iniquitatibus, dicit Dominus.* [† Vulgata: herbam Borith.] Iacob igitur ait, [Gen. 49. 3.] *Ruben primogenitus meus. Tu es fortitudo mea, & principium liberorum meorum.* In primogenito enim populo, quem liberauit ex Ægypto, magna fortitudinis significatio edita est à Deo. Ægyptiorum enim regio multifariam mirisque modis punita est, modò aquis in sanguinem conuersis, modò culicibus excitatis, modò illata rana, nunc immissa grãdine, nunc sublatis primogenitis, præterea euntibus per mediũ mare, tanquam per siccum liberatis. Ruben itaque eatenus *fortitudo Dei* est vocatus. Sed erat difficilis toleratu & durus, atque intractabilis, hoc est, inflexibilis & agrestis, seu ferus atque impetuosus. Iudæi enim reuera impetuosi sunt & effrenes. Hinc etiam meritò audiunt: [Act. 7. 51.] *Dura ceruice, & incircumcisi corde atque auribus, vos semper Spiritui sancto resistitis.* Quin & CHRISTVS ipse: *Quem*, ait, *Prophetarum non interfecerunt patres vestri? Et vos impleuistis mensuram patrum vestrorum.* [Matth. 23. 32.] Præceps igitur est in iras, & contumax, atque intolerabili impetu rapitur Israël, atque redundans vt aqua, hoc est, immani in ea quæ vult impetu fertur. Huiusmodi enim est aquæ currentis impetus. *Sed ne efferbueris*, inquit. Ecquid hoc est? Aqua efferuescens sursum fertur in lebetibus, diffundens se, ita vt multa esse videatur. Itaque postquam ei aquæ impetum tribuit, persistit in metaphora, & ait, *Ne efferbueris*, hoc est, ne extollaris in multitudinem. Israëlitæ enim per fidem in CHRISTO iustificati bene numerabiles sunt respectu multitudinis Gentiũ. Deinde causam adfert illius quod acciderit, & ait: *Ascẽdisti enim in lectum patris tui, tunc polluisti stratum eius in quod ascendisti.* Nam, vt modò di-

γηκεν ὁ Ῥουβείμ, τουτέστιν ὁ πρωτότοκος λαός· μάλιστα ὅτι ἑρμηνεύεται μὲν ἡ Βάλλα πεπαλαιωμένη, καὶ ὁ Ῥουβείμ υἱὸς βεβηλώσεως. πεπαλαίωται γὰρ καὶ ῥυτιδώδης γε μὴν ἡ τῶν Ἰουδαίων συναγωγή· ἀντανέφυ δὲ ὁ νέος καὶ ἐν πίστει λαός. καὶ ἐπ᾽ αὐτῷ δὴ χαίρων ψαλλέτω Δαβίδ· „ λαὸς ὁ κτιζόμενος αἰνέσει τὸν κύριον. „ καινὴ γὰρ κτίσις τὰ ἐν Χριστῷ, κατὰ τὰς γραφάς. βέβηλος δὲ καὶ ῥυπῶν νοοῖτ᾽ ἂν ὁ Ἰσραήλ, τὴν διὰ Χριστοῦ κάθαρσιν οὐκ εἰσδεδεγμένος. καὶ τί λέγω τοῦτο; καὶ αὐτῷ τὰς χεῖρας ἐπενεγκὼν τῷ λαλοῦντι πρὸς κάθαρσιν. τοιγάρτοι καὶ διὰ φωνῆς αὐτῶν εἴρηται τῶν ἁγίων προφητῶν, ποτὲ μὲν· „ εἰ ἀλλάξεται αἰθίοψ τὸ δέρμα αὐτοῦ, καὶ πάρδαλις τὰ ποικίλματα αὐτῆς· „ καὶ ὑμεῖς δυνήσεσθε εὖ ποιῆσαι μεμαθηκότες „ τὰ κακά. ποτὲ δὲ αὖ ὡς πρὸς γυναῖκα τὴν „ Ἱερουσαλήμ· ἐὰν ἀποπλύνῃ ἐν νίτρῳ καὶ πληθύνῃς σεαυτῇ πόαν, κεκηλίδωσαι ἐναντίον ἐμοῦ ἐν ταῖς ἀνομίαις σου, λέγει κύριος. „ Ῥουβεὶμ τοίνυν, φησί, πρωτότοκός μου· σὺ ἰσχύς „ μου καὶ ἀρχὴ τέκνων μου. „ ἐπὶ γὰρ τῷ πρωτοτόκῳ καὶ ἐξ Αἰγύπτου λαῷ πολλῆς ἰσχύος ἐπίδειξις γέγονε παρὰ θεοῦ. ἐκολάζετο γὰρ κατὰ πλείστους ὅσους καὶ οὐκ ἀθαυμάστους τρόπους τῶν Αἰγυπτίων ἡ χώρα· τοῦτο μὲν ὑδάτων μεταστοιχειουμένων εἰς αἷμα, σκνιπῶν ἀνεῤῥιπισμένων, ἀνενηνεγμένου βατράχου, χαλάζης καθιεμένης, πρωτοτόκων ἀνῃρημένων, καὶ πρὸς τούτοις ἔτι διὰ μέσης ἰόντων θαλάσσης ὡς διὰ ξηρᾶς τῶν λελυτρωμένων. ἰσχὺς οὖν ἄρα ταύτῃ τοι θεοῦ κέκληται Ῥουβείμ· ἀλλ᾽ ἦν σκληρὸς φέρεσθαι, καὶ σκληρὸς αὐθάδης, τουτέστιν ἀμεταποίητος καὶ ἀκαμπὴς, καὶ ἄγριος, ἐπελευστικός. ὁρμητίαι γὰρ οἱ Ἰουδαῖοι κατὰ τὸ ἀληθὲς καὶ πολὺ λίαν ἐξήνιοι. τοιγάρτοι δικαίως ἀκούουσι· „ σκληροτράχηλοι καὶ ἀπερίτμητοι καρδίαις καὶ τοῖς ὠσὶν „ ὑμεῖς ἀεὶ τῷ πνεύματι τῷ ἁγίῳ ἀντιπίπτετε. „ καὶ αὐτὸς δὲ ὁ Χριστός· τίνα, φησί, που, τῶν „ προφητῶν οὐκ ἀπέκτειναν οἱ πατέρες ὑμῶν; „ καὶ ὑμεῖς ἐπληρώσατε τὸ μέτρον τῶν πατέρων ὑμῶν. „ ἰταμὸς οὖν ἄρα καὶ προαλὴς εἰς ὀργὰς καὶ δύσοιστον ἔχων τὴν ἔφοδον ὁ Ἰσραήλ, καὶ ἐξυβρίζων ὡς ὕδωρ, τουτέστιν ἀφόρητον ἔχων τὴν καθ᾽ ὧν ἂν ἕλοιτο καταδρομήν. τοιαῦται γάρ πως εἰσὶν αἱ τῶν ὑδάτων φοραί. ἀλλὰ μὴ ἐκζέσῃς, φησί. καὶ τί δὴ τοῦτό ἐστι; τὸ ἐκζέον ὕδωρ ἄνω που φέρεται, τῶν λεβήτων ὑπερχεόμενον, καὶ δοκεῖ πως εἶναι καὶ πολύ. ἐπειδὴ τοίνυν ὕδατος αὐτῷ προσετέθεικεν ὁρμήν, ἐπιμένει τῇ τοῦ λόγου μεταφορᾷ, καὶ φησί, μὴ ἐκζέσῃς, ὅ ἐστι μὴ ὑπεραρθῇς εἰς πλῆθος, μὴ δὲ γένοιο πολύς. εὐαρίθμητοι γὰρ ὡς πρὸς τὴν τῶν ἑλλήνων πληθὺν οἱ ἐξ αἵματος Ἰσραήλ, ἀνασεσωσμένοι διὰ πίστεως τῆς ἐν Χριστῷ. εἶτα τὴν αἰτίαν ἐπιφέρει τοῦ συμβησομένου, καὶ φησί· ἀνέβης γὰρ ἐπὶ κοίτην πατρός σου, τότε „ ἐμίανας τὴν στρωμνὴν οὗ ἀνέβης. „ ὡς γὰρ ἤδη προεῖπον,

ἀπον, οὐκέτι μὲν τὰ ἐν νόμῳ διερευνώμενοι καὶ τοῖς ἄνωθεν λογίοις καὶ τοῖς ἀνθρώπων ἐντάλμασι τῆς ἐπὶ Χριστῷ γνώσεως ταύτῃ τοι διημαρτήκασι. διὰ τοῦτο καὶ αὐτός φησι, ἐρευνᾶτε τὰς γραφάς, ὅτι ὑμεῖς δοκεῖτε ἐν αὐταῖς ζωὴν αἰώνιον ἔχειν. καὶ ἐκεῖναί εἰσιν αἱ μαρτυροῦσαι περὶ ἐμοῦ, καὶ οὐ θέλετε ἐλθεῖν πρός με ἵνα ζωὴν ἔχητε. καὶ πάλιν· εἰ ἐπιστεύετε Μωσεῖ ἐπιστεύετε ἂν ἐμοί· περὶ γὰρ ἐμοῦ ἐκεῖνος ἔγραψεν. ἐπετίμα δὲ λίαν καὶ τοῖς τῶν Ἰουδαίων καθηγηταῖς, οὕτω λέγων· οὐαὶ ὑμῖν γραμματεῖς καὶ Φαρισαῖοι ὑποκριταί, ὅτι κλείετε τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων. ὑμεῖς γὰρ οὐκ εἰσέρχεσθε, οὔτε τοὺς εἰσερχομένους ἀφίετε εἰσελθεῖν. καὶ πάλιν· οὐαὶ ὑμῖν γραμματεῖς καὶ Φαρισαῖοι ὑποκριταί, ὅτι περιάγετε τὴν θάλασσαν καὶ τὴν ξηρὰν ποιῆσαι ἕνα προσήλυτον. καὶ ὅταν γένηται, ποιεῖτε αὐτὸν υἱὸν γεέννης διπλότερον ὑμῶν. ἀλλ' οὐκ ἂν ἐγένετο γεέννης υἱὸς εἰ μὴ τοῖς τῶν μοιχωμένων προσπέπτη λόγοις. ἀναβεβήκασι τοίνυν ἐπὶ κοίτην πατρὸς οἱ ἐξ αἵματος Ἰσραήλ· παρωθούμενοι μὲν τὸ τῷ νομοθέτῃ δοκοῦν, ὡς ἕωλον· τοῖς ἰδίοις δὲ τοῖς παιδευομένοις εἰσκρίνοντες λόγους, καὶ ἀκαθαρσίας αὐτοῖς ἐνιέντες σπέρματα.

xi, cùm nõ ampliùs eorum, quæ in lege continentur, curam gererẽt, neque supernis rebus incumberent, & præceptis hominum, ideo à cognitione CHRISTI aberrauerunt. Ideoque etiam ipse ait: *Scrutamini Scripturas, quia vos putatis in ipsis vitam æternam habere. Et illæ sunt quæ testificantur de me, nec vultis venire ad me, vt vitam habeatis.* Et rursus: *Si crederetis Moysi, crederetis & mihi: de me enim ille scripsit.* Accusabat autem vehementer principes Iudæorum ita dicens: *Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ, quia clauditis regnum cælorum corã hominibus. Vos enim non introitis, & qui introibãt prohibetis.* Et rursus: *Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ, quia circuitis mare & aridam, vt faciatis vnum proselytum: qui cùm factus fuerit, efficitis eum filium gehennæ duplo maiorem quàm vos estis.* Non autem potuisset filius gehennæ fieri, nisi fornicatorum commentis fuisset imbutus. Ergo Israëlitæ ascenderũt in lectum patris, aspernantes quidem legislatoris voluntatem, vt vanam; suos autem sermones discipulis suis inculcantes, & immunditiæ semina ipsis immittentes.

Ioan. 5. 39. Ioan. 5. 46. Matth. 23. 13. Ibid. 15.

Περὶ Συμεὼν καὶ Λευί.

Συμεὼν καὶ Λευὶ, ἀδελφοὶ συνετέλεσαν ἀδικίαν ἐξ αἱρέσεως αὐτῶν. εἰς βουλὴν αὐτῶν μὴ ἔλθοι ἡ ψυχή μου, καὶ ἐπὶ τῇ συστάσει αὐτῶν μὴ ἐρείσαι τὰ ἥπατά μου. ὅτι ἐν τῷ θυμῷ αὐτῶν ἀπέκτειναν ἀνθρώπους, καὶ ἐν τῇ ἐπιθυμίᾳ αὐτῶν ἐνευροκόπησαν ταῦρον. ἐπικατάρατος ὁ θυμὸς αὐτῶν, ὅτι αὐθάδης· καὶ ἡ μῆνις αὐτῶν, ὅτι ἐσκληρύνθη. διαμεριῶ αὐτοὺς ἐν Ἰακὼβ, καὶ διασπερῶ αὐτοὺς ἐν Ἰσραήλ. ἐκπεπορνευμένης τῆς Ἱερουσαλὴμ, καὶ ἀνοσίοις φενακισμοῖς τῶν ἑτεροδιδασκαλεῖν εἰωθότων ὑπενεγκούσης τὸν νοῦν, ἐχαλέπαινε μὲν εἰκότως ὁ τῶν ὅλων θεός. ἔφασκε δὲ διὰ φωνῆς Ἡσαΐου καὶ μάλα σαφῶς· ὁ λαὸς οὗτος τοῖς χείλεσί με τιμᾷ· ἡ δὲ καρδία αὐτῶν πόρρω ἀπέχει ἀπ' ἐμοῦ. μάτην δὲ σέβονταί με διδάσκοντες διδασκαλίας ἐντάλματα ἀνθρώπων. ἐπειδὴ δὲ ταῖς εἰς τοῦτο παραφοραῖς τε καὶ ῥαθυμίαις οἱονεί πως καταμεθύουσαν τὴν βέβηλον Ἱερουσαλὴμ μεταρρυθμίζειν ἐπὶ τὸ ἄμεινον ὁ θεὸς καὶ πατὴρ ἐσκέπτετο, πέπομφεν ἐξ οὐρανοῦ τὸν ἴδιον υἱὸν καθ' ἡμᾶς γεγονότα, τουτέστιν ἄνθρωπον. ἵν' ἐπείπερ ἐπ' ἀνηνύτοις πράγμασιν ἡ τῶν ἁγίων προφητῶν κατέλυσε πληθύς. ἔφασκον γάρ· κύριε τίς ἐπίστευσε τῇ ἀκοῇ ἡμῶν; κἂν γοῦν αὐτὸν ἥκοντα λοιπὸν ἐντρέποιντο τὸν υἱόν. οἱ δὲ καὶ εἰς τοῦτο καθήκοντο δυσβουλίας, ὥστε οἴεσθαι καὶ κλῆρον ἑλεῖν δύνασθαι τὸν δεσποτικὸν, ἀποκτενόντες δὲ τοὺς ἁγίους, δυσσεβείας τε τῆς εἰς ἄκρον ἰόντες ἐπέκεινα, καὶ εἰς αὐτὸν ἐκτόπως πεπαρωνή-

De Simeone & Leui.

Simeon & Leui fratres consummauerunt iniquitatem propositi sui. Anima mea non ingrediatur in consilium eorum. In cœtu ipsorum non dicentur sublimia mea, quia in furore suo interfecerunt homines, & in concupiscentia sua subneruauerunt taurum. Maledictus furor eorum quia pertinax, & ira eorum quia indurata est. Diuidam eos in Iacob, & dispergam eos in Israël. Nam cùm Ierusalẽ fornicaretur, mentemque subijceret impijs illusionibus eorum, qui diuersa à lege Dei docere consueuerũt, iure optimo ijs offensus erat Deus, per vocem Isaiæ apertè dicens: *Populus iste labijs me honorat: cor autem eorum procul est à me. Frustra colunt me, docentes doctrinas & præcepta hominum.* Postquam verò Deus ac Pater excogitauit, quo pacto istam profanam Ierusalem, erroribus & vecordia temulentam in melius reduceret, misit Filium suum è cælis factum vt nos, hoc est hominem, vt quoniã desijsset multitudo sanctorũ prophetarum infectis rebus (dicebãt enim Prophetæ: *Domine, quis credidit auditui nostro?*) vel ipsum Filium, si veniret, susciperent. Verùm isti eò amentiæ venerunt, vt putarent se posse dominicam hereditatem tollere, si modò Sanctos trucidarent; atque adeò omnes impietatis gradus egressi, in ipsum etiam Filiũ ab-

Gen. 49. Isaie 29. 13. iuxta LXX. Matt. 15. 8. Marc. 7. 6. Isa. 53. 1. Ioan. 12. 38. Rom. 10. 16.

Matth. 21. 38.

surdè inuecti sunt. *Dixerunt enim apud se: Hic est heres: venite, interficiamus eum, & occupemus hereditatem eius.* Imò verò non sufficiebat illis eò impietatis processisse, sed sanctis Prophetis adiecerunt & secundos, sanctos inquã Apostolos, quorum sanguinem itidem effuderunt. Eiusmodi enim sensum gignit nobis prępositæ prophetiæ scopus. Videtur enim diuinus Iacob eorum, quæ in Sicimis acta sunt, iterum meminisse. Ita autẽ reuera se habet sancti mens. Nã quomodo id, quod iam factum erat, tanquam suo tempore futurum quis accipiat? Ex eo igitur quod in Sicimis factũ fuit, ad æqualem peccati modum refert ea quæ in CHRISTO patrata sunt, vt certè & in primogenito Ruben. Sed quid cõmiserunt in Sicimis Simeon & Leui? Dina Leui & Simeonis soror paternis tentorijs egressa, vt puellas eius regionis aspiceret, à Sichem Emmore stuprata est, virginitate ablata. Illi autem hoc indignissimè ferẽtes, ac fraudulentam ipsis cędem machinantes, persuadebant vt auitam ipsorum circumcisionem susciperẽt atque obseruarent; quod si facere non recusarent, genere coniunctos fore. Quo facto eos imprudẽtes, ac nihil tale suspicantes, occiderunt, arbitrati hoc ipsis ad defensionem suffecturum si dicerent: *An vt scorto abutentur sorore nostra?* Porro eundum nobis est ad id, quod huic conuenit, atque hanc commentationem, quoad eius fieri poterit, pulcrè cõcinnabimus, vndequaque ea quæ ad eius declarationẽ pertinere videbuntur, colligẽtes. Amplo itaque sermone de Iacob egimus, totamque eius vitæ rationem sumus prosecuti, & quas quidem duxerit vxores, & quot filiorum pater fuerit effectus. Diximus enim quòd primùm duxerit *Liam*, filiarum Laban natu maximã, deinde alteram haud multo pòst natu minimam *Rachel.* Asseruimus autem quòd *Lia* quidem sit typus Synagogæ Iudaicæ, *Rachel* verò Ecclesiæ Gẽtium. Lia enim exponitur *laborans*, quippe quæ lippis & infirmioribus oculis vteretur. Valdè autem laborauit Iudæorum Synagoga, Mosaica lege onerata, neque acutis oculis Saluatoris nostri mysterium intuens. Rachel autem erat pulcra facie & decora valdè. Elegantissima verò est ea quæ ex Gentibus constat, Ecclesia. Liæ igitur vltimo loco nata est filia Dina, quæ & ipsa potest esse typus multitudinis circumcisorum, vt quæ nata sit in extremis temporibus, quãdo Vnigenitus homo est factus. Cùm itaque vltima circumcisorum multitudo, paululùm egressa fuerit è castris paternis, hoc est, ab institutis legalibus, incidit in indigenas, aut commista est

Dina.

μιον πολλώ. καλὸν δὲ πρὸς τούτῳ τὸ ἐπιθυμεῖν ὑπ' αὐτοῦ γίνεσθαι Χριστῷ. ὃ δὴ καὶ ἡ νύμφη φησὶ ἐν τῷ ᾄσματι τῶν ᾀσμάτων· „ ἐν τῇ σκιᾷ αὐτοῦ ἐπεθύμησα καὶ ἐκάθισα. ὁ „ γνώμης τοίνυν εἰς τοῦτο προήκων λαὸς, κατασκέψεται μὲν ἀκριβῶς τοὺς περὶ θεοῦ κλήρους, τουτέστι τὰ ἐν ἐλπίσιν ἀγαθὰ τοῖς ἁγίοις ἐπηγγελμένα. περὶ ὧν καὶ ὁ θεῖος ἔφη Δαβὶδ, ἐν ταῖς χερσί σου οἱ κλῆροι μου. „ καταλύσει δὲ ὥσπερ ἐν αὐτοῖς, καὶ ἐπαναπαύσεται πάντη τε καὶ πάντως, ὅτι τεύξεται προσδοκῶν. ἐπαινέσας δὴ οὖν τὴν ἑαυτοῦ βουλὴν τε καὶ κρίσιν, καὶ οὐ μετρίου θαύματος τὴν ἔν γε τούτοις ἀξιώσας ἀνάπαυσιν, τουτέστι τὴν εἰς αἰῶνα τιμὴν, τὴν ὡς ἐν ἁγιασμῷ τελείῳ ἔχουσαν ζωὴν, τὴν ἀκατάλυτον δόξαν· τὴν ἀναπόβλητον βασιλείαν, καὶ ὅσα καὶ νοῦ καὶ γλώττης ἐπέκεινα, τλησιπαθὴς ἔσται λοιπόν. ἑωρακὼς γὰρ ὅτι πίων ἡ γῆ, τὸν ὦμον ὑποθήσει, φησὶ, καὶ ἀγαπήσει τὸν πόνον. δέχεται δὲ τὸ παράδειγμα παρὰ τῶν ὡς ἄριστα γηπονεῖν εἰωθότων, οἱ φιλεργέστατοί τε εἰσὶ καὶ σκαπάνης φίλοι, καὶ μὴν καὶ ἀρότροις ἐνιδρῦν σπουδάζουσιν, εἰ δὴ πιείρας λάβοιντο γῆς, ἐννοοῦντες οἶμαι τὸν καρπὸν τὸν ἀμφιλαφῆ. καὶ τὰ ἐξ αὐτῆς ἐσόμενα. παροτρύνει δέ πως εἰς τοῦτο καὶ ὁ σοφὸς ἡμᾶς Ὠσηὲ λέγων· σπείρατε ἑαυτοῖς εἰς δικαιοσύνην, τρυγήσατε εἰς καρπὸν ζωῆς· φωτίσατε ἑαυτοῖς „ φῶς γνώσεως, ἐκζητήσατε τὸν κύριον ἕως „ οὗ ἔλθῃ γεννήματα δικαιοσύνης ὑμῖν. ἐπηύξατο δὲ καὶ ὁ μακάριος Παῦλος εἰπών· ὁ δὲ „ ἐπιχορηγῶν σπέρμα τῷ σπείροντι καὶ ἄρτον „ εἰς βρῶσιν, χορηγήσει καὶ πληθυνεῖ τὸν „ σπόρον ὑμῶν, καὶ αὐξήσει τὰ γεννήματα τῆς „ δικαιοσύνης ὑμῶν. ἵνα πάντοτε πᾶσαν αὐτάρκειαν ἔχοντες περισσεύητε εἰς πᾶν ἔργον „ ἀγαθόν. „

De Dan.

Περὶ τοῦ Δάν.

DAn iudicabit populum suum, sicut & vna tribus in Israel. & fiat Dan coluber in via insidens in semita, mordens calcaneum equi, & cadet eques retrorsum; Salutare exspectans Domini.* Historia rursum nominis etymologiam sequitur. *Dan* enim est *iudex*, aut *iudicium.* Præ se fert autem hic gloriosum atque admirabilem sanctorũ Apostolorum chorum qui in principatũ fidelium sunt constituti, & iudicium consecuti, tribuente hoc ipsis CHRISTO. Hinc & diuinus Paulus ait: *Nescitis quoniam angelos simus iudicaturi, non tantùm ea quæ ad vi-*

Gen. 49. 16.
Dan quid significet.
Dan typus Apostolorũ.
1. Cor. 6. 3.

ΔΑ'Ν κρινεῖ τὸν λαὸν αὐτοῦ, ὡσεὶ καὶ μία „ φυλὴ ἐν Ἰσραήλ. καὶ γενηθήτω Δὰν ὄφις, ἐφ' ὁδῷ ἐγκαθήμενος ἐπὶ τρίβου. δάκνων πτέρναν ἵππου, καὶ πεσεῖται ὁ ἱππεὺς εἰς „ τὰ ὀπίσω, τὴν σωτηρίαν περιμένων παρὰ „ κυρίου. ἕπεται πάλιν τῇ τοῦ ὀνόματος ἐτυμολογία, ὁ λόγος. κριτὴς γὰρ ἤτοι † ῥίσις ὁ Δάν. ἐμφήνειε δ' ἂν ὡς ἐφ' ἑαυτῷ καὶ οὗτος πάλιν τὸν εὐκλεᾶ, καὶ περίοπτον τῶν ἁγίων ἀποστόλων χορὸν· οἳ εἰς ἀρχὴν τεθείνται τῶν πεπιστευκότων, καὶ τὸ κρίνειν ἔλαχον, κατανέμοντος αὐτοῖς τὸ χρῆμα Χριστοῦ. ἐγοῦν ὁ θεσπέσιος Παῦλός φησι· οὐκ οἴδατε ὅτι ἀγγέλους κρινοῦμεν, μήτιγε „ βιω-

† ἴσως κρίσις

βιωτικά; κριτὴς μὲν οὖν εἷς, καὶ νομοθέτης κατὰ τὰς γραφὰς ὁ Χριστός. εἰ δὲ πρεσβεύουσιν ὑπὲρ Χριστοῦ οἱ ἀπόστολοι, καὶ ἐν αὐτοῖς τέθειται τῆς καταλλαγῆς ὁ λόγος, οὐδὲν τὸ παράδοξον, εἰ καὶ νοοῖντο κριταὶ καθ' ὁμοιότητα τοῦ Χριστοῦ. Διακέκραγε δέ που καὶ ὁ μέγας ἡμῖν Ἡσαΐας, τήν τε αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ θεοπρεπῆ βασιλείαν, καὶ τὴν αὐτῶν τῶν ἁγίων ἀποστόλων ἀνάρρησιν ἐμφανῆ καθιστάς· ἰδοὺ δὴ βασιλεὺς δίκαιος βασιλεύσει, καὶ ἄρχοντες μετὰ κρίσεως ἄρξουσι. πάλαι μὲν γὰρ ἐβασίλευον τῆς Ἱερουσαλὴμ οἱ ἐκ τῆς Ἰούδα φυλῆς· τετάχατο δὲ πρὸς τὸ κρίνειν οἱ τῇ ἁγίᾳ σκηνῇ προσεδρεύοντες, καὶ τὸν τῆς ἱερωσύνης λαχόντες κλῆρον· χείλη γὰρ ἱερέως φυλάξεται κρίσιν, καὶ νόμον ἐκζητήσουσιν ἐκ στόματος αὐτοῦ. ἐπειδὴ δὲ τῆς ἐν νόμῳ σκιᾶς οἱονεὶ συνεσταλμένης, καὶ τῆς ἐν πνεύματί τε καὶ ἀληθοῦς λατρείας εἰσκεκομισμένης διὰ Χριστοῦ, λαμπροτέρων ἔδει τῷ κόσμῳ κριτῶν, εἰσκεκλήκεται πρὸς τοῦτο λοιπὸν οἱ θεσπέσιοι μαθηταί, καὶ εἰς τὸν τῶν κατὰ νόμον καθηγητῶν εἰσεφρήσαν κλῆρον. τεθέσπισται πρὸς μὲν τὴν τῶν Ἰουδαίων μητέρα, φημὶ δὲ τὴν Ἱερουσαλήμ, ἐλέγετο παρὰ τοῦ θεοῦ διὰ τῆς τοῦ ψάλλοντος φωνῆς· ἀντὶ τῶν πατέρων σου ἐγεννήθησαν υἱοί σου, τουτέστιν οἱ σοὶ χρηματίζοντες υἱοὶ τὴν τῶν πατέρων τάξιν διέλαχον. πρὸς δέ γε τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν, καταστήσεις αὐτοὺς ἄρχοντας ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν. ὃ δὴ καὶ εἰς πέρας ἐνηνεγμένον ἴδοι τις ἄν. ἄρχοντας γὰρ πεποιήμεθα, καὶ κριτὰς ἐσχήκαμεν οἰκουμενικούς, τοὺς ἁγίους μαθητάς, ὧν ταῖς ὑποθήκαις καὶ αὐτὸ τὸ Χριστοῦ λαλεῖται μυστήριον· ἐπείπερ εἰσὶν αὐτοὶ καὶ ταμίαι τοῦ σώζοντος λόγου, καὶ τῶν πρακτέων εἰσηγηταί. τὸ μὲν ὅσον ἐστὶ τοῖς παιδευομένοις ἀσυντελὲς εἰς ὄνησιν ὡς κίβδηλον ἀποκρίνοντες· εἰσποιεῖσθαί γε μὴν ὅτι πρέποι τὸ πεφυκὸς ὠφελεῖν συμβουλεύοντες. Δὰν τοίνυν φησί, τουτέστιν οἵπερ ἂν ὅλως προχειρισθεῖεν κατὰ καιροὺς ἐπὶ τὸ κρίνειν ἔθνη καὶ λαούς, οὕτω κατάρξουσι δυνατῶς καὶ σὺν εὐκλείᾳ πολλῇ, καθάπερ μέλλει καὶ μία φυλὴ τῶν ἐξ Ἰσραήλ. φησὶ δὲ οἶμαι τὴν βασιλεύουσαν τὴν Ἰούδα πάντως καὶ οὐχ ἑτέραν. ὅτι γὰρ ἐκτετίμηνται, καὶ εἰς ἄκρον ἥκουσι δόξης, παρά γε τοῖς τοῦ σωτῆρος προσκυνηταῖς, οἱ παρ' αὐτοῦ προκεχειρισμένοι τῆς ὑφ' ἡλίῳ καθηγηταί, πῶς ἐστιν ἀμφιβάλλειν; πλὴν ὅτι τὸ ἄρχειν αὐτοῖς οὐκ ἀταλαίπωρον ἔσται παντελῶς, ἔμελλε δὲ πολλῶν καὶ ἀναριθμήτων πειρᾶσθαι κακῶν· παραπεδιοστήσονται ἢ ὅτι καὶ οὐκ εἰς ἅπαν εὑρήσουσι τῆς ἀποστολῆς τὸν δρόμον κινδύνων ἀπηλλαγμένον, ὡς ἐν τύπῳ παραδείγματος ὑπεμφήνιζεν, εἰπών, γενηθήτω Δάν. ἀν-

ctum pertinent? Quocirca licet vnus iudex & legiſlator ſit iuxta Scripturas, nempe CHRISTVS, tamen & Apoſtoli, qui pro CHRISTO funguntur legatione, & quibus commiſſus eſt reconciliationis ſermo, nõ abs re intelligi poſſint & ipſi iudices, ſecundùm ſimilitudinẽ CHRISTI. Inclamat autem alibi nobis etiam magnus Iſaias, introducẽs & regnũ CHRISTI auguſtum, & ſanctorum Apoſtolorum illuſtrem prędicationem. *Ecce*, inquiẽs, *rex iuſtus regnabit, & principes cum iudicio præerunt.* Nam olim Hieroſolymis regnabãt quidem illi, qui erant ex tribu Iuda; ſed qui ſancto tabernaculo præerant, & ſacerdotalem dignitatem obtinebant, ordinati erant ad iudicandum. *Labia enim ſacerdotis cuſtodiũt iudicium & legem requirent ex ore eius.* Poſtquam autem vmbra legis quodammodo contracta eſt, & verus cultus in ſpiritu inductus per CHRISTVM, illuſtrioribus iudicibus indigebat mundus, vocatique ſunt ad hoc diuini diſcipuli, qui legalium doctorum locum ſubirent. Vnde ad Iudæorum matrem, hoc eſt ad Ieruſalem, dictũ fuit à Deo per vocem Pſalmiſtæ: *Pro patribus nati ſunt tibi filij*, hoc eſt, filij, qui tibi ius dicunt, locum patrum ſortiti ſunt. Ad Dominũ autẽ noſtrũ IESVM CHRISTVM ait: *Conſtitues eos principes ſuper omnem terram.* Quòd autem hoc ſit impletum, & ad exitum perductũ, facilè quis viderit. Principes enim ac iudices vniuerſales habuimus ſanctos diſcipulos, quorum doctrina ipſum CHRISTI myſterium explicatũ eſt. Siquidem ipſi diſpenſatores ſalutiferi verbi, & rerum agendarum auctores. quippe qui quidquid inutile eſt diſcentibus, tanquam adulterinum ſecernunt; & viciſſim quod vtile eſt, vt amplectamur, monent. Dã igitur, ait, hoc eſt illi, qui ſtato tẽpore eligentur ad iudicandos populos & gentes, adeò potenter imperabunt, & cũ tanto ſplendore ac gloria, quanta vna tribus ex Iſraël regnauit. Innuit autẽ omnino, arbitror, regnantem tribum Iuda, & non aliã. Quis enim dubitauerit, quin illi, qui electi ſunt principes mundi, in maximo ſint pretio, atque ſummo honore proſequẽdi à CHRISTI cultoribus? Verumtamẽ quòd ipſorum imperium non ſit futurum expers ærumnarum; ſed quòd multis innumerabilibuſque malis ſint tentãdi, neque inuẽturi ſint apoſtolatus curſum immunem ac liberum à periculis, veluti in typo demonſtrauit dicens: *Fiat Dan*, hoc

Iſa.32.1.

Malach.2.7

Locus Pſal. 44. explicatus.

Pſ.44.17.

Coluber typus persecutorum.

est, futurus est Dan populus persequens, *tanquam serpens in via commorans, in semita mordens calcaneum equi*, hoc est, ardua & inexplicabilia dogmata proponens. Morsus enim viperarum ineuitabiles quodammodo sunt, etiamsi in ipsum fiant calcaneum. *Ipse enim*, ait, *obseruabit caput tuum*, † *& tu obseruabis calcaneum illius.* Ita enim sanctis Apostolis sunt insidiati, vt etiam mortem corporalem ipsis intulerint. Vnde tale quid eos perpessos esse dicimus, cuiusmodi pateretur eques, si labēte equo solutis posterioribus pedibus, insessor supinus in terram procidat, expectans qui opem ferat ac saluet. Exspectāt autem etiam diuini discipuli oportunum suæ gloriæ & salutis tempus, quo vocabūtur in regnum inconcussum atque sempiternum, acclamante eis CHRISTO: *Venite benedicti Patris mei, possidete regnum vobis à mundi constitutione paratum.* Consummarunt enim cursum, & fidem seruarunt, ideoque coronam gloriæ reportabunt immarcescibilem. Porro si quis statuere velit non futuros esse Dan vllos tanquam serpentes insidentes viæ, sed ipsum Dan alijs insidiaturū; tum illud dicimus, quòd Scribæ & Pharisæi iudicium pariter & principatum obtinentes, instar teterrimarū viperarum irruerint in CHRISTVM, ac quasi equitē per angustam glabramq; viam festinantem morsibus inflictis, impiè ceperint. Cæterùm etiamsi eques ceciderit, volens mortem carnis perpessus, tamen iterum reuiuiscet, constituturus Patrē adiutorem atque opitulatorem. Nam cùm ipse sit Dei ac Patris potentia, suum ipsius templū viuificauit. Ideoq; & saluatus dicitur à Patre, periculis vt homo subiectus, quamquā suapte natura sit Deus, totamque visibilem atque inuisibilē creaturam in suo statu continens. Hoc modo intellexeris quod diuus Paulus alibi de eo scribit: *Etsi enim crucifixus est ex infirmitate, viuit tamen ex potentia Dei.*

Gen. 3. 15.

† alij: & tu conteres calcaneū.

Matt. 25. 34

2. Cor. 13. 4.

τι οὖν ἔσται τὸ Δὰν ὁ τῶν διωκόντων δῆμος. ὡς „ ὄφις ἐν ὁδῷ καθήμενος ἐπὶ τρίβου δάκνων „ πτέρναν ἵππου· τουτέστι δεινὰ καὶ ἄφυκτα δόγ- „ ματα διδούς. τὰ γάρ τοι τῶν ἐχίδνων δήγματα δυσδιάφυκτά πως εἰσὶν, εἰ καὶ εἰς αὐτὴν γένοιντο τὴν πτέρναν. αὐτός γάρ σου, φησὶ, τηρήσει κεφαλὴν, καὶ σὺ τηρήσεις αὐτοῦ πτέρναν. ἐπεβούλευσαν δὲ οὕτω τινὲς τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις, ὡς καὶ αὐτὸν ἐπαγαγεῖν τὸν τῆς σαρκὸς θάνατον. καὶ δή τι τοιοῦτον ὑποστῆναί φαμεν αὐτοὺς, ὁποῖον ἂν πάθῃ τυχὸν ἱππεὺς, ἐκλάσαντος ἵππου, καὶ ἀνόπιν ὥσπερ ὑφιζηκότος. ὑπτιωθήσεται γὰρ ὁ ἐπιβάτης, καὶ εἰς γῆν εἶμαι πεσὼν, περιμενεῖ τὸν σώζοντα. περιμένουσι δὲ οἱ θεσπέσιοι μαθηταὶ τὸν τῆς ἑαυτῶν δόξης τε καὶ σωτηρίας καιρὸν, καθ' ὃν εἰσκεκλήσονται εἰς βασιλείαν ἀκλόνητον αἰώνιον, ἐπιφωνοῦντος αὐτοῖς τοῦ Χριστοῦ· δεῦτε οἱ εὐλο- „ γημένοι τοῦ πατρός μου, κληρονομήσατε τὴν ἡτοι- „ μασμένην ὑμῖν βασιλείαν ἀπὸ καταβολῆς „ τοῦ κόσμου. τετελέκασι γὰρ τὸν δρόμον, τετηρήκα- „ σι δὲ καὶ τὴν πίστιν. οὐκοῦν τὸν ἀμάραντον τῆς δόξης ἀποκομιοῦνται στέφανον. εἰ δὲ δή βούλοιτό τις οὐχὶ τῷ Δὰν ἔσεσθαί τινας ὡς ὄφεις ἐγκαθημένους ὁδῷ, ἀλλ' αὐτὸν ἑτέροις ἐπιβουλεύσειν τὸν Δάν· ἐκεῖνο ἐροῦμεν ὅτι τὸ κρίνειν τε καὶ καθηγεῖσθαι λαῶν, ἔχοντες οἱ γραμματεῖς τε καὶ Φαρισαῖοι, πικροτάτων ἐχιδνῶν ἐπεφύοντο δίκην, τῷ Χριστῷ. καὶ οἱονεί πως ἱππία διὰ ψιλῆς τε καὶ λείας ᾄττοντα τρίβου, δήγμασι περιρρηκόντες, ἀνοσίως ἡλίσκοντο. ἀλλ' εἰ καὶ πέπτωκεν ὁ ἱππεὺς, ἐθελοντὴς ἀνατλὰς τὸν τῆς σαρκὸς θάνατον· ἀλλ' οὖν καὶ ἀναβιώσεται, συλλήπτορα καὶ ἐπαρωγὸν ποιούμενος τὸν πατέρα. δύναμις γὰρ ὢν τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς, ὁ υἱὸς, τὸν ἴδιον αὐτὸς ἐζωοποίησε ναόν. ταύτῃ τοι σεσῶσθαι λέγεται παρὰ τοῦ πατρὸς κεκινδυνευκὼς ὡς ἄνθρωπος, καί τοι κατὰ φύσιν ὑπάρχων θεὸς, καὶ ὅλην αὐτὸς εἰς τὸ εὖ εἶναι συνέχων ὁρατήν τε καὶ ἀόρατον κτίσιν. οὕτω που συνιεὶς καὶ ὁ θεσπέσιος Παῦλος περὶ αὐτοῦ φησι· καὶ γὰρ εἰ ἐσταυρώθη ἐξ „ ἀσθενείας, ἀλλὰ ζῇ ἐκ δυνάμεως θεοῦ. „

De Gad.

Περὶ τοῦ Γάδ.

Gen. 49. 19.

Gad quid significet.

GAd tentatio tentabit eum. Ipse autem tentabit eum iuxta pedes* Iterum interpretatus est, quid sibi velit nomen *Gad.* significat enim *tentationem.* Non autē erit absonum, vt arbitror, si per hūc intelligamus Deo aduersam & superbam Scribarū atque Pharisæorum turbam, qui cùm di-

ΓΆδ, πειρατήριον πειρατεύσει αὐτόν. „ αὐτὸς δὲ πειρατεύσει αὐτῶν κατὰ πό- „ δας. ἡρμήνευσε πάλιν τὸ τί ἂν βούλοιτο „ δηλοῦν ὁ Γάδ· πειρασμὸς γὰρ ἡ πειρατήριον. πρέποι δ' ἂν οἶμαι καὶ διὰ τούτου νοεῖσθαι † τῷ θεοστυγῆ τε καὶ ἀλαζόνα τῶν γραμματέων τε καὶ Φαρισαίων ἐσμόν. οἱ τὸ θεῖ-

† ἴσως τὸ

ἔστι καὶ εὐαγγελικὸν παρεθέμενοι κήρυγμα, καὶ τῶν ἀναγκαίων τιμῶντες εἰς ὄνησιν οὐδέν, ἐπέβρυχον τοὺς ὀδόντας Χριστῷ, διδάσκοντι μὲν τὰ ὑπὲρ σκιὰν καὶ νόμον, εὐδοκιμοῦντι δὲ λίαν καὶ τεθαυμασμένῳ, καταπλήττοντί τε οὐδὲν ἧττον τοὺς ἀνὰ πᾶσαν τὴν Ἰουδαίαν, τῇ τῶν πεπραγματευμένων ὑπερβολῇ, καὶ ταῖς εἰσηγήσεσι ταῖς εἰς πᾶν ὁτιοῦν τῶν ἀρεσκόντων Θεῷ, συνεισφέροντι τὰ παράδοξα. καὶ γοῦν ὅτε κατὰ τὴν τοῦ προφήτου φωνὴν τὴν Βηθανίαν ἀφεὶς εἰσέφρησεν εἰς Ἱερουσόλυμα, αὐτὸς πρᾳῢς ἐπιβεβηκὼς ἐπὶ ὑποζύγιον καὶ πῶλον νέον, οἱ μὲν προηγούμενοι παῖδες εὐφημοῦντες ἔφασκον, ὡς αἰνὰ τῷ υἱῷ Δαβίδ. εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι κυρίου. τῶν δὲ συνθεόντων τινὲς τὰ ἱμάτια κατεστρώννυον ἐν ταῖς ὁδοῖς, καὶ οὐκ ἀθαύμαστον ἐποιοῦντο τὴν εἰσβολήν· οἱ δὲ διερρήγνυντο, καὶ ὀξυτέροις τοῦ φόνου πληττόμενοι κέντροις προσελάλουν ἀλλήλοις, μονονουχὶ δὲ καὶ κατῃτιῶντο μέλλοντας ἔτι περὶ τὸ χρῆναι φονᾶν· ἔφασκον γάρ, ὅτι θεωρεῖτε ὅτι οὐκ ὠφελεῖ οὐδέν. ἴδε ὁ κόσμος ὅλος ὀπίσω αὐτοῦ ἀπῆλθεν. ἐπειδὴ δὲ τὴν τῶν ἤδη πεπιστευκότων πληθὺν ἐδεδίεσαν, χειρῶν μὲν πως ἐφείδοντο, καὶ τῆς εἰς προὖπτον ἐπιβολῆς. ἵνα δὲ τοῖς Ῥωμαίων προσκρούσειε στρατηγοῖς, ἐπιπέμπουσί τινας τῶν ἰδίων μαθητῶν μετὰ τῶν καλουμένων Ἡρωδιανῶν λέγοντας· διδάσκαλε οἴδαμεν ὅτι ἀληθὴς εἶ, καὶ οὐ μέλει σοι περὶ οὐδενός· οὐ γὰρ βλέπεις εἰς πρόσωπον ἀνθρώπων. ἔξεστι δοῦναι κῆνσον Καίσαρι ἢ οὔ; ἀλλ' ἠλέγχοντο παραχρῆμα λέγοντος αὐτοῖς τοῦ Χριστοῦ μετὰ τὴν τῶν δηναρίων δεῖξιν· ἀπόδοτε τὰ Καίσαρος Καίσαρι· καὶ τὰ τοῦ θεοῦ τῷ θεῷ. οἱ δὲ δὴ πρὸς τοῦτο κατερυθριάσαι δέον καὶ ἀποσχέσθαι λοιπὸν τοῦ πειράζειν αὐτόν, πεῖραν αὐτοῦ καθιέσαν καὶ ἑτέραν. ποιήσας μὲν γὰρ ὡσεὶ φραγέλλιον ἐκ σχοινίου, πάντας ἐξέβαλεν ἐκ τοῦ ἱεροῦ τοὺς πωλοῦντας τὰ πρόβατα καὶ τοὺς βοῦς λέγων· ἄρατε ταῦτα ἐντεῦθεν· μὴ ποιεῖτε τὸν οἶκον τοῦ πατρός μου οἶκον ἐμπορίου. οἱ δὲ ἀγανακτοῦντες παραγίνονται· ἐν ποίᾳ ἐξουσίᾳ ταῦτα ποιεῖς, καὶ τίς ἔδωκέ σοι τὴν ἐξουσίαν ταύτην; τί οὖν πρὸς τοῦτο ὁ Χριστός; ἐρωτήσω, φησί, κἀγὼ ὑμᾶς λόγον, καὶ εἴπατέ μοι. τὸ βάπτισμα Ἰωάννου πόθεν ἦν; ἐξ οὐρανοῦ, ἢ ἐξ ἀνθρώπων; οἱ δὲ διελογίζοντο, φησί, ἐν ἑαυτοῖς ὅτι ἐὰν εἴπωμεν ἐξ οὐρανοῦ, ἐρεῖ ἡμῖν· διατί οὖν οὐκ ἐπιστεύσατε αὐτῷ; ἐὰν εἴπωμεν, ἐξ ἀνθρώπων, φοβούμεθα τὸν ὄχλον. πάντες γὰρ ὡς προφήτην εἶχον τὸν Ἰωάννην.

uinum atque Euangelicum præconium sint aspernati, neque quidquam eorum quæ sunt necessaria ad salutem coluerint; fremebant dentibus contra CHRISTVM, docentem quæ excellentiora erãt figuris legis, summamque ob egregia facta laudem existimationemque consecutum, & prodigiorum excellentia totam Iudæam perterrefacientẽ, atque vnà doctrinæ eorum quæ Deo imprimis placent, inaudita miracula adijcientem. Vnde quãdo iuxta vocẽ Prophetæ, relicta Bethania, ingressus est Hierosolymam mansuetus cõscensa asina subiugali, & pullo eius, pueri quidẽ præeũtes dicebãt: *Osanna filio Dauid. Benedictus qui venit in nomine Domini.* Nõnulli verò corũ qui cõcurrebant, vestimẽta sua strauerunt in vijs, celeberrimeque eũ exceperunt: nonnulli verò disrumpebãtur, & acerrimis inuidiæ stimulis exagitati, colloquebantur inter se, atque incusabãt eos qui ad ipsum interficiẽdum tardiores essent. Dicebant enim, *Videtis, quòd nihil prorsus proficiatis. Ecce totus mundus sequitur eum.* Cùm verò timerent multitudinem eorum qui iam crediderant, primũ quidẽ abstinebant manus, & temperabant sibi ab aperta CHRISTI inuasione; sed vt in offensionem militum Romanorum incurreret, miserunt quosdam suorum discipulorum cum ijs qui vocãtur Herodiani, vt dicerent ad ipsum: *Magister scimus quòd verax sis, nec cures quemquam: neque enim respicis personam hominum. Licétne dare censum Cæsari an non?* Sed ilico coarguebantur à CHRISTO dicente ipsis post ostensionem denarij, *Date quæ Cæsaris sunt, Cæsari; & quæ Dei sunt, Deo.* Qua quidem de causa cùm ipsos pudere sui oporteret, seque deinceps ab eo tentando continere deberent, en etiam alteram aduersus ipsum machinabantur tentationem. Facto enim flagello ex fune, cùm eijceret è templo vendentes oues ac boues, dicens: *Auferte ista hinc: Ne faciatis domum Patris mei, domum negotiationis;* tum isti indignè hoc ferentes, accesserunt: *Ex cuius potestate,* inquiẽtes, *hæc facis? Ecquis dedit tibi hanc potestatem?* Quid autem ad ista CHRISTVS? *Interrogabo,* inquit, *& ego vos vnum verbum. dicite mihi: Baptisma Ioannis vnde erat? E cælo ne, an ex hominibus? Hi autem,* ait textus, *cogitabant secum, si dixerimus, E cælo; quare ergo non credidistis illi? Si autem dixerimus, Ex hominibus, timemus turbam. Omnes enim habebant Ioannem tanquam prophetam,*

Matth.21. Marc.11. Ioan.12.

Matt.22.21

Matt.21.25

eoq; dicebant, Nescimus. Quid ad hæc CHRISTVS? *Neque ego,* inquit, *dico vobis ex cuius potestate hæc facio.* Tentatio igitur est Gad, hoc est, Pharisæi, qui semper tentant. Attamen continuò iterum tentantur & ipsi. CHRISTVS enim ille erat, qui iuxta vocem prophetarum apprehendit sapientes in sapientia, & sophistarum consilia egregiè retorquet in quæstionem contrariam.

De Aser.

[Gen. 49. 20.] [Aser quid significet.] *Aser pinguis panis eius, & ipse dabit cibum principibus.* Aser rursum significat *Diuitiæ*. id enim declarat nomen. Arbitror autem hinc intelligi posse eum, [Col. 2. 3.] *in quo omnes thesauri sapientiæ & scientiæ sunt reconditi*, hoc est, CHRISTVM, qui est [Matt. 13. 44.] *thesaurus in agro absconditus*, margarita illa pretiosa; quique in persona sapientiæ manifestissimè dicit: [Prou. 8. 18.] *Diuitiæ & gloria mihi sunt, & possessio multorum atque iustitia. Ipse est qui visitat terram*, sicut inquit Dauid, [Ps. 64. 10.] *Multiplicasti vt ipsam ditares.* Scribit enim alibi sapientissimus Paulus nobis de seipso: [1. Cor. 1. 4.] *Gratias ago Deo meo vbique de vobis, propter gloriam Dei, quæ data est vobis, in* CHRISTO IESV: *quia in omni ditati estis in ipso, in omni sermone & cognitione.* Nam Deus, etsi suapte natura diues sit, pauper vnà nobiscum [2. Cor. 8. 9.] est factus, vt nos per ipsius paupertatem ditesceremus. Huic itaque omnino est & panis pinguis, hoc est, valdè opimus, & ad alendũ efficacissimus. Alit enim & enutrit nos Saluator noster IESVS CHRISTVS, non sensibile manna præbens, sicut olim Israëlitis, sed seipsum in animas fidelium immittens per Spiritum sanctum. Vnde [Ioan. 6. 32.] & dicebatur populis Iudæorum: *Amen, amen dico vobis, non Moyses dedit vobis panem de cælo verum. Panis enim Dei est ille, qui* [Panis de cælo quis.] *descendit de cælo, & vitam dat mundo.* Et rursus: *Ego sum panis vitæ.* Potest autem etiam aliter intelligi panis viuificus, occultiore quadam ratione. Dat autem principibus alimentum. Dixerim enim quòd Throni & Potestates, Principatus & Virtutes, Angeli & Archãgeli, adeoq; omnis creatura sancta & rationalis cibum suum faciat CHRISTVM. Verùm hæc res, vt par est, intelligi debet. Imò verò & principibus gregum in terra distribuit alimenta, spiritalia nimirum, ac diuinorum mysteriorum reuelationem, omnisque virtutis scientiã, vt & ipsi populos suæ fidei commissos pa-

καὶ λέγουσι φησίν, οὐκ οἴδαμεν. τί οὖν πρὸς ταῦτα Χριστός; οὐδὲ ἐγὼ λέγω ὑμῖν ἐν ποίᾳ ἐξουσίᾳ ταῦτα ποιῶ. οὐκοῦν πειρατήριον ὁ Γάδ, τουτέστιν οἱ ἀεὶ πειράζοντες Φαρισαῖοι. πλὴν ἀντιπειράζονται κατὰ πόδας, τουτέστιν εὐθύς. Χριστὸς γὰρ ἦν ὁ κατὰ τὴν τοῦ προφήτου φωνὴν δρασσόμενος τοὺς σοφοὺς ἐν τῇ σοφίᾳ αὐτῶν, καὶ τὰς τῶν πολυπλόκων βουλὰς περιστὰς ἀστείως εἰς ἀντίστροφον ζήτησιν.

Περὶ τοῦ Ἀσήρ.

Ἀσὴρ πίων αὐτοῦ ὁ ἄρτος καὶ αὐτὸς δώσει τροφὴν ἄρχουσι. πλοῦτός τι πάλιν ὁ Ἀσήρ. ὧδε γὰρ ἔχει τοῦ σημαινομένου ἡ δήλωσις. εἴη δ' ἂν οἶμαί που κἀνταῦθα νοούμενος ἐν ᾧ πάντες εἰσὶν οἱ θησαυροὶ τῆς σοφίας καὶ τῆς γνώσεως ἀπόκρυφοι, τουτέστι Χριστός, ὁ ἐν ἀγρῷ κρυπτόμενος θησαυρός, ὁ πολυτίμητος μαργαρίτης, ὁ καὶ ἐν προσώπῳ τῆς σοφίας ἐναργέστατα λέγων· πλοῦτος καὶ δόξα ἐμοὶ ὑπάρχει, καὶ κτῆσις πολλῶν, καὶ δικαιοσύνη. αὐτὸς ὁ τὴν γῆν ἐπισκεψάμενος, καθά φησιν ὁ Δαβίδ, ἐπλήθυνας τοῦ πλουτίσαι αὐτήν. γράφει δέ που καὶ ὁ σοφώτατος Παῦλος ἡμῖν περὶ αὐτοῦ· εὐχαριστῶ τῷ θεῷ μου πάντοτε περὶ ὑμῶν, ἐπὶ τῇ χάριτι τοῦ θεοῦ τῇ δοθείσῃ ὑμῖν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, ὅτι ἐν παντὶ ἐπλουτίσθητε ἐν αὐτῷ, ἐν παντὶ λόγῳ καὶ πάσῃ γνώσει. συνεπτώχευσε γὰρ ἡμῖν, καίτοι πλούσιος ὢν ὁ θεός, ἵνα ἡμεῖς τῇ αὐτοῦ πτωχείᾳ πλουτήσωμεν. τούτῳ δὴ πάντως ἐστί, καὶ πίων ὁ ἄρτος, τουτέστι λιπαρὸς ἄγαν καὶ τροφιμώτατος. τρέφει γὰρ ἡμᾶς ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός, οὐ μάννα τὸ αἰσθητὸν καθιεὶς καθὰ καὶ πάλαι τοῖς ἐξ Ἰσραήλ· ἀλλ' ἑαυτὸν ταῖς τῶν πιστευόντων ἐνοικίζων ψυχαῖς διὰ τοῦ ἁγίου πνεύματος. τοιγαροῦν καὶ ἔφασκε τοῖς Ἰουδαίων δήμοις· ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, οὐ Μωυσῆς δέδωκεν ὑμῖν τὸν ἄρτον ἐκ τοῦ οὐρανοῦ τὸν ἀληθινόν. ὁ γὰρ ἄρτος τοῦ θεοῦ ἐστιν ὁ καταβαίνων ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ζωὴν διδοὺς τῷ κόσμῳ. καὶ πάλιν· ἐγώ εἰμι ὁ ἄρτος τῆς ζωῆς. ἄρτος δὲ καὶ ἑτέρως νοεῖται ζωοποιὸς κατά τι τῶν ἀπορρητοτέρων. δίδωσι δὲ τοῖς ἄρχουσι τροφήν. φαίην γὰρ ἄν, ὅτι θρόνοι τε καὶ ἐξουσίαι, ἀρχαὶ καὶ δυνάμεις, ἄγγελοι καὶ ἀρχάγγελοι, καὶ πᾶσα κτίσις ἁγία καὶ λογικὴ τροφὴν ποιεῖται Χριστόν. καὶ ὡς ἂν νοεῖσθαι τὸ χρῆμα πρέπει. ἀλλὰ καὶ τοῖς τῶν ἐπὶ γῆς ποιμνίων καθηγηταῖς διανέμει τροφάς. δῆλον δὲ ὅτι τὰς πνευματικάς, τὴν τῶν θείων μυστηρίων ἀποκάλυψιν, τὴν ἁπάσης εἴδησιν ἀρετῆς, ἵνα καὶ αὐτοὶ τοὺς ὑπεζευγμένους ἀποτρέφοιεν

λαούς

λαοὺς τοῖς εἰς ζωὴν παιδεύμασι. τοιγάρτοι καὶ πρὸς αὐτοὺς, δωρεὰν ἐλάβετε, φησὶ, δωρεὰν δότε. καὶ μὴν καὶ ἑτέρωθι. τίς ἄρα ἐστὶν ὁ πιστὸς δοῦλος καὶ φρόνιμος, ὃν καταστήσει ὁ κύριος αὐτοῦ ἐπὶ τῆς οἰκίας αὐτοῦ, τοῦ δοῦναι ἐν καιρῷ τὸ σιτομέτριον; ἀμὴν λέγω ὑμῖν· μακάριος ὁ δοῦλος ἐκεῖνος ὃν ἐλθὼν ὁ κύριος αὐτοῦ εὑρήσει οὕτως ποιοῦντα. ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι ἐπὶ πᾶσι τοῖς ὑπάρχουσιν αὐτοῦ καταστήσει αὐτόν. τοῦτο ποιοῦντας εὑρήσομεν τοὺς τῶν ἐκκλησιῶν διδασκάλους, καὶ πρό γε δὴ τούτων τοὺς ἁγίους ἀποστόλους. ἐπιστέλλει γοῦν ὁ μακάριος Παῦλός τισιν· ἐπιποθῶ γὰρ ὑμᾶς ἰδεῖν· ἵνα τι μεταδῶ χάρισμα ὑμῖν πνευματικὸν εἰς τὸ στηριχθῆναι ὑμᾶς. παρακεκλῆσθαι δὲ καὶ αὐτοὶ λέγουσι παρὰ θεοῦ, τοῖς ἄνωθεν ἀγαθοῖς ἀναπιμπλάντος † αὐτοὺς δηλονότι, καὶ ταῖς διὰ πνεύματος χορηγίαις πλουσίως καταπιαίνοντος. Ἀσὴρ δὴ οὖν ἄρα Χριστὸς ἢ οἱ Χριστὸν πλουτήσαντες, ὧν ἂν νοοῖτο καὶ πίων ὁ ἄρτος.

† ἴσως αὐτούς

scant doctrina ad vitam salutari. Hinc ait ad ipsos: *Gratis accepistis, gratis date.* Item & alibi: *Quis est fidelis seruus & prudens, quem constituet dominus super domum suam, vt daret tempore oportuno demensum? Amen dico vobis, Beatus seruus ille, quem Dominus reuersus inuenerit ita facientem. Amen dico vobis quoniam super omnia sua constituturus sit ipsum.* Hoc facere cernimus Doctores Ecclesiarum, & ante hos fecisse sanctos Apostolos. Vnde beatus Paulus ita scribit: *Cupio vos videre, vt impertiam vobis gratiam spiritualem in hoc, vt vos confirmaremini.* Firmam enim & ipsi dicunt se consolationem accepisse à Deo, qui repleuit eos omnibus bonis supernis, & spiritualibus donis opulentè saturauit. Quare *Aser* est CHRISTVS, aut ij, qui cum CHRISTO ditati sunt, quorum panis verè pinguis intelligi debet.

Matt.10.8
Luc.12.42.
Rom.1.11.

Περὶ τοῦ Νεφθαλείμ.

Νεφθαλεὶμ στέλεχος ἀνειμένον, ἐπιδιδοὺς τῷ γεννήματι κάλλος. ἐφαρμόσειεν ἂν οἶμαί τις καὶ οὐκ ἀπὸ σκοποῦ, καὶ τόδε δὴ πάλιν αὐτῷ που τάχα τῷ Ἐμμανουήλ, καὶ μὴν εἰ βούλοιτο, καὶ αὐτοῖς τοῖς ἐν πίστει δεδικαιωμένοις, καὶ ἡγιασμένοις ἐν πνεύματι. ἐλέγετο μὲν γὰρ πρὸς τὴν τῶν Ἰουδαίων μητέρα, φημὶ δὴ τὴν Ἱερουσαλήμ, διὰ φωνῆς Ἱερεμίου· ἐλαίαν ὡραίαν εὔσκιον τῷ εἴδει ἐκάλεσε κύριος τὸ ὄνομά σου. εἰς φωνὴν περιτομῆς αὐτῆς ἀνήφθη πῦρ ἐπ᾽ αὐτήν. μεγάλη ἡ θλίψις ἐπὶ σέ. ἠχρειώθησαν οἱ κλάδοι αὐτῆς, καὶ κύριος τῶν δυνάμεων ὁ καταφυτεύσας σε ἐλάλησεν ἐπὶ σὲ κακά. ὅτι γὰρ ἔδει τῆς καθηκούσης αὐτὴν ἐπιμελείας τυχεῖν. σημαίνει γὰρ οἶμαι τουτὶ καὶ ἕτερον οὐδὲν ἡ περιτομή. τότε καὶ ἠχρειῶσθαι καὶ ἐμπεπρῆσθαί φησιν αὐτήν, ὅτι μὴ παρόντα τὸν γεωργὸν ἐπιγινώσκειν ἤθελε, τὸν οἷά τινι δρεπάνῃ τῇ τομωτάτῃ τοῦ πνεύματος ἐνεργείᾳ τῶν ἀχρείων ἡμᾶς ἀπαλλάττοντα, τουτέστι τῶν γεωδεστέρων καὶ σαρκικῶν, ἵνα τὴν εἰς πᾶν ὁτιοῦν τῶν τεθαυμασμένων ἔφεσίν τε καὶ προθυμίαν ἐκτικώμεθα. ἔστι γοῦν ἀκοῦσαι λέγοντος ἐναργῶς τοῦ πάντων ἡμῶν σωτῆρος Χριστοῦ· ἐγώ εἰμι ἡ ἄμπελος ἡ ἀληθινή, καὶ ὁ πατήρ μου ὁ γεωργός ἐστι. πᾶν κλῆμα ἐν ἐμοὶ μὴ φέρον καρπὸν, αἴρει αὐτό· καὶ πᾶν τὸ καρπὸν φέρον καθαίρει αὐτὸ ἵνα καρπὸν πλείονα φέρῃ. ῥίζα μὲν γὰρ οἷά τις καὶ ἀμπέλου στέλεχος ἐμβεβριθυμένης ἀσφαλῶς, τῶν εἰς καινότητα ζωῆς ἐνηνεγμένων

De Nephthalim.

Nephthalim † *truncus remissus, dans germini suo pulchritudinem.* Haud incommodè, vt arbitror, accommodauerit quis etiam hoc rursus ipsi Emmanueli, nec non, si placet, ijs qui per fidem iustificati sunt sanctificatique in spiritu. Dicebatur enim ad Iudæorum matrem, Ierusalem inquam, per vocem Ieremiæ: *Oliuam pulcram, opacam, vocauit Dominus nomen tuum. Ad vocem ipsius circumcisionis accensus est ignis contra eam. Magna tribulatio erit in te. Inutiles facti sunt rami eius, & Dominus virtutum est qui plantauit te. Locutus est contra te malum.* Cùm enim ipsi cura conueniens esset adhibenda (id enim puto & nihil aliud significat ipsa circumcisio) tūc & inutilem factam & combustam eam ait, quia præsentem agricolā noluit agnoscere, qui tanquam falce acutissima per spiritus efficaciam ab inutilibus nos abscindit, hoc est, à terrenis & carnalibus, vt desiderium alacritatemque ad ea quę admiratione digna sunt, conciperemus. De hoc igitur licet Saluatorem omnium nostrûm audire dicentem: *Ego sum vitis vera, & Pater meus agricola est. Omnē palmitem qui in me non fert fructum, tollit, & omnem qui fert fructum, purgat, vt fructum producat copiosiorem.* Nam Dominus noster IESVS CHRISTVS est veluti radix quædam & stipes vitis admodum exuberantis atque onustæ talibus botris, qui ad nouitatem Spiritus

Gen.49.21.
† Vulgata: ceruus emissus.
Ier.11.16.
Nephthalim typus CHRISTI.
Ioan.15.1.

spiritus sunt adducti. Nos autem sumus instar palmitum in vnitate spiritus ipsi agnati & insiti, cũ intelligibiliter per charitatem ei vniamur, ac veluti pinguedine ab ipso accepta luxuriantes, diuina gratia alamur ad fructificationem virtutis. Porro vnà cum Filio etiam Pater curam gerit nostri. Imò verò manifestum est, quòd etiamsi CHRISTVS intelligatur vitis, Pater agricola est, omne superuacuum in CHRISTO amputãs, & curam adhibens, vt quàm optimè proueniant bona, atque in ipso queãt fructificare. Cùm itaque decuisset Iudæorum matrem præstantiorem videri, & esse formosam atque opacam oliuã, sicut Propheta ait: tum ipsa perijt, ignisq; in ea est accẽsus. Hinc & sapiens Ioannes: *Iam securis ad radicẽ arboris posita est*, inquit. *Omnis igitur arbor non faciens fructum bonum exscinditur & conÿcitur in ignem.* Quòd autem celebris illa vrbs in finem vsque opprimenda sit calamitatibus, multo antè docuit Propheta Zacharias dicens: *Et erit planctus in Ierusalẽ, sicut plãctus † mali Punici, quod in campo succiditur.* Et rursus veluti ad ipsam ait: *Libane, aperi portas tuas, & deuoret ignis cedros tuos. Vlulet † pinus, eo quòd cecidit cedrus. Quia præcipui magnates tui in perniciẽ deuenerũt. Vlulate quercus † tortricis, quia succisus est saltus consitus.* Libanus enim mons est cedris refertus, quæ boni odoris est plãta, pulcraq; in primis. Libano ergo cõparat Hierosolymã, quę sanè admirãdã habet sacerdotũ multitudinẽ, quantũ scilicet ad honorẽ legis attinet. Hi enim fuerunt præpositi duces, ac veluti in syluis robusta ac præcelsa ligna, quippe qui alios omnes auctoritate antecellant, populũq; sibi subiectũ longè superẽt. Cęterùm succẽsa est Ierusalẽ, hoc est, Libanus; qui verò in ipsa illustres ac præstãtes erãt, gloriæq; altitudine eminentes, planxerunt se inuicem cadentes ac pereuntes: quippe qui in robustissimos Romanorum duces nõ aliter, quàm in lignatores quosdam inciderint. Verùm Dominus noster IESVS CHRISTVS, eorũ qui mali malè perierunt, truncus est effectus. Gaudet enim semper infinitis copijs sursum vehendis, & per totum, vt vno verbo dicam, orbem dilatatur. Quod ipsum præsignificauit Deus clarè per vocem Ezechielis ita dicens: *Et accipiam ex electis Cedri ex summitate cordis ipsorum. Euellam & plantabo in montem altum, & suspendam ipsum in montem sublimem Israëlis. Et plantabo, & producet germen, fa-*

Matt.3.10.

Zach.12.11. † Vulgata: Adadremmon in campo Mageddon.

Zach.11.1. † Vulgata: abies. † Vulgata: Basan.

Ezech.17.22.

ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός. κλημάτων δὲ δίκην ἡμεῖς καθ' ἕνωσιν τὴν ἐν πνεύματι προσπεφυκαμέν τι, καὶ ἀπηρτήμεθα νοητῶς, ἀγάπῃ τῇ εἰς αὐτὸν συνδούμενοι. καὶ ἐναπαλαλῶντες πιότητι τῇ παρ' αὐτοῦ καὶ τῇ θείᾳ τρεφόμενοι χάριτι πρὸς καρποφορίαν ἀρετῆς. ἐπισκέπτεται δὲ τὰ καθ' ἡμᾶς σὺν υἱῷ καὶ αὐτὸς ὁ πατήρ. ἀλλ' ἔστι που δῆλον ὅτι κἂν εἰ ἄμπελος νοοῖτο Χριστὸς, γεωργὸς δὲ ὁ πατήρ, ἐν Χριστῷ δὴ πάντως τὸ ἀχρεῖον ἀποκερεῖ, καὶ φροντίδος ἀξιοῖ τὸ ὡς ἄριστα ἔχειν δυνάμενον καὶ καρποφορεῖν ἐν αὐτῷ. ὅτι τοίνυν ἐχρῆν ἐν ἀμείνοσιν ὁρᾶσθαι γεγενημένην τὴν τῶν Ἰουδαίων μητέρα, τὴν εὔσκιόν τε καὶ ὡραίαν ἐλαίαν, ὡς ὁ προφήτης φησὶ, τότε καὶ ἀπόλωλε καὶ ἀνήφθη πῦρ ἐν αὐτῇ. τοιγάρτοι καὶ ὁ σοφὸς Ἰωάννης, ἤδη δὲ καὶ ἡ ἀξίνη, φησὶ, πρὸς τὴν ῥίζαν τῶν δένδρων κεῖται. πᾶν οὖν δένδρον μὴ ποιοῦν καρπὸν καλὸν, ἐκκόπτεται, καὶ εἰς πῦρ βάλλεται. ὅτι δὲ ἔμελλε ταῖς εἰς λῆξιν ἡκούσαις κακοῦ περιπεσεῖσθαι συμφοραῖς ἡ διαβόητος πόλις, προανεχρησμῴδησε λέγων ὁ προφήτης Ζαχαρίας. καὶ ἔσται ὁ κοπετὸς τῆς Ἱερουσαλὴμ ὡς κοπετὸς ῥοῶνος ἐν πεδίῳ ἐκκοπτομένου. καὶ πάλιν ὡς πρὸς αὐτὴν διάνοιξον ὁ Λίβανος τὰς θύρας σου, καὶ καταφαγέτω πῦρ τὰς κέδρους σου. ὀλολυζέτω πίτυς, διότι πέπτωκε κέδρος. ὅτι μεγάλως μεγιστᾶνες ἐταλαιπώρησαν. ὀλολύξατε δρύες τῆς Βασανίτιδος, ὅτι κατεσπάσθη ὁ δρυμὸς ὁ σύμφυτος. Λίβανος μὲν γὰρ ὄρος ἐστὶ τῇ κέδρῳ κατάκομον. εὐῶδες δὲ τὸ φυτὸν, καὶ τῶν ὅτι μάλιστα τεθαυμασμένων εἰς κάλλος. Λιβάνῳ δὴ οὖν παρεικάζει τὴν Ἱερουσαλὴμ, οὐκ ἀθαύμαστον ἔχουσαν τὴν τῶν ἱερέων πληθὺν, τό γε ἧκόν φημι πρὸς τὰς ἐκ νόμου τιμάς. τεθεῖνται γὰρ ἡγούμενοι, καὶ οἷά περ ἐν δρυμοῖς ἁδρά τε καὶ εὐμηκέστατα ξύλα, τὸ τῶν ἄλλων ἁπάντων ἀνέχοντες μέτρον, καὶ πολὺ τῶν ὑπὸ χεῖρα λαῶν ὑπερκείμενοι. ἀλλ' ἐμπέπρησται μὲν Ἱερουσαλὴμ, τουτέστιν ὁ Λίβανος. οἱ δὲ ἐν αὐτῇ λαμπροὶ, καὶ περιφανέστατοι καὶ τὸ ἐν εὐκλείαις ἔχοντες ὕψος, τεθρηνήκασιν ἀλλήλους, πίπτοντές τε καὶ ἀπολλύμενοι, καὶ ὥσπερ τισὶ δρυτόμοις περιπεσόντες, εὐσθενεστάτοις † τοῖς Ῥωμαίων στρατηγοῖς. ἀλλ' ὅγε κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς δι' ὧν ἐκεῖνοι κακοὶ κακῶς ἀπολώλασι, στέλεχος γέγονεν ἀνειμένον. ἐντρυφᾷ γὰρ ἀεὶ ταῖς ἀκαταλήκτοις εἰς τὸ ἄνω φοραῖς, καὶ ὅλης, ὡς ἔπος εἰπεῖν, τῆς ὑπ' οὐρανὸν κατευρύνεται. καὶ αὐτὸ δὴ τοῦτο προανεφώνει σαφῶς ὁ θεὸς διὰ φωνῆς Ἰεζεκιὴλ οὕτω λέγων, καὶ λήψομαι ἐκ τῶν ἐπιλέκτων τῆς κέδρου, ἐκ κορυφῆς καρδίας αὐτῶν ἀποκνιῶ, καὶ καταφυτεύσω ἐγὼ ἐπὶ ὄρος ὑψηλὸν, καὶ κρεμάσω αὐτὸ ἐν ὄρει μετεώρῳ τοῦ Ἰσραήλ. καὶ καταφυτεύσω, καὶ ἐξοίσει βλαστὸν, καὶ ποιήσει

† ἢ στρατηγῶν Ῥωμαίων

ποιή-

» ἥσει καρπὸν, καὶ ἔσται εἰς κέδρον μεγάλην,
» καὶ ἀναπαύσεται ὑποκάτω αὐτοῦ πᾶν θη-
» ρίον, καὶ πᾶν πετεινὸν ὑπὸ τὴν σκιὰν αὐ-
» τοῦ ἀναπαύσεται. καὶ τὰ κλήματα αὐτοῦ ἀπο-
» κατασταθήσεται, καὶ γνώσονται πάντα τὰ ξύ-
» λα τοῦ πεδίου ὅτι ἐγὼ κύριος, ὁ ταπεινῶν
» ξύλον ὑψηλὸν, καὶ ὑψῶν ξύλον ταπεινὸν, καὶ
» ξηραίνων ξύλον χλωρὸν, καὶ ἀναθάλλων ξύ-
λον ξηρόν. ἐγὼ κύριος ἐλάλησα, καὶ ποιήσω.
συνίης οὖν ὅτι τὰ ἐπίλεκτα τῆς κέδρου λαβὼν
καταπεφύτευκεν ἡμῖν τὸ τῆς ζωῆς ξύλον ὁ
θεὸς, καὶ πατὴρ, τουτέστι Χριστόν. ἐπίλεκτα
δὲ τῆς κέδρου φησὶ τὴν Ἰούδα φυλὴν, τὴν
κατάρχουσαν ἀεὶ, καὶ τῶν ἄλλων εὐκλεεστέ-
ραν· ἐξ ἧς ἀνέφυ καὶ Ἰεσσαὶ, καὶ Δαβὶδ, καὶ
ἡ ἁγία παρθένος, ἡ τὸν Ἰησοῦν ἐκτετοκεν.
ὅτι δὲ καὶ ἐπὶ ξύλου κεκρέμασται δι' ἡμᾶς τὸ
ἐκ τῆς ἀπολέκτου κέδρου ληφθὲν, καὶ φυτὸν
ἐστι καλόν τε καὶ εὐανθέστατον, πῶς ἐστιν ἀμ-
φιβάλλειν; ἀνεβλαστήσαμεν δὲ καὶ ἡμεῖς διὰ
βουλῆς τοῦ πατρὸς τὰ πάλαι ξηρὰ καὶ καρπὸν
οὐκ ἔχοντα ξύλα, ξηρῶν γεγονότων καὶ ἀ-
πεχθέντων τρόπον τινὰ τῶν ὡς ἐν ὑγρό-
τητι καὶ ζωῇ τοῦ νόμου, τουτέστι τῶν ἐξ Ἰσραήλ.
καὶ οἱ μὲν ἦσαν ὑψηλοὶ, ταπεινοὶ δὲ ἡμεῖς
καὶ κατερριμμένοι. ἀλλ' ὑψώθημεν ἐν Χρι-
στῷ διὰ πίστεως. οἱ δὲ τῆς ἀρχαίας καταλε-
λοίπασιν δόξης, καὶ γεγόνασι ταπεινοί. θεὸς οὖν
ἐστιν ὁ τῶν ὅλων κύριος, ὁ καὶ ἰδίοις νεύμα-
σι ταπεινῶν τὰ ὑψηλὰ, καὶ ἀνακομίζων ὑψοῦ
τὰ ταπεινὰ, καὶ ξηραίνων ξύλον χλωρὸν, καὶ
ἀναθάλλων ξύλον ξηρόν. ὅτι γὰρ ἀκάνθης καὶ
τριβόλου διενεγκόντες οὐδὲν, οἱ ἐκ τῆς ἀρχαίας
συναγωγῆς μονονουχὶ καὶ τῆς ἁγίας ἀποκεί-
ρονται γῆς, ἀντανέφυ δὲ ὥσπερ ἡ τῶν ἐν
πίστει πληθὺς, καὶ τοῖς τῶν δένδρων εὐοσμο-
τάτοις παρεικάζεται, μαθήσῃ, λέγον-
» τος τοῦ θεοῦ· καὶ ποιήσω τὴν ἔρημον εἰς
» ἕλη, καὶ τὴν γῆν ἐν ὑδραγωγοῖς. θήσω
» εἰς τὴν ἄνυδρον γῆν κέδρον, καὶ πύξον,
» καὶ μυρσίνην, καὶ κυπάρισσον καὶ λεύ-
» κην. καὶ μεθ' ἕτερα· καὶ ἔσται ἀντὶ τῆς στοι-
» βῆς ἀναβήσεται κυπάρισσος, ἀντὶ δὲ τῆς
» κονύζης ἀναβήσεται μυρσίνη. διὰ μὲν γὰρ
τῆς κέδρου νοήσεις τὴν εἰς ἀφθαρσίαν ἐλ-
πίδα τῶν πεπιστευκότων. σήπεσθαι γὰρ οὐκ
οἶδεν ἡ κέδρος. διὰ δὲ τῆς πύξου τὸ μήτι ἐν κου-
φότητι νοοῦ μήτι μὴν ἐν ἐλαφρίᾳ φρενῶν,
τοὺς ἐν Χριστῷ νοεῖσθαι πρέπον. συνετοὶ γὰρ
ἅπαντές ἐπείπερ νοῦν ἔχουσι τὸν Χριστόν. ναστὸν
δὲ ξύλον τὸ πύξινον, καὶ πολλὴν ἔχον ἐν
ἑαυτῷ τὴν πύκνωσιν. διὰ δὲ τῆς μύρτου τὸ εὔο-
σμον ἐν ἁγιασμῷ, καὶ τὸ ἀειθαλὲς ἐν χάριτι.
διὰ δέ γε τῆς κυπαρίσσου τὸ ὑψηλὸν καὶ εὐῶ-
δες. ὑψηλοὶ δέ φημι κατά γε τὴν ἀρετὴν καὶ τὸ
ὡς ἐν δόγμασι περιφανές. διὰ δὲ τῆς λεύκης,

cietq́; fructum, & erit in cedrum magnam, & quiescet sub ipsa omnis fera, & omnis volucer sub umbra eius quiescet. Germina eius restituentur, & omnia ligna campi cognoscent, quòd ego Dominus sim, qui humiliem lignum altum, & exaltem lignum humile; & exsiccem lignum viride, & faciam germinare aridum. Ego Dominus dixi, & faciam. Intelligisne, quo pacto ex electis lignis cedri plantarit nobis Deus & Pater lignum vitæ, hoc est, CHRISTVM. Electa autem ligna cedri vocat tribum Iudæ, semper regnantẽ, aliisq́ue nobiliorem; ex qua prodierunt Iesse & Dauid, & sacrosancta Virgo, quæ peperit IESVM. Quòd autem in ligno propter nos suspẽsum fuerit illud ex electa cedro sumptum, quodq́ue pulcherrima floridissimaque arbor sit, omnibus compertum est. Nos verò qui olim fuimus arida atque infrugifera ligna, nunc ex Dei voluntate refloruimus, aridis interim factis atq; exsiccatis quodammodo istis, qui erãt in vigore & vita legis, hoc est, Israëlitis. Atque hi quidem erant excelsi, nos verò humiles atque abiecti: sed nunc per fidẽ in CHRISTVM nos sumus exaltati; hi verò pristina gloria exciderũt, humiliatiq́ue sunt. Deus igitur est totius vniuersi Dominus, qui pro suo arbitratu humiliat sublimia, quiq; abiecta in altum extollit: qui exsiccat lignum viride, & germinare facit aridum. Nam quòd isti, qui fuerunt ex veteri Synagoga, cùm nihil nisi spinam & tribulum produxerint, tantũ-non à terra sancta sint excisi: at è diuerso noua fidelium multitudo suborta sit, quæ suauissimi odoris arboribus comparatur, disces protinus ex Deo, dicente: *Et faciam deserta in stagna, &* †*terram aquosam ponam in terram arentem. Cedrum buxum myrtum, cupressum, populum & ceteras plantabo.* Et paulò pòst † *Et erit vt pro stœba exurgat cypressus. & pro pulicaria herba exurgat myrtus.* Per *cedrũ* enim intelliges spem credẽtium in vitam æternã. Cedrus enim expers est putredinis. Per *buxum* autem, quòd leuitas, ac mentis inconstãtia à Christianis aliena esse debeat. Omnes enim intelligentes sunt, vt qui CHRISTVM habeant suam mentẽ atque intellectum. Buxus enim lignum est compactum, multamque in se soliditatem habens. Porro per *myrtum* intelligitur bona fragrãtia in sanctificatione, & perpetua in gratia floriditas. At per *cypressum* altitudo & bonus odor. Altitudo enim est inquam in virtute, & in doctrinis claritas. Per *populum* verò

Electa cedri tribus Iuda.

Deus alta deprimit, humilia extollit.

Isai. 43. 18.

† *Vulgata:* terram inuiam in riuos aquarum.

Ibid v 19.

Isai 55. 13.

† *Vulgata:* Pro saliunca ascẽdet abies, & pro vrtica crescet myrtus.

Cedrus, buxus, myrtus, populus quid spiritualiter significent.

splendorem atque candorẽ intelligemus ad iustitiam. Splẽdidi enim sunt Christiani, coruscantes Dei gratia. Truncus igitur est Nephthalim, aut potiùs ipse CHRISTVS, quique CHRISTO noti sunt. Cùm autem dixit: *Dans germini pulchritudinem*, tale quidpiam rursus, vt arbitror, subindicauit. Cùm enim CHRISTVS initio in humana natura appareret, non facilè credebatur suapte natura Deus esse, & factus esse caro. Hinc & Iudæi volebant eum lapidare, obijcientes ei, quòd cùm homo esset, seipsum tamen fecisset Deum. Quin & sanctos Apostolos cernemus eum quidem tanquam prodigiorum effectorem admiratos fuisse; non tamen manifestè mysterium de ipso intellexisse. Quocirca cùm sedaret mare, & impurorũ spirituum impetus reprimeret, cogitabant intra se dicentes: *Qualis est iste, quòd & mare & venti obediant ei?* Vidésne quomodo id quod suapte natura erat, hoc est, Deus, etsi factus caro fuerit, nondum tamen ab eis, qui in mundo sunt, cognitus sit? neque gloriam diuina maiestate dignã obtinuerit? Postquam verò in nobis cognitio eius ampliores progressus fecit, tum demum creditus est suapte natura Deus esse, *omneq́; genu ipsi flectitur*, toto orbe ipsum adorãte. Cùm ergo in nobis cognitio ipsius ad perfectionem perducta fuerit, tũc demum speciosus præ filijs hominum apparebit, & verò cognoscetur. At verò si de nobis ea verba intelligantur, *Dans germini pulchritudinem*, non obscura fuerit ratio. Cùm enim semper proficiamus in virtute, atque ad meliora contendamus ad vlteriora nos extendentes iuxta beati Pauli vocem, tum profectò semper ad pulcritudinem progredimur, pulcritudinem inquam spiritualem; ita vt & nobis dici possit, *Concupiuit rex decorem tuum.*

Ioan.10.33.
Apostoli quam de CHRISTO opinionem habuerint.
Matt.8.27.
Marc.4.40.
Phil.2.10.
Psal.44.3.
Phil.3.13.
Psal.44.12.

τὸ οἱονεὶ λαμπρόν τι καὶ ἔκλευκον εἰς δικαιοσύνην. λαμπροὶ γὰρ οἱ ἐν Χριστῷ, τῇ παρ' αὐτοῦ καταγλαϊζόμενοι χάριτι. στέλεχος δὴ οὖν ἀνειμένον Νεφθαλείμ, ἢ αὐτὸς ὁ Χριστὸς, ἢ οἱ Χριστοῦ γνώριμοι. ἐπειδὴ δέ φησι, ἐπιδιδοὺς τῷ γεννήματι κάλλος, ὑποδηλώσειεν ἂν ὡς ἔγωγε οἶμαι τοιοῦτόν τι πάλιν. ἐν ἀρχαῖς μὲν γὰρ ὁ Χριστὸς ἐν τῷ καθ' ἡμᾶς ὁρώμενος σχήματι, ὅτι θεὸς κατὰ φύσιν ἐστὶ καὶ γέγονε σὰρξ, οὐκ ἐπιστεύετο. ἐκ γοῦν λιθολευστεῖν μὲν ποιεῖν οἱ Ἰουδαῖοι ἀπετόλμησαν, ἐπίκλημα καὶ γραφὴν ἐπιρρίπτοῦντες αὐτῷ τὸ, ὅτι σὺ ἄνθρωπος ὢν ποιεῖς σεαυτὸν θεόν. εὑρήσομεν δὲ καὶ αὐτοὺς τοὺς ἁγίους ἀποστόλους καταπεπληγότας μὲν ὡς τερατουργὸν, πλὴν οὔπω σαφῶς τὸ περὶ αὐτοῦ συνιέντας μυστήριον. τοιγάρτοι κατηυνάζετο μὲν ἡ θάλασσα, καὶ πνευμάτων ἀκαθάρτων ἀνεκόπτετο φορά. Χριστοῦ γενέσθαι προστάττοντος. οἱ δὲ φησὶ, διελογίζοντο ἐν ἑαυτοῖς λέγοντες· ποταπός ἐστιν οὗτος ὅτι καὶ ἡ „ θάλασσα καὶ οἱ ἄνεμοι ὑπακούουσιν αὐτῷ; „ ὁρᾷς ὅπως ὅπερ ἦν κατὰ φύσιν τουτέστι θεὸς, καὶ εἰ γέγονε σὰρξ, οὔπω τοῖς κατὰ κόσμον ἐγνωρίζετο καὶ ἦν ἐν δόξαις ταῖς οὕτω λαμπραῖς. ἐπειδὴ δὲ πρὸς ἐπίδοσιν ἐν ἡμῖν ἡ περὶ αὐτοῦ κεχώρηκε γνῶσις, ἐπιστεύθη λοιπὸν, ὅτι θεὸς κατὰ φύσιν ἐστὶ, καὶ αὐτῷ πᾶν γόνυ κάμψει, προσκυνούσης αὐτὸν τῆς ὑπ' οὐρανόν. οὐκοῦν προϊούσης εἰς τελειότητα τῆς περὶ αὐτοῦ γνώσεως ἐν ἡμῖν, ὡραῖος ὢν κάλλει παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων, τότε δὴ τότε διαγινώσκεται. εἰ δὲ δὴ καὶ ἐφ' ἡμῶν νοοῖτο τυχὸν τὸ ἐπιδιδοὺς τῷ γεννήματι κάλλος, οὐκ ἀνυφανὴς ὁ λόγος. προκόπτοντες γὰρ ἀεὶ κατὰ ἀρετὴν, καὶ τῶν ἀμεινόνων ἐφικνούμενοι ἤτοι τοῖς ἔμπροσθεν ἐπεκτεινόμενοι, κατὰ τὴν τοῦ μακαρίου Παύλου φωνὴν, εἰς κάλλος ἀεὶ τὸ περιφανέστερον ἀναθρώσκομεν· κάλλος δέ φημι τὸ πνευματικὸν, ἵνα καὶ ἡμῖν λέγηται λοιπὸν, ἐπεθύμησεν ὁ „ βασιλεὺς τοῦ κάλλους σου. „

De Iosepho.

F*ilius* † *auctus Ioseph: filius auctus,* † *desiderabilis filius meus iunior. ad me reuertere. In quem consulentes conuiciati sunt, & insidiati sunt ei domini sagittationum, & contriti sunt cum fortitudine arcus eorum, & dissoluti sunt nerui brachiorum manuum eorum per manum potentis Iacob. Inde corroborator Israël à Deo patre tuo, & adiuuit te Deus meus, & benedixit tibi benedictionem cæli desuper, & benedictionem terræ habentis omnia, propter benedictionem vberum & vuluæ. benedi-*

Gen.49.22.
† Vulgata: accrescens.
† aliàs: æmulãdus.
† Vulgata: & decorus aspectu. Filiæ discurrerunt super murũ.

Περὶ τοῦ Ἰωσήφ.

Υἱὸς ηὐξημένος Ἰωσήφ· υἱὸς ηὐξημένος, „ ζηλωτὴς υἱός μου νεώτατος. πρός „ με ἀνάστρεψον. εἰς ὃν διαβουλευόμενοι ἐλοιδόρουν, καὶ ἐνεῖχον αὐτῷ κύριοι τοξευμάτων, καὶ „ συνετρίβη μετὰ κράτους τὰ τόξα αὐτῶν, καὶ „ ἐξελύθη τὰ νεῦρα βραχιόνων χειρῶν αὐτῶν „ διὰ χεῖρα δυνάστου Ἰακώβ. ἐκεῖθεν ὁ κατισχύσας Ἰσραὴλ παρὰ θεοῦ τοῦ πατρός σου· καὶ „ ἐβοήθησέ σοι ὁ θεὸς ὁ ἐμὸς, καὶ εὐλόγησέ σε εὐλογίαν οὐρανοῦ ἄνωθεν, καὶ εὐλογίαν γῆς ἐχούσης „ πάντα, ἕνεκεν εὐλογίας μαστῶν καὶ μήτρας, εὐλογίας „

» λογίας πατρός σου καὶ μητρός σου. ὑπερ-
» ἴσχυσας ἐπ' εὐλογίαις ὀρέων μονίμων, καὶ ἐπ'
» εὐλογίαις θινῶν αἰωνίων, αἳ ἔσονται ἐπὶ κε-
» φαλὴν Ἰωσὴφ, καὶ ἐπὶ κορυφῆς, ὧν ἡγήσατο
» ἀδελφῶν. ἐπ' αὐτὸν ἡμῖν πάλιν τὸν Ἐμμα-
νουὴλ ὁ τῆς προφητείας διέρπει λόγος. εἴη δ'
ἂν οἶμαί που τὸ δηλούμενον ἐξ αὐτῆς ἕτερον
οὐδὲν ἢ ὅπερ ἔφην ἀρτίως, τὸ ἐπιδιδοὺς τῷ γυ-
νήματι κάλλος. τὸ γὰρ ηὐξῆσθαι λέγειν αὐ-
τὸν τὴν εἰς τὸ ἀπ' ἀρχῆς ἐπίδοσιν, καὶ ἐπιδρο-
μὴν τῆς ἐνούσης αὐτῷ εὐκλείας φυσικῶς δια-
σημαίνει πάντως, κατά γε τὸ ὀρθῶς ἔχειν
ὑπειλημμένον. ἐπειδὴ γὰρ ὁ μονογενὴς τοῦ
θεοῦ λόγος, θεὸς ὑπάρχων, καὶ ἐκ
θεοῦ, κεκένωκεν ἑαυτὸν κατὰ τὰς γραφὰς,
καθεὶς ἐθελοντὴς εἰς ὅπερ οὐκ ἦν, καὶ
τὴν ἀδοξοτάτην ταύτην σάρκα ἠμπέσχε-
το, καὶ ἐν τῇ τοῦ δούλου μορφῇ πέφηνε,
γεγονὼς ὑπήκοος τῷ θεῷ καὶ πατρὶ μέ-
χρι θανάτου. ταύτητοι λοιπὸν ὑπερυψοῦ-
σθαι λέγεται, καὶ ὡς οὐκ ἔχων διὰ τὸ
ἀνθρώπινον μονονουχὶ, καὶ ἐν χάριτος
μοίρᾳ, λαβεῖν τὸ ὄνομα τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄ-
νομα, κατὰ τὴν τοῦ μακαρίου Παύλου φω-
νήν. ἀλλ' ἦν τὸ χρῆμα κατὰ τὸ ἀληθὲς,
οὐ δόσις ὡς ἐν ἀρχῇ τῶν οὐκ ἐνόντων αὐ-
τῷ φυσικῶς· πολλοῦ γε καὶ δεῖ. νοοῖτο
δ' ἂν μᾶλλον ἀναφοίτησις, καὶ ἀναδρο-
μὴ, πρὸς τὸ ἐν ἀρχῇ, καὶ οὐσιωδῶς καὶ
ἀναποβλήτως ὑπάρχον αὐτῷ. τοιγάρ-
τοι καὶ ἔφασκε τῆς ἀνθρωπότητος τὸ σμι-
» κροπρεπὲς ὑποδὺς οἰκονομικῶς, πάτερ δό-
» ξασόν με τῇ δόξῃ ᾗ εἶχον πρὸ τοῦ τὸν κό-
» σμον εἶναι παρὰ σοί. ἀεὶ γὰρ ἦν ἐν δόξῃ
θεοπρεπεῖ τῷ ἰδίῳ συνυπάρχων γεννήτορι
πρὸ παντὸς αἰῶνος καὶ χρόνου, καὶ τῆς
τοῦ κόσμου καταβολῆς. αὔξην δὴ οὖν νοη-
τέον ἐπὶ Χριστοῦ, τὴν τῆς εὐκλείας ἐπί-
δοσιν, ἣν ἀεί πως εὐρυτέραν καὶ ἐμφα-
νεστέραν ἔχει θεός· ὅτι κατὰ φύσιν ἐστὶ πα-
ρὰ τῶν ἐν κόσμῳ νοούμενος, καὶ ὡς τῶν
ὅλων κύριος, συνδοξολογούμενός τε καὶ
συμπροσκυνούμενος τῷ θεῷ καὶ πατρί.
πλὴν αὐτὸς ὑπάρχων τῶν αἰώνων ὁ
ποιητὴς, νοοῖτ' ἂν εἰκότως γεγονὼς καὶ νε-
ώτατος· πέφηνε γὰρ ἐν τελευταίοις τοῦ
αἰῶνος καιροῖς μετὰ τὸν τῶν ἁγίων προ-
φητῶν εὐκλεᾶ τε καὶ ἀξιάγαστον χορὸν,
καὶ ἁπαξαπλῶς μετὰ πάντας τοὺς πρὸ
τῆς ἐπιδημίας ὡς ἐν υἱῶν τάξει λελογι-
σμένους δι' ἀρετήν. ζηλωτὸς δὲ ὅτι γέγονεν
ὁ Ἐμμανουὴλ, πῶς ἐστιν ἀμφιβαλεῖν; ἀλ-
λὰ ζηλωτὸς μὲν ἁγίοις, οἱ τοῖς ἴχνεσιν αὐτοῦ
κατακολουθεῖν σπουδάζοντες, καὶ πρὸς τὸ
θεῖον αὐτοῦ μορφούμενοι κάλλος, αὐτὸν τὸ
ποιούμενοι τῶν πρακτέων ὑπογραμμὸν, τὴν

ctionem patris tui & matris tuæ. Confortatus es super benedictiones montium stabilium, & in benedictionibus collium æternorum. Erunt super caput Ioseph, & super verticem quibus præfuit fratrum. Hæc prophetia itidem tendit ad ipsum Emmanuelem: nec, quod hîc significatur, potest aliud quidquam esse, quàm idipsum, quod præcedente capite dixi, nempe: *Dans germini pulchritudinem.* Nam dicere eum esse auctum, significat omnino illam quæ est ad id, quod ab initio erat, progressionẽ naturaliter existentis in ipso gloriæ. Cùm enim vnigenitus Dei Filius, Deus ex Deo existens, exinaniuit semetipsum secundùm Scripturas, volens se demisit in id, quod non erat, atque hanc vilissimam carnem induit, & in serui forma apparuit, factus obediens Deo ac Patri vsque ad mortem; ideo nunc dicitur exaltatus, & nomẽ (quod iã quodammodo non habebat ob humanitatẽ) veluti gratiæ ac mercedis loco accepisse, & quidem *nomen super omne nomen*, iuxta beati Pauli vocem. Cæterùm reuera, nihil ipsi datum est, quo antea naturaliter præditus non fuerit. Longè enim abest; vt potiùs intelligendus sit reditus quidã atque recursus ad suam ab initio essẽtiam, & quod perpetuò erat. Vnde & ipse cùm humanæ naturæ humilitatem diuino consilio subijsset, dixit: *Pater, glorifica me gloria quam habui, antequam hic mundus esset, apud te.* Semper enim erat in gloria diuina, vt qui simul fuerit cum suo Genitore ante omnia sæcula, & ante mundi creationem. Augmentũ itaque in CHRISTO intelligamus progressum ipsius gloriæ, quam de die in diem reddit ampliorẽ atque illustriorem Deus, quia secundùm naturam est ab ijs, qui in mũdo sunt, cognitus, & tanquam totius vniuersi Dominus simul cum Deo ac Patre glorificatus & adoratus. Cæterùm ipse cùm sit factor sæculorum, intelligi potest conuenienter factus etiã minimus natu. Apparuit enim in nouissimis sæculi temporibus, post gloriosum illum atque admirandum sanctorum Prophetarum chorum, atque adeò post omnes qui ante ipsius aduentum in numero filiorum sunt censi propter virtutem. Quòd verò æmulandus etiam sit Emmanuel, quo pacto quis ambigat? Sed æmulandus quidem Sanctis qui ipsius vestigijs insistere nituntur; & cùm ad diuinã eius pulcritudinem formentur, ipsumq; statuant actionum suarum exemplar, glo-

CHRISTVS quomodo dicatur auctus.

Philipp. 2. 7

Philipp. 2. 9.

Ioan. 17. 5.

CHRISTVS cùm sit auctor sæculorum, quo pacto minimus natu intelligatur.

CHRISTVS quo pacto æmulãdus.

riam omnium amplissimā reportant. Potest autem etiam alio sensu æmulādus intelligi ab istis, qui ipsius dilectionem respuunt; dico à Iudæorum principibus, & Scribis ac Pharisæis, qui amarulentum in se parturientes zelum, & ex incomparabili ipsius gloria inuidiæ occasionem captātes, multis argumentis deprehendebātur. Nam CHRISTVS quidem suscitauit mortuos olentes ac corruptos, seque morte ipsa superiorem declarauit. Hi verò cùm debuissent hæc admirari, & fidem eis absque vlla hæsitatione accommodare; hoc quidem non præstiterunt: quin potiùs exarserunt inuidia, acerbissimosque dolores mente conceperunt. Sanabat cæcum ab ortu; hi verò peccatorem vocabant. Expellebat legiones immundorum spirituū; & mentiebantur auxilio Beelzebub ea præstare, lapidibusque eum impetebant, impijssimè vociferantes: *De bono opere non lapidamus te, sed propter maledicta & blasphemias, quia tu cùm sis homo, facis teipsum Deum.* (Ioan.10.33.) Fremebant rursum dicentes: *Iste est hæres, venite, occidamus eum.* (Luc.20.14. Matt 21.38 Marc 12.7.) Ergo & ipse æmulationi obnoxius fuit, nempe istorum qui ipsum odio sunt prosecuti, nō tamē in vniuersum ab ipsis capi potuit. Etsi enim subierit crucem, tamen vt Deus reuixit, morte pedibus proculcata, Deo ac Patre inclamāte ac dicēte: *Reuertere ad me.* (Isai.44.22.) Ascendit enim in cælos, vt & audiret dicētē sibi: *Sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.* (Psal.109.1.) Nam quòd prociderint, tametsi summa aduersus ipsum insania accensi, docuit dicens: *In quem consulentes conuiciati sunt, & insidiati sunt ei domini sagittationū.* (Gen.49.23.) Habitis enim consilijs, acerba consultabant *domini sagittationum*, hoc est, principes populorum, qui exacuebant aduersus eum qui eum vulnerarēt, atque instar spiculorum ipsi infixi essent, vt quæ fas non est, aduersus ipsum committerēt, ac modo ferarum in ipsum ruerent ac ferrentur. Ceterùm *arcus istorum contriti sunt*, & dissoluti nerui brachiorum eorū per manum potentis Iacob, hoc est Dei ac Patris, qui est Dominus virtutum, quique ordinauit, vt Filius in cælo & in terra benediceretur. Scribit enim diuus Paulus, *quòd, cùm primogenitum duxerit in orbem, ita dixerit: Et adorent ipsum omnes angeli Dei.* (Hebr.1.6.) Item Dauid alibi dicit: *Omnis terra adoret te, & psallat tibi.* (Psal.65.4.) Hanc dicimus illam supernam benedictionē, & illā quæ inferiùs in terra omnia continet; hoc est,

ἁπάντων ἀρίστην ἀποφέρονται δόξαν. ζηλωτός γε μὴν καὶ καθ' ἕτερον ἂν νοοῖτο τρόπον τοῖς οὐκ ἀγαπᾶν ᾑρημένοις. φημὶ δὲ τοῖς Ἰουδαίων καθηγηταῖς, ἤτοι τοῖς γραμματεῦσι, καὶ Φαρισαίοις, οἳ πικρὸν ὠδίνοντες ἐν ἑαυτοῖς ζῆλον, καὶ βασκανίας ὑπόθεσιν τὴν ἀπαράβλητον αὐτοῦ ποιούμενοι δόξαν, κατὰ πολλοὺς ἡλίσκοντο τρόπους. διανίστη μὲν γὰρ τοὺς νεκροὺς ὁ Χριστὸς ὀδωδότας ἤδη καὶ διεφθαρμένους, καὶ αὐτοῦ τοῦ θανάτου κρείττων ἐφαίνετο. οἱ δὲ καταπεπληχέναι δέον καὶ πρὸς τὸ χρῆναι πιστεύειν ἵεσθαι λοιπὸν οὐδὲν ἐνδοιάζοντας ἔτι. τοῦτο μὲν οὐκ ἔδρων, ἐδάκνοντο δὲ τῷ φθόνῳ, καὶ πικρὰς ἐδέχοντο λύπας εἰς νοῦν. τὸν ἐκ γενετῆς ἰᾶτο τυφλόν, καὶ ἁμαρτωλὸν ἀπεκάλουν. δαιμονίων ἀκαθάρτων ἠλαύνοντο στίφη, καὶ χορηγὸν αὐτῷ τῆς δυνάμεως τὸν Βεελζεβοὺλ κατεψεύδοντο. λίθοις ἔβαλλον ἀνοσιώτατα λέγοντες, περὶ καλοῦ ἔργου οὐ λιθάζομέν σε· ἀλλὰ περὶ βλασφημίας, ὅτι σὺ ἄνθρωπος ὤν, ποιεῖς σεαυτὸν θεόν. διεπρίοντο λέγοντες, οὗτός ἐστιν ὁ κληρονόμος· δεῦτε ἀποκτείνωμεν αὐτόν. ζηλωτὸς οὖν ἄρα καὶ τοῖς μισεῖν ἑλομένοις, πλὴν οὐκ εἰς ἅπαν ἁλώσιμος. εἰ γὰρ καὶ ἀνέτλη σταυρόν· ἀλλ' ὡς θεὸς ἀνεβίω, πατήσας τὸν θάνατον, μονονουχὶ δὲ καὶ τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς ἐπιφωνοῦντος καὶ λέγοντος· πρός με ἀνάστρεψον. ἀναβέβηκε γὰρ εἰς τοὺς οὐρανούς, ἵνα καὶ ἀκούσῃ λέγοντος, κάθου ἐκ δεξιῶν μου, ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου. ὅτι γὰρ ὑποπεπτώκασι καίτοι πλείστην ὅσην τὴν κατ' αὐτοῦ μανίαν ὠδίνοντες, ἐδίδαξεν εἰπών, εἰς ὃν διαβουλευόμενοι ἐλοιδόρουν, καὶ ἐνεῖχον αὐτῷ κύριοι τοξευμάτων. συνέδρια γὰρ συναγείροντες ἐβουλεύοντο πικρὰ τῶν τοξευμάτων οἱ κύριοι, τουτέστιν οἱ τῶν λαῶν ἡγεμόνες. οἱ ἐπ' αὐτῷ παραθήγοντες τοὺς οἱονεὶ τραυματίζοντας, καὶ ἀκίδων ἐν τάξει μονονουχὶ καὶ ἐμπηγνυμένους. διά τοι τὸ δρᾶν ἃ μὴ θέμις ἀποτολμᾶν, καὶ θηρῶν ἀγρίων ἐπιθρώσκειν δίκην. πλὴν συνετρίβη τὰ τόξα αὐτῶν, καὶ ἐξελύθη νεῦρα βραχιόνων αὐτῶν διὰ χεῖρα δυνάστου Ἰακώβ, τουτέστι τοῦ θεοῦ καὶ πατρός, ὅς ἐστι τῶν δυνάμεων κύριος, ὃς καὶ εὐλογεῖσθαι παρεσκεύασε τὸν υἱὸν ἔν τε οὐρανῷ καὶ ἐπὶ τῆς γῆς. γράφει μὲν γὰρ ὁ θεσπέσιος Παῦλος· ὅταν δὲ εἰσαγάγῃ τὸν πρωτότοκον εἰς τὴν οἰκουμένην λέγει· καὶ προσκυνησάτωσαν αὐτῷ πάντες ἄγγελοι θεοῦ. φάσκει δέ που καὶ ὁ μέγας ἡμῖν Δαβίδ, πᾶσα ἡ γῆ προσκυνησάτωσάν σοι, καὶ ψαλάτωσάν σοι. ταύτην εἶναί φαμεν τὴν ἄνωθεν εὐλογίαν, καὶ τὴν ἐν τῇ γῇ κάτω τὰ πάντα ἔχουσαν, τουτέστιν

ἐν

Vnde & spiritu afflati dixerunt, obstupefacti arbitror ob vniuersalem istam ad malum declinationem. *Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt; non est qui faciat bonum: non est ne vnus quidem*. Inepti enim tum omnino ad bonum erant homines, non permittente rectè agere peccati auctore. At verò postquàm factus est vnus ex nobis, atque ijs quibus insidiæ struebãtur, annumeratus est Emmanuel, suapte natura ac verè masculus, deliciandi nescius, (vtpote qui non sit emollitus ad peccatum) latuit quidem initio principem mundi, (occultatus enim fuit puer, Moyses inquam) postquam autem peruenit ad ætatem, tunc synagoga quæ ipsum peperit (CHRISTVS enim est secundùm carnem ex Iudæis ortus) inflammata ad cædem patrandam conclusit eum in sepulcrũ. Moyses autem demissus atque expositus in fiscella scirpea, per manum suæ matris, manifestus huius rei est typus. Siquidem & Iudæorum Synagoga alienauit à seipsa Emmanuelem. Sed Pharaonis filia, hoc est Ecclesia Gentium, etsi patrem satanam habuerit, inuenit ipsum ad aquas, quæ typum gerunt sancti Baptismi, per quem & in quo CHRISTVS inuenitur; atque aperit fiscellam. Nam quòd CHRISTVS non manserit in mortuis, quin potiùs resurrexerit in vitam, morte pedibus conculcata, & è monumento sit excitatus, crediderint verè illi qui per fidem repererunt eum propter nos mortuum, vt idem pro nobis ad vitam ingrederetur. Inuenit autem infantẽ vagientem. Inueniemus autem etiam nos CHRISTVM Iudæorum impietatem, quæque in ipsum commiserunt narrantẽ, ac tantumnon plorantem. Mœstus enim dixit: *Foderunt manus meas & pedes meos: dinumerata sunt omnia ossa mea. Ipsi autem considerauerunt & inspexerunt me, partiti sunt inter se vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem*. Itẽ alibi: *Dederunt in escam meam fel & in siti mea potauerũt me aceto.* Quòd verò CHRISTVS ortus sit ex Iudæis, cognouit & credidit Gentium Ecclesia. *Filia enim Pharaonis*, inquit, *dixit: Ex Hebræis est infans hic.* Verumtamen quòd Synagoga Iudæorum receptura sit CHRISTVM ex ijs qui sint ex Ecclesia Gentium ipsius mysterio instructa, facilè tibi demonstrauerit paruulus per filiam Pharaonis matri redditus. Nam & Iudæorum Synagoga, tametsi Iesum quodammodo exposuerit atque abiecerit per inobedientiam, tamẽ in nouissimis tẽporibus recipiet eum, argumentis Ecclesię persuasa. Et quòd non sit absque mercede, sed magna spes proposita ei sit, confirmatur. Vide enim quomodo filia

Psal. 13. 3. & 52. 4.

CHRISTVS verus masculus.

Moyses occultatus typus Christi sepulti.

Pharaonis filia typus Ecclesiæ Gentium.

Psal. 21. 17.

Psal. 68. 22.

Exodi 2. 6.

filia Pharaonis promiserit matri Moysis mercedem, vt velit quem pepererat enutrire. Quamobrem natiuitas Moysis & quæ ei acciderunt clarissimè significarunt cordatis CHRISTI mysterium, per quem & cum quo sit Deo & Patri gloria cum sancto Spiritu in sæcula sæculorum. Amen.

Amplius de Moyse.

NAtiuitatem CHRISTI pro virili inquirentes CHRISTI mysterium ostendimus. Quia subtilitas sensus spiritualis describit ipsum certa ratione in nuper nato infante propter deitatis innocentiã, summãque simplicitatem & sinceritatem, aut certè eò quòd noua creatura apparuit. Ceterùm age rursum, alio etiam modo consideremus Emmanuelem figuratum. Finis enim legis ac Prophetarum CHRISTVS. *Factum est autem in diebus illis, magnus factus Moyses, exiuit ad fratres suos Israël, cumq; intellexisset eorum afflictionem, & vidisset hominem Aegyptium percutientem quendam ex fratribus suis ex filijs Israël; ipse perlustratis vndiq; singulis cùm neminem vidisset, occidit Aegyptium, quem & in sabulo abscondit. Egressus autem die secundo, videt duos viros Hebræos rixantes, & dicit facienti iniuriam: Cur tu percutis proximum? Ille autem dixit: Quis te constituit principem & iudicem super nos? Nunquid occidere me tu vis, quemadmodum occidisti heri Aegyptium? Timuit autem Moyses, & ait: Si sic manifestum factum est verbum hoc. Audiuit autem Pharao verbum hoc, & quærebat occidere Moysem. Recessit autem Moyses à conspectu Pharaonis, & habitauit in terra Madian. Cùm venisset autem in terra Madian, sedit iuxta puteum. At sacerdoti Madian erant septem filiæ pascentes oues patris sui Iethro. Cùm venissent autem hauriebant quoad impleuerunt canales, vt adaquarent oues patris sui Iethro. Superuenientes autem pastores eiecerunt eas. Surgens autem Moyses liberauit eas, & adaquauit oues illarum. Reuersæ autem sunt ad Raguel patrem suum. Ille autem dixit eis: Quare festinauistis adueniendo hodie? Illæ autem dixerunt, Homo Aegyptius liberauit nos à pastoribus, & hausit aquam nobis, & adaquauit oues nostras. Ille autem dixit filiabus suis, Et vbi est? cur sic dimisistis hominem? vocate igitur eum vt comedat panem. Habitauit autem Moyses apud hominem, & dedit Sephoram filiam suam Moysi vxorem. In ventre autem habens mulier, peperit filium, & vocauit nomen eius Gersam, dicens: Quia aduena sum in terra aliena.* Atque hæc quidem de Moyse. Nunc autem oratio nostra ad sensum intimę considerationis se cõuertet, tribuens nimirum

Exod. 2.1.

ἡ τοῦ Φαραὼ θυγάτηρ μισθοὺς ἐπηγγέλλετο τῇ Μωυσέως μητρὶ, παιδοκομεῖν ἑλομένη τὸ ἐξ αὐτῆς. οὐκοῦν ἡ Μωσέως γένεσις καὶ τὰ ἐπ᾽ αὐτῷ κατασημαίνειεν ἂν καὶ μάλα σαφῶς τοῖς ἀρτίφροσι τὸ Χριστοῦ μυστήριον. δι᾽ οὗ καὶ μεθ᾽ οὗ τῷ θεῷ καὶ πατρὶ ἡ δόξα σὺν ἁγίῳ πνεύματι νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς ἀπεράντους αἰῶνας. ἀμήν.

Ἔτι περὶ Μωυσέως.

ΤΗν Μωσέως γένεσιν πολυπραγμονοῦντες, ὡς ἔνι τὸ Χριστοῦ μυστήριον διεδείκνυμεν τῇ τῶν νοημάτων ἰσχνότητος διαγραφούσης αὐτὸν οἰκονομικῶς ἐν ἀρτιγενεῖ νηπίῳ, διά τοι τὴν τῆς θεότητος ἀκακίαν, καὶ τὸ ἀκάκουργον παντελῶς, καὶ τὸ εἰς ἅπαν ἁπλοῦν, ἤγουν ὅτι νέα † πέφηνε κτίσις. ἀλλὰ φέρε δὴ πάλιν καὶ καθ᾽ ἕτερον τρόπον καταθρήσωμεν ἐν αὐτῷ τὸν Ἐμμανουὴλ μορφούμενον. τέλος γὰρ νόμου καὶ προφητῶν ὁ Χριστός. ἐγένετο τοίνυν, φησὶν, ἐν ταῖς ἡμέραις ταῖς πολλαῖς ἐκείναις, μέγας γενόμενος Μωσῆς ἐξῆλθε πρὸς τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ τοὺς υἱοὺς Ἰσραήλ· κατανοήσας δὲ τὸν πόνον αὐτῶν, ὁρᾷ ἄνθρωπον Αἰγύπτιον τύπτοντα Ἑβραῖον τῶν ἀδελφῶν ἑαυτοῦ· καὶ πατάξας τὸν Αἰγύπτιον, ἔκρυψεν αὐτὸν ἐν τῇ ἄμμῳ. ἐξελθὼν δὲ τῇ ἡμέρᾳ δευτέρᾳ, ὁρᾷ δύο ἄνδρας Ἑβραίους διαπληκτιζομένους, καὶ λέγει τῷ ἀδικοῦντι, διὰ τί σὺ τύπτεις τὸν πλησίον; ὁ δὲ εἶπε, τίς σε κατέστησεν ἄρχοντα καὶ δικαστὴν ἐφ᾽ ἡμᾶς; ἢ ἀνελεῖν με σὺ θέλεις, ὃν τρόπον ἀνεῖλες χθὲς τὸν Αἰγύπτιον; ἐφοβήθη δὲ Μωυσῆς, καὶ εἶπεν, εἰ οὕτως ἐμφανὲς γέγονε τὸ ῥῆμα τοῦτο. Ἤκουσε δὲ Φαραὼ τὸ ῥῆμα τοῦτο, καὶ ἐζήτει ἀνελεῖν τὸν Μωυσῆν. ἀνεχώρησε δὲ Μωυσῆς ἀπὸ προσώπου Φαραὼ, καὶ κατῴκησεν ἐν γῇ Μαδιάμ. ἐλθὼν δὲ ἐν τῇ γῇ Μαδιὰμ, ἐκάθισεν ἐπὶ τοῦ φρέατος. τῷ δὲ ἱερεῖ Μαδιὰμ ἦσαν ἑπτὰ θυγατέρες ποιμαίνουσαι τὰ πρόβατα τοῦ πατρὸς αὐτῶν Ἰοθόρ. παραγενόμεναι δὲ ἤντλουν, ἕως ἔπλησαν τὰς δεξαμενὰς ποτίσαι τὰ πρόβατα τοῦ πατρὸς αὐτῶν Ἰοθόρ. παραγενόμενοι δὲ οἱ ποιμένες ἐξέβαλον αὐτάς· ἀναστὰς δὲ Μωυσῆς ἐρρύσατο αὐτὰς, καὶ ἤντλησεν αὐταῖς, καὶ ἐπότισε τὰ πρόβατα αὐτῶν. παρεγένοντο δὲ πρὸς Ῥαγουὴλ τὸν πατέρα αὐτῶν. ὁ δὲ εἶπεν αὐταῖς, τί ὅτι ἐταχύνατε τοῦ παραγενέσθαι σήμερον; αἱ δὲ εἶπον· ἄνθρωπος Αἰγύπτιος ἐρρύσατο ἡμᾶς ἐκ τῶν ποιμένων, καὶ ἤντλησεν ἡμῖν, καὶ ἐπότισε τὰ πρόβατα ἡμῶν. ὁ δὲ εἶπε ταῖς θυγατράσιν αὐτοῦ, καὶ ποῦ ἐστὶ, καὶ ἵνα τί οὕτως καταλελοίπατε τὸν ἄνθρωπον; καλέσατε οὖν αὐτὸν ὅπως φάγῃ ἄρτον. κατῳκίσθη δὲ Μωυσῆς παρὰ τῷ ἀνθρώπῳ, καὶ ἐξέδοτο Σεπφωρὰν τὴν θυγατέρα αὐτοῦ Μωυσῇ γυναῖκα. ἐν γαστρὶ δὲ συλλαβοῦσα ἡ γυνὴ ἔτεκεν υἱὸν, καὶ ἐπωνόμασε Μωυσῆς τὸ ὄνομα αὐτοῦ Γηρσὰμ, λέγων ὅτι πάροικός εἰμι ἐν γῇ ἀλλοτρίᾳ. ὧδε μὲν οὖν τὰ Μωυσέως. θεωρίας δὲ τῆς ἐσωτάτω συνθήσει πάλιν ἡμῖν ὁ λόγος, ἀπονέμοντες

† ἄλ. πέφυκε.

τες

τῇ ἱστορίᾳ ὅ, τι μάλιστα τὸ πρέπον αὐτῇ· τὸ δὲ ὅσον ἂν φαίνοιτο ταῖς πνευματικαῖς ἀφηγήσεσιν ὑπηρετεῖν εὖ μάλα δυνάμενον, τοῦτο περιτρέπων εἰς οἰκονομίαν τὴν ἐπὶ Χριστῷ. διεπύθου δὲ ὅτι μέγας γενόμενος ἐξῆλθε πρὸς τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ. καὶ γάρ ἐστιν „ ἀληθὴς ὁ θεσπέσιος γράφων Παῦλος, ὅτι „ δὲ ἦλθε τὸ πλήρωμα τοῦ χρόνου, ἐξαπέστει„λεν ὁ θεὸς τὸν υἱὸν αὐτοῦ γενόμενον ἐκ γυναι„κός, γενόμενον ὑπὸ νόμον. τίς δὴ οὖν ἀρα νοοῖτ' ἂν εἰκότως τῆς ἐνθάδε δηλουμένης ἀποστολῆς ὁ τρόπος, ἢ τί τὸ ἐκβεβηκέναι φήσομεν, καταδεῖν ἀναγκαῖον. ἢ γὰρ οὐχὶ τὸν ἐκ θεοῦ πατρὸς λόγον ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς γεγονότα, τουτέστιν ἄνθρωπον, μονονουχὶ καὶ ἐκβεβηκέναι δώσομεν, ἔξω τε γενέσθαι τῆς θεοπρεποῦς ἐροῦμεν εὐκλείας; εἴπερ ἐστὶν ἀληθές, ὅτι πλούσιος ὢν ἐπτώχευσε, καὶ καθῆκεν ἑαυτὸν εἰς κένωσιν. καὶ γοῦν ἐκπεπερασμένης ἤδη τῆς οἰκονομίας, ὅτι καὶ ἀναφοιτᾶν ἔμελλε πρὸς τὸν πατέρα συνεδρεύσων αὐτῷ, καὶ τῶν ὑπερτάτων ἐπιβησόμενος θώκων, „ πάτερ, φησί, δόξασόν με τῇ δόξῃ ᾗ εἶχον „ πρὸ τοῦ τὸν κόσμον εἶναι παρὰ σοί. ὁ δὲ οὐρανοῦ καὶ γῆς κύριος ὡς θεὸς ἀνημμένος οὐσιωδῶς τῶν ὅλων τὸ κράτος, οὐκ ἂν ἐξοίχοιτό πως τῶν καθ' ἑαυτὸν ἐν τῇ δούλου μορφῇ γεγονώς· ὁ δὲ ἐν ᾧ ζῶμεν καὶ κινούμεθα καὶ ἐσμέν, εἰ μεθ' ἡμῶν ὁρῷτο γυμνός, καὶ ἐν μνήμασιν, εἰ καὶ ἀνεβίω πάλιν ὡς ζωή, οὐκ αὐτῷ δόξειεν ἔξω γενέσθαι βραχὺ τῶν ὅτι μάλιστα πρεπόντων αὐτῷ. εἶτα πῶς ἐνδοιάσειέ τις; ἐκβέβηκε τοίνυν πρὸς τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ, τουτέστι τοὺς υἱοὺς Ἰσραήλ. αὐτῶν γὰρ αἱ ἐπαγγελίαι, αὐτῶν οἱ πατέρες, πρὸς οὓς τὰ ἐπηγγελμένα. τοιγάρτοι ἔφασκεν, „ οὐκ ἀπεστάλην εἰ μὴ „ εἰς τὰ πρόβατα τὰ ἀπολωλότα οἴκου Ἰσραήλ. ἀλλὰ δεινὴν καὶ δύσοιστον ἀληθῶς ὑπομένοντας τὴν πλεονεξίαν· ἐπεπήδα γὰρ ὥσπερ συντρίβων ὁ σατανᾶς· ἐλευθεροῦν ἐσκέπτετο, καὶ πάνυ παντὸς ἀποφαίνειν ἀπηλλαγμένους. ἀπεκτονὼς δὲ τρόπον τινὰ τὸν ἀδικεῖν ᾑρημένον, κατέκρυψεν εἰς γῆν, τουτέστιν ἐν τοῖς ὑποχθονίοις ἐπίθει μέρεσι, κατακλείων εἰς ᾅδην. τοῦτό τοι φημὶ τὸ ἐν ψάμμῳ κρύπτειν τεθνεῶτα τὸν Αἰγύπτιον. ὅτι δὲ τὰ τῶν δαιμονίων θεομισῆ καὶ ἀκάθαρτα στίφη τῇ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἀρρήτῳ δυνάμει συνηλαύνετο εἰς τὸν ᾅδην, κατεδικάζετο δὲ τὴν ἄβυσσον οἰκεῖν, ἀναμάθοι τις ἂν καὶ μάλα ῥᾳδίως ἐκ τῶν εὐαγγελικῶν ἀ„ναγνωσμάτων. παρεκάλουν γὰρ αὐτόν, φη„σιν, οἱ δαίμονες, ἵνα μὴ ἐπιτάξῃ αὐτοῖς „ εἰς τὴν ἄβυσσον ἀπελθεῖν. ὡς γὰρ πληθύος ἤδη πολλῆς προαπεσταλμένης, οἱ περιλειφθέντες ἔτι προσιόντες παρεκάλουν ἀνεῖσθαι τέως αὐτοῖς τὸ τοῖς ἑτέροις συγκατακεκρίσθαι. ὅτι δὲ κατῳκίζοντο τῆς εἰς ἡμᾶς

historiæ, quod maximè ei conuenit; & item quod videtur posse spirituali inseruire expositioni, id scilicet ad CHRISTI institutum referens. Audisti itaque quòd Moyses iam adultus exiuerit ad fratres suos. Verus siquidem est D. Paulus ita scribens: *Quando autem venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum, natum ex muliere, factum sub lege.* Quis igitur cõmodè intelligi debeat modus huius ad nos missionis hîc patefactæ, aut quid sit quòd eum egressum esse dicamus, necessarium erit dispicere. An non Verbum Dei Patris in eo quod sicut nos, hoc est homo, factus est, quomodo de se egressum esse cõcedemus & à diuina gloria quasi recessisse? Siquidem illud verum est, quòd cùm diues fuerit, pauper factus sit, & seipsum demiserit in exinanitionem. Ex quo & consummata sua administratione, iam reuersurus ad Patrem, atque assessurus ei, atque adeò super omnes thronos ascensurus: *Pater*, ait, *glorifica me gloria quam habui, priusquam hic mundus esset, apud te.* Quòd autem Dominus cæli ac terræ, vtpote qui Deus sit, & spiritualiter habeat potentiam totius vniuersi, non possit à seipso discedere, eò quòd formam serui acceperit: ille verò in quo viuimus, mouemur & sumus, etsi nobiscum videatur mortuus, & in monumentis fuisse, itemque reuixisse, vt qui sit per se vita, tamen ne tantillum quidem ab iis quæ ipsi conuenientissima sunt, seiunctus fuit. Quis enim dubitauerit? Egressus est igitur ad fratres suos, hoc est ad filios Israël. Ipsorũ enim sunt promissiones, ipsorum item patres quibus promissiones factæ sunt. Vnde & ipse dixit: *Non sum missus nisi ad oues perditas domus Israël.* Verumenimuerò cùm reperisset nonnullos graui atque intoleranda tyrannide oppressos, (insultabat enim eis prædabundus satanas) liberare contendit, atque ab omni afflictione vindicare. Cumque interfecisset quodammodo eum qui nos iniuria afficiebat, occuluit in terra, hoc est, in subterraneis partibus constituit, concludens in infernũ. Hoc enim esse censeo mortuum Ægyptium in sabulo abscondere. Ceterùm quòd turba dæmoniorum inuisa Deo atque immunda, ineffabili Saluatoris nostri potentia detrusa sit in infernum, adeoque ad habitandum in abysso condemnata, facilè quis ex Euangelica lectione didicerit. *Rogabant enim eum*, inquit, *dæmones, ne præciperet sibi, vt in abyssum descenderent.* Nam cùm magna multitudo iam ingressa esset, isti qui reliqui erant, accedentes rogabant eum, remitti ipsis, ne cum aliis condemnarentur. Quòd autem puniti sint crudelitatis

Moyses ad fratres suos abiens typus Christi.

Gal.4.4.

CHRISTVS *quomodo exiuerit ad fratres.*

Ioan.17.5.

Matt.15.24

Luc.8.31.

suæ, qua aduersus nos vsi sunt, pœnas luentes, citra negotium qui volet deprehenderit, audiens clamantes: *Sine, Quid nobis & tibi* IESV *Nazarene? venisti huc vt ante tempus nos torqueas?* Cùm igitur CHRISTVS vidisset istum Ægyptium esse molestum hominibus, abscondit ipsum in infernũ. Hoc ipsum etiam tanquam in vmbris ac typis repræsentat Iosua, qui filios Israël per Iordanem traduxit, & dux belli fuit post Moysen. Nam hic in spelunca quinque Amorrhæorum reges ligauit, præsignificante nimirum obliquè hoc typo, quòd post vitam in lege Emmanuel rex noster sit declaratus, dæmoniorum principes tanquam in profunda & abdita obsignaturus spelunca in penetralibus subterraneis. Sublato igitur eo qui nos affligebat, Postero die, inquit, mota rixa inter Hebræos, sequester in medium processit Moyses & conciliator: vt scilicet ad pacem eos qui hostiliter inter se contendebant reduceret, dicens ei, qui fratri vim inferre volebat, *Quare tu percutis proximum tuum? At ille: Quis te, inquit, constituit nostrum principem & iudicem? An interficere me cupis eo modo quo interfecisti pridie Ægyptium?* Nam cùm Emmanuel satanã priùs quasi conclusisset inferno, prodibat iustitiæ mediator Israëlitis, vt mutuæ dilectionis magister, iubebat quidem, vt fraternæ caritati studerent, & vt pace atque concordia nihil haberent antiquius. Vnde & ipse dixit: *Pacem meam do vobis.* Cùm autem deberent hanc institutionem laudare, atque admirari pacis auctorem ac ducem caritatis, optimæque disciplinæ magistrum, summam in ipsum impietatem exercuerũt. Neque enim eum ducem sibi proposuerunt. At verò dicente ipso per vocem Psalmistæ: *Ego constitutus sum rex ab ipso super Sion montem sanctum eius*; tamen isti maiore quàm dici possit impudentia moti, sæuè impieq; in ipsum ruebant, dicentes: nunc quidem sic: *Quis dedit tibi potestatem hanc?* nunc verò sic: *Scimus quòd Deus Moysi locutus sit: istum autem non nouimus vnde sit.* Atque sic illa per quæ salui fiebant, adscribebant damnationi, & modum auxilij sui turpissimè deformabant. Nam diuinus Moyses accusabatur quòd occidisset Ægyptium, qui tamen afflixerat atque vexarat, & intolerabili vi Hebrẹorum greges oppresserat. CHRISTVS autem cùm malos dæmones in abyssum conijceret, atque à tyrannide, quam in nos exercebant, etiam inuitos prohiberet, nimirum expellendo ab ijs quos vexabant; cùm alioqui ideo maiori admirationi esse deberet, tamen cauillatorum criminationẽ

Luc. 8.28.
Iosua 10.5.
Exodi 2.13.
Ioan. 14.27.
Psal. 2.6.
Ioan. 9.29.

ὠμότητος εἰσπραττόμενοι δίκας, κατιδεῖν τοῦτο τίς ἂν εἰ βούλοιτο καὶ ἀκονητί, ἀνακεκραγότων ἀκούων, ἔα, τί ἡμῖν καὶ σοὶ Ἰησοῦ Ναζαρηνέ, ἦλθες ὧδε πρὸ καιροῦ βασανίσαι ἡμᾶς. οὐκοῦν ἐπειδήπερ ἐπῄσθετο Χριστὸς ἀφορήτως ἐγκείμενον τοῖς ἐπὶ γῆς τὸν Αἰγύπτιον, κατέκρυψεν αὐτὸν εἰς τὸν ᾅδην. τοῦτο τοι πάλιν ὡς ἐν σκιαῖς καὶ τύποις ἀποτετέλεκεν Ἰησοῦς, ὁ διαβιβάσας τὸν Ἰορδάνην σὺν υἱοὺς Ἰσραήλ, καὶ στρατηγήσας μετὰ Μωυσέα. κατέδησε γὰρ ἐν σπηλαίῳ σὺν πέντε τῶν Ἀμορραίων βασιλεῖς, πλαγίως ἡμῖν τοῦ τύπου προαναφαίνοντος, ὅτι μετὰ τὴν ἐν νόμῳ πολιτείαν ἀναδειχθεὶς ἐφ' ἡμᾶς ὁ Ἐμμανουὴλ βασιλεύς, σὺν τῶν δαιμονίων ἐξάρχοντας, καθάπερ ἐν βαθεῖ κατασφραγιεῖ σπηλαίῳ τοῖς ὑποχθονίοις μυχοῖς. ἀνῃρημένου δὴ οὖν τοῦ ἐγκειμένου καὶ θλίβοντος, τῇ ἡμέρᾳ τῇ δευτέρᾳ. φησί, δύο διαπληκτιζομένων Ἑβραίων, βραβευτὴς εἰς μέσον ἔστη Μωυσῆς, καὶ διαλλακτὴς εἰς εἰρήνην τοὺς ἀμφ' ἀλλήλους διεστηκόσιν εἰς ἔχθραν ἐνεφαίνετο, λέγων τῷ καταβιάζεσθαι τὸν ἀδελφὸν ἐθέλοντι, ἵνα τί σὺ τύπτεις τὸν πλησίον; ὁ δὲ πρὸς αὐτόν· τίς σε κατέστησεν ἄρχοντα καὶ δικαστὴν ἐφ' ἡμᾶς, ἢ ἀνελεῖν με σὺ θέλεις ὃν τρόπον ἀνεῖλες τὸν Αἰγύπτιον χθές; προκατακλείσας γὰρ ὥσπερ εἰς ᾅδην τὸν σατανᾶν ὁ Ἐμμανουήλ, δικαιοσύνης ἐφαίνετο βραβευτὴς τοῖς ἐξ Ἰσραήλ, καὶ φιλαλληλίας διδάσκαλος, ἀγάπης μὲν τῆς εἰς ἀδελφοὺς μεταποιεῖσθαι κελεύων, εἰρήνης δὲ καὶ ὁμοψυχίας οὐδὲν ἡγεῖσθαι τὸ ἄμεινον. τοιγάρτοι καὶ ἔφασκεν, εἰρήνην τὴν ἐμὴν δίδωμι ὑμῖν. οἱ δὲ τὴν εἰσήγησιν ἐπαινέσαι δέον, καὶ θαυμάσαι τὸν διαλλακτὴν, τῆς εἰρήνης τὸν χορηγὸν, καὶ τῆς ἀγάπης τὸν πρύτανιν, τῶν ἀρίστων αὐτοῖς μαθημάτων τὸν ἡγούμενον, δεδυσσεβήκασιν οὐ μετρίως. οὐ γὰρ ἐποιοῦντο καθηγητήν. ἀλλὰ καί τοι διὰ τῆς τοῦ ψάλλοντος φωνῆς λέγοντι σαφῶς, ἐγὼ δὲ κατεστάθην βασιλεὺς ὑπ' αὐτοῦ ἐπὶ Σιὼν ὄρος τὸ ἅγιον αὐτοῦ. ἁπάσης ἀναισχυντίας ἰόντες ἐπέκεινα, σκληρῶς τε καὶ ἀφιλοθέως ἀντιφέροντο λέγοντες· ποτὲ μὲν, ὅτι τίς ἔδωκέ σοι τὴν ἐξουσίαν ταύτην; ποτὲ δὲ πάλιν, οἴδαμεν ὅτι Μωσεῖ λελάληκεν ὁ θεός, τοῦτον δὲ οὐκ οἴδαμεν πόθεν ἐστί. καὶ τὰ δι' ὧν ἐσώζοντο καταγράφοντες εἰς κατάρρησιν, καὶ τῆς ἐπικουρίας τὸν τρόπον ἀσυνετώτατα διασύροντες. ἐνεκαλεῖτο μὲν γὰρ ὁ θεσπέσιος Μωυσῆς ὡς ἀνελὼν τὸν Αἰγύπτιον, καί τοι θλίβοντα καὶ ἐγκείμενον, καὶ ἀφορήτοις πλεονεξίαις τὰς τῶν Ἑβραίων ἀγέλας καταφορτίζοντα. καταχωννύων δὲ ὥσπερ εἰς ἄβυσσον ὁ Χριστὸς τὰ πονηρὰ δαιμόνια, καὶ τῆς καθ' ἡμῶν τυραννίδος, καὶ οὐχ ἑκόντα μεθιστὰς διὰ τὸ τῶν ἐχόντων ἐκπέμπειν αὐτά. καί τοι δέον ἐπὶ τούτῳ θαυμάζεσθαι σὺν τῶν εἰωθότων φιλοψογεῖν

οὐ διε-

οὐ δίεδρα λόγους. τετολμήκασι γὰρ εἰπεῖν ἔγκλημα ποιούμενοι τὴν θαυματουργίαν, οὗτος οὐκ ἐκβάλλει τὰ δαιμόνια εἰ μὴ ἐν Βεελζεβοὺλ ἄρχοντι τῶν δαιμονίων. ἐπιτήρει δὲ ὅτι περιβλεψάμενος ὁ Μωυσῆς ὧδε καὶ ὧδε, καὶ τεθεαμένος οὐδένα, τεθνεῶτα τὸν Αἰγύπτιον κατέκρυψεν ἐν ψάμμῳ. εἶτα παρελθὼν, συμβουλεύει τὰ εἰς εἰρήνην τοῖς ἐξ αἵματος ἀδελφοῖς. πολεμεῖ γὰρ κύριος ἐπὶ Ἀμαλὴκ πλὴν ἐν χειρὶ κρυφαίᾳ, καθὰ γέγραπται, καὶ οὐδενὸς ὁρῶντος τῶν ἐπὶ γῆς ᾠκονομεῖτο διὰ Χριστοῦ τὰ τῶν πραγμάτων ἀπορρητότερα. πῶς γὰρ ἢ πότε κατεδικάζοντο τῶν δαιμονίων τὰ στίφη, καὶ τὴν ἄβυσσον οἰκεῖν προσετάττοντο, τίς ἂν εἰδείη τῶν ἐπὶ γῆς; συνελάσας δὴ οὖν εἰς ᾅδου τὸν σατανᾶν, καὶ ἀπαλλάξας τοὺς ἐπὶ γῆς τῆς ἐκείνου πλεονεξίας, ἐκάλει λοιπὸν εἰς εἴδησιν ἀρετῆς. τοῦτο καὶ αὐτὸς ὁ Χριστὸς ἀσυμφανῶς που φησιν, ἢ πῶς δύναταί τις εἰσελθεῖν εἰς τὴν οἰκίαν τοῦ ἰσχυροῦ, καὶ τὰ σκεύη αὐτοῦ διαρπάσαι, ἐὰν μὴ πρῶτον δήσῃ τὸν ἰσχυρὸν, καὶ τότε τὴν οἰκίαν αὐτοῦ διαρπάσει; προκαταδήσας γὰρ ὥσπερ τὸν ἰσχυρὸν, τουτέστι τὸν σατανᾶν, μεταθίσησι διὰ πίστεως εἰς ἑαυτὸν τὰ σκεύη αὐτοῦ, τουτέστι τοὺς ὑπ' αὐτῷ πράττοντας ποτὲ καὶ ἐν ἀχρείοις σκεύεσι λελογισμένους. ἀλλ' ἐφ' οἷς ἦν εἰκὸς καταθαυμάζεσθαι πρέπειν, ἐπὶ τούτοις αὐτοῖς κατεσκωμμένος ἀνοσίως μεταπεφοίτηκεν ἀναγκαίως τὴν Ἰουδαίαν ἀφεὶς, ἐν ᾗ καὶ γεγέννηται κατά γε τὴν σάρκα· καί τοι κατὰ ἀλήθειαν Ἰουδαῖος οὐκ ὢν ὡς ὁ λόγος, ἀλλ' ἄνωθεν καὶ ἐξ οὐρανοῦ, καὶ παρὰ πατρὸς, καθάπερ ἀμέλει καὶ ὁ θεσπέσιος Μωυσῆς, ἐτίκτετο μὲν ἐν Αἰγύπτῳ, καὶ ἦν Ἑβραῖος ἐξ Ἑβραίων, ῥίζαν ἔχων εὐγενῆ καὶ ἁγίαν τοῦ πατρός. ἀλλὰ τῶν ἐξ αἵματος ὀνειδιζόντων αὐτῷ καὶ ἐν ἐσχάταις ἐχόντων διαβολαῖς τὰ ὑπέρ γε σφῶν αὐτῶν πραττόμενα, μετεπίθη λοιπὸν εἰς τὴν Μαδιὰμ, καὶ εἰς τὴν τῶν ἑτερογλώσσων μεθωρμίζετο χώραν. εἶτα προσιζήσας τῷ φρέατι, ταῖς Ἰοθὸρ ἐπήμυνε θυγατράσιν. αἱ μὲν γὰρ οὖσαι τὸν ἀριθμὸν ἑπτὰ, καὶ τὰς τοῦ ἰδίου πατρὸς ἀγέλας διαποιμαίνουσαι, προσεκόμιζον ταῖς ληναῖς δεδιψηκότα τὰ θρέμματα. ἀρυσαμένας δὲ ἤδη καὶ σὺν ἱδρῶτι πολλῷ, πεπλεονεκτήκασι τῶν αἰπόλων τινές. ὑπερήθλησε δὲ Μωυσῆς, καὶ χερσὶν ἰδίαις ἀνιμώμενος, ἐπότισε τὰ πρόβατα αὐτῶν, καθὰ γέγραπται. ἐν τάξει δὴ οὖν τοῦ κόσμου τὸν Ἰοθὸρ παραδεξόμεθα, ὃς ἦν ἱερεὺς τῶν Μαδιηναίων, οὐ θεῷ τῷ φύσει καὶ ἀληθῶς ποιούμενος τὴν λατρείαν, ἀλλὰ τοῖς κτίσμασι παρὰ τὸν κτίσαντα καὶ ποιητὴν, ἢ τοῖς ἐκ λίθων πεποιημένοις, καὶ τοῖς τεκτόνων φιλοτεχνήμασι. πεπλάνητο δὲ καὶ ὁ κόσμος δαιμονίοις καὶ οὐ θεῷ προσκυνῶν. ἑρμηνεύεται δὲ καὶ Ἰοθὸρ περισσότης,

non subterfugit. Ausi enim fuerunt dicere, prodigiorum editionem vertentes in accusationem: *Iste non eijcit dæmonia nisi in Beelzebub principe dæmoniorum.* Obserua autem quòd Moyses cùm vndiq; circumspexisset, nec quemquam animaduertisset, tandem mortuum Ægyptium abscondit in arena. Deinde veniens consuluit quæ suis fratribus conferebant ad pacem. Pugnat enim Dominus contra Amalec; cęterùm in manu sublimi, vt scriptum est, & nemine eorum qui in terris degunt, vidente res ineffabiles per CHRISTVM administrabat. Quomodo enim aut quando dæmoniorum cohortes sint damnatæ, & vt in abysso habitarent ipsis præceptum sit, quisnam mortalium nouerit? Depulso igitur in infernum satana, hominibusque ab ipsius tyrannide liberatis, vocauit deinceps ad notitiam virtutis: quod & ipse CHRISTVS alibi non obscurè testatur inquiens: *Aut quomodo potest quis introire domum fortis, & vasa eius diripere, nisi priùs constringat fortem, & tunc domum istius diripiat?* CHRISTVS enim cùm priùs constrinxisset satanam, tanquam fortem, transfert per fidem in seipsum vasa istius, hoc est, eos qui olim sub ipso faciebant opus, & inter inutilia vasa propter peccatum reputatos. Verùm propter quæ admiratione dignus videbatur, ob hæc ipsa impiè derisus, necessariò emigrauit relicta Iudæa, in qua tamen secundùm carnem natus erat, etsi secundùm veritatem Iudæus non esset, vtpote Verbũ; sed è supernis & è cęlo & ex Patre, vt ferè etiã diuinus Moyses natus quidẽ fuit in Ægypto, sed erat Hebræus ex Hebræis, paternam radicem nobilem ac sanctam habens. Ideoque cùm isti, qui cognati ipsi erant, vexarent eum probris, & quæ pro ipsis suscepta erãt summopere calumniarentur, concessit demum in Madian, regionemque alienigenarum frequentauit. Deinde cùm ad puteum consedisset, filiabus Iethro opitulabatur. Hæ enim erant septem numero, patris sui gregem pascentes, cogebantque oues siti laborantes ad canales. Ceterùm magno labore hauriebant aquam ob quorumdam pastorũ iniquitatẽ: Moyses autẽ propugnauit eas, & suis ipsius manibus hauriens adaquauit ipsarum oues, sicut scriptum est. Quocirca mundum præ se ferre censebimus Iethro qui erat sacerdos Madianitarum, neque verum ac suapte natura Deum colebat: sed aut creaturas Creatori præferebat, aut ea quæ ex lapide, aut ligno erant fabrefacta. Errauit autem & hic mundus, dæmonia non Deum adorando. Porro Iethro exponitur superfluitas,

Matt.12.24

Matt.12.29

Iethro typus mundi.

Iethro quid significet.

aut superfluum. Eiusmodi sanè mundus est, cùm totus sit superfluitas; eò quòd qui mũdana curant, nihil eorum quæ necessaria sunt faciant, sed vanis cogitationibus ebrij, inutilibus voluptatibus toti sunt addicti. Est igitur absque dubio verum, quòd ijs qui piè viuere volunt, superuacanea carnalium ac mundanarũ rerum cogitatio ab eius quod vtile ac necessariũ est consecutione abducat. Siquidẽ verùm est illud: *Prudentia carnis inimica est Deo.* Et qui sapit ea quæ mũdi sunt, inimicus Dei constituitur. Nimis itaq; verè sapit qui mundi res eligit: atq; ipse adeo mundus. Ait enim alibi CHRISTVS: *Quid profuerit homini si totũ mundũ lucretur, anima autem sua detrimentum patiatur? aut quid dabit homo in redemptionẽ animæ suæ?* Discessit igitur Moyses ex Ægypto in Madian. Eodem modo & CHRISTVS ex Iudæa in Galilæam. Vide autẽ quo pacto vna ex filiabus Leui pepererit sanctũ Moysem. Atqui plures, nimirum septem, fuerũt filiæ Iethro Madianitæ. Nam vna est multitudo Iudæorum, ex qua & CHRISTVS secundùm carnem natus est, quod sanè veluti in typo gesta Moysis adumbrant. Multæ autem sunt mundi quasi filiæ, hoc est greges quasi nationum in eo habitantium. CHRISTVS itaque relicta ea ex qua natus secundùm carnem Synagoga, ad multos Gentium greges deflexit, quos mali pastores iniuria afficiebant, hoc est principes huius mundi. Verùm ipse seruabat ac defendebat eos. Sed age dicamus de iniuria illa, vt simul modum auxilij aperiamus. Mos est sacræ Scripturæ, vt insitam nobis Dei cognitionem, qua ad res agendas duce vtimur, puteo seu fossę cõparet. Nam scientia totius boni tamquã ex fonte mentis in nobis scaturit, & gloriæ Dei cognitio veluti in speculo & in ænigmate. Vnde & istos qui contemnunt Dei dilectionem, impieque declinauerunt, vt scilicet dæmonibus honorem qui Deo debetur tribuant, grauiter accusat per vocem Ieremiæ dicens: *Obstupuit ob hoc cælum, & contremuit vehementer, dicit Dominus, quia duo mala fecit populus meus: me dereliquerunt fontem aquæ viuentis, & foderunt sibi cisternas dissipatas, quæ aquam continere nequeunt.* Nam cultus iste falsus est quasi cisterna rupta, vtpote ex qua nemo potest haurire illud verbum viuificum: sed sincera Dei cognitio reuera est fons vitæ. Puteus itaque est typus insitę nobis notitię. Ceterùm quamdiu ad notitiam de Deo recta neque coacta mente vsi fuerimus, recta veritatis via grassabimur. Si verò quis dæmoniorum fallacijs victus deflexerit ad id quod ipsi placet, tum suam operã illis locabit. Id enim, vt arbitror, figuratè significat,

Rom. 8. 7.

Matt. 16. 26

Cognitio Dei nobis insita in sacris litteris puteo comparatur.

Ierem. 2. 12.

ἢ περιττός. τοιοῦτος δὲ καὶ ὁ κόσμος, περιττότης ὢν ὅλος, διά τοι τὸ δρᾶν τοὺς τὰ αὐτοῦ φρονεῖν ἑλομένους τῶν ἀναγκαίων οὐδὲν, εἰκαίοις δὲ ὥσπερ καταμεθύειν περισπασμοῖς, καὶ διαρριπτεῖσθαι τρόπον τινὰ πρὸς ἀχρείους ἡδονάς. εἴη ἂν οὐκ ἀμφίλογον, ὅτι τοῖς ἐθέλουσι βιοῦν ὀρθῶς περιττὰ τὰ σαρκὸς, καὶ τὸ φρονεῖν τὰ ἐν κόσμῳ, τῆς τοῦ χρησίμου καὶ ἀναγκαίου διημάρτηκε θήρας, εἴπερ ἐστὶν ἀληθὲς, ὅτι τὸ φρόνημα τῆς σαρκὸς ἔχθρα εἰς θεόν· καὶ ὁ φρονῶν τὰ τοῦ κόσμου, ἐχθρὸς τοῦ θεοῦ καθίσταται. περιττότης οὖν ἀληθῶς τὸ φρονεῖν ἑλέσθαι τὰ ἐν κόσμῳ, καὶ αὐτὸς δὲ ὁ κόσμος. ἔφη γάρ που ὁ Χριστὸς, τί ὠφεληθήσεται ἄνθρωπος ἐὰν τὸν κόσμον ὅλον κερδήσῃ, τὴν δὲ ψυχὴν αὐτοῦ ζημιωθῇ, ἢ τί δώσει ἄνθρωπος ἀντάλλαγμα τῆς ψυχῆς αὐτοῦ; μετακεχώρηκε τοίνυν ἐκ τῶν Αἰγυπτίων, εἰς Μαδιὰμ ὁ Μωυσῆς, ὃν ἴσῳ δὲ τρόπῳ καὶ ὁ Χριστὸς ἐκ τῆς Ἰουδαίας εἰς τὴν Γαλιλαίαν. ἄθρει δὲ ὅτι μία μὲν ἡ Λευὶ θυγάτηρ ἡ τὸν ἱερὸν τεκοῦσα Μωσέα. πλείους δὲ μὴν καὶ ἑπτὰ τὸν ἀριθμὸν αἱ Ἰοθὸρ τοῦ Μαδιηναίου. μία μὲν γὰρ καὶ ἡ τῶν Ἰουδαίων πληθὺς, ἐξ ἧς καὶ γεγέννηται κατὰ σάρκα Χριστὸς ὡς ἐν τύπῳ τῷ κατὰ Μωυσέα. πολλαὶ δὲ λίαν αἱ οἱονεὶ τοῦ κόσμου θυγατέρες, εἴτουν ἀγέλας τυχὸν ἐν αὐτῷ κατοικούντων ἐθνῶν. ἀφεὶς οὖν ἄρα Χριστὸς τὴν ὅθεν ἐξέφυ κατὰ τὴν σάρκα συναγωγὴν, ἐπὶ τὰς πολλὰς τῶν ἐθνῶν ἀπονένευκεν ἀγέλας· ἃς πονηροὶ ποιμένες κατεβιάζοντο, τουτέστιν οἱ κοσμοκράτορες τοῦ κόσμου τούτου. διέσωσε δὴ αὐτός. ἀλλὰ φέρε λέγωμεν τῆς πλεονεξίας τὸν τρόπον τὸν τῆς ἀρωγῆς προσεπάγοντες. ἔθος τῇ θείᾳ γραφῇ λάκκῳ παρεικάζειν τὴν ἔμφυτον ἐν ἡμῖν περὶ θεοῦ γνῶσιν, καὶ καθ᾽ ἣν ἕκαστα τῶν πρακτέων ποδηγούμεθα. ἀναβρύει γὰρ ὥσπερ ἐν ἡμῖν καθάπερ ἀπὸ πηγῆς τοῦ νοῦ καὶ ἡ παντὸς εἴδησις ἀγαθοῦ, καὶ τῆς περὶ θεοῦ δόξης ἡ ὡς ἐν ἐσόπτρῳ τε καὶ αἰνίγματι γνῶσις. καὶ γοῦν τοὺς τῆς εἰς θεὸν ἀγάπης ὀλιγωρήσαντας, μετακεκλιμένους δὲ ἀνοσίως ἐπὶ τὸ χρῆναι τοῖς δαίμοσιν ἀνάπτειν τὸ σέβας, κατῃτιᾶτο λέγων διὰ φωνῆς Ἱερεμίου· ἐξέστη ἐπὶ τούτῳ ὁ οὐρανὸς, καὶ ἔφριξεν ἐπὶ πλεῖον ἡ γῆ σφόδρα, λέγει κύριος, ὅτι δύο πονηρὰ ἐποίησεν ὁ λαός μου, ἐμὲ ἐγκατέλιπον πηγὴν ὕδατος ζῶντος, καὶ ὤρυξαν ἑαυτοῖς λάκκους συντετριμμένους, οἳ οὐ δυνήσονται ὕδωρ συνέχειν. λατρεία γὰρ ἡ ψευδώνυμος, λάκκος οἷά τίς ἐστι συντετριμμένος, οὐ γὰρ ἂν ἀρύσαιτό τις ἐκεῖθεν τὸν ζωοποιεῖν ἰσχύοντα λόγον. πηγὴ δὲ ζωῆς ἀληθῶς ἡ ἀμώμητος περὶ θεοῦ γνῶσις. οὐκοῦν τῆς ἐμφύτου γνώσεως εἰκὼν ἂν εἴη λοιπὸν ὁ λάκκος ἡμῶν. ἀλλ᾽ ἕως μὲν πρὸς εἴδησιν τὴν ἐπὶ θεῷ ὀρθῷ καὶ ἀκαταβιάστῳ κεχρήμεθα νῷ, κατ᾽ εὐθὺ τῆς ἀληθείας ἤξομεν. εἰ δὲ τῇ τῶν δαιμονίων ἀπάταις πλεονεκτούμενος παρατρέποιτό τις ἐπὶ τὸ αὐτῷ δοκοῦν, τὰς ἰδίας ἐκείνοις δαπανήσει σπουδάς. τοῦτο οἶμαί ἐστιν αἰνιγματω-

δῶς τὸ ἀρύσασθαι μὲν τὸ ὕδωρ τὰς Ἰοθὸρ θυγατέρας, σὺν βίᾳ δὲ τοῦτο τῶν πλεονεκτούντων ἑλεῖν. ἐν τοιαύταις εἶναί φαμεν ἀρρωστίαις τοὺς πεπλανημένους, παρατετραμμένης αὐτοῖς τῆς ἐμφύτου γνώσεως ἐπὶ τὸ ἀκαλὲς, τουτέστιν εἰς πλάνησιν, καὶ εἰς τὸ τοῖς δαιμονίοις χρήσιμον. ἀλλ' ἐπήμυνεν ὁ Χριστός. ἀπεσόβησε μὲν γὰρ τοὺς ἀλιτηρίους ψευδοποιμένας. πεπότικε δὲ τὸ ὕδωρ τὸ ζῶν, τουτέστι τὸ θεῖον αὐτοῦ καὶ οὐράνιον κήρυγμα, τοιγάρτοι καὶ ἔφασκεν, εἴ τις διψᾷ, ἐρχέσθω πρός με καὶ πινέτω. οὐκοῦν παραληψόμεθα μὲν τὸν Ἰοθὸρ εἰς τὸ τοῦ κόσμου πρόσωπον τοῦ περιττότητος καὶ ἐξιτηλίας μεμεστωμένου. θυγατέρας δὲ εἶναί φαμεν τὰς ἑπτὰ τὰς ἁπανταχοῦ τῶν ἐθνῶν ἀγέλας, ὡς ἐφ' ἑκάστῃ τῶν θυγατέρων Ἰοθὸρ πλήθους σημαινομένου. οἱ δέ γε ποιμένες οἱ πονηροί τε καὶ βιαιότατοι νοοῖντ' ἂν εἰκότως τὰ τῶν δαιμονίων στίφη. ὁ δὲ ἐπαμύνων Χριστὸς, ὁ καὶ θείοις ἡμᾶς ἐκμεθύσκων νάμασιν. ἐπειδὴ δὲ τὰς τῶν ἀνοσίων ποιμένων πλεονεξίας διέδρων αἱ νεάνιδες, ὑπονοστοῦσι πρὸς Ῥαγουὴλ τὸν ἑαυτῶν πατέρα, φημὶ δὴ τὸν Ἰοθόρ. ἐρομένου δὲ αὐταῖς τῆς ἀσυνήθους ταχύτητος τὴν αἰτίαν, τὴν Μωσέως ἐπικουρίαν εὐθὺς ἀπαγγέλλουσιν. ὁ δὲ εἰσοικίζεται παραχρῆμα τὸν ἄνθρωπον, καὶ † Σεπφώραν αὐτῷ δίδωσι γαμεῖν τῶν ἑαυτοῦ θυγατέρων τὴν προὔχουσαν καὶ εὐπρεπεστάτην. ἡ δὲ τέτοκε Γηρσάμ. ἐπειδὴ γὰρ ὠφέλησε Χριστὸς τὰ ἐν κόσμῳ τῶν ἐθνῶν συστήματα, ἐγνωρίζετο μὲν αὐτῷ, μυσταγωγούντων αὐτῷ τῶν δι' αὐτοῦ σεσωσμένων, ὅτι καὶ ἐπαμύνειν οἷός τε καὶ μὴν καὶ χειρὸς ἐξελέσθαι ῥᾳδίως τῶν ἀδικεῖν ᾑρημένων. οὕτω τε λοιπὸν προσίεται μὲν ἀσμένως, καθὰ καὶ Ῥαγουὴλ Μωσέα τὸν ἱερώτατον, συμβαίνει δὲ ὥσπερ εἰς οἰκειότητα τὴν ὡς πρὸς αὐτὸν νύμφην οἷά τινα περικαλλεστάτην παραστὰς αὐτῷ τὴν ἐξ ἐθνῶν ἐκκλησίαν, ἣ διὰ τῆς Σεπφώρας νοεῖται. διερμηνεύεται γὰρ ἐπίσκεψις, ἢ ὡραία, καὶ μέντοι καὶ χάρις πνοῆς. ἐπεσκέψατο γὰρ ἀνατολὴ ἐξ ὕψους τὴν ὡς ἀληθῶς ἐκπρεπῆ καὶ ὡραίαν, φημὶ δὴ τὴν ἐκκλησίαν, καὶ δῶρον αὐτῇ καὶ ξένιον οὐρανοῦ κεχάρισται τῆς ἑαυτοῦ πνοῆς τὴν ἐπίδοσιν, φημὶ δὴ τὴν τοῦ ἁγίου πνεύματος μέθεξιν. ἡ δὲ τέτοκεν αὐτῷ τὸν Γηρσάμ, φημὶ δὴ λαὸν τὸν πάροικον ἀληθῶς. οἱ γάρ τοι τῷ θείῳ κατεσφραγισμένοι πνεύματι, καὶ τῆς ἄνωθεν ἐπισκοπῆς ἀξιούμενοι, καὶ εἰς ὡραιότητα διαπεπλασμένοι τὴν ὡς πρὸς υἱὸν, πάροικοι κατὰ τὸ ἀληθές εἰσιν ἐν τῷδε τῷ κόσμῳ. ἁρμόσειε δ' ἂν αὐτοῖς ὅτι μάλιστα διακεκραγέναι τε καὶ λέγειν, οὐκ ἔχομεν ὧδε μένουσαν πόλιν, ἀλλὰ τὴν μέλλουσαν ἐπιζητοῦμεν, ἧς τεχνίτης καὶ δημιουργὸς ὁ θεός. περιπατοῦντες γὰρ ἐπὶ γῆς, ἐν οὐρανῷ πολιτεύονται, καὶ γλίχονται μὲν οὐδαμῶς τῶν ἐν τῷδε τῷ κόσμῳ πραγμάτων· μεταποιοῦνται δὲ σφόδρα τῶν εἰς αἰῶνα τῶν μελλόντων. ἀκολουθεῖν γὰρ ἐγνώκασι

† ἄλ. Σεμφοράν.

cat, quòd filiæ Iethro hauriant quidem aquam, alios autẽ potentiores eam vi eripere. in istiusmodi infirmitatibus dicimus versari eos, qui sunt decepti, vtpote quibus insita cognitio in absurditatem sit conuersa, hoc est in errorẽ, atque in id quod dæmoniis expedit. Verùm hoc vindicauit CHRISTVS. Nam ipse profligatis sceleratis pastoribus potauit aqua viuente, hoc est, suo diuino & cælesti verbo. Idcirco ait: *Si quis sitit, veniat ad me, & bibat.* Iethro itaque geret nobis personam mundi, qui superfluitate & vanitate redundat. Septem autem filias dicemus esse gentium cuiusuis loci nationes, ita vt per vnamquamque filiarum Iethro multitudo significetur. Pastores verò mali atque infesti meritò intelligi possint cœtus dæmoniorum. Sed qui vindicat est CHRISTVS, qui & diuinis nos inebriat fluentis. Puellæ autem euasis impiorũ pastorum iniurijs reuertuntur ad Raguelem patrem ipsorum, Iethro inquam. Cui interroganti causam tam insuetæ festinationis, ilico proferunt auxilium Moysis. Vnde & hominem confestim domum suam recipit, & Sephoram ei vxorem dat, primariam ex filiabus suis & formosissimã. hæc autem peperit ei Gersam. Nam posteaquam in mundo adiuuit CHRISTVS congregationes Gentium, cognoscebatur quidem ab illis quos erudiebat, & saluabat quod posset vindicare, atque è manu eorum qui iniurias inferunt, facillimè liberare. Atque ita deinceps perlibenter recipit quemadmodum & Raguel, Moysem sanctissimũ. Adducit autem veluti in familiaritatem secum tanquam pulcherrimam quandam sponsam Ecclesiã ex Gentibus, quæ per Sephoram intelligitur. Nam Sephora exponitur *visitatio*, vel *pulcra*, nec non *gratia spiritus.* Visitauit enim oriens ex alto illam verè decorã ac formosam, Ecclesiam inquam, donauitq; eam xenio cælesti, spiritus sui accessione, nimirum Spiritus sancti participatione. Porrò hæc peperit ei Gersam, hoc est populum reuera peregrinum. Qui enim diuino spiritu insigniti sunt, & superna visitatione dignati, & ad pulcritudinem veluti ad filium transformati, hi sunt reuera aduenæ & peregrini in mundo. Ideoque optimè illis conueniet, vt exclamẽt ac dicant: ***Non habemus hic manentem ciuitatẽ, sed futuram inquirimus,*** cuius opifex & cõditor est Deus. Nam ambulãt quidẽ in terra, sed ciues sunt in cælo, nec quidquam eorum quæ sunt in mundo concupiscunt, aut appetunt, sed ex toto suo corde aspirant & contendunt ad sæculum futurũ. Nouerũt enim CHRISTVM qui propter nos

Filiæ Iethro haurientes aquã quid significent.

Ioan. 7. 37.

Sephora quid significet.

Aduenæ in mundo qui sint.

Heb. 13. 14.

 vt

vt nos factus est, per eiusmodi puram ac sinceram vitam subsequi. Is enim non curauit mundana: absit: at potiùs nobis est typus vitæ supermundanæ ac spiritualis propositus. Obserua autē quòd sacra Scriptura haud sine magno consilio patrem harum septem puellarum, antequam Moyses ipsis opem tulisset, nominauit Iethro; deinde verò Raguel: & Iethro quidē significat, vt iam dixi, superfluitas; Raguel autem, *pascua Dei.* Vtar autem vtilitatis gratia verbo. Dicimus igitur, quòd ille quidem gerit personam mundi, cuius sanè occupatio reuera est superflua atque inanis. Verùm hoc intelligēdum est antequam chorus puellarū sit adiutus à CHRISTO. Nam postquam à tyrannide liberatæ, & ex impiorū pastorum manu sunt ereptæ, tunc inquam, nomē Iethro mutatum est in Raguel, qui est *grex Dei* aut *pascua*, iuxta vim ipsius verbi: subijt enim manum summi illius omnium pastorū principis, hoc est CHRISTI IESV, per quem & cum quo sit Deo & Patri gloria cum sancto Spiritu in sæcula sæculorum. Amen.

Raguel quid significet.

Iethro mutatio nominis in Raguel quid significet.

διὰ τῆς ὄντως ἀστείας καὶ πεπορνευμένης ζωῆς τῷ δι' ἡμᾶς καθ' ἡμᾶς καὶ ἐν τῷδε τῷ κόσμῳ πεφωνηκότι Χριστῷ. πεφρόνηκε γὰρ οὐ τὰ τοῦδε τοῦ κόσμου, πολλοῦ γε καὶ δεῖ. τύπος δὲ μᾶλλον ἡμῖν τῆς ὑπερκοσμίου καὶ ἐννομωτάτης πέφηνε ζωῆς. ἐπιτήρει δὲ ὅπως οἰκονομικῶς δὴ λίαν τὸ γράμμα τὸ ἱερὸν, τὸν τῶν ἑπτὰ νεανίδων πατέρα, πρὶν μὲν εἰς αὐτὰς γενέσθαι τὴν διὰ Μωσέως ἐπικουρίαν, ὠνόμασεν Ἰοθὸρ, εἶτα μετὰ τοῦτο Ῥαγουήλ. καὶ Ἰοθὸρ μὲν περιττότης, ἤτοι περιττὸς ἑρμηνεύεται, καθάπερ ἤδη προεῖπον. Ῥαγουὴλ δὲ ποιμασία θεοῦ. κεχρήσομαι γὰρ τῇ λέξει διὰ τὸ χρήσιμον. ἐλέγομεν δὲ τὸ τοῦ κόσμου πρόσωπον περιθέντες αὐτῷ, ὅτι περιττὸς καὶ εἰκαῖος ἀληθῶς ὁ ἐν κόσμῳ περισπασμός. ἀλλ' ἦν μὲν ἐν τούτοις πρὶν ὠφεληθῆναι παρὰ Χριστοῦ τὸν τῶν νεανίδων χορόν. ἐπειδὴ δὲ πλεονεξίας ἐξῄρηνται, καὶ τῆς τῶν ἀνοσίων ποιμένων ἔξω τεθεινται χειρός, τότε δὴ τότε μετωνόμασται Ῥαγουήλ. ὅ ἐστι θεοῦ ποίμνιον, ἤτοι ποιμασία κατά γε τὴν τῆς ἑρμηνείας δύναμιν. ὑποδεδράμηκε γὰρ τὴν χεῖρα τοῦ πάντων ἀρχιποίμενος, φημὶ δὴ Χριστοῦ· δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ τῷ θεῷ καὶ πατρὶ ἡ δόξα σὺν ἁγίῳ πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

De visione Moysis in rubo.

BEATI Prophetæ cùm haud mediocri cura de ijs quæ ad nos spectant afficerentur, vtpote spiritu afflati, accurateq; res considerantes, obsecrarunt vt Dei Verbum hominibus adiutor ac redemptor adueniret, ipsi nimirum ac quidem soli tribuentes vt Deo, eos qui ad extremam calamitatem peruenerint, saluare. Fuerunt enim optimarum rerum magistri, salutisq; viam præmonstrantes, sapientes atque industrij. quo enim non laudis genere floruerunt? Non potuerunt tamen satanæ tyrannidem à nobis arcere, aut impurorum dæmoniorū cœtus profligare, qui nos miserè afflictos multifariam deprædabātur, atque instar mancipiorum seruitutis iugo onustos, quæ ipsis placebant & sapere & facere nefariè cogebant, ac veluti graues rigidique exactores nobis imperitabāt, vt ipsis cultum præstaremus, quasique ex debito nos terrenis operibus pollueremus, nihil nisi quæ carnis sunt volendo curare ac sapere. Erat igitur præclarum illius ineffabilis naturæ opus superbam atque profanam diaboli tyrannidem profligare, & ab adeò sordido seruitutis iugo vindicare homines, virtutisq; operatores efficere. Quòd autē adeo ingens atq; expetendum bonum suo tempore sit euenturū mortalibus, cùm Vnigenitus sese dimiserit in exinanitionem, naturamque humanam

Prophetarum scopus.

Prophetæ diaboli tyrannidem à nobis auertere non potuerunt.

Περὶ τῆς Μωυσέως ὀπτασίας τῆς ἐν τῷ βάτῳ.

ΟΙ μακάριοι προφῆται περὶ τῶν καθ' ἡμᾶς οὐ μετρίως πεφροντικότες, ἅτε δὴ πνευματοφόροι καὶ ἀκριβῆ τῶν πραγμάτων ποιούμενοι τὴν κατάσκεψιν, συλλήπτορα καὶ ἐπαρωγὸν ἀναδείκνυσθαι παρεκάλουν τοῖς ἐπὶ τῆς γῆς τὸν τοῦ θεοῦ λόγον, αὐτῷ δὲ καὶ μόνῳ τὸ ἀνασώσειν δύνασθαι τοὺς εἰς λῆξιν ἥκοντας κακῶν ἀναθέντες ὡς θεῷ. γεγόνασι μὲν γὰρ τῶν ἀρίστων εἰσηγηταὶ, καὶ τῆς σωτηρίας παραδεικνύντες ὁδὸν σοφοί τε καὶ ἀγχίνοι. καὶ τί γὰρ οὐχὶ λαχόντες τῶν ἐπαινουμένων, εἰκότως καταθαυμάζονται; ἀλλ' ἦσαν οὐχ οἷοί τε τῆς καθ' ἡμῶν τυραννίδος ἀποσοβῆσαι τὸν σατανᾶν, οὔτε μὴν τὰ βέβηλα τῶν δαιμονίων ἐλάσαι στίφη. οἳ τοὺς ἀθλίους ἡμᾶς πολυτρόπως κατεληΐζοντο, μονονουχὶ καὶ ἐν τάξει τῶν δορυκτήτων ποιούμενοι, καὶ ζυγῷ δουλείας καταφορτίζοντες τὰ αὐτοῖς δοκοῦντα φρονεῖν τε καὶ δρᾶν ἀνοσίως ἠνάγκαζον. δασμολόγοι δὲ ὥσπερ δεινοί τε καὶ ἄτεγκτοι προσάγειν ἐκέλευον, τὰς τῆς λατρείας αὐτοῖς, καὶ ὡς ἐν ὀφλήματος τάξει, τὸ καταμιαίνεσθαι δεῖν τοῖς περὶ γῆν σπουδάσμασι, καὶ διὰ τοῦτο μόνα φρονεῖν ἑλέσθαι τὰ σαρκικά. ἦν οὖν ἄρα τῆς ἀρρήτου φύσεως ἀποτέλεσμα λαμπρὸν, τὴν ἀλαζόνα καὶ βέβηλον τοῦ διαβόλου καταπαῦσαι πλεονεξίαν, καὶ δουλείας μὲν ἀπαλλάξαι τῆς οὕτω βλαβερωτάτης καὶ μυσαρωτάτης τοὺς ἐπὶ τῆς γῆς, ἀποφῆναι δὲ λοιπὸν τῆς ἀρετῆς ἐργάτας. ὅτι δὲ τοῦτο οὕτω μέγα καὶ πολύευκτον ἀγαθὸν ὑπάρξειν ἔμελλε κατὰ καιροὺς τοῖς ἐπὶ τῆς γῆς, καθέντος ἑαυτὸν εἰς κένωσίν τε καὶ ἀνθρωπότητα τοῦ μονο-

μονογενοῦς, διὰ τῶν ἱερῶν γραμμάτων εὐθὺς
» ἤδη εἰσόμεθα. ἔχει δὲ οὕτως· μετὰ δὲ τὰς ἡμέ-
» ρας τὰς πολλὰς ἐκείνας ἐτελεύτησεν ὁ βασι-
» λεὺς Αἰγύπτου, καὶ κατεστέναξαν οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ
» ἀπὸ τῶν ἔργων, καὶ ἐβόησαν· καὶ ἀνέβη ἡ φωνὴ αὐ-
» τῶν πρὸς τὸν θεὸν ἀπὸ τῶν ἔργων, καὶ εἰσήκουσεν ὁ θεὸς
» τὸν στεναγμὸν αὐτῶν. καὶ ἐμνήσθη ὁ θεὸς τῆς δια-
» θήκης αὐτοῦ πρὸς Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακώβ,
» καὶ ἐπεῖδεν ὁ θεὸς τοὺς υἱοὺς Ἰσραήλ, καὶ ἐγνώσθη αὐ-
» τοῖς. κατεδυνάστευον μὲν γὰρ οἱ Αἰγύπτιοι τῶν ἐξ
Ἰσραὴλ τὸν τῆς ἀναγκαίας λειτουργίας ἐπιρρίπτοντες
ζυγόν, καὶ πικροὺς αὐτοῖς καὶ ἀφιλοικτίρμονας ἐρ-
γοδιώκτας ἐπιστήσαντες οἳ κατώδυνον αὐτῶν τὴν
ζωὴν, καθὰ γέγραπται. οἱ δὲ τῆς ἄγαν πλεονεξίας
πεπειραμένοι κλαίοντες καὶ κατοιμώζοντες τῆς ἄ-
νωθεν ἡμερότητος ἀξιοῦσθαι λοιπὸν ἐλιπάρουν οἱ
τάλανες. ἀλλ' ἐπεσκέπτετο θεός, καὶ εἰσεῖδε, φησί,
τοὺς υἱοὺς Ἰσραήλ, καὶ ἐγνώσθη αὐτοῖς. ὅτε τοίνυν
ἐσμὲν ἐν ἀγνοίᾳ θεοῦ, τότε καὶ τοῖς ἀδικοῦσιν ὑπο-
κείμεθα, καὶ τοῖς τῆς ἁμαρτίας βορβόροις
ἐγκυλινδούμεθα, πικροὺς καὶ ὠμοὺς τοὺς τούτων
ἔχοντες ἐπιστάτας τοὺς ἀκαθάρτους δαίμονας.
ἕπεται δὲ καὶ πάντως τῷ γνῶναι θεὸν τῆς ἐλευ-
θερίας ἡ χάρις. ἀλλ' ἐκεῖνα μὲν ἐπράττετο τυ-
πικῶς· ἐγράφη δὲ πρὸς νουθεσίαν ἡμῶν, καθὼς
γέγραπται. καὶ ἐφ' ἑνὸς μὲν ἔθνους τῶν ἐξ αἵ-
ματος Ἰσραὴλ ὁ τύπος. διδάξει δ' εὖ μά-
λα καὶ σαφῶς ὅτι τοῖς ἀκαθάρτοις πνεύμασι
καὶ τῷ διαβόλῳ σκοπὸς, συνωθεῖν ἐπείγεσθαι
τοὺς ἐπὶ γῆς εἰκαίοις ἐνιδροῦν σπουδάσμασι,
καὶ τὰ σαρκὸς ἔργα πληροῦν. ἵνα μὴ σχολαῖον
ἔχοντες νοῦν καὶ ἀναμύοντα πρὸς τὰ ἄνω, τὸν
τῶν ὅλων εἰδεῖεν θεὸν· οὕτω τε λοιπὸν καὶ εἰς τὸ
αὐτῷ δοκοῦν ἐπευθύνοιντο, καὶ τὸν ἐπ' αὐτοῦ δου-
λείας ἀποσείωσι ζυγόν. ἐπειδὴ δὲ ἔνεστι τῇ ἀν-
θρωπείᾳ φύσει τὸ φιλελεύθερον, οὐκ ἐπαι-
νοῦμεν ἔσθ' ὅτε τὰ πάθη· καταμυσαττόμεθα
δὲ πολλάκις ἀνανήφοντες βραχὺ, καὶ τῶν
τῆς σαρκὸς ἡδονῶν τὸ ἄχαρι, τὴν ἄνωθεν καὶ
παρὰ θεοῦ διψῶμεν ἐπικουρίαν, καὶ τῆς ἀβου-
λήτου δουλείας οὐ μετρίαν ποιούμεθα τὴν κα-
ταβοήν. τοῦτο δέ μοι ἐστὶ τὸ καταστενάξαι πρὸς θεὸν
τοὺς υἱοὺς Ἰσραήλ. ἐπειδὴ δέ ἐστιν ἀγαθὸς, ἀπέστα-
λκεν ἡμῖν σωτῆρα καὶ λυτρωτὴν ἐξ οὐρανοῦ τὸν υἱὸν,
ὃς γέγονε καθ' ἡμᾶς, τουτέστιν ἄνθρωπος. καὶ
τὸ χρῆμα ἡμῖν αἰνιγματωδῶς προαναφωνεῖ
» πάλιν τὸ γράμμα τὸ ἱερόν. ἔφη γὰρ οὕτως· καὶ
» Μωυσῆς ἦν ποιμαίνων τὰ πρόβατα Ἰοθὼρ
» τοῦ πενθεροῦ αὐτοῦ τοῦ ἱερέως Μαδιάμ. καὶ ἤ-
» γαγε τὰ πρόβατα εἰς τὴν ἔρημον, καὶ ἦλθεν
» εἰς τὸ ὄρος τοῦ θεοῦ Χωρήβ· καὶ ὤφθη αὐτῷ
» ἄγγελος κυρίου ἐν φλογὶ πυρὸς ἐκ τοῦ βά-
» του. καὶ ὁρᾷ ὅτι ὁ βάτος καίεται πυρί,
» ὁ δὲ βάτος οὐ κατεκαίετο. εἶπε δὲ Μωυ-
» σῆς· παρελθὼν ὄψομαι τὸ ὅραμα τὸ μέγα
» τοῦτο, ὅτι οὐ κατακαίεται ὁ βάτος. ὡς δὲ
» εἶδε κύριος ὅτι προσάγει ἰδεῖν, ἐκάλε-
» σεν αὐτὸν ὁ κύριος ἐκ τοῦ βάτου λέγων·

assumpserit, ex sacris Litteris itidem cognoscemus. Ita autem habent: *Post dies autem multos mortuus est rex Aegypti, & ingemuerunt filij Israël propter opera, & exclamauerunt, & ascendit clamor eorum ad Deum ab operibus & audiuit Deus gemitum eorum, & recordatus est testamenti sui, quod fecit cum Abraham Isaac & Iacob. Et respexit Deus filios Israël, & cognitus est eis.* Ægyptij enim grauiter opprimebant Israëlitas, necessarium seruitutis iugum imponentes, acerbosque ipsis atque immites operum dominos præficientes, qui vitam ipsorum excruciarent, sicut scriptum est. Sed tanta tyrannide oppressi gementes & lacrymantes tandem miseri rogarũt, vt cęlesti misericordia digni haberentur, & visitauit eos. Ait enim: *Respexit filios Israël, & cognitus est ab ipsis.* Cùm igitur versaremur in ignorantia Dei, tunc iniuriã inferentibus eramus subiecti, atque in cœno peccati volutabamur, habentes crudeles & acerbos pręfectos, nempe immundos dęmonas. Nam gratia libertatis omnino sequitur Dei cognitionem. Verùm hæc facta sunt typicè & per figuram, propositaq; sunt nobis in admonitionem nostri, sicut scriptũ est. Atq; vnius quidẽ gentis, Israëliticæ nimirum typus est: apertè verò admodum docet, quòd immundis spiritibus & diabolo nihil aliud propositum sit, quàm compellere mortales, vt in vanis laboribus desudent, & opera carnis perficiant: ne fortè mentem ab his vacuam habentes & ad superna aspirantẽ, huius vniuersi Deum cognoscant, atque ita deinceps se ad ipsius voluntatem componant, & diabolicę seruitutis iugum excutiant. Cùm verò humanæ naturæ insitum sit studium libertatis, non approbamus interdum istiusmodi calamitatem, sed auersamur, & sæpenumero nonnihil ad nos redeuntes, & carnalium voluptatum deformitatem detestantes, supernum à Deo sitimus auxilium, & de violenta seruitute non parum querimur. Hoc, vt arbitror, est, quòd filij Israël ad Deum ingemiscant. Verùm vt est bonus, misit nobis Saluatorẽ ac Redemptorem è cęlo Filium, qui factus est vt nos, homo. idque iterum sacra Scriptura figuratè pręsignificauit. Ita enim ait: *Et Moyses pascens oues Iethro soceri sui sacerdotis Madian, duxit oues in desertum, venitq; ad montem Dei Horeb. Apparuit autem ei angelus Domini in flamma ignis ex rubo. Et videt rubum ardere igne, nec tamen absumi. Dixit autem Moyses: Accedens videbo visionem magnã hanc, quare non comburitur rubus. Postquam autem vidit Dominus, quòd pergit ad videndum, vocauit eum Dominus ex rubo dicens: Moy-*

Exod. 2. 23.

Exodi 2. 25.

Libertatis gratia Dei cognitionem sequitur.

Exodi 3. 1.

Moyses, Moyses. Ille autē dixit: Quid est Domine? Et dixit, Ne appropinqua huc. Solue calceamentū de pedibus tuis, locus enim in quo stas, terra sancta est. Et dixit ei: Ego sum Deus patris tui Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob. Auertit autem Moyses faciem suam. Timuit enim aspicere contra Deum. Nam legem quidem dedit in auxilium, iuxta verbum Prophetæ, (præmonstrauit enim diuino consilio Moysem pædagogum:) tantum-non autem constituit vmbram in signum perfectiorum, donec tandem veritas suo tempore esset oritura. Ideoque finis disciplinæ Mosaicæ fuit, mysterium CHRISTI, quod per hanc visionem eleganter admodum significatū est. Nam rubus est planta fruticosa & infrugifera parum differens à spinis. ingens autem flamma ei circumfusa erat. Sanctus enim angelus in specie ignis id præstabat, neque læsit rubum in quo apparuit. Stupenda certè res, & rationem omnem excedens. Ignis spinæ admotus placidissima accessione ipsam fouebat, & propemodū insitæ suæ potentiæ oblitus, otiosè ijs, quæ poterat corrūpere, insedit. Quocirca Moyses obstupuit hac visione. Quænam igitur ratio est? Sacræ Scripturæ consuetudo est diuinam naturam igni comparare ob immensum suum robur & magnam absumendi vim. Lignis autem & herbis quę sunt in agris, terrenum æquiparat hominē. Vnde quidem interdum ita ait: *Deus noster ignis consumens est.* Interdum verò sic: *Homo tanquam fœnum, & dies eius tanquam flos campi, ita arescet.* Porro sicut spinæ ignem ferre nequeunt, ita neque diuinitatem humanitas. Ceterùm in CHRISTO facta est tolerabilis. Nam *in ipso habitauit omnis plenitudo deitatis corporaliter*, sicut sapiens testatus est Paulus. *Et lucem inhabitans inaccessibilem*; hoc est, Deus in tēplo Virginis moratus est, demittens seipsum in admirandam humilitatem, ac quasi contrahens inuictam suæ naturæ potentiam, vt capi & aptari nobis posset, sicut reuera ignis se aptauit spinis. Quòd autem id quod suapte natura aptum est ad corrumpendum, hoc est carnem, ipse effecerit corruptionis expertem, morteque superiorem reddiderit, demonstrat figura ignis in rubo illæsum omnino seruans lignum. Quòd autem suum viuificauerit templū, & incorruptibile effecerit vita naturaliter existens, illud ex Deo Verbū, quomodo quispiam dubitauerit? Ignis ergo pepercit spinæ, & flamma facta est paruo infirmoq; ligno tolerabilis. Capax enim deitatis, vt iam dixi, facta est humanitas. Et hoc factum est in CHRISTO mysterium. Ha-

Sap. 2. 11. — *Ignis typus diuinitatis.* — *Ligna & herbæ typus hominis.* — *Deut. 11. 24* — *Heb. 12. 29.* — *Psal. 102. 15* — *Colos. 2. 9.* — *1. Tim. 6. 16.* — *Ignes rubū non comburens quid significet.*

Μωυσῆ, Μωυσῆ. ὁ δὲ εἶπε, τί ἐστι. καὶ εἶπε, μὴ ἐγγίσῃς ὧδε. λῦσον τὸ ὑπόδημα ἐκ τῶν ποδῶν σου. ὁ γὰρ τόπος ἐν ᾧ σὺ ἕστηκας, γῆ ἁγία ἐστί. καὶ εἶπεν αὐτῷ, ἐγώ εἰμι ὁ θεὸς τοῦ πατρός σου, ὁ θεὸς Ἀβραὰμ, καὶ ὁ θεὸς Ἰσαὰκ, καὶ ὁ θεὸς Ἰακώβ. ἀπέστρεψε δὲ Μωυσῆς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ. εὐλαβεῖτο γὰρ καταβλέψαι ἐνώπιον τοῦ θεοῦ. νόμον μὲν γὰρ εἰς βοήθειαν ἔδωκεν ὁ θεός, κατὰ τὴν τοῦ προφήτου φωνήν. προαπέφηνε γὰρ οἰκονομικῶς Μωυσέα παιδαγωγὸν, μονονουχὶ δὲ πρὸς ἀνάδειξιν τῶν τελειοτέρων ἐποιεῖτο τὴν σκιάν. πλὴν ὅτι κατὰ καιροὺς ἀναβλέψειν ἔμελλεν ἡ ἀλήθεια. καὶ τέλος ἦν τῆς παιδαγωγίας, τὸ Χριστοῦ μυστήριον, διὰ τῆς ὀπτασίας εὖ μάλα κατεπαιδεύετο. φυτὸν μὲν γὰρ ὁ βάτος ἐστὶ θαμνοειδές τε καὶ ἄκαρπον, καὶ ἀκάνθαις ὀλίγα παραχωροῦν. πολλὴ δὲ αὐτὸν περιεχεῖτο φλόξ. ἐν εἴδει γὰρ πυρὸς ἅγιος ἄγγελος ἐπλήρου τὸ χρῆμα. καὶ ἦρτο μὲν, ὑψοῦ δὲ λίαν ἡ φλόξ. ἠδίκει δὲ ὅλως τὸν ἐν ᾧ πέφηνεν, οὐδέν. ἀνόσιον ἀληθῶς καὶ πέρα λόγου παντὸς τὸ δρώμενον ἦν. πῦρ ἀκάνθαις συμβαῖνον καὶ ἡμερωτάτοις αὐτὴν περιθάλπον προσβολαῖς, μονονουχὶ τῆς ἐμφύτου δυνάμεως κατημεληκὸς. καὶ ῥᾴθυμον κομιδῇ τοῖς φθείρεσθαι δυναμένοις ἐνιζηκός. τοιγάρτοι Μωυσῆς ὁ θεσπέσιος καταπεθήπει τὴν ὄψιν. τίς οὖν ὁ λόγος; πυρὶ τὴν θείαν παρεικάζει φύσιν τὸ ἱερὸν γράμμα, διά τοι τὸ παναλκὲς, καὶ τὸ παντὸς δύνασθαι κατεσθίειν εὐκόλως. ξύλοις καὶ πόαις ταῖς ἐν ἀγρῷ τὸν ἀπὸ γῆς ἄνθρωπον. τοιγάρτοι φησὶ ποτὲ μὲν, ὁ θεὸς ἡμῶν πῦρ καταναλίσκον ἐστίν. ποτὲ δὲ αὖ, ἄνθρωπος ὡσεὶ χόρτος αἱ ἡμέραι αὐτοῦ, ὡσεὶ ἄνθος τοῦ ἀγροῦ, οὕτως ἐξανθήσει. ἀλλ' ὥσπερ ἐστὶν οὐ φορητὸν ἀκάνθαις τὸ πῦρ, οὕτω καὶ θεότης ἀνθρωπότητι. πλὴν ἐν Χριστῷ συνέβη καὶ γέγονεν οἰστή. κατῴκησε γὰρ ἐν αὐτῷ πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος σωματικῶς, καθὰ καὶ ὁ σοφὸς μεμαρτύρηκε Παῦλος. καὶ ὁ φῶς οἰκῶν ἀπρόσιτον, τουτέστι θεὸς, τῷ ἐκ παρθένου ναῷ κατηυλίζετο, καθεὶς ἑαυτὸν εἰς ἀξιάγαστον ἡμερότητα, καὶ οἱονεὶ περιστέλλων τὸ ἄκρατον τῆς ἰδίας φύσεως προσβολὴν, ἵνα γένηται χωρητὸς, καθάπερ ἀμέλει καὶ ἀκάνθης τὸ πῦρ. ὅτι δὲ τὸ φθείρεσθαι πεφυκὸς, τουτέστι τὴν σάρκα φθορᾶς ἀπετέλει κρείττονα, διαδείξειεν ἂν αἰνιγματωδῶς τὸ ἐπὶ τῷ βάτῳ πῦρ ἀδιαλώβητον παντελῶς τηρῆσαν τὸ ξύλον. ὅτι δὴ τὸν ἴδιον ἐζωποίει ναὸν, καὶ ἄφθαρτον ἀπετέλει, καὶ θανάτου κρείττονα ζωὴ κατὰ φύσιν ὑπάρχων ὁ ἐκ θεοῦ λόγος πῶς ἂν ἐνδοιάσειέ τις; ἐφείδετο τοίνυν τῆς ἀκάνθης τὸ πῦρ, καὶ οἰστὴ γέγονεν ἡ φλὸξ σμικρῷ καὶ ἀσθενεστάτῳ ξύλῳ. κεχώρηκε γὰρ, ὡς ἔφην, θεότης ἀνθρωπότητι. καὶ τοῦτο γέγονεν ἐν Χριστῷ τὸ μυστήριον. καλώ-

κηκε δὲ καὶ ἐν ἡμῖν ὁ τοῦ θεοῦ λόγος, οὐ ποινὰς αἰτῶν, οὐ δίκας εἰσπραττόμενος, ἀλλὰ χρησταῖς καὶ ἡμερωτάταις περιαστράπτων προσβολαῖς. ὡς γὰρ αὐτός πού φησιν· οὐκ ἀπέστειλεν ὁ θεὸς τὸν υἱὸν εἰς τὸν κόσμον, ἵνα κρίνῃ τὸν κόσμον, ἀλλ᾽ ἵνα σωθῇ ὁ κόσμος δι᾽ αὐτοῦ. οὐ κατεκαίετο τοίνυν ὁ βάτος † περιεχομένης αὐτῷ τῆς φλογός. οὐ γὰρ ἐξητήμεθα δίκας τῶν ἡμαρτημένων, καθάπερ ἔφην ἀρτίως. περιλάμπει δὲ μᾶλλον ἡμᾶς ὁ Χριστὸς διὰ τοῦ ἁγίου πνεύματος, καὶ ἔστιν ἐν ἡμῖν δι᾽ αὐτοῦ, καὶ ἐν αὐτῷ κράζομεν, ἀββᾶ ὁ πατήρ. καταπεπληγὼς δὲ τὴν ὄψιν ὁ μακάριος Μωυσῆς, προστίθησι λοιπὸν ἐκεῖνο, λέγων· παρελθὼν ὄψομαι τὸ ὅραμα τοῦτο τὸ μέγα. τί ὅτι οὐ κατακαίεται ὁ βάτος. ἀλλ᾽ εἴργει λέγων εὐθὺς ὁ μακάριος ἄγγελος ὡς ἐκ προσώπου τοῦ θεοῦ. μὴ ἐγγίσῃς ὧδε. λῦσαι τὸ ὑπόδημα ἐκ τῶν ποδῶν σου. ὁ γὰρ τόπος ἐν ᾧ σὺ ἕστηκας, γῆ ἁγία ἐστί. τὴν ἔρημον τὴν ἄνυδρον, τὴν ἀκανθοτόκον, ἐν ᾗ καὶ ὁ βάτος, γῆν ἁγίαν ἀποκαλεῖ. χῶρος δὲ ἅπας ἅγιος ἐν ᾧπερ ἂν εἴη Χριστός. εὖ δὲ δὴ λίαν καὶ ἐν ἐρήμῳ φαίνεται, τύπον ἐπεχούσης τῆς ἐξ ἐθνῶν ἐκκλησίας. πρὸς ἣν καὶ λόγος φησὶν ἱερός· εὐφράνθητι ἔρημος διψῶσα· ἀγαλλιάσθω ἔρημος, καὶ ἀνθείτω ὡς κρίνον. ὑπισχνεῖτο δέ που καὶ ὁ θεὸς, ποιήσειν τὴν ἔρημον εἰς ἕλη, καὶ τὴν διψῶσαν γῆν, ἐν ὑδραγωγοῖς. ἐπεπλεόνασε γὰρ ἐφ᾽ ἡμᾶς τοὺς ἐξ ἐθνῶν κεκλημένους τοῦ σωτῆρος ἡ χάρις, καὶ ποταμὸς οἷά τις τοῖς ἄνωθεν ἐπικλύζων νάμασι καταμεθύσκει πλουσίως. τοῦτό τοι καὶ ὁ θεσπέσιος ἡμῖν † Δαβὶδ, ἔθετο ποταμοὺς εἰς ἔρημον, καὶ γῆν καρποφόρον εἰς ἅλμην, ἀπὸ κακίας τῶν ἐνοικούντων ἐν αὐτῇ. ἐν ἐρήμῳ τοίνυν ὁ βάτος, καὶ ἁγία λοιπὸν ἡ τοῦτον ἔχουσα γῆ, καὶ ἱερὰ τῷ θεῷ. καὶ προσιὼν ὁ Μωυσῆς ἀνακόπτεται, καὶ τοὺς πόδας ἀναλύειν προστάττεται τὸ ὑπόδημα. νεκρότητος δὲ καὶ φθορᾶς τὸ χρῆμα σημεῖον, εἴπερ ἐστὶ πᾶν ὑπόδημα ζώου λείψανον τεθνεῶτος ἤδη καὶ κατεφθαρμένου. ἀπρόσιτος οὖν ὁ Χριστὸς τοῖς ἐν νόμῳ, καὶ τῇ παιδαγωγικῇ λατρείᾳ. προαπονίζεσθαι γὰρ ἀνάγκη τὸν μολυσμὸν, καὶ τὸν ἐκ τῆς ἁμαρτίας προαποτρίβεσθαι ῥύπον. καὶ ἔστιν ἀμήχανον αἷμα ταύρων ἀφαιρεῖν ἁμαρτίαν. δικαιοῦται γὰρ οὐδεὶς ἐν νόμῳ. κατειργημένης δὲ οὔπω τῆς ἁμαρτίας, ἰσχύειν ἀνάγκη τὴν φθορὰν, καὶ κατακρατεῖν τῶν μεμολυσμένων ἔτι τὸν θάνατον. δεῖ δὴ οὖν ἄρα τοὺς ἰδεῖν ἐθέλοντας τὸ Χριστοῦ μυστήριον, τὴν ἐν τύποις καὶ σκιαῖς προαποθέσθαι λατρείαν, τὴν μήτε φθορᾶς, μήτε ἁμαρτίας κρείττονα. συνήσει γὰρ τότε, καὶ εἰς τὴν ἁγίαν εἰσβήσεται γῆν, τουτέστι τὴν ἐκκλησίαν. ὅτι γὰρ οἱ τῆς κατὰ νόμον λατρείας οὐκ ἐξι-

† ἴσως, περιχεόμενος

† ἴσως ὑπεμφαίνει.

bitauit enim in nobis Dei Verbum, non pœnas expetens, nec litem nobis intendens, sed commodis ac placidis affulgens accessionibus. Ita enim ipse alibi ait: *Non misit Deus Filium suum in mũdum, vt iudicaret mundum, sed vt saluus fieret mundus per ipsum.* Non igitur comburebatur rubus ab incumbente ipsi flamma. Neque enim expetuntur, vt modò dixi, pœnæ peccatorum, sed potiùs CHRISTVS per Spiritum sanctum nos illuminat, atq; adeò est in nobis per ipsum, in quo etiam clamabimus, *Abba pater.* Beatus autẽ Moyses obstupefactus de visione, addebat illud, dicendo: *Accedens videbo visionem hanc magnã. Quodnã? quia non comburitur rubus.* At continuò vetat sanctus angelus loquens veluti ex Dei persona: *Ne appropinqua huc: solue calceamentum ex pedibus tuis. Locus enim in quo tu stas, terra sancta est.* Desertum aridum & spinosum, in quo erat rubus, vocat terram sanctam. Omnis enim locus sanctus est, in quo CHRISTVS fuerit. Bene autem admodum hîc apparet in deserto & terra sterili: quippe quæ typum gerat Ecclesię Gentium, ad quam & sacer sermo inquit: *Lætare deserta, sitiens, & exulta sterilis, efflorescat vt lilium.* Promittit etiam alibi Deus se facturum desertum in paludes, & terram siccam in humidam. Redundauit enim in nos qui sumus ex Gentibus vocati, gratia Saluatoris, & tanquam fluuius supernis nos irrigans fluentis vbertim inebriauit. Idem ait & diuinus Dauid: *Posuit flumina in desertum, terram fructiferam in salsuginem à malitia habitantium in ea.* Rubus ergo in deserto, & terra quæ ipsum continet, est sancta, Deoque consecrata. Porro Moyses accessurus impeditur, & vt calceamentum exuat, ei præcipitur. Hæc res est mortis & corruptionis signum. Calceamentum enim fit ab exuuijs siue reliquijs animalis mortui. Igitur inaccessibilis Christus est ijs qui sub lege sunt, & sub pædagogico cultu. Oportet enim priùs abluere omnẽ inquinationem, peccatique maculam abstergere. Quia verò impossibile est sanguinem taurorum & hircorum auferre peccata, (nullus enim iustificatur in lege) ideo cùm peccatum nondum sit abolitum, necesse est corruptionẽ adhuc vigere, & per consequens, mortẽ etiamnũ dominari in pollutis. Oportet igitur eos, qui volũt Christi mysteriũ cognoscere, priùs cultũ illum vmbratilẽ & typicum, qui neq; corruptionẽ neque peccatũ superare potest, deponere. Tunc enim intelligẽt, atque adeò in terram sanctam ingredientur, hoc est in Ecclesiam. Nam quòd isti, qui nondum cultui legis renunciarunt, deti-

Ioan. 3.17.

Rom. 8.15. Gal. 4. 5.

Exod. 3. 3.

Desertum typus Ecclesiæ Gentium.

Esaia 54.1. Gal. 4.27.

Psal. 106.35

Calceamẽtum est typus mortis & corruptionis.

Rom. 6.7. & 8.e. Ephes. 2.13. Galat. 3. & 4.c.

neantur adhuc in corruptione, palàm fecit ipse Christus: *Amen amen dico vobis: Si non manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habetis vitam in vobis ipsis.* Hoc erat mysterium non apud istos qui olim fuerunt in lege, sed apud illos qui fidem receperunt, & in CHRISTO sunt iustificati, & præstantiori quàm legali doctrina instituti, Euangelica nimirum. Sub corruptione igitur sunt & quasi in lege, qui matrem mortis, peccatum inquam, nondum per fidem exonerauerunt, longeque adhuc absunt à CHRISTO. Si autem vellent soluere calceamentum, hoc est corruptionem, quæ iustificare non valet, & ad viuificam verè gratiam aspirare, tunc appropinquarent ei qui iustificat impium, hoc est, Christo, per quem & cum quo sit Deo ac Patri gloria cum sancto Spiritu in sæcula sæculorum. Amen.

Ioan. 6. 53.

στάμενοι κεκράτηνται τῇ φθορᾷ, σαφηνιεῖ λέγων αὐτὸς ὁ Χριστός· ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἐὰν μὴ φάγητε τὴν σάρκα τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου, καὶ πίητε αὐτοῦ τὸ αἷμα, οὐκ ἔχετε ζωὴν ἐν ἑαυτοῖς. τοῦτο δὲ ἦν τὸ μυστήριον, οὐ παρὰ τοῖς ἐν νόμῳ ποθὲν, ἀλλὰ τοῖς παρὰ τὴν πίστιν ἐκδεδεγμένοις, καὶ ἐν Χριστῷ δεδικαιωμένοις, καὶ τὴν ἀμείνω τῆς νομικῆς κατεπλουτοῦσι παίδευσιν, φημὶ δὲ τὴν εὐαγγελικήν. ὑπὸ φθορὰν οὖν ἄρα καὶ οἷον ἐν νόμῳ τὴν τοῦ θανάτου μητέρα, φημὶ δὴ τὴν ἁμαρτίαν οὔπω διὰ πίστεως ἀποφορτισάμενοι, καὶ μακρὰν οἱ τοιοίδε Χριστοῦ. εἰ δὲ βουληθεῖεν ἀπολύσασθαι τὸ ὑπόδημα, τουτέστι τὴν φθορὰν, τὴν δικαιοῦν οὐκ ἰσχύουσαν, καὶ τὴν ζωοποιὸν ἀληθῶς προσιέμενοι χάριν, ἐγγυοῦσι τότε τῷ δικαιοῦντι τὸν ἀσεβῆ, τουτέστι Χριστῷ, δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ τῷ πατρὶ ἡ δόξα, σὺν ἁγίῳ πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

GLAPHYRORVM IN EXODVM LIBER SECVNDVS.

ΓΛΑΦΥΡΩΝ ΕἸΣ ΤῊΝ ἜΞΟΔΟΝ ΒΙΒΛΙ͂ΟΝ ΔΕΥΤΕΡΟΝ.

De hostia agni.

Περὶ τῆς θυσίας τοῦ ἀμνοῦ.

QVòd igitur in CHRISTO & quidem solo mortis imperium effugerimus, atque vt sapiens nobis discipulus † scripsit, *non sit alud nomen sub cælo datum hominibus in quo oporteat nos saluari,* facilè quis, si velit, didicerit etiam alijs multis modis. Infinitæ enim ferè sunt in sacris Litteris illustres ac perspicuæ imagines, in quibus huius mysterij vis elucet atque coruscat. Age igitur quæ ad hoc conferunt colligentes, etiam per ea quę deinceps sequuntur, declaremus: *Moyses & Aaron in medium prodierunt, & ad Pharaonem venientes palàm dixerunt: Hæc dicit Dominus Deus Israël: Dimitte populum meū, vt mihi † festum agat in deserto. Et dixit Pharao: Quis est iste, cuius verbo ita obediam vt dimittam filios Israel? Non noui illum Dominum, nec Israëlem dimittam. Et dicunt ei: Deus Hebræorū aduocauit nos. Proficiscemur ergo iter trium dierum in desertum, vt ibi sacrificemus Domino Deo nostro, ne fortè nobis † occurrat mors aut cædes. Et dixit eis rex Aegypti: Quare vos Moyses & Aaron auertitis populum meum ab operibus suis? Abite † ad sua quisque opera.* Nam primò quidem stolidus Pharao diabolica vesania plenus aiebat, se quisnam sit Hebræorum Deus nescire. At postquam multis & intolerabilibus plagis est affectus, totaque ferè Ægyptiorum re-

† S. Lucas ex ore Petri Apost. Act. 4. 12.

Exod. 5. 1.

† Vulgata: sacrificet.

† Vulg. accidat pestis aut gladius.

† Vulgata: Ite ad onera vestra.

ὍΤΙ οὖν Χριστῷ δὴ καὶ μόνῳ τὸ τοῦ θανάτου διαδιδράσκομεν κράτος, καὶ ὡς ὁ σοφὸς ἡμῖν διαγέγραφε μαθητὴς, οὐκ ἔστιν ὄνομα ὑπὸ τὸν οὐρανὸν τὸ δεδομένον ἀνθρώποις ἐν ᾧ δεῖ σωθῆναι ἡμᾶς, ἀναμάθοι τις ἂν καὶ καθ' ἑτέρους πολλοὺς εἴπερ ἕλοιτο τρόπους. μυρίαι γάρ εἰσι παρά γε τῇ θεοπνεύστῳ γραφῇ λαμπραὶ καὶ διαφανεῖς εἰκόνες, τὴν τοῦ μυστηρίου δύναμιν ἀπαστράπτουσι. φέρε δὴ οὖν τὰ εἰς τοῦτο χρήσιμα συνεγείροντες, καὶ διὰ τῶν ἐφεξῆς δεικνύωμεν. παρῆλθον μὲν εἰς μέσον Μωυσῆς τε καὶ Ἀαρών. ἀφικόμενοι δὲ πρὸς Φαραὼ διαῤῥήδην ἔφασκον· τάδε λέγει κύριος ὁ θεὸς Ἰσραήλ· ἐξαπόστειλον τὸν λαόν μου, ἵνα μοι ἑορτάσωσιν ἐν τῇ ἐρήμῳ. καὶ εἶπε Φαραὼ, τίς ἐστιν οὗ εἰσακούσομαι τῆς φωνῆς αὐτοῦ, ὥστε ἐξαποστεῖλαι τοὺς υἱοὺς Ἰσραήλ; οὐκ οἶδα τὸν κύριον, καὶ τὸν Ἰσραὴλ οὐκ ἐξαποστελῶ. καὶ λέγουσιν αὐτῷ. ὁ θεὸς τῶν Ἑβραίων προσκέκληται ἡμᾶς. πορευσόμεθα οὖν ὁδὸν ἡμερῶν τριῶν, ὅπως θύσωμεν τῷ θεῷ ἡμῶν, μή ποτε συναντήσῃ ἡμῖν θάνατος, ἢ φόνος. καὶ εἶπεν αὐτοῖς ὁ βασιλεὺς Αἰγύπτου. διὰ τί Μωυσῆ καὶ Ἀαρὼν διαστρέφετε τὸν λαόν μου ἀπὸ τῶν ἔργων; ἀπέλθετε ἕκαστος ὑμῶν εἰς τὰ ἔργα αὐτοῦ. διαβολικῆς γὰρ ὢν ἔμπλεως ἀπονοίας ὁ ἀπόπληκτος Φαραὼ, τίς ὁ Ἑβραίων θεὸς οὐκ εἰδέναι φησίν· ἐπειδὴ δὲ συχναῖς καὶ ἀφορήτοις πληγαῖς κατῃκίζετο, καὶ διολώλυτο κατὰ βραχὺ τῶν Αἰγυπτίων

πτίων ἡ χώρα. τοῦτο μὲν εἰς αἷμα μετασοιχειουμένων αὐτοῖς τῶν ὑδάτων, ἀκρίδος τε καὶ χαλάζης ἐπενηνεγμένης τῇ γῇ, σκνιπῶν, καὶ βατράχων κυνομένων· καὶ μέν τοι καὶ τριημέρου καταχεομένου σκότους, ἀνῆσειν μὲν μόλις, οὐχ ἑκὼν ἐπηγγέλλετο. ἦν δὲ ἀπειράμων, καὶ μετὰ τοῦτο πάλιν δεινὸς καὶ ἀπεσκληκὼς, καὶ δυσμετακόμιστος κομιδῆ πρὸς τὸ ἐλεῆσαι φημὶ τοῦ οὕτω μακρᾶς δουλείας ἀπαλλάξαι τὸν Ἰσραήλ. εἶτα θεὸς ἐσκέπτετο τοῖς τῶν Αἰγυπτίων πρωτοτόκοις ἐπαφεῖναι τὸν ὀλοθρευτήν. ἐπειδὴ δὲ ἦν ἀναγκαῖον μὴ τοῖς ἀνοσίοις γένεσι συναπολέσθαι τοὺς ἐξειλεγμένους, ἀγάπῃ τῇ διὰ τοὺς πατέρας, τὸν ἐπὶ τοῦ πάσχα νόμον διετύπου θεός· καὶ τὸ τοῦ Χριστοῦ μυστήριον προαποπεραίνεσθαι τῆς ὀργῆς μάλα προστέταχε. δι' οὗ πάλιν παρέσται νοεῖν, ὡς ἐστιν ἀμήχανον διὰ Μωσέως ἢ νόμου καταργεῖσθαι θάνατον ἐξίστησι δὲ τὸν ὀλοθρευτὴν, τὸ τίμιον αἷμα τοῦ Χριστοῦ, καὶ ἀπαλλάττει φθορᾶς τοὺς ἡγιασμένους. ζωὴ γάρ ἐστιν ἐκ ζωῆς, καὶ θεὸς τῶν ὅλων, ὡς θεὸς ἐκ θεοῦ.

„ ἔφη τοίνυν ὧδε τὸ γράμμα τὸ ἱερόν· καὶ εἶπε
„ κύριος πρὸς Μωυσῆν καὶ Ἀαρὼν ἐν γῇ Αἰγύ-
„ πτου λέγων. ὁ μὴν οὗτος ὑμῖν ἀρχὴ μηνῶν,
„ πρῶτος ὑμῖν ἐστιν ἐν τοῖς μησὶ τοῦ ἐνιαυτοῦ. λά-
„ λησον πρὸς πᾶσαν συναγωγὴν υἱῶν Ἰσραὴλ
„ λέγων· τῇ δεκάτῃ τοῦ μηνὸς τούτου λαβέτωσαν
„ ἕκαστος πρόβατον κατ' οἴκους πατριῶν, πρόβα-
„ τον κατ' οἰκίαν. ἐὰν δὲ ὀλιγοστοὶ ὦσιν οἱ ἐν τῇ οἰ-
„ κίᾳ, ὡς μὴ ἱκανοὺς εἶναι εἰς πρόβατον, λήψεται
„ μεθ' ἑαυτοῦ τὸν γείτονα τὸν πλησίον αὐτοῦ. εἶτα

χρῆναι λαλεῖν ὁρισάμενος, ἐπιδιατάττει πάλιν ὁποῖον δὴ εἶναι προσήκει τὸ θῦμα, ὁπηνίκα τε καὶ ὅπως ἱερουργεῖσθαι δεήσοι. τέλειον
„ γάρ, φησιν, ἄρσεν, ἄμωμον, ἐνιαύσιον ἔσται ὑμῖν,
„ ἀπὸ τῶν ἀμνῶν καὶ ἀπὸ τῶν ἐρίφων λήψε-
„ σθε, καὶ ἔσται ὑμῖν διατετηρημένον ἕως τεσσα-
„ ρεσκαιδεκάτης τοῦ μηνὸς τούτου καὶ σφάξου-
„ σιν αὐτὸ πᾶν τὸ πλῆθος συναγωγῆς υἱῶν
„ Ἰσραὴλ πρὸς ἑσπέραν· καὶ λήψονται ἀπὸ τοῦ
„ αἵματος, καὶ θήσουσιν ἐπὶ τῶν δύο σταθ-
„ μῶν, καὶ ἐπὶ τὴν φλιὰν ἐν τοῖς οἴκοις, ἐν οἷς
„ φάγωσιν αὐτὰ ἐν αὐτοῖς. καὶ φάγονται τὰ κρέα
„ ἐν τῇ νυκτὶ ταύτῃ ὀπτὰ πυρὶ, καὶ ἄζυμα ἐπὶ πι-
„ κρίδων ἔδονται. οὐκ ἔδεσθε ἀπ' αὐτῶν ὠμὸν, οὐδὲ
„ ἑψημένον ἐν ὕδατι, ἀλλ' ὀπτὰ πυρὶ, κεφαλὴν
„ σὺν τοῖς ποσὶ, καὶ τοῖς ἐνδοσθίοις. οὐκ ἀπολείψετε
„ ἀπ' αὐτοῦ εἰς τὸ πρωῒ, καὶ ὀστοῦν οὐ συντρίψετε
„ ἀπ' αὐτοῦ. τὰ δὲ καταλειπόμενα ἀπ' αὐτοῦ ἕως
„ πρωῒ, κατακαύσετε πυρί. ἐπάγει δὲ τούτοις

ὁ νομοθέτης τὰ ἐφεξῆς, ὁποῖόν τε εἶναι πρέπει τῶν δαιτυμόνων τὸ χρῆμα διδάσκων. καὶ τίνα τρόπον ἐξηρτισμένους τῆς ἱερωτάτης ἅ-
„ πτεσθαι κοίνης ἀκόλουθον αὐτούς. οὕτω γὰρ φάγε-
„ σθε αὐτό, φησι. ἔστωσαν ὑμῶν αἱ ὀσφύες περιε-
„ ζωσμέναι, καὶ τὰ ὑποδήματα ἐν τοῖς ποσὶν ὑμῶν,
„ καὶ αἱ βακτηρίαι ἐν ταῖς χερσὶν ὑμῶν. καὶ ἔδεσθε
„ αὐτὸ μετὰ σπουδῆς. πάσχα γάρ ἐστι κυρίου. ὠφελήσει

gio perijsset, nunc quidem mutatis aquis in sanguinem, nunc locusta & grandine inductis in terram, nunc culicibus & ranis immissis, itemque factis per triduum tenebris, tum vix tandem & quidem inuitus promisit se dimissurum eos. tametsi etiam postea refractarium ac rigidum se præbuerit, induruerit que & inflexibilis factus sit, ad hoc inquam, vt Israëlem è tam diuturna seruitute manumitteret; donec tandem Deus exterminatorem immisit in primogenitos Ægyptiorum. Cumque necesse esset curare ne vnà cum impuris gentibus perirent, atque impiorum numero adscriberentur electi, adeoque dilecti propter patres, legẽ de Paschate instituit Deus, CHRISTIque mysterium ante iram peragi, rectè admodum præcepit. Ex quo rursus facilè intelligas quàm impossibile sit per Moysen aut legem aboleri mortem. Sed pretiosus CHRISTI sanguis arcet à nobis exterminatorem, & vindicat sanctificatos à corruptione. Nam ipse vita est ex vita, & Deus huius vniuersi, tanquam Deus ex Deo. Ita ergo ait sacra Scriptura: *Dixit autem Dominus ad Moysen & Aaron in terra Aegypti, dicens: Mensis iste vobis principium mensium, primus est vobis in mensibus anni. Loquere ad omnem congregationem filiorum Israel, dicens: Decima mensis huius accipiat vnusquisque agnum per domos familiarum, agnum per domum. Si autem pauci fuerint, qui in domo, vt non sufficientes sint ad agnum, assumet secum vicinum proximum suum.* Deinde verò cùm definierit quomodo accipiendus sit agnus, præscribit rursus qualis esse debeat, item quando & quomodo sit immolandus. *Sit enim*, inquit, *agnus perfectus, masculus immaculatus, anniculus erit vobis, ab agnis & ab hædis accipietis, & erit vobis seruatus vsque ad quartam & decimam mensis huius: & immolabunt eum omnis multitudo congregationis filiorum Israel ad vesperam. Et accipient de sanguine, & ponent in duobus postibus, & super limen in domibus, in quibus comederint illa in ipsis: & comedent carnes hac nocte assas igni. & azyma cum herbis amaris comedent. Non comedetis ab eis crudum, neque coctũ in aqua, sed tantùm assa igni, caput cũ pedibus & intestinis. Non relinquetis ex ipsis vsque ad manè, & os non confringetis ab eo. At relicta ex eo vsque ad mane, igne comburetis.* Posthęc autẽ ostendit legislator, quis habitus deceat conuiuas, & docet quo pacto paratos instructosque esse oporteat, qui hoc sanctissimum conuiuium adeant. Ait enim: *Sic autem comedite illum, Sint lumbi vestri præcincti, & calceamenta in pedibus vestris, & baculi in manibus vestris, & comedetis eum cum festinatione. Pascha enim est Domini.* Iuuabit

Exod. 12. 1.

Exod. 12. 11.

autem eos, si aptè declaret quamobrem ista immolatio sit instituta: *Et transibo*, ait, *terram Aegypti ab homine vsque ad pecus, adeoq; in omnibus dijs Aegyptiorum faciam † vltionem, ego Dominus. Et erit sanguis vobis in signum, in domibus, in quibus vos eritis, illic & videbo sanguinem, & † protegam vos, & non erit in vobis † plaga vt deleamini, quando percussero terram Aegypti.* Deinde rursus: *Per septem dies*, ait, *comedetis azyma. In primo die submouebitur fermentum è domibus vestris.* Et statuta pœna eorum qui transgrediuntur hanc legem, addit: *Et primus dies vocabitur sanctus, & item dies septimus erit vobis sanctus.* Diuinum quidem elogium ita habet. Nos autem rursum conabimur suum cuique sensum conuenientem particulatim accommodare, significatorum vim multifariam ad CHRISTVM referentes. Determinatur itaque in principio anni, & in primo mense sacrificij tempus. Principium enim omnium est CHRISTVS (non enim nuper natus est propter ante secula ex Deo generationē.) Nam ipse sanctificat res per omne tempus ab initio vsque ad finem, præsertim festum in mense nouorum. *Vetera enim prateterierunt*, iuxta B. Pauli dictum: *Ecce noua facta sunt omnia.* Et refloruit hominis natura ad hoc quod fuit in principio in CHRISTO. Atque Israëlitis cū adhuc serui essent, & sub tyrannica potestate degerēt, (detinebātur enim sub Ægyptijs) hęc pręcipiebātur, significante nobis rursum figuratè sermone, nullā animam posse aliter euadere peccatū ad libertatem, & diaboli tyrannidē effugere, ciuitateque superna donari, liberatam ab huius mundi conuersatione, nisi per IESV CHRISTI communionem atque benignitatem, iuxta illud quod dictum est ab eo ad insipientes Iudæos: *Amen amen dico vobis, quòd omnis qui facit peccatum, seruus est peccati: seruus autem non manet in domo in æternum: filius manet in æternum. Si igitur vos filius liberauerit, reuera liberi eritis.* Et rursus: *Amen amen dico vobis, nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis ipsius sanguinem, non habebitis vitam in vobis.* Cuius sanè vitæ pulcher typus esse potest terra promissionis, in quam ex Ægypto contendebāt. Porro agnus accipitur decimo mensis die, & asseruatur vsque ad diē decimum quartum, vt mactetur ad vesperam. Quamobrem verò? dicet fortasse aliquis. Sublimis sanè ac profunda ratio est. Quid enim, obsecro, prohibebat quominus primo die mensis acceptus sit? aut quid mouit Deum vt lege sanciret, agnum quinque diebus seruatū immolari tandem ad vesperam. Quin-

† Vulgata: iudicia.

† Vulgata: & transibo vos.

Gen. 12. 15.

† Vulgata: plaga disperdens.

2. Cor. 5. 17.

Isa. 43. 19.

Apoc. 21. 5.

Ioan. 8. 34.

Ioan. 6. 53.

Agnus cur decimo mensis die accipiatur.

δὲ αὐτοὺς, καὶ κατὰ τίνα τρόπον ἡ τοῦ προβάτου σφαγὴ, καλῶς δὲ λίαν ἀπογυμνῶν· καὶ „ διελεύσομαι ἐν γῇ Αἰγύπτου ἀπὸ ἀνθρώπου ἕως „ κτηνῶν, καὶ ἐν πᾶσι τοῖς θεοῖς τῶν Αἰγυπτίων „ ποιήσω τὴν ἐκδίκησιν· ἐγὼ κύριος. καὶ ἔσται „ ὑμῖν ἐν σημείῳ τὸ αἷμα ἐπὶ τῶν οἰκιῶν ὑμῶν, „ ἐν αἷς ὑμεῖς ἔσεσθε ἐκεῖ. καὶ ὄψομαι τὸ αἷμα, „ καὶ σκεπάσω ὑμᾶς, καὶ οὐκ ἔσται ἐν ὑμῖν πληγὴ „ τοῦ ἐκτριβῆναι ὅταν παίω ἐν γῇ Αἰγύπτου. „ εἶτα πάλιν μεθ' ἕτερα· ἑπτὰ ἡμέρας ἔδεσθε „ ἄζυμα, φησιν, ἀπὸ δὲ τῆς πρώτης, ἀφανιεῖτε „ ζύμην ἐκ τῶν οἰκιῶν ὑμῶν. καὶ τὴν τοῦ παραβαίνοντος τιμωρίαν ὁρισάμενος, ἐπιλέγει πάλιν, καὶ ἡ ἡμέρα ἡ πρώτη κεκλήσεται ἁγία, „ καὶ ἡμέρα ἡ ἑβδόμη, κλητὴ ἁγία ἔσται ὑμῖν. „ τὸ μὲν δὴ θεῖον λόγιον οὕτως ἔχει, διελθόντες δὲ πάλιν ἀνὰ μέρος αὐτὸ, τὴν ἑκάστῳ πρέπουσαν νοῦν ἐφαρμόσαι πειρασόμεθα. τὴν ἐκ τῶν σημαινομένων δύναμιν πολυτρόπως εἰς αὐτὸν ἀναφέροντες τὸν Χριστόν ὁρίζεται τοίνυν ἐν ἀρχῇ τοῦ ἔτους ἐν τῷ πρώτῳ μηνὶ, τῆς ἱερουργίας ὁ καιρός. ἀρχὴ γὰρ πάντων ἐστὶν ὁ Χριστός. ἐπεὶ μηδὲ πρόσφατος διά τοι τὴν ἐκ θεοῦ πατρὸς πρὸ αἰώνων γέννησιν. ἁγιάζει δὲ αὐτὸς κατὰ πάντα χρόνον, τὰ ἀπ' ἀρχῆς μέχρι τέλους, ἀλλ' ὥσπερ ἐν μηνὶ τῶν νέων ἡ πανήγυρις. παρῴχετο μὲν γὰρ τὰ ἀρχαῖα, κατὰ τὴν τοῦ μακαρίου Παύλου φωνήν· ἰδοὺ γέγονε τὰ πάντα „ καινά. καὶ ἀνέθαλλεν ἡ ἀνθρώπου φύσις πρὸς „ τὸ ἐν ἀρχαῖς ἐν Χριστῷ. δούλοις τι οὖσιν ἔτι τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ, καὶ ὑπὸ χεῖρα πράττουσι τὴν τυραννικήν. εἶχον γὰρ ἔτι τὴν τῶν Αἰγυπτίων, τὰ τοιαῦτα διετάττετο· τοῦ λόγου πάλιν αἰνιγματωδῶς ὑπεμφαίνοντος, μὴ ἂν ἕτερον δύνασθαι τὴν τοῦ ἀνθρώπου ψυχὴν πρὸς ἐλευθερίαν μὲν τὴν ἐξ ἁμαρτίας ἀναδραμεῖν, τὴν δὲ τοῦ διαβόλου πλεονεξίαν ἀποφυγεῖν, καὶ εἰς τὴν ἄνω γενέσθαι πόλιν ἀπὸ τῆς ἐν κόσμῳ διατριβῆς, εἰ μὴ διὰ τῆς τοῦ Χριστοῦ μετοχῆς καὶ φιλανθρωπίας, κατὰ τὸ εἰρημένον παρ' αὐτοῦ πρὸς τοὺς ἀνοήτους Ἰουδαίους· ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι πᾶς „ ὁ ποιῶν τὴν ἁμαρτίαν, δοῦλός ἐστι τῆς ἁμαρτίας· ὁ „ δοῦλος οὐ μένει ἐν τῇ οἰκίᾳ εἰς τὸν αἰῶνα· ὁ υἱὸς μένει „ εἰς τὸν αἰῶνα, ἐὰν οὖν ὁ υἱὸς ὑμᾶς ἐλευθερώσῃ, ὄντως „ ἐλεύθεροι ἔσεσθε. καὶ πάλιν ἀμὴν ἀμὴν λέγω „ ὑμῖν, ἐὰν μὴ φάγητε τὴν σάρκα τοῦ υἱοῦ τοῦ „ ἀνθρώπου, καὶ πίητε αὐτοῦ τὸ αἷμα, οὐκ ἔχετε „ ζωὴν ἐν ἑαυτοῖς. ἧς εἰς τύπον νοοῖτο καλῶς τῆς „ ἐπαγγελίας ἡ γῆ, εἰς ἣν ἐξ Αἰγύπτου μεταχωρεῖν ἠπείγοντο. λαμβάνεται δὲ τὸ πρόβατον ἀπὸ δεκάτης τοῦ μηνὸς ἡμέρας, καὶ διατηρεῖται μέχρι τῆς τεσσαρεσκαιδεκάτης ἵνα σφάττηται πρὸς ἑσπέραν. καὶ τοῦ δὴ χάριν; ἐρεῖ τις τυχόν. βαθὺς γὰρ ὄντως ὁ λόγος. τί γὰρ εἰπέ μοι διεκώλυεν ἡμέρα πρώτῃ διαλαμβάνεσθαι τοῦ μηνός; τί δὲ ἄρα νομοθετεῖν ἀνέπεισε τὸν θεὸν ἐν ἡμέραις πέντε τετηρημένον ἱερουργεῖν οὕτως πρὸς ἑσπέραν τὸ θῦμα. πέν-

τι

τὸν γὰρ ἡμερῶν ἀριθμὸν εὑρήσομεν ἀπὸ τῆς δεκάτης ἀρξάμενοι. τοῦ μὲν οὖν μὴ ἐν ἡμέρᾳ πρώτῃ λαμβάνεσθαι τὸν ἀμνὸν, ἀλλ᾽ ἐν τῇ δεκάτῃ τοῦ μηνὸς, σημαίνειν ἔοικεν, ὅτι πολλοὶ προεβάδιζον χρόνοι, καὶ μακροί τινες ἦσαν αἰῶνες οἱ πρὸ ἡμῶν καθ᾽ ὃν ἦν ἀεὶ καὶ ἔστιν καὶ ἔσται θεός. εἰσβαίνει δὲ γείτων εὐθὺς μετ᾽ ἐκείνους αἰὼν οὗτος ὁ καθ᾽ ἡμᾶς, ὡς διὰ πενθημέρου τῆς ἀρτίως ἡμῖν εἰρημένης ὁδοῦ, εἰς πέντε καιροὺς διαιρούμενος. συμφωνεῖ δὲ σφόδρα καλῶς ἡμῖν τὸ ζητούμενον, ἡ τοῦ Σωτῆρος παραβολὴ, τοῦτον ἔχουσα τὸν τρόπον· ὁμοία ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν, ἀνθρώπῳ οἰκοδεσπότῃ, ὅστις ἐξῆλθεν ἅμα πρωῒ μισθώσασθαι ἐργάτας εἰς τὸν ἀμπελῶνα αὐτοῦ. συμφωνήσας δὲ μετὰ τῶν ἐργατῶν ἐκ δηναρίου τὴν ἡμέραν, ἀπέστειλεν αὐτοὺς εἰς τὸν ἀμπελῶνα αὐτοῦ. καὶ ἐξελθὼν περὶ τρίτην ὥραν, εἶδεν ἄλλους ἑστῶτας ἐν τῇ ἀγορᾷ ἀργοὺς, κἀκείνοις εἶπεν· ὑπάγετε καὶ ὑμεῖς εἰς τὸν ἀμπελῶνά μου, καὶ ὃ ἂν ᾖ δίκαιον δώσω ὑμῖν. οἱ δὲ ἀπῆλθον. πάλιν δὲ περὶ τὴν ἕκτην ὥραν καὶ ἐννάτην ἐποίησεν ὡσαύτως. περὶ δὲ τὴν ἑνδεκάτην ἐξελθὼν, εὗρεν ἄλλους ἑστῶτας, καὶ λέγει αὐτοῖς· τί ὧδε ἑστήκατε ὅλην τὴν ἡμέραν ἀργοί; λέγουσιν αὐτῷ· οὐδεὶς ἡμᾶς ἐμισθώσατο. λέγει αὐτοῖς· ὑπάγετε καὶ ὑμεῖς εἰς τὸν ἀμπελῶνά μου. ὁρᾷς δὴ οὖν ἐν τούτοις καὶ λίαν ἐναργέστατα καὶ σαφῶς εἰς ὅλους πέντε καιροὺς τὸν καθ᾽ ἡμᾶς αἰῶνα διῃρημένον; καὶ πρῶτον μὲν εἶναι λογιούμεθα, καθ᾽ ὃν ἦν ἔτι τὰς ἐν παραδείσῳ διατριβὰς ὁ προπάτωρ ἔχων Ἀδάμ. δεύτερον δὲ μετ᾽ ἐκεῖνον καὶ ὡς ἐν ὥρᾳ τρίτῃ δηλούμενον, καθ᾽ ὃν Νῶε καὶ οἱ σὺν αὐτῷ. τρίτον δὲ ὡς ἐν ἕκτῃ, καθ᾽ ὃν ἐκάλει τὸν Ἀβραὰμ εἰς ἐπίγνωσιν τῆς ἀληθείας ὁ ἐπὶ πάντων θεός. τὸ τέταρτον δὲ, ὡς ἐν ὥρᾳ πάλιν ἐννάτῃ, τοῦ Μωσέως δηλονότι καὶ τῶν προφητῶν. περὶ τὴν ἑνδεκάτην, τουτέστιν ἐν τῷ πέμπτῳ καιρῷ, συστελλομένης ἤδη τῆς ἡμέρας, καὶ οἱονεὶ καταλύοντος εἰς τέλος ἤδη τοῦ παρόντος αἰῶνος, ἐμισθώσατο τὰ ἔθνη Χριστὸς κεκλημένα πρὸς τὴν ἐπίγνωσιν παρ᾽ ἑτέρου μηδαμῶς κατὰ τοὺς ἄνωθεν καὶ παρῳχηκότας καιρούς. διὸ δὴ παρὰ πάντας οἱ τελευταῖοί φασι, τὸ, οὐδεὶς ἡμᾶς ἐμισθώσατο. λαμβάνεται τοίνυν τὸ πρόβατον κατὰ τὴν ἡμέραν τῆς πενθημέρου τὴν πρώτην, τουτέστι τὴν δεκάτην, τύπον ἐπέχουσα τῆς τοῦ αἰῶνος ἀρχῆς, καὶ διατηρηθὲν ἐν τῷ τελευταίῳ καιρῷ, τουτέστιν ἐν τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ, σφάζεται πρὸς ἑσπέραν· ἵνα πάλιν ἐννοῇς, ὡς οὔτε νεόν ἐστιν, οὐδὲ πρόσφατον τὸ τοῦ Χριστοῦ μυστήριον· ἀλλ᾽ ἐφυλάττετο μὲν ἐν προγνώσει τοῦ πατρὸς, καὶ ἐξ αὐτῆς τῆς τοῦ κόσμου καταβολῆς. ἀπέθανε δὲ ὑπὲρ ἡμῶν ἐν τοῖς ἐσχάτοις τοῦ αἰῶνος καιροῖς, οὔπω μὲν τοῦ νοητοῦ καὶ θείου φωτὸς καταλάμποντος· τῷ δὲ ἐξ ἀγνοίας σκότῳ βεβαπτισμένης ἔτι τῆς γῆς, καὶ τὰς ἁπάντων καρδίας καταμολυνόντων ταῖς πλάναις τῶν κοσμοκρατόρων τοῦ σκότους τούτου. διὰ τοῦτο καὶ, ἐγώ εἰμι τὸ φῶς τοῦ κόσμου, ἐπιδημήσας ἔφασκεν ὁ Σωτήρ.

que enim dierum numerum inueniemus, ſi à decimo incipiamus numerare vſq; ad decimum quartum. Quòd igitur agnus non ſit acceptus in primo, ſed in decimo die menſis, videtur ſignificare, quòd multa præceſſerint tempora, & prælonga quædam ſecula fuerint ante noſtrum ortum, in quibus ſemper fuit, & eſt & erit Deus. Incidet autem continuò poſt hoc noſtrum ſæculum, quod tanquam quinque dierum iter modo à nobis ductum in quinque tempora diuiditur. Hoc valdè eleganter nobis declarabit Saluatoris parabola, quę ita habet: *Simile eſt regnum cælorum homini patrifamilias, qui exiuit diluculo ad conducendos operarios in vineam ſuam. Conuentione autem facta cum operarijs ex denario diurno, miſit eos in vineam ſuam. Et egreſſus circa horam tertiam vidit alios ſtantes otioſos in foro, & his dicit: Ite & vos in vineam meam, & quod iuſtum fuerit dabo vobis. Illi verò abierunt. Iterum egreſſus circa horam ſextam & nonam fecit ſimiliter. Circa vndecimam autem egreſſus inuenit alios ſtantes, & dicit eis: Quid hic ſtatis tota die otioſi? dicunt ei: Quia nemo nos conduxit. Dicit eis, Ite & vos in vineam meam.* Vides in his & quidem manifeſtè admodum, quòd noſtrum ſæculum ſit in quinque tempora partitum? Ac primum quidem exiſtimamus illud, in quo adhuc verſabatur in paradiſo primus pater Adam. Secundum poſt hoc, & veluti in *hora tertia* ſignificatur, in quo viuebat Noë, & ei æquales. Tertium, quaſi in *hora ſexta*, in quo vocatus eſt Abraham ad cognitionem veritatis ab huius vniuerſi Deo. Quartum verò rurſus tanquam in *hora nona*, eſt Moyſis & Prophetarum. *Circa vndecimam* autem, hoc eſt, quinto ſæculo, contracto iam quodammodo die, & ad occaſum vergente, tum CHRISTVS conduxit Gentes, quæ à nullo hactenus retroactis temporibus vocatæ ſunt ad cognitionem Dei. Hinc poſtremi dicunt: *Nemo nos conduxit:* Accipitur itaque agnus in quinque horum dierum primo, hoc eſt in decimo, qui typum gerit principij temporis, & ſeruatus in vltimum tempus, hoc eſt, in decimum quartum, mactatur ad veſperam; vt iterum intelligas hinc, quòd non recens, nec nuper natum ſit CHRISTI myſterium, ſed quòd reſeruatum fuerit in præſcientia Patris, & ab ipſius mundi conſtitutione. Mortuus eſt autem pro nobis vltimis ſæculi temporibus, cùm nondum intelligibilis ac diuina lux reſplenderet: ſed terra eſſet adhuc ignorantiæ tenebris ſubmerſa, & tenebrarum harum principes erroribus omnium corda quodāmodo obfuſcarent. Idcirco Saluator cùm ad nos veniſſet: *Ego*, inquit, *ſum lux mundi.*

Matt. 20. 1.

Sæculum vniuerſum in quinque tempora diſtinguitur.

CHRISTVS lux mundi. Ioan 8. & 9.

[*Sancti luminaria mundi.*] Item luminaria in mundo verbū vitæ sustimentia Sancti vocantur, ac meritò audiunt: [*Matt. 5. 14.*] *Vos estis lux mundi*, vtpote qui possint illuminare versantes in tenebris. Admiraberis autem rursus etiā aliud in hoc loco mysteriū. Nam agnus mactatur in decimoquarto mensis, cùm lunaris circulus habet suam plenitudinem, & quasi spuria luce orbem illuminat; incipiente verò iam paulatim decrescere, ac veluti ex necessitate honorem & gratiam quæ ipsi inest contrahente: vt scilicet vel hinc intelligas tanquam ex imagine & vmbra rei propositæ, traductus ad veriorum comprehensionem, quòd princeps noctis, hoc est, diabolus, per totum glorificabatur orbem, qui per lunam veluti in [*Luna typus diaboli.*] typo significatur (luna enim nocti præposita est) & mundanam sapientiam quasi illegitimam lucem immittens in corda errantium, amplissimam sibi gloriā arrogat. Cæterùm mortuus est propter nos, & pro nobis CHRISTVS ille verus agnus, qui tollit peccata mūdi destruitq; diaboli gloriam. Necesse est enim eam posthac desinere & paulatim absumi, cùm multitudo Gentiū ad pacē ac dilectionem Dei ascendere festinat per conuersionē ad ipsum & fidē. Atque hoc est quod iam olim in Psalmis decantatū fuit de CHRISTO: [*Psal. 71. 7.*] *Orietur in diebus eius iustitia, & multitudo pacis, donec contrà auferatur luna.* Nam in diebus CHRISTI exorta est iustitia per fidem, multitudo autē pacis per cōuersionē ad ipsum. Quin & noctis princeps, hoc est diabolus, cōtrà sublatus est. Obserua verò quo pacto non simpliciter dicat auferendam esse lunam, sed potiùs vicissim, siue è contrario auferendam esse, vt iā sublatus atq; adeo omnino. quia diabolus priùs occidit hominem; ideoque & ipse vicissim occisus est. *Accipiant*, igitur ait, *vnusquisque agnum per domos.* Nam CHRISTVS perfectè habitat in vnoquoque per Spiritus sancti participationem, nec tamen diuisus est, sicut ait Paulus. [*Proximus ad esum agni accersendus quid significet.*] Verùm si fuerint pauciores quàm vt possint edere agnum, accersent ad se proximum vicinum suum. Qui enim non habent ex seipsis, vt soli per se possint perfectè intelligere CHRISTI mysterium, nec sufficiunt ad intelligētiam quæ est de ipso, propter mentis suæ infirmitatem, tum itidem participes fient ipsius acceptis ad se fidelibus, tāquam cooperarijs atque adiutoribus. Nam sæpenumerò fit, vt per mutuam institutionem, maiores quā per nos ipsos in sensu spirituali progressus faciamus. Sicut igitur ille verè sapiens Eunuchus interrogabat Philippum prophetiam de CHRISTO, quam audiens, [*Actor. 8. 34.*] dixit: *Rogo te, de quo hic loquitur propheta: de se,*

καὶ φωστῆρες ἐν κόσμῳ λόγον ζωῆς ἐπέχοντες, οἱ ἅγιοι χρηματίζουσι. καὶ προσεπιστῶνται, καὶ ὑμεῖς ἐστε „ τὸ φῶς τοῦ κόσμου, διὰ τὸ δύνασθαι φωτίζειν „ τοὺς ὄντας ἐν σκότῳ, δικαίως ἀκούουσιν. ἀποθαυμάσεις δὲ πάλιν καὶ ἑτέραν ἐν τούτῳ μυστικὴν δὲ ἐρίσκων οἰκονομίαν. σφάζεται γὰρ ὁ ἀμνὸς ἐν τεσσαρεσκαιδεκάτῃ τοῦ μηνὸς ἡμέρᾳ, πλήρη τὴν οἰκείαν ἔχοντος δόξαν τοῦ σεληναίου κύκλου, καὶ νόθῳ μὲν ὥσπερ φωτὶ τὴν οἰκουμένην καταυγάζοντος. ἀρχομένου δὲ οὖν ὅμως ἀπολήγειν κατὰ βραχὺ, καὶ ὥσπερ ἐξ ἀνάγκης ἤδη συστέλλοντος τὴν ἐνοικοῦσαν αὐτῷ τιμήν τε καὶ χάριν. ἵνα νοήσῃς ἐντεῦθεν ὡς ἐξ εἰκόνος τε καὶ σκιᾶς τοῦ παραδοθέντος πράγματος ἐπὶ τὴν τῶν ἀληθεστέρων κατάληψιν χειραγωγούμενος· ὅτι κατὰ πᾶσαν μὲν ἐδοξάζετο τὴν οἰκουμένην ὁ τῆς νυκτὸς ἄρχων, τουτέστιν ὁ διάβολος διὰ τῆς σελήνης ὡς ἐν τύπῳ δηλούμενος. σελήνη γὰρ εἰς ἀρχὴν τίθεται τῆς νυκτός. καὶ ὥσπερ νόθον τι φῶς τὴν τοῦ κόσμου σοφίαν ταῖς τῶν πλανωμένων καρδίαις ἐντιθεὶς, πληρεστάτην ἑαυτῷ τὴν δόξαν ἐπραγματεύετο. ἀπέθανε δὲ δι' ἡμᾶς, καὶ ὑπὲρ ἡμῶν ὁ Χριστὸς, ὁ ἀμνὸς ὁ ἀληθινὸς, ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου, καὶ τὴν τοῦ διαβόλου καταλύσει δόξαν. ἀπολήγειν γὰρ ἀνάγκη αὐτὴν, καὶ δαπανᾶσθαι κατὰ βραχὺ, πρὸς τὴν εἰρήνην, καὶ ἀγάπην ἤδη τὴν ὡς πρὸς θεὸν τῶν ἐθνῶν πλήθους ἀναβαίνειν ἐπειγομένης διὰ τῆς πρὸς αὐτὸν ἀποστροφῆς καὶ πίστεως. καὶ τοῦτο ἦν ἄρα τὸ ἐν ψαλμοῖς ᾀδόμενον πάλαι περὶ Χριστοῦ· ἀνατελεῖ ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτοῦ „ δικαιοσύνη, καὶ πλῆθος εἰρήνης ἕως οὗ ἀνταναιρεθῇ ἡ σελήνη. ἀνέτειλε γὰρ ἐν ἡμέραις „ Χριστοῦ δικαιοσύνη διὰ πίστεως· πλῆθος δὲ εἰρήνης, διὰ τῆς πρὸς θεὸν ἐπιστροφῆς. καὶ πρὸς τούτοις ἔτι καὶ ὁ τῆς νυκτὸς ἄρχων ἀνταναιρεῖται, τουτέστιν ὁ διάβολος. ἐπιτήρει δὲ ὅπως οὐκ ἀναιρεθήσεσθαί φησι τὴν σελήνην ἁπλῶς, ἀλλ' ἀνταναιρεθήσεσθαι μᾶλλον, ὡς γὰρ ἤδη προανελών, δῆλον δὲ δή που πάντως, ὅτι τὸν ἄνθρωπον ἀνταναιρεῖται ὁ διάβολος. λαβέτωσαν τοίνυν, φησὶν, ἕκαστος πρόβατον κατ' οἰκίαν. τέλειος γὰρ ἐν ἑκάστῳ Χριστὸς διὰ μετοχῆς τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐνοικίζεται, καὶ οὐ μεμέρισται, καθάπερ ὁ Παῦλός φησι. πλὴν ἐὰν ὦσί, φησιν ὀλίγοστοι ὡς μὴ ἱκανοὺς εἶναι εἰς πρόβατον, συλλήψεται μεθ' ἑαυτοῦ τὸν γείτονα τὸν πλησίον αὐτοῦ. οἱ γὰρ οὐκ ἔχοντες ἐξ ἑαυτῶν τέλειον δύνασθαι συνιέναι μόνοι τὸ Χριστοῦ μυστήριον, οἱ καὶ οὐκ ἀρκοῦντες εἰς κατανόησιν τὴν περὶ αὐτοῦ διὰ τὴν τῆς οἰκείας ἐννοίας ἀσθένειαν, μεθέξουσι πάλιν, αὐτοὺς συνεργάτας ὥσπερ καὶ συλλήπτορας τοὺς ὁμοπίστους δεξάμενοι. διὰ γὰρ τῆς ἀλλήλων ὑφηγήσεως ἔσθ' ὅτε καὶ εἰς μείζους ἢ καθ' ἡμᾶς θεωρίας ἀναβαίνειν ἰσχυόμεθα. ὥσπερ οὖν ἀμέλει καὶ ὁ σοφὸς ἐκεῖνος εὐνοῦχος ἀνεπυνθάνετο τοῦ Φιλίππου, τῆς περὶ Χριστοῦ προφητείας ἐπακροώμενος· δέομαί „ σου, περὶ τίνος ὁ προφήτης λέγει, περὶ ἑαυ- „

τοῦ

„ τοῦ ἢ περὶ ἑτέρου τινός; ὁρᾷς ὅπως τὸν γείτονα συλλαβών. ἐγγὺς γὰρ ἀλλήλων οἱ πάντες ἐσμὲν, ὅσοι εἰς τὸν ἕνα καὶ κοινὸν τῆς πίστεως λόγον. μέτοχος ἤδη τοῦ νοητοῦ προβάτου διὰ τῆς ἐρεύνης ἀνεδεικνύετο. ἠξίου γὰρ εὐθὺς καὶ βεβαπτίσθαι. καὶ δὴ καὶ βεβάπτισται. ἔσω δέ φησι τὸ πρόβατον τέλειον. πάντα γὰρ ἦν ἐν Χριστῷ τὰ θεοπρεπῆ γνωρίσματα. ἀλλ' ἔσω καὶ ἄρσεν, ὁ νομοθέτης διήγγειλεν. αὐτὸς γὰρ ἦν τε καί ἐστιν, ὁ πᾶσιν ἡμῖν ἐνιεὶς τῆς θεογνωσίας τὰ σπέρματα, καὶ ὥσπερ τινὰ γῆν † θελητὴν. ὥσπερ οὖν καὶ ὁ προφητικὸς ἔχει λόγος, ἐπιτελῶν τῷ θεῷ καὶ πατρὶ τὴν ἀνθρωπότητα διὰ τῶν εὐαγγελικῶν κηρυγμάτων. ἀλλὰ πρὸς τούτοις καὶ ἐνιαύσιον ἔσω ἢ κατὰ τὸν χρόνον, ἵνα μὴ ᾖ ὡς ἀτελὲς, οὔπω πληρωθέντος ἐπ' αὐτῷ τοῦ ἔτους. ἢ ὅτι τὴν ἐπὶ τῷ πάθει θεοπρεπεστάτην ἑορτὴν καθ' ἕκαστον ἔτος ἔμελλον ἐπιτελεῖν, οἱ τὰ ἐκ τοῦ πάθους ἀποκερδαίνοντες ἀγαθά. ἀπὸ δὲ τῶν ἀμνῶν καὶ ἀπὸ τῶν ἐρίφων λαμβάνεσθαι λέγει. καὶ ὁ μὲν ἀμνὸς ὡς καθαρόν τι καὶ ἄμωμον θῦμα, κατὰ νόμον νοεῖται· τὸ δὲ τῶν ἐρίφων γένος ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν ἀεὶ τῷ θυσιαστηρίῳ προσφέρεται. εὑρήσεις δὲ τοῦτο καὶ ἐν Χριστῷ. ἦν γὰρ ὁ αὐτὸς, καὶ ὡς ἄμωμον ἱερεῖον, εἰς ὀσμὴν εὐωδίας ἀναφέρων ἑαυτὸν τῷ θεῷ καὶ πατρί· καὶ ὡς ἔριφος ὑπὲρ τῶν ἡμετέρων ἁμαρτιῶν σφαζόμενος. μετὰ δέ γε τὴν σφαγὴν, καταχρίειν τῷ αἵματι τοὺς τῶν οἰκημάτων σταθμοὺς καὶ τὴν φλιὰν ἐπιτάττει, οὐχ ἕτερόν τι σημαίνειν ἐθέλων, ὥς γέ μοι δοκεῖ, ἢ ὅτι τῷ σεπτῷ καὶ τιμίῳ αἵματι τοῦ Χριστοῦ, τὴν ἐπίγειον ἑαυτῶν οἰκίαν ἀσφαλιζόμεθα, τουτέστι τὸ σῶμα, τὴν ἐκ παραβάσεως νέκρωσιν διὰ μετοχῆς τῆς ζωῆς ἐξελαύνοντες. ζωὴ γὰρ καὶ ἁγιασμὸς, ἡ Χριστοῦ μετοχή. καὶ αὐτὸν δὲ θορυβοῦντες τὸν ὀλοθρευτὴν ὡς ἄγαν ἀποτάτω ποιούμενοι, διὰ τῆς χρίσεως τὸν ἐπιβουλεύοντα δαίμονα, τὰ ἐκ σαρκικῶν κινημάτων ἀπονεκρούμεθα πάθη. θύρας δὲ νοήσεις τῆς ἀρτίως ἡμῖν εἰρημένης οἰκίας, τὰς ἐν ἡμῖν αἰσθήσεις δηλαδή· δι' ὧν ταῖς ἁπάντων καρδίαις ἡ τῶν πραγμάτων διακονεῖται ποιότης, καὶ ἡ τῶν ἐπιθυμιῶν ἀμέτρητος ἐπιχεῖται πληθύς. θύρας δὲ αὐτὰς καὶ ὁ προφήτης Ἰωὴλ ὀνομάζει λέγων· „ ὡς εἰσελεύσονταί τινες κλέπται „ διὰ τῶν θυρίδων ἡμῶν. οὐ γὰρ ἦσαν κατακεχρισμέναι τῷ αἵματι τοῦ Χριστοῦ. ἐσθίεσθαι δὲ προστάττει τὰ κρέα ταύτῃ τῇ νυκτὶ, τουτέστι κατὰ τὸν αἰῶνα τὸν ἐνεστηκότα. οὕτω γὰρ αὐτὸν καὶ ὁ Παῦλος ἐπεκάλει, λέγων· „ ἡ νὺξ προέκοψε, ἡ δὲ ἡμέρα ἤγγικεν. ἡμέραν ἐν τούτοις διαῤῥήδην εἰπὼν τὸν αἰῶνα τὸν μέλλοντα, ὃν αὐτὸς φωτίζει Χριστός. φάγονται τοίνυν τὰ κρέα κατὰ τὸν αἰῶνα τοῦτον, φησίν. ἕως μὲν γὰρ ἐσμὲν ἐν τῷδε τῷ κόσμῳ

† ἴσως θηλυκήν, ἢ ὡς θυλάκιον.

an de alio aliquo? Vides quo pacto adhibuerit proximũ vicinum, (propinqui enim inuicẽ omnes sumus, quantũ ad vnã & communẽ fidei rationẽ attinet) & particeps spiritualis agni per hanc inquisitionem sit declaratus. confestim enim dignus redditus est baptizari, sicut & baptizatus est. *Erit* autẽ, ait, *agnus perfectus*, quia omnes diuinæ cognitiones sunt perfectæ in CHRISTO. Atqui vt sit masculus, addit legislator. Nam ipse erat & est is qui omnibus suggerit diuinę cognitionis semina, ac veluti terrã quandã † lubentem. Quamobrem, sicut & propheticus habet sermo, is perficit Deo ac Patri humanã naturam per Euangelij præconia. Præterea vt anniculus sit iubet, aut ratione temporis, ne fortè sit imperfectus, quippe qui nondum compleuerit annum: aut certè quia festum Deo conueniens propter passionem singulis annis celebrare debent illi, qui bona per ipsam passionem lucrifaciunt. Vt autem ex agnis & hœdis accipiatur, præcipit. Agnus quidem tanquam purum & immaculatum sacrificium intelligitur secundùm legem: hœdorum autem genus pro peccatis semper offertur Deo. Idẽ & in CHRISTO reperies. Nam & ipse erat immaculatum sacrificium, & in odorem suauitatis offerebat seipsum Deo ac Patri, atque ceu hœdus pro peccatis nostris mactabatur. Cæterùm post mactationem iubet sanguine illini postes domorum & limen: nihil aliud mea quidem sentẽtia significare volẽs, quàm vt venerando & pretioso CHRISTI sanguine terrenam nostram domum muniamus atque vallemus, hoc est, corpus nostrum; mortẽ quam per transgressionem incurreramus per vitæ participationem depellentes. Vita enim & sanctificatio est nobis CHRISTI communio. Et cùm propulsemus ipsum exterminatorem, longissimeque à nobis dæmonem insidiantem seiungamus per vnctionẽ, tum affectus carnalium perturbationum mortificamus. *Portas* autem illius, de qua modò diximus, domus, intelliges sensus nostros, per quos cordibus omnium subministratur rerum qualitas, atque infinita cupiditatum multitudo infunditur. Vnde & propheta Ioël vocat *fenestras*, dicens: *Quasi per fenestras nostras quidam fures ingredientur*, quia non erant sanguine CHRISTI vncti. Præcepit autem vt in hac nocte caro comedatur, hoc est, in sæculo instante. Ita enim hoc Paulus vocauit dicens: *Nox præcessit, dies autem appropinquauit.* In his apertè innuit sæculum futurum, quod ipse CHRISTVS illustrat. Comedat ergo carnem in hoc sæculo ait: nam quoad sumus in hac vita, CHRI-

Propinqui spirituales qui

Fort. fæmineam: vel instar vasis panarij.

CHRISTI communio vita & sanctificatio est.

Sensus portæ sunt.

Ioel 2.8. Fenestras Ioël sensus vocat. Et Ierem. 9.21. Ascendit mors per fenestras vestras, & 22.v.14.

Rom. 13. 12. Nox tempus legis appellatur: dies tempus aduentus CHRISTI ac resurrectionis.

CHRISTO communicabimus, per sanctam carnem & pretiosum sanguinem, pinguiore loquentes modo: Cùm autem occurrerimus in die potentiæ & virtutis eius, sicut scriptum est, atque in claritatem Sanctorum ascenderimus, tum rursus alio modo sanctificabimur, quem nouit futurorum bonorum distributor atque donator. Alias autem communicatio sanctæ ipsius carnis, atque item poculum ex salutari ipsius sanguine, *habet confessionem mortis* CHRISTI, quæ propter nos patefacta est. Ita enim ipse alibi ait suis amicis leges de hoc mysterio præscribens: *Quoties enim*, ait, *manducaueritis panem hunc, & poculum hoc biberitis, mortem Domini annuntiatis.* In hoc igitur præsenti sæculo per participationem eorum quæ modò enumerata sunt, meritò annuntiabimus mortem ipsius. Cùm autem iam sit in gloria Patris, non oportunè de passione confessionem edituri sumus, at potiùs eum *agnoscemus purè tanquam Deum facie ad faciem*, vt Paulus ait: *Glorificabimus autem illum*, ait, *tanquam Dominũ. Semel enim mortuus est, nec ampliùs moritur: mors ei non ampliùs dominatur*, iuxta vocem Pauli. Ideoque & idem alibi ait: *Etsi cognouimus* CHRISTVM *secundùm carnem, sed nunc non ampliùs cognoscimus.* Tunc enim non ex ijs, ex quibus est homo, sed ex quibus est Deus verus, euidentiùs cognoscemus, cùm iam expleta consummataque fuerit ipsius incarnatio, in qua & ipse factus est caro. Cessabunt enim, vt vero simile, sermones de ipsius incarnatione, maiorque cognitio incipiet, & diuina in nobis lucebit intelligentia ipsius salutis, quæ est in gloria diuina. Porro iubet eos edere carnes agni assas igne, eò quòd oporteat eos esse inflammatos spiritu qui volunt ad communionẽ CHRISTI accedere. Ideo & Paulus iubet eos *spiritu feruere.* Sed panes quoque infermẽtatos cum agrestibus lactucis comedant, ait: figuratè significans, quòd illi qui CHRISTI participes sunt effecti, debeant animas suas pascere purissimis conscientijs, assuefacientes se ad doli expertem & puram conuersationem. Interim tamen non succumbant tentationum acerbitatibus, sicut dictum est à quodam: *Fili, si accedis vt Domino seruias, præpara animam tuam ad tentationem: dirige cor tuum, & tolera.* At *non edatis de eis*, ait, *crudum.* Ecquid hoc est? Qui crudum edit, is non in digestionem edit, imò eiusmodi cibus omnino non conuenit dentibus. Hoc autem rectè dixeris illos facere qui per accuratam inquisitionem verba de CHRISTO non extenuant, igneque examinant & probant,

Communicatio seu sumptio corporis & sanguinis CHRISTI, *eius mortis est confessio.*
1.Cor.11.26.

CHRISTVS *in futuro sæculo aliter cognoscetur, quàm in præsenti.*
1.Cor.13.12.

Rom.6.9.

2.Cor.5.

Agni carnes assæ quid significent.

Rom.12.11.

Panes infermentati, & lactuca agrestes quid significent.

Eccl.2.1.

Crudum non edendũ quid significet.

διὰ τῆς ἁγίας σαρκός τε καὶ αἵματος, καὶ παχυτέρως ἔτι μεταληψόμεθα τοῦ Χριστοῦ. εἰς δὲ τὴν ἡμέραν καταντήσαντες τῆς δυνάμεως αὐτοῦ, καθὼς γέγραπται, καὶ εἰς τὴν λαμπρότητα τῶν ἁγίων ἀναβεβηκότες, καθ' ἕτερόν τινα τρόπον ἁγιασθησόμεθα πάλιν, καὶ ὡς οἶδεν ὁ τῶν ἐσομένων ἀγαθῶν διανομεὺς καὶ δοτήρ. ἄλλως τε καὶ ὁμολογίαν ἔχει τοῦ πάθους, καὶ τοῦ οἰκονομικῶς παραδεχθέντος θανάτου τοῦ Χριστοῦ, τῆς ἁγίας σαρκὸς ἡ μετάληψις. καὶ ἡ πόσις ὁμοίως, ἡ ἐκ τοῦ σωτηρίου αἵματος. οὕτω γὰρ αὐτός που φησὶν, ὅτε τοῖς ἑαυτοῦ γνωρίμοις τοὺς ἐπὶ τῷ μυστηρίῳ νόμους ἐτίθει. „ὁσάκις γὰρ ἂν ἐσθίητε τὸν ἄρτον τοῦτον, πίνητε „δὲ τὸ ποτήριον τοῦτο, τὸν ἐμὸν θάνατον καταγγέλλετε. οὐκοῦν ἐπὶ μὲν τοῦ παρόντος αἰῶνος, διὰ μὲν τῆς μετοχῆς τῶν ἀρτίως ὠνομασμένων, καταγγελοῦμεν εἰκότως τὸν θάνατον αὐτοῦ· ἔσται δὲ λοιπὸν ἐν τῇ δόξῃ παραγενῆ τοῦ πατρὸς, οὐκ εὐκαίρως ἔτι τὴν ἐπὶ τῷ πάθει προσοίσομεν ὁμολογίαν αὐτοῦ, ἀλλ' „ἐπιγνωσόμεθα μὲν καθαρῶς ὡς θεὸν πρόσωπον πρὸς „πρόσωπον, ὡς Παῦλός φησι. „δοξολογήσομεν γάρ, φησιν, ὡς δεσπότην. „ἅπαξ γὰρ ἀποθανὼν οὐκέτι ἀποθνήσκει, θάνατος αὐτοῦ οὐκέτι κυριεύει, κατὰ τὴν τοῦ Παύλου „φωνήν. διὸ δὴ καὶ ἔφασκεν· „εἰ καὶ ἐγνώκαμεν κατὰ „σάρκα Χριστὸν, ἀλλὰ νῦν οὐκέτι γινώσκομεν. „τότε γὰρ οὐκ ἀφ' ὧν ἐστιν ἄνθρωπος, ἀλλ' ἐξ ὧν ἐστι θεὸς ἀληθινὸς. λαμπρότερον ἐπιγνωσόμεθα, συμπεπερασμένης ἤδη τῆς οἰκονομίας, ἐφ' ᾗ καὶ γέγονε σάρξ. ἀργήσουσι γὰρ κατὰ τὸ εἰκὸς, οἱ περὶ σαρκώσεως λόγοι, γνῶσις δὲ ἡ μείζων εἰσβήσεται, καὶ θεία τις ἐν ἡμῖν ἀναλάμψει σύνεσις παρ' αὐτοῦ σωτηρίας τῆς ἐν δόξῃ θεοπρεπεῖ. πυρὶ δὲ ὀπτῶντας ἐσθίεσθαι τοῦ προβάτου κελεύει τὰ κρέα. διά τοι τὸ χρῆναι θερμοὺς εἶναι τῷ πνεύματι τοὺς εἰς κατάληψιν ἀναβαίνοντας τοῦ Χριστοῦ. ζέειν δὲ αὐτοὺς τῷ πνεύματι, κελεύει καὶ Παῦλος. ἀλλὰ καὶ ἄρτους ἀζύμους ἐπὶ πικρίδων φάγονται, φησί, δι' αἰνίγματος ὑποφαίνων, ὅτιπερ οἱ μέτοχοι γεγονότες τοῦ Χριστοῦ, ἀζύμοις ὥσπερ καὶ καθαρωτάταις ἐπιθυμίαις τὴν ἑαυτῶν ὀφείλουσιν ἀποτρέφειν ψυχὴν, εἰς ἄδολόν τινα καὶ ἀμιγῆ φαυλότητος προσπηδῶντες πολιτείαν, καὶ μὴ παραιτεῖσθαι διὰ τοῦτο τὰς ἐκ τῶν πειρασμῶν πικρίας κατὰ τὸ εἰρημένον ὑπό τινος. „τέκνον εἰ προσέρχῃ δουλεύειν θεῷ, ἑτοίμασον τὴν ψυχήν σου εἰς πειρασμὸν, „εὔθυνον τὴν καρδίαν σου καὶ καρτέρησον. „ἀλλὰ καὶ οὐκ ἔδεσθε, φησὶν, ἀπ' αὐτοῦ ὠμόν. τί οὖν ἄρα καὶ τοῦτό ἐστιν; ὁ ὠμὸν ἐσθίων, οὐκ εἰς πέψιν ἐσθίει· ἀλλ' οὐδὲ ὑπείκει τοῖς ὀδοῦσιν ὅλως ἡ τοιάδε τροφή. τοῦτο δὲ ἂν δρῷεν εἰκότως οἱ μὴ δι' ἐρεύνης τὸν ἐπὶ τῷ Χριστῷ καταλεπτύνοντες λόγον, πυροῦντές τε καὶ δοκιμάζοντες,

κατὰ

„ κατὰ τὸ ὑπὸ τοῦ Δαβὶδ μελωδούμενον· καὶ ἐν
„ τῇ μελέτῃ μου ἐκκαυθήσεται πῦρ. κωλύει δὲ πάλιν
ἐσθίειν ἡψημένον ἐν ὕδατι, τὴν ὑδαρεστέραν τε καὶ
ἐκλελυμένην περὶ αὐτοῦ διάληψιν, οὐ κα-
λὴν ἔσεσθαι τροφὴν ταῖς τῶν πιστευόντων δια-
νοίαις ὑποδηλῶν. ὑδαρεστέρα δὲ περὶ αὐτοῦ διά-
ληψις, τὸ μὴ θεὸν οἴεσθαι κατὰ φύσιν ὑπάρχειν
αὐτὸν, ἀλλ' εἰς τὴν τῶν ποιημάτων κατακομίζειν τά-
ξιν. ὃ καὶ δρᾶν ἀμαθῶς οὐ καταναρκῶσί τινες, τὰ
οἰκονομικῶς εἰρημένα περὶ αὐτοῦ διὰ τὴν ἐναν-
θρώπησιν, εἰς τὸ οἰκεῖον περιέλκοντες θέλημα, καὶ
τροφὴν ὥσπερ τινὰ τῆς ἐνούσης αὐτοῖς δυσσε-
βείας ποιούμενοι. οὐκ ἔδεσθε τοίνυν, φησὶν, ἡψη-
μένον ἐν ὕδατι, ἀλλ' ἢ ὀπτὰ πυρὶ, διὰ τὴν
ἤδη προαποδοθεῖσαν αἰτίαν, καὶ ὅτι τὰ λό-
για κυρίου πεπυρωμένα. θερμοὶ γὰρ πάν-
τες εἰσὶν οἱ περὶ τῆς θεότητος αὐτοῦ λόγοι, καὶ οὐ-
δὲν ἔχοντες ὑδαρὲς ἢ ἀπεψυγμένον κατὰ τὸν
„ λέγοντα πάλιν ἐν βίβλῳ ψαλμῶν· πεπυρωμέ-
„ νον τὸ λόγιόν σου σφόδρα, καὶ ὁ δοῦλός σου ἠ-
„ γάπησεν αὐτό. κεφαλὴν δὲ πάλιν σὺν τοῖς ποσὶ
καὶ τοῖς ἐντοσθίοις ἐπιτάττει φαγεῖν, ὅλην ἐξ
ὅλου τοῦ κατ' αὐτὸν μυστηρίου τὴν γνῶσιν ταῖς τῶν
πιστευόντων διανοίαις ἐνοικίζεσθαι θέλων. χρὴ
γὰρ εἰδέναι πρὸ πάντων, ὅτι περ ἦν ἐν ἀρχῇ
θεὸς ὢν ὁ λόγος, ἐν πατρὶ, καὶ μετὰ πατρὸς,
τουτέστιν ἡ κεφαλὴ, ἀρχὴ τοῦ παντὸς ὑπάρχουσα
μυστηρίου. δεύτερον δὲ ὅτι καὶ θεὸς ὢν, πάλιν ἐπα-
νήξει, κριτὴς, τέλος ἐπιθήσων τῇ καθ' ἡμᾶς
οἰκονομίᾳ. τοῦτο γὰρ ἡμῖν σημαίνουσιν οἱ πόδες, τὸ
τέλος ὄντες ὅλου τοῦ σώματος. νοήσεις δὲ τὰ ἐντό-
σθια τὸν ἀποκεκρυμμένον καὶ οἱονεὶ μέσον τὸν ἐναν-
θρωπήσαντος λόγον. οὐκοῦν ὁλόκληρος μὲν διὰ τού-
των ἡ πίστις· ὅλος δὲ καὶ τέλειος ἐν ἡμῖν διὰ τῆς τοι-
ᾶσδε γνώσεως ὁ Χριστός. ταύτης γὰρ ἕνεκα τῆς
„ αἰτίας οἰηθείην ἂν ἔγωγε τὸν Ἰωάννην εἰπεῖν· ὁ
„ ὢν, ὁ ἦν, ὁ ἐρχόμενος. εἶτα πάλιν ὁ νομοθέτης
ἐπιτάττει λέγων· οὐκ ἀπολείψετε ἀπ' αὐτῶν
ἕως πρωΐ, αἰνιγματωδῶς, ὡς ἔοικε, διὰ τούτων ἀ-
ποκωλύων τὰς ἐπί γε τὸ βούλεσθαι νοῆσαι τελείως
οὐκ ἀγαθὰς ὑπερθέσεις. μὴ γὰρ πεπέμφθω, φησὶν,
εἰς ἀναβολὴν ἡ τελεία τε καὶ ἀληθὴς περὶ αὐτοῦ
γνῶσις, μηδὲ φυλαττέτωσάν τινες ἑαυτοῖς εἰς
ὑπέρκαιρον χρόνον τὸ μετασχεῖν τελείως αὐ-
τοῦ, μετεσχηκότες ἅπαξ καὶ ὅλως ἁψάμενοι.
τοῦτο μέν τοι ποιοῦσιν οἱ διὰ μὲν τῆς κατηχή-
σεως τῶν περὶ Χριστοῦ δογμάτων ἀπογευσάμενοι,
φυλάττοντες δὲ τὸν διὰ τοῦ πνεύματος φωτισμὸν,
καὶ τὴν διὰ τοῦ βαπτίσματος χάριν εἰς μακρὰν καὶ
ὑπέρωρον ἀναβολὴν τὴν ἐπὶ γήρᾳ, φησί. πο-
λὺ γὰρ δή τι τὸ βλάβος ἐντεῦθεν καὶ ἀδοκή-
τως συμβαίνει. μάλιστα μὲν γὰρ εἰ καὶ τῶν οἰ-
κείων ἐπιτεύξεται βουλευμάτων, οὐκ ἀσφαλὴς
ἡ ἐλπίς. ἐκβεβηκότος δὲ πάλιν εἰς τέλος αὐτῷ τοῦ
σκοποῦ ἁγιάζεται μὲν, πλὴν μόνην ἔχει τῶν πλημ-
μελημάτων τὴν ἄφεσιν, καὶ τὸ τάλαντον ἀποκομίζει
τῷ οἰκείῳ δεσπότῃ ξηρὸν, οὐδὲν ἐπεργασάμενος χο-

iuxta illud à Psalmista decātatū: *Et in meditatione mea ignis exardescet.* Deinde quoq; prohibet, ne elixum edamus, quo indicat dilutam quādam de ipso cognitionem siue opinionem, haudquaquam fore salutarem cibum mentibus credentium. Diluta autem opinio est, si non credas eum esse suapte natura Deum, sed in ordinem creaturarum redigas: quod quidem pro sua imperitia non verentur nonnulli, qui quæ certa ratione de ipso dicta sunt propter incarnationem ad suum detorquent arbitrium, atque ita veluti cibum quendā suę impietati constituunt. *Non*, itaque inquit, *edetis coctum aqua, sed igni assum*; ob prædictam causam, & quia *eloquia Domini igne examinata*. Omnes enim de ipsius Deitate sermones sunt feruidi, neque habēt quicquam aqueum aut frigidū, iuxta illum, qui iterum dixit in libro Psalmorum: *Ignitum eloquium tuum valde, & seruus tuus dilexit illud.* Caput autem cum pedibus & intestinis edere iubet, nimirum volens totam ex tota mysterij sui cognitionem inesse fidelium mētibus. Nam ante omnia oportet scire, quòd Verbum cùm sit Deus, fuerit in principio in Patre & cum Patre. Hoc significat caput, quod est totius mysterij principium. Deinde verò, quòd & Deus cùm sit, rursus venturus sit iudex, finem huic nostræ dispensationi impositurus, designant pedes, qui sunt totius corporis finis seu extremitas. Porro intestinum intelliges verbū absconditum, & quasi intra humanam naturam inclusum. Quocirca fides solida & integra per hæc innuitur, adeoq; CHRISTVS perfectus, qui per eiusmodi cognitionem in nobis habitat. Ob hāc enim caussam existimauerim & Ioannem dixisse: *Qui est, qui erat, qui venturus est.* Posthęc pręcipit legislator, ne quid de ipsis relinquatur vsque ad manè, figuratè, vt videtur, per hæc prohibens malas ad perfectè intelligēdum procrastinationes. Non enim, ait, differatur aut procrastinetur perfecta veraque Dei cognitio, nec vlli sibi reseruent intempestiuū tēpus, quo Dei perfectè participes fiant, cùm iam semel ei communicarint, aut in vniuersum attigerint. Hoc sanè faciunt qui cùm per catechismū dogmata de CHRISTO degustarint, differūt illuminationem Spiritus, & gratiam per baptismum in longum atque intempestiuum tempus, in senectutē nimirum. Ingens enim damnum hinc & quidem inopinatò accidit. Etsi enim quis consilij sui compos fiat, tamen non est firma spes. Cùm verò scopus ad finem fuerit perductus, sanctificatur quidem; cæterùm solam peccatorū remissionē consequitur, & patrifamilias talentum reddit infrugiferum, nihil planè ei superlucratus.

Psal. 38. 4.
Elixum non edendū quid designet.
Arriani taxantur.
Psal. 11. 7.
Ps. 118. 140.
Caput cum pedibus & intestinis edendum quid significet.
Apocal. 1. 8.
Agni nihil in crastinū seruandum quid significet.
Matt. 25.

Exod. 12. 46.
Os non conterendum ex agno quid significet.

cratus. *Sed & os ex ipso non conteretis.* Ossa dẽtibus nostris confici non possunt. Tale autẽ est humanis mentibus candidum illud, vt ita dicam, & absconditũ Deitatis ipsius Verbum. Quòd enim etiam Filius suapte natura sit Deus, & quòd idem genitus sit ex Deo ac Patre, rectè sentiẽtes credimus, neque vltrà quærimus, iuxta illius Sancti sententiã. Quis enim modum ipsius generationis verbis explicare valeat? aut quo pacto non verax sit Propheta exclamans: *Generationem eius quis enarrabit? Tollitur enim à terra vita ipsius.* *Ossa* igitur hoc loco vocat soliditatem doctrinæ cælestis, quæ mentem nostram excedit. Hanc legislator non finit nos confringere, quamquam hæretici, qui recta deprauant, quantum in ipsis est, hanc cõfringant; cùm diuinæ & ineffabilis generationis modum curiosè scrutantur insigni amẽtia capti, nec illud quod scriptum est animaduertentes: *Quis dimensus est cælum palmo?* quod sanè nos meritò vitamus, prudẽter reueriti agni ossa conterere. Sed potiùs ita affecti, vt quæ supra nos sunt fide capessamus. Meminisse verò oportet, quòd & planiùs hoc ipsum de Saluatore nostro accipiatur: cuius crura non confregerunt Pilati milites, sicut scriptum est. Quæ autẽ reliqua fuerint ex agno vsque manè, igne cõburenda esse dicit. Hic iterum manè appellat illam illuminationẽ, quæ in altero sæculo futura est, quãdo facie ad faciẽ nostrum Regẽ ac Deũ sumus conspecturi, non ampliùs sicut nunc, in ęnigmate, & in speculo atque vmbra, & ex parte, vt Paulus ait. Quia igitur consideratio de ipso quæ hîc est tanquã in ænigmate, tunc quodammodo per illustriorẽ cognitionẽ est declarãda, ideo velut in typo iterum dicit, quæ reliqua fuerint ex agno vsq; manè, igne cõburenda esse. Huiusmodi verò habitu indui iubet cõuiuas, † *Lũbi*, inquit, *vestri sint pracincti, & calceamenta in pedibus vestris, & baculi in manibus vestris: & comedite illum festinanter. Quia pascha Domino est.* Quòd igitur succingant lumbos, vigilantiæ signum est & voluntatis promptæ, iuxta illud dictum à Deo ad iustum Iob: *Accinge tanquam vir lumbos tuos.* Et rursum apud Prophetam quendam: *Et erit vt iustitia accingat lumbos eius,* pro eo quod est, agilis & fortis erit ad iustitiam colendam. Calceus autem significat præparationem voluntatis ad eundum sine mora ad id quod Deo placuerit. Ita enim Paulus id intellexit scribens: *Induti calceos in præparatione Euangelij pacis.* Item Propheta Ieremias: *Et nunc Israël, Dominus Deus tuus quid petit abs te, nisi vt timeas Dominum Deum tuum, vt ambules in omnibus vijs eius?* Virga autem &

Isa. 53. 8.
Ossa significat soliditatem doctrinæ cælestis.
Hæreticorum error.
Eccli. 1. 2.
Isai. 40. 12.
Ioan. 19. 33.
Manè illuminationẽ in venturo sæculo futuram designat.
1. Cor. 13. 12.
† Vulgata: Renes vestros accingetis.
Exod. 12. 11.
Lumbi succincti quid significent.
Iob 38. 3.
Isai. 11. 5.
Calceus quid significet.
Ephes. 6. 15.
Imò Moyses, Deut. 10. 12.

EDit rurſum miracula totius vniuerſi Deus, trāſitque de virtute in virtutem ſicut ſcriptum eſt: exitumque reperit impoſſibilibus vbique ſuæ gloriæ prouidens, atque multifariam oſtendens ipſum ſolum poſſe citra vllum laborem præſtare ea quæ rationem ſuperant, quæque meritò admiramur, vt ſic per omnia cognoſcatur Deus. Non vt quiſpiam ex artificioſis hominibus aut qui impiè aliquid inuenerunt, ſed verè ac naturaliter. Nam ex ijs quæ glorioſè præſtat, facillimè quis intellexerit perfectiſſimā ipſius naturam; cui ineſt quidem tanquam proprium bonum, omnipotentia, & inuictū robur ad quodcunque voluerit faciendum. Adeſt etiam inſuper ei lōganimitas. Videas autem quod dico, & quidem manifeſtè admodum, in ijs quæ præ manibus habemus. Scriptum eſt enim, *Decimo quinto die menſis ſecundi, cùm ipſi ex Aegypto eſſent egreſſi, murmurauit omnis congregatio filiorum Iſraël contra Moyſen & Aaron, & dixerunt ad eos filij Iſraël: Vtinam mortui eſſemus percuſſi à Domino in terra Aegypti, quando ſedebamus ad ollas carnium, & comedebamus panem ad ſatietatem! Cur induxiſtis nos in deſertum hoc, vt occideretis omnem congregationem hanc fame? Dixit autem Dominus ad Moyſen: Ecce ego pluam vobis panes è cælo, & egredietur populus, & colligent quod ſufficit in dies ſingulos: vt tentem eos, ſi ambulabunt in lege mea. Et erit die ſexta, & præparabunt quod inferant; & erit duplum eius quod colligere ſolebant per dies ſingulos.* Primogenita quidem Ægyptiorum, vt iam diximus, perierunt; ſed Iſraëlitæ adeò properè dimittebantur, vt ne viatico quidem ſe inſtruere poſſent. farinam enim ſuam extulerunt, antequam maſſæ eſſent fermentatæ, quas in ſuis veſtimentis colligauerāt. Sumpto itaque viatico ex ijs quæ obuia erant, exibant feſtinanter, & timebant ſibi tam Ægyptij perſecutores, quàm Iudæi, qui ſuſtinebant perſecutionē. Nam illis quidem videbatur breui fore, vt primogenitis iam deperditis ipſi adderentur, niſi diuino nutui obtemperantes, Iſraëlitas è ſua regione dimitterent. Hi verò, ſi deprehenderentur tardi atque exitum differentes, putabant futurum, vt in certamen propter ipſos vltimos venirent, ac ſine vlla miſeratione trucidarentur. Egreſſi ſunt igitur parum admodum de ijs quæ ad profectionem requirebantur, ſolliciti, vixque illa quę ad manum erant aſportantes, atque ex ijs quæ domi ſuæ erant ea tantùm aufe-

Exod. 16. 1.

Περὶ τοῦ μάννα, καὶ τῆς ὀρτυγομήτρας.

Θαυματουργεῖ δὲ πάλιν ὁ τῶν ὅλων θεός, καὶ μετίησι μὲν ἐκ δυνάμεως εἰς δύναμιν, κατὰ τὸ γεγραμμένον· τοῖς δὲ ἀμηχάνοις εὑρίσκει πόρους τῆς ἑαυτοῦ δόξης ἁπανταχοῦ προνοῶν, καὶ πολυτρόπως ἀποδεικνύς, ὅτι δὴ μόνῳ πρέπει αὐτῷ τὸ ἀμογητὶ δύνασθαι κατορθοῦν καὶ τὰ πέρα λόγου, καὶ οἷς ἂν εἰκότως ἕποιτο πρὸς ἡμῶν τὸ καταθαυμάζεσθαι δεῖν, ἵνα διὰ πάντων ὁρῷτο θεός, οὐ καθ' ἕνα τῶν ἐκ τέχνης ἀνθρώπων, ἢ γοῦν ἀνοσίως ἐξηυρημένων, ἀλλὰ φύσει τε καὶ ἀληθῶς. ἀπὸ γὰρ τῶν ἐνδόξως ἀποτελουμένων καταθρήσειέ τις ἂν καὶ ἀταλαιπώρως κομιδῇ τὴν ἀκήρατον φύσιν· ᾗ πρόσεστι μὲν ὡς ἴδιον ἀγαθόν, τὸ παναλκές τε καὶ ἄμαχον, πρὸς πᾶν ὁτιοῦν ὧν ἂν ἕλοιτο δρᾶν. πρόσεστι δὲ καὶ μετὰ τοῦτο τὸ ἀνεξίκακον. ἴδοι δ' ἂν ὃ φημι, καὶ μάλα σαφῶς καὶ ἐν τοῖς ἀρτίως ἡμῖν προκειμένοις. γέγραπται γὰρ ὅτι τῇ πεντεκαιδεκάτῃ ἡμέρᾳ, τῷ μηνὶ τῷ δευτέρῳ, ἐξεληλυθότων αὐτῶν ἐκ γῆς Αἰγύπτου, διεγόγγυζε πᾶσα συναγωγὴ υἱῶν Ἰσραήλ, ἐπί τε Μωυσῆ καὶ Ἀαρών, καὶ εἶπον πρὸς αὐτοὺς οἱ υἱοὶ Ἰσραήλ, ὤφελον ἀπεθάνομεν πληγέντες ὑπὸ κυρίου ἐν γῇ Αἰγύπτου, ὅταν ἐκαθίσαμεν ἐπὶ τῶν λεβήτων τῶν κρεῶν, καὶ ἠσθίομεν ἄρτους εἰς πλησμονήν. ὅτι ἐξηγάγετε ἡμᾶς εἰς τὴν ἔρημον ταύτην, ἀποκτεῖναι πᾶσαν τὴν συναγωγὴν ταύτην ἐν λιμῷ. εἶπε δὲ κύριος πρὸς Μωυσῆν· ἰδοὺ ἐγὼ ὕω ὑμῖν ἄρτους ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ἐξελεύσεται ὁ λαός, καὶ συλλέξουσι τὸ τῆς ἡμέρας εἰς ἡμέραν, ὅπως πειράσω αὐτοὺς εἰ πορεύσονται ἐν τῷ νόμῳ μου. καὶ ἔσται τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἕκτῃ, καὶ ἑτοιμάσουσιν ὃ ἂν εἰσενέγκωσι. καὶ ἔσται διπλοῦν ὃ ἂν συναγάγωσι τὸ καθ' ἡμέραν εἰς ἡμέραν. τὰ μὲν γὰρ τῶν Αἰγυπτίων, καθάπερ ἤδη προείπαμεν, διολώλασι πρωτότοκα· ἐξεπέμποντο δὲ τῆς χώρας οἱ ἐξ Ἰσραήλ, οὐδέ, ὅσον εἰπεῖν ἐπισιτίσασθαι συγχωρούμενοι. τὸ γὰρ σταῖς αὐτῶν ἐξήνεγκαν πρὸ τοῦ ζυμωθῆναι τὰ φυράματα αὐτῶν. ἐφοδιασάμενοι δὲ τοῖς παρατυχοῦσιν ἁπλῶς, ἐξῄεσαν ἐν σπουδῇ, καὶ ἐν ἴσῳ τὸ δεῖμα τοῖς διώκουσιν Αἰγυπτίοις καὶ τοῖς τὴν δίωξιν ὑπομένουσιν. οἱ μὲν γὰρ τοῖς ἤδη ὀλωλόσι προστεθήσεσθαι προσεδόκουν οὐκ εἰς μακράν, εἰ μὴ τοῖς θείοις εἴκοντες νεύμασιν ἐξελάσαιεν τῆς χώρας τὸν Ἰσραήλ· οἱ δὲ εἰ καταληφθεῖεν μέλλοντες καὶ ἀπολυόμενοι τὴν ἀναδρομήν, ᾤοντο δὴ πάντως δεῖν ἐπ' αὐτοῖς τοῖς ἐσχάτοις, ἀγῶνας εἰσβήσεσθαι, καὶ κινδυνεύσειν ἀφιλοικτιρμόνως. ἐξῴχοντο τοίνυν οὐ κομιδῇ τῶν εἰς ἀποδημίαν πεφροντικότες, καὶ τὰ ἐν χερσὶ μόλις ἁρπάσαντες. μονονουχὶ δὲ τῶν οἴκοι κειμένων κεκλοφότες

φόρτις ἀναγκαίως τὰ λίαν εὐπόριστα. ἃ δὴ καὶ καταδεδαπανηκότες, εἶτα πόθεν ἂν αὐτοῖς ἐν ἐρήμῳ τὰ ζωαρκῆ προσγένοιτο διηπορηκότες, κατώλισθον εἰς ἐπιθυμίαν τῆς ἐν Αἰγύπτῳ τροφῆς, καὶ ὅτι μὲν τῶν ἐσχάτων ἐξῄρηντο πάντων, καὶ τῆς ἐν Αἰγύπτῳ δουλείας ἐπιλανθάνονται, καὶ οἱονεί, πως κατακεκράγασι τῆς ἐπικουρίας· καὶ ὅτι λελύτρωνται, χαλεπαίνουσι, καὶ τῆς τριποθήτου καὶ εὐκταιοτάτης ἅπασιν ἀνθρώποις ἐλευθερίας, γαστρὸς ἀκαθάρτου προτάττουσι κόρον. καὶ θορυβεῖ μὲν τὸ χρῆμα τὸν μεσιτεύοντα, τουτέστι Μωυσέα. χορηγήσειν δὲ παραχρῆμα τὴν τῶν ἐδωδίμων ἀφθονίαν αὐτοῖς ἐπαγγέλλεται θεός, καὶ προσκεκρούκασιν οὐ μετρίως ἡμέρως ἔτι προσφέρεται. τὸ μὲν γὰρ παρ' αὐτοῦ τὰ ζωαρκῆ δέχεσθαι θέλειν, μῶμον ἂν ἔχοι παντελῶς οὐδένα· λυπεῖ δὲ λίαν ὁ γογγυσμός. καὶ γὰρ οὖν αὐτὸς ὁ Σωτὴρ ἐν προσευχαῖς ἡμᾶς
„ ἐδίδαξε λέγειν, τὸν ἄρτον ἡμῶν τὸν ἐπιούσιον
„ δὸς ἡμῖν σήμερον. ἀλλ' εἰ τοῦτο μὲν λέγοιμεν, κατ' οὐδένα δὴ τρόπον αἰτιασόμεθα τὸν δεσπότην, ἐξαιτήσομεν δὲ μᾶλλον παρ' αὐτοῦ τὰ εἰς ζωὴν ἐπιτήδεια. οἱ δέ γε τῶν Ἰουδαίων δῆμοι δέον αἰτῆσαι τροφὰς, ὅτι λελύτρωνται χαλεπαίνουσι, καὶ τὴν οὕτω σεπτὴν καὶ ἀξιόληπτον χάριν ἀνοήτατα καθυβρίζουσιν, ὡς τῶν ἡδίστων αὐτοὺς ἐκπέμψασαν, ἄρτου τι φημὶ καὶ κρεῶν. ἐντεῦθεν γογγύζουσι μὲν, καὶ κατακεκράγασιν ἀνοσίως. ἀνεξικακεῖ δὲ θεὸς, καὶ ἀδόκητον αὐτοῖς ἀφθονίαν ἐπαγγέλλεται. καὶ δὴ καὶ καθίησιν ἀφάτῳ δυνάμει ἑσπέρας μὲν τὴν ὀρτυγομήτραν· ἅμα δὲ τῇ ἕῳ,
„ τὸ μάννα. καὶ ὡς ὁ θεῖος ἔφη Δαβίδ· ἄρτον οὐ-
„ ρανοῦ ἔδωκεν αὐτοῖς, ἄρτον ἀγγέλων ἔφαγεν
„ ἄνθρωπος. πεπληροφόρηκε δὲ διὰ πείρας αὐτῆς καὶ πραγμάτων, ὅτι δύναται ὁ θεὸς ἄρτον τε δοῦναι, καὶ ἑτοιμάσαι τράπεζαν ἐν ἐρήμῳ. καθάπερ ἀμέλει καὶ ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς τὰ ἴσα τερατουργῶν, πέντε διακλάσας ἄρτους, ἐκόρεσε μὲν ἐν ἐρήμῳ πολλοὺς, ὅτε συνεκομίσθησαν λειψάνων κόφινοι δώδεκα. ἀπερίεργαστοι δὲ παντελῶς τῆς θαυματουργίας οἱ τρόποι, πίστει δὴ οὖν τιμάσθω τὰ ὑπὲρ νοῦν, καὶ ἀκουέτω θεὸς παρὰ πάντων τεθαυμακότων· οἶδα ὅτι πάντα δύνασαι· ἀδυνατεῖ δέ σοι οὐδέν; ἀλλ' ἐν τούτοις μὲν ἡμῖν ὁ περὶ τῶν αἰσθητῶν ἔστω λόγος. τίς δ' ἂν γένοιτο λοιπὸν τῆς πνευματικῆς θεωρίας ὁ νοῦς ἢ τί τοῦ νόμου τὸ αἴνιγμα πολυπραγμονεῖν ἀναγκαῖον, φιλοθηρεῖν εὖ μάλα διεσπουδακόσιν ἡμῖν τὴν ἀλήθειαν. εἰσόμεθα τοίνυν καὶ διὰ τούτων ὡς ἔστιν ἀναμφιλόγως τῆς εὐαγγελικῆς πολιτείας κατόπιν ἡ νομική, καὶ τῶν εἰς φιλοσαρκίαν αἰτιαμάτων οὐκ ἐλευθέρα, ἀπήλλακται δὲ οὐχὶ γεώδους ἐπιθυμίας. ἀλλ' ἥ γε θεία καὶ εὐαγγελική, πνευματική τε ἐστὶ καὶ ἄμωμος καὶ ἀσύγκριτον ἔχει τὸ κάλλος. ληψόμεθα δὲ τῆς ἐφ'

rentes, quæ necessaria simul & asportatu facilia essent. quibus absumptis ignari deinceps vnde quę ad vitã sustentandã sufficerẽt sibi compararent, prociderunt in desideriũ cibi, quo in Ægypto vsi fuerant; & se à summis miserijs ac seruitute ereptos obliti, quodammodo suo ipsorum auxilio obstrepunt, quodque è seruitute redempti sint, indignãtur, & optatissimæ suauissimæque libertati immundi ventris ingluuiẽ saturitatemque anteponunt. Hæc itaque res valdè turbabat mediatorẽ, hoc est Moysen; sed Deus promittit se ilico copiam ciborum ipsis suppeditaturũ, neque parum benignè sese rebellibus offert. Nam quòd necessaria ad vitæ sustentationem ab ipso exigãt, reprehensione vacat: obmurmuratione verò offenditur. Porro Saluator ipse in orationibus nos docuit dicere, *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.* Quod quidem dicẽtes nullo modo accusamus Dominum, sed potiùs ab ipso petimus quæ ad vitã sunt necessaria. Iudaicus autem populus, cùm deberet petere cibum, quòd liberatus sit stomachatur, atque hanc tam pretiosam & optabilem gratiam stultissimè criminatur, tanquam eam quæ ipsos suauissimarũ rerum, carnium nimirũ ac panis, vsu priuarit. Quocirca murmurant impieque Deo obloquuntur. Deus autem patiens malorum, promittit eis insperatam horum copiã. Demittit enim pro ineffabili sua potentia vesperi quidem coturnicem, manè autẽ manna. hinc diuinus Dauid ait: *Panem de cælo dedit eis, panem angelorum manducauit homo.* Certissimè autẽ docuit eos experientia ac rebus ipsis, quòd Deus possit etiam nunc dare & parare mẽsam in deserto; sicut reuera & Dominus noster IESVS CHRISTVS similia edidit miracula, cùm ex quinque panibus fractis cõplures saturauit in deserto, duodecim insuper cophinis ex fragmẽtis repletis. Porro inexplicabiles sunt modi quibus miracula edidit, sed quæ mentem excedunt, fide apprehẽdantur, audiatque Deus ab omnibus qui ipsum admirantur, Scio quòd omnia possis, neque est quidquã tibi impossibile. Hactenus verò de sensibilibus sermo est habitus. Quis verò sensus sit spiritualis considerationis, aut quod legis ænigma, iam nobis inquirendum est, qui assiduè veritatem inuestigamus. Videbimus igitur etiã per hæc quòd vita legalis sit proculdubio Euangelica inferior, itemque carnalium desideriorum accusationi obnoxia, neque à terrenis concupiscentijs libera: diuina verò atque Euangelica est spiritualis & inuiolata, speciemque habet aliã incomparabiliter pulchriorem. Vniuscuiusque ve-

Matt.6.11.

Psal.77.24

Matt.14.20.
Marc.6.43
Luc 9.17.
Ioan.6.13.

rò demõstrationẽ ac fidem, rationẽ vtriusq; benè examinantes, ex sacra Scriptura petemus. *Factũ est autẽ vespere, inquit, & ascẽdit coturnix, & cooperuit castra. Manè autẽ factũ est, cũ cessasset ros in circuitu castrorũ, & ecce super superficiẽ deserti † subtile vt coriãdrũ albũ, vt pruina super terrã. Vidẽtes autẽ filij Israël dixerũt alter alteri, Quid est hoc? nõ enim sciebãt quid erat. Dixit autem Moyses ad eos, Hic panis quem dedit Dominus vobis ad comedendum: hoc verbũ quod constituit Dominus. Colligite ex eo vnusquisque † ad proximos gomor, secundùm caput, iuxta numerum animarũ vestrarum. Vnusquisq; cũ contubernalibus vestris colligite. Fecerunt autem sic filij Israël, & collegerunt alius plus, alius minus; & metientes gomor, non abundauit qui multum, & qui minus, non minus habuit: † vnusquisque ad proximos sibi collegerunt. Dixit autem Moyses ad eos, Nullus relinquat ex eo in manè. Et non audierunt Moysen, sed reliquerunt quidam ex eo in mane. Et efferbuit vermes, & computruit. & indignatus est contra eos Moyses.* & post cætera rursus eos alloquitur dicens: *Hoc verbũ est quod locutus est Dominus: Sabbata sancta sunt requies Domino, cras. Quæcumque coxeritis coquite, & quæcumq; elixaueritis elixate, & omne superfluum relinquite illud in repositionem in crastinum. Et reliquerunt ex eo in manè, sicut præcepit Moyses, nec computruit, neque vermis natus est in ipso.* Quod igitur vnicuique sufficiebat comportare iussit. Nemo autem prohibebat, quo minùs alter alteri si vellet in absentia colligeret, atque ita charitatis lege condiret. Negat autem omnino quidquam esse reseruandum in crastinum. Etsi hoc ante solum sabbatũ permittat, ne fortè lex quietis violetur. Non enim omnino inueniebatur sabbato, nihil demittente Deo, vt sic propemodum cogeret eos in sabbato ab operibus vacare. Verùm enimuero plerique ex eis, contempto diuino oraculo, etiam hoc ante sabbatum reseruarunt, atque, vt ait sacra Scriptura, *cõputruit & scatuit vermibus.* Et exacerbatus est Moyses, quia etiam in sabbato excurrebant collectum, ex quo & Deus ipse succensuit. Ita enim scriptum est: *Accidit autem & in die septimo, egressi sunt aliqui de populo vt colligerent, sed nihil inuenerunt. Dixitq; Dominus ad Moysen, Vsquequò non vultis † audire mandata mea, & legem meam? Dominus enim dedit vobis diem hanc sabbatum. Propter hoc ipse dedit vobis die sexto panes duorum dierum, † sedete vnusquisq; in domibus vestris, nullus vestrûm egrediatur è loco suo die septimo.* Quænam verò potest à nobis assignari ratio hisce dictis cõueniens maximeque idonea? Quare, obsecro, *coturnix* vesperi venit, *manna* verò diluculo ac manè

Exod. 16. 13

† *Vulgata:* minutum & quasi pilo tusum in similitudinẽ pruinæ, &c.

† *Vulgata:* quantum sufficit ad vescendũ, gomor per singula capita, &c.

† *Vulgata:* singuli iuxta id quod edere poterãt.

Ibid. 23.

Exod. 16. 28

† *Vulgata:* custodire.

† *Vulgata:* maneat quisque apud semetipsum.

ἑκάστῃ διάδειξιν καὶ πληροφορίαν, τὴν ἐπ' ἀμφοῖν εὖ μάλα βασανίζοντες λόγον ἐκ τῆς θεοπνεύστου γραφῆς· ἐγένετο γάρ, φησιν, ἑσπέρα, καὶ ἀνέβη ὀρτυγομήτρα, καὶ ἐκάλυψε τὴν παρεμβολήν· τὸ πρωῒ δὲ ἐγένετο καταπαυομένης τῆς δρόσου κύκλῳ τῆς ἐρήμου, καὶ ἰδοὺ ἐπὶ πρόσωπον τῆς ἐρήμου λεπτὸν ὡσεὶ κόριον, λευκὸν ὡσεὶ πάγος ἐπὶ τῆς γῆς. ἰδόντες δὲ αὐτὸ οἱ υἱοὶ Ἰσραήλ, εἶπαν ἕτερος ἑτέρῳ· τί ἐστι τοῦτο. οὐ γὰρ ᾔδεισαν τί ἦν. εἶπε δὲ Μωυσῆς πρὸς αὐτούς· οὗτος ὁ ἄρτος ὃν ἔδωκεν ὑμῖν ὁ κύριος φαγεῖν· τοῦτο τὸ ῥῆμα ὃ συνέταξε κύριος. συναγάγετε ἀπ' αὐτοῦ ἕκαστος εἰς τοὺς καθήκοντας γόμορ κατὰ κεφαλήν, κατ' ἀριθμὸν ψυχῶν ὑμῶν. ἕκαστος σὺν τοῖς συσκηνίοις ὑμῶν συλλέξετε. ἐποίησαν δὲ οὕτως οἱ υἱοὶ Ἰσραήλ, καὶ συνέλεξαν, ὁ τὸ πολὺ καὶ ὁ τὸ ἔλαττον· καὶ ἐμέτρησαν τὸ γόμορ, καὶ οὐκ ἐπλεόνασεν ὁ τὸ πολύ, καὶ ὁ τὸ ἔλαττον οὐκ ἠλαττόνησεν, ἕκαστος εἰς τοὺς καθήκοντας παρ' ἑαυτῷ. εἶπε δὲ Μωυσῆς πρὸς αὐτούς. μηδεὶς καταλιπέτω ἀπ' αὐτοῦ εἰς τὸ πρωΐ. καὶ οὐκ ἤκουσαν Μωυσῆ, ἀλλὰ κατέλιπόν τινες ἀπ' αὐτοῦ, εἰς τὸ πρωΐ· καὶ ἐξέζεσε σκώληκας, καὶ ἐπώζεσε· καὶ ἐπικράνθη ἐπ' αὐτοῖς Μωυσῆς. καὶ μεθ' ἕτερα πάλιν· εἶπε δὲ Μωυσῆς πρὸς αὐτούς· τοῦτο τὸ ῥῆμά ἐστιν, ὃ ἐλάλησε κύριος· σάββατα ἅγια ἀνάπαυσις τῷ κυρίῳ αὔριον· ὅσα ἐὰν πέσσητε, πέσσετε, καὶ ὅσα ἐὰν ἕψητε ἕψετε· καὶ πᾶν τὸ πλεονάζον, καταλίπετε αὐτὸ εἰς ἀποθήκην τῷ πρωΐ. καὶ κατέλιπον ἀπ' αὐτοῦ εἰς τὸ πρωΐ καθάπερ συνέταξεν αὐτοῖς Μωυσῆς. καὶ οὐκ ἐπώζεσεν, οὐδὲ σκώληξ ἐγένετο ἐν αὐτῷ. ἕκαστον μὲν οὖν τὸ ἀρκοῦν αὐτῷ συγκομίζειν ἐκέλευεν. εἶργε δὲ οὐδαμῶς ἑτέρῳ εἴπερ ἕλοιτο τυχὸν καὶ τοῖς ἀποῦσι συλλέγειν, καὶ τῷ τῆς ἀγάπης καταφαιδρύνεσθαι νόμῳ. ἀποφάσκει δὲ παντελῶς τὸ φυλάττειν εἰς τὸ πρωΐ, καὶ τοῦτο δρᾶν ἔφη πρὸ μόνου τοῦ σαββάτου, ἵνα καὶ ὁ τῆς ἀργίας μὴ ἀτιμάζοιτο νόμος. οὐ γὰρ ἦν ὅλως εὑρεῖν ἐν σαββάτῳ, μηδὲ καθιέντος θεοῦ, μονονουχὶ δὲ καὶ διὰ τοῦδε καὶ ἀναγκάζοντος ἀφιλεργεῖν ἐν σαββάτῳ. ἀλλ' ὀλίγα τῶν θείων χρησμῳδημάτων πεφροντικασί τινες, καὶ τετηρήκασι πρὸ σαββάτου. καὶ ὥς φησιν τὸ γράμμα τὸ ἱερόν, ἐπώζεσε, καὶ ἐξέζεσε σκώληκας. καὶ ἐπικράνθη Μωυσῆς· ἐκδεδραμήκασί τι καὶ ἐν σαββάτῳ συλλέξοντες, καὶ ἠγανάκτει θεός. γέγραπται γὰρ οὕτως· ἐγένετο δὲ ἐν ἡμέρᾳ τῇ ἑβδόμῃ, ἐξῆλθόν τινες ἐκ τοῦ λαοῦ συλλέξαι, καὶ οὐχ εὗρον. εἶπε δὲ κύριος πρὸς Μωυσῆν· ἕως τίνος οὐ βούλεσθε εἰσακούειν τὰς ἐντολάς μου, καὶ τὸν νόμον μου· ἴδετε, ὁ κύριος ἔδωκε τὴν ἡμέραν ταύτην σάββατα. διὰ γὰρ τοῦτο αὐτὸς ἔδωκεν ὑμῖν τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἕκτῃ, ἄρτους δύο ἡμερῶν· καθίσεσθε ἕκαστος εἰς τοὺς οἴκους ὑμῶν, μηδεὶς ὑμῶν ἐκπορευέσθω ἐκ τοῦ τόπου αὐτοῦ τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἑβδόμῃ. καὶ τίς ἂν γένοιτο πρὸς ἡμῶν ὁ τοῖς εἰρημένοις πρέπων τε καὶ ἁρμοδιώτατος λόγος; τί δή, τὸ ἑσπέρα μὲν τὴν ὀρτυγομήτραν ἐλθεῖν, δεδόσθαι δὲ ἐν φωτὶ καὶ ὄρθρῳ τὸ

τὸ μάννα; οἶμαι δ' ἔγωγε πολυπραγμονεῖσθαι πρέπειν. καὶ περί γε τῶν ἄλλων, τί μὲν ἡ ὀρτυγομήτρα, τί δὲ καὶ τὸ μάννα κατασημαίνειεν ἄν, αἰνιγματωδῶς καὶ ὡς ἐν τύπῳ σκιᾶς. ὅτι τοίνυν σαρκικῶν ἐπιθυμιῶν οὐκ ἀπηλλαγμένη τῶν Ἰουδαίων ἡ ζωή, νοοῖτ' ἂν εἰκότως, ἐλέγξει σαφῶς τὸ ἐδώδιμα ποιεῖσθαι ζητεῖν τὰ ἐν Αἰγύπτῳ κρέα, καὶ ταῖς εἰς τοῦτο ῥοπαῖς ἐκνενικημένον, μονονουχὶ δὲ καὶ τυραννούμενον ἔχειν τὸν νοῦν. ἀλλ' οὐκ ἂν ὁρῷτο τὰ καθ' ἡμᾶς ἐν τούτοις. ἡγιάσμεθα γὰρ ἐν Χριστῷ, καὶ ἐσμὲν ἐπέκεινα σαρκικῆς ἀκαθαρσίας. ἐπιμαρτυρήσει δὲ γράφων ὁ θεσπέσιος Παῦλος· οἱ δὲ τοῦ Χριστοῦ Ἰησοῦ τὴν σάρκα ἐσταύρωσαν σὺν τοῖς παθήμασι καὶ ταῖς ἐπιθυμίαις. καὶ τί τὸ, ἐσταύρωσαν; ἀντὶ τοῦ, θανάτῳ παραδεδώκασι, νοητῷ δηλονότι, διά γε τὸ μὴ ἀνέχεσθαι κατὰ σάρκα ζῆν, μήτι μὴν ἑλέσθαι φρονεῖν τὰ πρόσκαιρα, κατανεκροῦν δὲ μᾶλλον τὰ μέλη τὰ ἐπὶ γῆς, πορνείαν, ἀκαθαρσίαν, πάθος, ἐπιθυμίαν κακήν, καὶ περιπατεῖν μὲν ἐπὶ γῆς, γλίχεσθαι δὲ σφόδρα τῶν ἄνω πολιτευμάτων. διαμέμνηται γὰρ βοῶντος γράμματος ἱεροῦ· πνεύματι περιπατεῖτε, καὶ ἐπιθυμίαν σαρκὸς οὐ μὴ τελέσητε. ἀδρανὴς οὖν ἄρα τῶν Ἰουδαίων ὁ νοῦς, καὶ ταῖς τῶν παθῶν προσβολαῖς πολὺ δὲ λίαν εὐκαταγώνιστος. ἐρᾷ γὰρ ἔτι τῶν σαρκικῶν, καὶ ἥττηται τῶν γεωδεστέρων. τουτὶ δὲ ἡμῖν, ὡς ἔφην, διὰ τῆς ὀρτυγομήτρας σημαίνεται. ὀρέγει γε μὴν ἐπιζητοῦσι θεός, οὐχ ἕλκων αὐτοὺς εἰς ἐπιθυμίας, οὔπω δὲ διδοὺς τὸ κατανεανιεύεσθαι παθῶν· ὅτι μὴ τοῖς ἐν νόμῳ τὸ ἐκπρεπὲς εἰς ζωήν, καὶ τὸ εἰς ἅπαν ἡγιασμένον, τετήρητο δὲ μᾶλλον τοῖς ἐν πνεύματι. τὸ γάρ τοι καὶ διαθήκην καινὴν ἐπηγγείλατο διὰ προφήτου θεός, οὐ κατ' ἐκείνην τὴν πρώτην, ὅτι μὴ ἔχει τὸ ἄμεμπτον· ἑτέραν δὲ καὶ πνευματικήν, τελειοῦν ἰσχύουσαν κατὰ συνείδησιν τοὺς πιστεύοντας. θέα δὲ ὥσπερ ἐν ἑσπέρᾳ τῆς ὀρτυγομήτρων γίνεται πρὸς τὴν Ἰουδαίων συναγωγὴν πτῆσις. φησὶ γάρ· ἐγένετο δὲ ἑσπέρα, καὶ ἀνέβη ὀρτυγομήτρα· πλαγίως ἡμῖν τοῦ πράγματος ὑπεμφαίνοντος, ὅτι μηδέ ἐστιν ἐν φωτὶ νοητῷ τῶν γηίνων ὁ ἐραστής, ἀλλ' ὡς ἐν νυκτὶ καὶ σκότῳ. καὶ τὸ χρῆμά ἐστιν, οὐ διεψευσμένως. ἀμαθίας γὰρ καὶ πωρώσεως, ἤγουν ἀχλύος τῆς νοητῆς ὁ τῶν Ἰουδαίων οὐκ ἀπήλλακται νοῦς. τοιγάρτοι καὶ ὁ Χριστὸς προσεφώνει λέγων· ἐγώ εἰμι τὸ φῶς τοῦ κόσμου. ἐν ἀχλύϊ δὴ οὖν καὶ ὡς ἐν σκότῳ λοιπὸν οἱ οὔπω πεπιστευκότες. οὐ γὰρ ἀφίκοντο πρὸς τὸ φῶς. ἔφη δή που περί τι τῶν Φαρισαίων καὶ τῶν ὑπὸ χεῖρα λαῶν, ὁ Χριστὸς· ἄφετε αὐτούς, τυφλοὶ γάρ εἰσιν, ὁδηγοὶ τυφλῶν. ἀφεγγὴς οὖν ἄρα τῶν Ἰουδαίων ὁ νοῦς. τοιγάρτοι νοσοῦσι

datum est? Equidem par esse arbitror, vt accuratè de his inquiramus; ac præ cæteris quid *coturnix*, quid item *manna* figuratè ac veluti in vmbræ figura significet. Quòd igitur vita Iudæorum non sit libera à carnalibus concupiscentijs, facilè quis intellexerit, euidensque argumentum fuerit, quòd carnes Ægyptiacas sibi in cibũ quærant, mentemque his delicijs victam, ac tyrãnide oppressam habeãt. Nihil verò tale in nobis inuenias: Sanctificati enim sumus in CHRISTO, atque ista carnali immunditia superiores euasimus. Quod quidẽ testatur D. Paulus ita scribens: *Qui sunt in* CHRISTO IESV, *carnem crucifixerunt cum affectibus & concupiscentijs.* Ecquid est *crucifixerunt*? nisi quòd sese tradiderint morti, spirituali nimirum, non ampliùs carnaliter viuendo, atque temporaria sapiendo; sed potiùs *mortificantes membra terrena, scortationem, immunditiam, affectum, concupiscentiam malam,* & ambulantes quidem in terra, toto autẽ pectore contendentes atque aspirantes ad vitam supernam. Meminerũt enim sacræ Scripturæ exclamantis: *Spiritu ambulate, & cõcupiscentiam carnis ne perfeceritis.* Mens igitur Iudæorum infirma est, & ab affectuum corruptionibus facilè expugnatur: quippe quæ adhuc amat carnalia, & terrena concupiscat. Hoc autem nobis, vt dixi, per coturnices significatur. Ac præbet quidem Deus cupientibus, non impellens eos ad concupiscendum, neque adhuc cõcedens fortiter affectibus resistere. Neque enim ijs qui sub lege sunt cõuenit splendor vitæ & perfecta sanctificatio, sed ijs potiùs qui in CHRISTO sunt seruatur. Vnde & *testamentum nouum* promisit Deus per Prophetam, non quale prius illud, quod non fuit omnino irreprehensibile: sed alterum, quod est spirituale, quodque perficere potest ac consummare eos qui crediderint, in conscientia. Vide autem quo pacto vesperi fiat coturnicum volátus ad Iudæorum Synagogam. Ait enim, *Factum est vespere, & ascendit coturnix*: obliquè nobis innuente figura quòd qui terrenis rebus addicti sunt, non versentur in luce intelligibili, sed tanquam in nocte ac tenebris. Atque ita omnino se res habet, quia mens Iudæorum nequaquam liberata est ab imperitia & cæcitate atque caligine intelligibili. Hinc & CHRISTVS exclamat dicens: *Ego sum lux mundi.* In caligine itaque & in tenebris sunt, qui nondum receperunt fidem, quippe qui nondum venerint ad lucem. Ait enim alibi CHRISTVS de Pharisæis & populo ipsis subiecto: *Sinite eos, cæci sunt, & duces cæcorum.* Mens igitur Iudæorum est cæca & luminis expers, ideoque carnis

Coturnices Israëlitis vesperi data, manna diluculo quid significent.

Galat. 5. 24

Crucifigere carnem quid sit.

Coloss. 3. 5.

Gal. 5. 16.

Baruch 2. 35.

Ioan. 8. 12.

Matt. 15. 14

nis affectibus laborant, & à terrenis rebus dependent. *Manna* verò censemus esse vmbram ac typũ disciplinæ ac donorũ CHRISTI, quæ è supernis sunt, neque quidquã habent terrenum; sed potiùs abhorrent ab ista carnali execratione, suntque reuera non hominũ solùm, sed angelorum etiã cibaria. Filius enim in seipso Patrem nobis manifestauit, & per ipsum eruditi sumus sanctæ & consubstantialis Trinitatis rationem, adeoque in omnem virtutis viam egregiè sumus deducti. Porro nutrimentum spiritus est, recta in his & syncera cognitio. At verò in luce ac die disciplina per CHRISTVM suppeditatur. Vnde & mãna datum est veteribus splendescente die & luce effulgente. Dies enim in nobis credentibus illuxit sicut scriptũ est; & lucifer in omniũ cordibus est exortus, & *sol iustitiæ* processit, hoc est, CHRISTVS, qui est mãnæ intelligibilis largitor. Nã quòd illud sensibile manna fuerit quasi in figura, hoc autem sit verum, CHRISTVS ipse certissimè nobis testatur, dicens ad Iudæos: *Patres vestri ederunt manna in deserto, & mortui sunt. Ille autem est panis qui è cælo descendit, vt omnis qui ex ipso edit, non moriatur. Ego sum panis viuẽs, qui è cælo descendit. Si quis ederit ex hoc pane, viuet in æternũ. Et panis quem ego dabo vobis, caro mea est, quam ego dabo pro mundi vita.* Enutrit enim nos in vitã perennẽ Dominus noster IESVS CHRISTVS, & suis ad pietatẽ præceptis, & per mysticas benedictiones. Ipse igitur reuera est per seipsum illud manna diuinũ & viuificum. Et qui ex hoc manducauerit, corruptionis expers est futurus, mortemque euasurus, non autem ij qui sensibile illud ederunt. Neque enim typus salutaris erat, sed veritatis figuram præ se ferebat. Deus autem manna instar pluuiæ desuper demittens, iubet vt vniusquisq; quantũ satis sit colligat, atque vnà colligere, si quis velit eorũ qui idẽ tabernaculũ habitant. *Singuli* enim, ait, *cum suis contubernalibus colligite, nec quidquam reliquum facite in crastinũ.* Oportet enim nos diuinis & Euãgelicis doctrinis repleri. In mensura igitur æquali paruis & magnis CHRISTVS suam distribuit gratiam, & pariter enutrit omnes in vitam, vultque vnà cum alijs cõgregare etiam infirmiores, atque ipsos pro suis fratribus desudare, adeoque illis suos ipsorum mutuare labores, & participes supernæ gratiæ efficere. Hoc, vt arbitror, est, quod ad ipsos sanctos Apostolos dixit: *Gratis accepistis, gratis date.* Plurimum enim sibi mãna colligẽtes distribuere id studuerunt ijs, qui in ijsdẽ cũ ipsis castris, hoc est in Ecclesia, degebant. Hortabantur enim discipuli, & ad omne quod præclarũ

2. Petr. 1. 19. — *Malach. 4. 2.* — *Ioan. 6. 50.* — CHRISTVS *verum manna.* — *Matt. 10. 8.*

κατὰ σαρκὸς, καὶ μονονουχὶ καὶ ἐκκρέμανται τῶν γεωδεστέρων. λογιούμεθα οὖν τὸ μάννα, σκιὰν εἶναι καὶ τύπον τῶν διὰ Χριστοῦ παιδευμάτων τε καὶ χαρισμάτων, ἃ καὶ ἄνωθέν ἐστι καὶ ἐξ οὐρανοῦ, καὶ τὸ γεῶδες οὐκ ἔχει τὸ ποθέν· ἀμοιρεῖ δὲ μᾶλλον καὶ βδελυρίας σαρκικῆς, καὶ ἔστιν ἀληθῶς οὐκ ἀνθρώπων μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀγγέλων τροφή. πεφανέρωκε γὰρ ἡμῖν ὁ υἱὸς ἐν ἑαυτῷ τὸν πατέρα, καὶ τὸν περὶ τῆς ἁγίας καὶ ὁμοουσίου τριάδος λόγον δι᾽ αὐτοῦ πεπαιδεύμεθα, καὶ εἰς πᾶσαν τρίβον ἀρετῆς εὖ μάλα πεποδηγήμεθα. τροφὴ δὲ πνευμάτων, ἡ ἐν γε τούτοις ἐστὶν ὀρθὴ καὶ ἀκίβδηλος γνῶσις. εἴη δ᾽ ἂν ὡς ἐν φωτὶ καὶ ἡμέρᾳ τῶν διὰ Χριστοῦ παιδευμάτων ἡ χορηγία. τοιγάρτοι τὸ μάννα καταπέδοθη τοῖς ἀρχαιοτέροις, διαυγαζούσης ἡμέρας, καὶ σκιδναμένου φωτός. διηύγασε γὰρ ἐν ἡμῖν τοῖς πιστεύουσιν ἡ ἡμέρα, κατὰ τὸ γεγραμμένον, καὶ φωσφόρος ἀνέτειλεν ἐν ταῖς ἁπάντων καρδίαις, καὶ ὁ τῆς δικαιοσύνης ἀνέσχεν ἥλιος, τουτέστι Χριστὸς, ὁ τοῦ νοητοῦ μάννα δοτήρ. ὅτι γὰρ ὡς ἐν εἰκόνι ἦν ἐκεῖνο τὸ αἰσθητὸν, ἔστι τοῦτο δὲ ἀληθὲς, αὐτὸς πληροφορήσει λέγων πρὸς Ἰουδαίους· οἱ πατέρες ὑμῶν ἔφαγον τὸ „ μάννα ἐν τῇ ἐρήμῳ, καὶ ἀπέθανον. οὗτός ἐστιν ὁ ἄρ- „ τος ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβαίνων, ἵνα τις ἐξ αὐτοῦ „ φάγῃ, μὴ ἀποθάνῃ. ἐγώ εἰμι ὁ ἄρτος ὁ ζῶν, ὁ „ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβάς. ἐάν τις φάγῃ ἐκ τούτου τοῦ „ ἄρτου ζήσει εἰς τὸν αἰῶνα καὶ ὁ ἄρτος ὃν ἐγὼ δώ- „ σω, ἡ σάρξ μου ἐστὶν, ἣν ἐγὼ δώσω ὑπὲρ τῆς τοῦ „ κόσμου ζωῆς. ἀποτρέφει γὰρ ἡμᾶς εἰς ἀμήρυτον ζωὴν ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, καὶ ταῖς εἰς εὐσέβειαν ὑποθήκαις, καὶ δι᾽ εὐλογίας τῆς μυστικῆς. αὐτὸς οὖν ἄρα καὶ δι᾽ αὐτοῦ τὸ μάννα τὸ θεῖον καὶ ζωοποιὸν ἀληθῶς. καὶ τοῦτο ὁ καταδηδοκὼς, ἀμείνων ἐστὶ φθορᾶς, καὶ † ὑπαλείται θάνατον· οὐχ οἱ φαγόντες τὸ αἰσθητόν. οὐ γὰρ ἦν ὁ τύπος σωτήριος, ὑπεπλάττετο δὲ τῆς ἀληθείας τὴν μόρφωσιν. ἐκέλευσε δὲ τὸ μάννα ὁ θεὸς ὑετοῦ δίκην ἄνωθεν καθιεὶς τὸ ἀποχρῶν ἑκάστῳ συλλέγειν, συναγείρειν δὲ εἴπερ ἐθέλοιντό τινες, καὶ τοῖς τὴν αὐτὴν οἰκοῦσι σκηνήν. ἕκα- „ στος γάρ φησι, σὺν τοῖς συσκήνοις ὑμῶν συλλέ- „ ξατε, καὶ οὐ καταλείψετε, φησιν, ἀφ᾽ αὐτοῦ εἰς τὸ „ πρωΐ. χρὴ γὰρ ἡμᾶς τῶν θείων τε καὶ εὐαγ- „ γελικῶν ἀναπίμπλασθαι μαθημάτων. ἐν ἴσῳ δὴ μέτρῳ μικροῖς καὶ μεγάλοις διανέμοντος ἡμῖν τοῦ Χριστοῦ τὴν παρ᾽ ἑαυτοῦ χάριν, καὶ ὁμοίως ἅπαντας ἀποτρέφοντος εἰς ζωήν· συναγείρειν τοῖς ἄλλοις ἐθέλοντες σὺν εὐσθενεστέρους. καὶ ἱδροῦν ὑπὲρ ἀδελφῶν, καὶ σὺν ἰδίους αὐτοῖς ἐκδανείζειν πόνους, καὶ τῶν ἄνωθεν χαρισμάτων ποιεῖν τε κοινωνούς. καὶ τοῦτο εἶναι οἶμαι τὸ πρὸς αὐτοὺς εἰρημένον τοὺς ἁγίους ἀποστόλους, „ δωρεὰν ἐλάβετε, δωρεὰν δότε. μονονουχὶ γὰρ „ πλεῖστον ἑαυτοῖς τὸ μάννα συλλέγοντες, διανέμειν ἐσπούδαζον τοῖς τὴν αὐτὴν οἰκοῦσι σκηνὴν, τουτέστι τὴν ἐκκλησίαν. διετέλουν γὰρ οἱ θεσπέσιοι μαθηταὶ, νουθετοῦντες εἰσηγούμενοι πρὸς πᾶν

† ἄλ. ὑπεραλεῖται

ὅπερ

ὅτι οὖν ἀποφέροντες τῶν ἐπαινουμένων, καὶ ἀφθόνως ἅπασι παραπιθέντες εἰς μέθεξιν, ἣν αὐτοὶ παρὰ Χριστοῦ πεπλουτήκασι χάριν. καὶ γοῦν ὁ μακάριος Παῦλος ἐπιστέλλει τισίν, » ἐπιθυμῶ γὰρ ἰδεῖν ὑμᾶς, ἵνα τι μεταδῶ ὑμῖν χάρισμα πνευματικὸν εἰς τὸ στηριχθῆναι ὑμᾶς. εἰ δὲ δὴ νοοῖτο καθ' ἕτερον τρόπον, τὸ ἕκαστος σὺν τοῖς συσκηνίοις ὑμῶν συλλέξατε, τουτέστι, μὴ χύδην ἅπαντες, μηδὲ ἀναμὶξ, ἀλλὰ κατὰ γένος ἤτοι κατὰ σκηνὰς ποιείσθωσαν τὴν συγκομιδὴν, τοιῶσδε νοήσεις. χρὴ γὰρ ἡμᾶς τοῖς ὁμοπίστοις, ὁμοῦ τῶν θείων ἐμφορεῖσθαι λόγων, καὶ ζητεῖν τὸ μάννα τὸ νοητόν· οὐ τοῖς ἑτερόφροσι, μονονουχὶ δὲ καὶ ἀλλογενέσιν ἀσυνέτως συναποφέρεσθαι. ὃ δὴ καὶ ποιοῦμεν, ἀποσοβοῦντες μὲν ἐκκλησιῶν τοὺς ἑτεροδόξους καὶ διεστραμμένους· ὁμοῦ δὲ τοῖς κατὰ πίστιν οἰκείοις τὰς ἐξ οὐρανοῦ πλουτοῦντες τροφάς. εἴρηται δὲ μὴ καταλιμπάνειν εἰς τὸ πρωΐ. τοῦ νόμου πάλιν ὑπεμφαίνοντος, ὅτι τὸ κεχρῆσθαι τοῖς τύποις παρῳχηκότος τοῦ χρόνου καθ' ὃν ἦσαν ἔτι χρήσιμοί τε καὶ ἀναγκαῖοι, πάντη τε καὶ πάντως ὑπὸ κρίσιν ἄγει καὶ κόλασιν. ἐξέζεσε γὰρ σκώληκας τὸ τετηρημένον. κολάσεως τε καὶ φθορᾶς μήνυσις ἂν εἴη καὶ αὕτη σαφής. ἔσονται γὰρ πάντες ὑπὸ φθορὰν καὶ κόλασιν οἱ τηροῦντες τὴν σκιὰν μετὰ τὴν τῆς ἀληθείας ἀνάδειξιν. ὁποῖόν τι πεπονθέναι φαμὲν τοὺς οἷς ὁ μακάριος γράφει Παῦλος· » κατηργήθητε ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ, οἵτινες » ἐν νόμῳ δικαιοῦσθε, τῆς χάριτος ἐξεπέσατε. » καὶ πάλιν· ἐναρξάμενοι πνεύματι, νῦν σαρκὶ » ἐπιτελεῖσθε· τοσαῦτα ἐπάθετε εἰκῆ, εἴγε » καὶ εἰκῆ. οὐκοῦν ἀποφάσκει φυλάττειν, εἰς τὸ πρωΐ· ἵνα διὰ τοῦ πρωΐ, τὸν μετὰ τὸν νόμον νοήσῃς καιρὸν, καθ' ὃν ἡ τοῦ Χριστοῦ πέφηνε παρουσία, καὶ τὸ θεῖον ἡμῖν ἀνέλαμψε φῶς. ἀλλ' ἐτήρουν εἰς τὸ πρωΐ, σαββατίζειν μέλλοντες οἱ ἐξ Ἰσραὴλ, καὶ τοῦτο θεοῦ προστάττοντος. τί δὴ οὖν ἄρα ἐστὶ τὸ φυλάττεσθαι μὲν τὸ τοῦ σαββάτου προσυλλεχθὲν, μὴ μὴν ἔτι καὶ διαφθείρεσθαι, μηδὲ τοῖς τετηρηκόσιν ἐπιπικραίνεσθαι τὸν Μωσέα; ἀφιγμένοι γὰρ διὰ πίστεως εἰς τὸν ἐν Χριστῷ νοούμενον σαββατισμὸν, τουτέστιν εἰς ἀργίαν τε καὶ κατάληξιν τὴν ἐξ ἁμαρτιῶν, οὐχ ὡς ἄχρηστον παραιτούμεθα τὴν προσσωρευθεῖσαν ἐν ἡμῖν, καὶ οἱονεὶ ἀνατεθεῖσαν τοῦ νόμου παιδείαν, χειραγωγοῦσαν ἡμᾶς εἰς Χριστόν. παιδαγωγὸς γὰρ ὁ νόμος· ἔχοντες δὲ μᾶλλον αὐτὸν ὁμοῦ τοῖς εὐαγγελικοῖς παιδεύμασιν, οὐκ ἐσόμεθα μακρὰν τοῦ ἐπαινεῖν πρέπειν· καὶ τοῦτο δρῶσι θεὸς οὐκ ἐπιπικραίνεται. καὶ γοῦν ὁ σωτὴρ τοῦτο διδάσκων αὐτὸς λέγει ἡμῖν· » ὅτι πᾶς γραμματεὺς μαθητευθεὶς τῇ βασιλείᾳ τῶν » οὐρανῶν, ὅμοιός ἐστιν ἀνθρώπῳ οἰκοδεσπότῃ, » ὅστις ἐκβάλλει ἐκ τοῦ θησαυροῦ αὐτοῦ καινὰ » καὶ παλαιά. ἀνέγκλητον οὖν τὸ προσσωρευθὲν ἐν ἡμῖν μάννα διὰ τοῦ νόμου, κἂν εἰ ἐν

est deducebant, & gratiam quam à CHRISTO consecuti erāt, vbertim omnibus communicabant. Hinc B. Paulus quibusdam ita scribit: *Cupio vos videre, vt impertiam vobis gratiam spiritualem ad vos confirmandos.* Cæterùm si hæc verba *(singuli vnà cum contubernalibus colligite)* alia ratione accipiantur, hoc est vt non promiscuè omnes, nec gregatim, sed secūdùm genus & tentoria sua colligāt, tum huiusmodi sensu ea intelliges. Oportet enim illos qui nobiscum communicant fide, saturare diuinis præceptis, ipsisque manna intelligibile conquirere; nequaquā cum istis qui à nobis dissentiunt, & quodammodo alienigenæ sunt, comportare. Quod quidem facimus, cùm arcemus ab Ecclesia eos qui diuersa à nobis sentiunt & peruersi sunt: cum ijs verò qui domestici sunt secundùm fidem, cæleste alimētum affatim sumimus. Interdicitur autē eis, ne quid reliquum faciant in diem crastinum. Quo iterum lex subindicat, quòd vsum typorū, tēpore quo vtiles ac necessarij erant elapso, iudicio ac pœnæ subijciat. *Computruit* enim *vermibus id quod reseruatum fuerat.* Fuerit autem hæc manifesta pœnæ & corruptionis significatio. Nam qui vmbræ post ostensam veritatē acquiescunt, corruptionem omnino ac pœnas sunt incursuri. Eiusmodi quid accidisse asserimus illis de quibus B. Paulus scribit: *Euacuati estis à* CHRISTO, *qui per legem iustificamini, gratia excidistis.* Et rursus: *Cùm cœperitis spiritu, nunc carne consummamini. Tanta passi estis frustra, si tamen frustra.* Vetat igitur in crastinum seruari, vt sic per crastinum intelligas tempus post legem, in quo CHRISTVS apparuit, & diuina lux nobis illuxit. Cæterùm Israëlitæ sabbatū celebraturi reseruabant in crastinū, idq; Deo præcipiente. Quid igitur est, quòd collectum ante sabbatum custodiatur, nec pereat, neque Moyses illis qui reseruarūt succenseat? Nam ingressi per fidem in sabbatismū, qui in CHRISTO intelligitur, hoc est, in otium & cessationē à peccatis; non tanquā inutilem abijciamus collectam in nobis ac quasi repositā legis disciplinā, quæ nos ducit ad CHRISTVM; (lex enim pædagogus est) sed potiùs cū habeamus eā institutionibus Euangelicis coniunctam, non longè certè absuturi sumus ab hoc, vt etiā nos hoc nomine laudari par sit; tantum abest, vt Deus nobis hoc facientibus succenseat. Vnde Saluator ipse ita nos docet: *Propterea*, inquit, *dico vobis, quòd omnis scriba doctus ad regnum cælorum, similis est patrifamilias, qui eruit è thesauro suo noua & vetera.* Manna igitur à nobis priùs per legem collectum vacat reprehēsione, siquidem in

Rom. 1. 11.

Exodi 16.

Typi ac figura quando vtiles & fecti.

Gal. 5. 4.

Gal. 3. 3.

Crastinū, tempus post legem significat.

Matt. 13. 52

sabbatismum intelligibilẽ reseruetur. Nos enim, qui in CHRISTO sabbatũ celebramus, ideo versamur in vmbris Mosaicis, vt in ipsis inquiramus veritatem. Execrabile autẽ erat, supplicioque obnoxium si quis in sabbato colligeret, quin potiùs Deus tum nullũ demittebat manna. Cùm enim in CHRISTO spiritaliter sabbatum celebremus, ea quę in figuris sunt, nõ ampliùs colligemus. Neque enim carnalem subibimus circumcisionem, neque oues aut boues sacrificabimus, sed potiùs reijciemus typorum crassitudinem, cùm ipsam habeamus veritatem, hoc est, CHRISTVM. Copiosus igitur satis ac manifestus, vt arbitror, sermo de his habitus est. Cæterùm cùm in libro, cui titulus est *Numeri*, inuenerimus caput, quod & alias narrationum appendices continet, necessarium fore putaui non indiscussa omittere illa, quę in hoc Exodi libro silentio sunt prætерita. Siquidem lectoribus ita maius accessurum est emolumẽtum. Ita autem habetur: quòd *vulgus promiscuum inter ipsos concupierit concupiscentia, & sedentes fleuerint filij Israel, & dixerint: Quis dabit nobis carnes? Recordati sumus pisces quibus vescebamur in Aegypto gratis, & † ficus & pepones & porrum & cepe & allium. Nunc autem anima nostra exiccata est, neque oculi nostri quidquã nisi manna conspiciunt.* Deinde his subiungit: *Et audiuit Moyses ipsos flentes per totum populum ad sua quemque ostia. Et iratus est furor Domini valde, & Moysi etiam † videbatur malum.* Vide igitur quàm leuis & mobilis sit Israël, & quòd neminẽ queat iuuare, sed tanta laboret infirmitate, & in ijs solũ, quæ ad se pertinẽt, versetur. Promiscuus enim populus absurdissima atque execrabili imprimis cupiditate erat inflammatus: ij verò, quos par erat ipsos increpare, suadereque vt meliora cogitarẽt, grauiùs laborãt. Idcirco diuinus Moyses non parum animo concidit, atque apertè ad Deum ait, se solũ adeò grauem atque intolerabilem laborem ferre nõ posse. Ad probationem verò huius rei arduitatem impossibilitatemque suppeditandi carnes in deserto attulit; dicens: *Vnde mihi licebit dare huic populo carnes edendas?* Cùm autem eò mœroris venisset vt sibi ipsi mortẽ expeteret (ait enim, *Si tu sic facis, occide me occisione, ne aspiciam afflictionem hanc*) sustinet Deus, & coadiutores quosdam ipsi deligi iubet, quibuscũ totius congregationis curam communicet, viros numero septuaginta. *Dixit* enim *ad Moysem*: *Congrega mihi septuaginta viros ex senioribus Israël, quos ipse nouisti quòd sint seniores populi ac † scribæ ipsorum, & duc eos ad tabernaculum testimonij, & stabunt ibi tecum, & descendam, & loquar ibi*

Num. 11. 4.

† Vulgata: cucumeres. LXX. σικυὺς.

Num. 11. 10

† Vulgata: intoleranda res visa est.

Num. 11. 14

Num. 11. 13.

Ibid. 15.

Num. 11. 16.

† Vulgata: magistri.

τῷ νοητῷ τηρεῖται σαββατισμῷ. περιτυγχάνομεν μὲν γὰρ ταῖς διὰ Μωυσέως σκιαῖς οἱ ἐν Χριστῷ σαββατίζοντες, ἵνα τὴν ἐν αὐταῖς ζητῶμεν ἀλήθειαν. ἐπάρατον δὲ καὶ ὑπὸ δίκην ἔπιθει τὸ ἐν σαββάτῳ συλλέγειν, μᾶλλον δὲ οὐ καθίει τὸ μάννα ὁ θεός. σαββατίζοντες γὰρ ἐν Χριστῷ νοητῶς, τὰ ἐν τύποις μὲν οὐκέτι συλλέξομεν. οὐ γὰρ σαρκικῆς ἀνθεξόμεθα περιτομῆς, οὐδὲ βόας ἢ πρόβατα καταθύσομεν, παρωσόμεθα δὲ μᾶλλον τὸ παχὺ τῶν τύπων, αὐτὴν ἔχοντες τὴν ἀλήθειαν, τουτέστι Χριστόν. ἀποχρῶν μὲν οὖν, καθάπερ ἐγῷμαι, καὶ σαφὴς ἔν γε τοῖς προκειμένοις ἡμῖν πεποίηται λόγος. ἐπειδὴ δέ περ ἐν βιβλίῳ τῷ ἐπίκλην Ἀριθμοῖς καὶ ἑτέραις δὲ διηγημάτων προσθήκαις ἔχοντες εὑρίσκομεν τὸ κεφάλαιον, δεῖν ᾠήθην ἀναγκαίως, οὐκ ἀβασάνιστα παρελθεῖν τὰ ἐν τῇ ἐξόδῳ σεσιγημένα. εἴη γὰρ ἂν οὕτω τοῖς ἐντυγχανομένοις ἀμφιλαφεστέρα μᾶλλον ἡ νόησις. γέγραπται τοίνυν ὅτι καὶ ὁ ἐπίμικτος ὁ ἐν αὐτοῖς ἐπεθύμησεν ἐπιθυμίαν, καὶ καθίσαντες ἔκλαιον καὶ οἱ υἱοὶ Ἰσραήλ, καὶ εἶπαν· τίς ἡμᾶς ψωμιεῖ κρέα. ἐμνήσθημεν ἰχθύας οὓς ἠσθίομεν ἐν Αἰγύπτῳ δωρεάν, καὶ τοὺς σικυὺς, καὶ τοὺς πέπονας, καὶ τὰ πράσα, καὶ τὰ κρόμμυα, καὶ τὰ σκόροδα. νυνὶ δὲ ἡ ψυχὴ ἡμῶν κατάξηρος, οὐδὲν πλὴν εἰς τὸ μάννα οἱ ὀφθαλμοὶ ἡμῶν. εἶτα τούτοις ἐπιφέρει· καὶ ἤκουσεν Μωυσῆς κλαιόντων αὐτῶν κατὰ δήμους αὐτῶν, ἕκαστον ἐπὶ τῆς θύρας αὐτοῦ. καὶ ἐθυμώθη ὀργῇ κύριος σφόδρα, καὶ ἔναντι Μωυσῆ ἦν πονηρόν. ἄθρει δὴ οὖν ὅπερ εὐπαράγωγος λίαν ὁ Ἰσραήλ, καὶ οὐχ ὅπερ ἑτέροις ὠφελεῖν οἷός τε. νοσεῖ δὲ τὸ ἄναλκι, καὶ ἐν μόνοις τοῖς καθ' ἑαυτόν. κατηρρώστησε μὲν γὰρ ὁ ἐπίμικτος τὴν ἐκτοπωτάτην οὕτω καὶ βδελυρωτάτην ἐπιθυμίαν. οὓς δὲ ἦν εἰκὸς ἐπιτιμήσειν αὐτοῖς, ἀναπεισθῆναί τι μᾶλλον φρονεῖν ἑλέσθαι τὰ πρεπωδέστερα, νοσοῦσι χειρόνως. καὶ ἀλύει μὲν οὐ μετρίως ὁ θεσπέσιος Μωυσῆς. ἔφη δὲ ἐναργῶς πρὸς τὸν τῶν ὅλων θεόν, ὡς οὐκ ἂν ἰσχύσειε μόνος τὸν οὕτω διαβριθῆ καὶ δύσοιστον ἀνατλῆναι πόνον. εἰς ἀπόδειξιν δὲ τοῦ πράγματος, καὶ τὸ λίαν ἀμήχανον καὶ δυσπόριστον παρεκόμιζε λέγων· πόθεν μοι δύναται τῷ λαῷ τούτῳ κρέα φαγεῖν; δυσθυμίας δὲ εἰς τοῦτο ἤδη καθηγμένος ὡς ἤδη πως ἀποβιῶναι θέλων· εἰ γὰρ οὕτω σὺ ποιεῖς μοι, φησίν, ἀπόκτεινόν με ἐν ἀναιρέσει, ἵνα μὴ ἴδω μου τὴν κάκωσιν. ἀνέχει καὶ ἀπολέκτους ποιῆσαι κελεύει τοὺς συλληψομένους αὐτῷ, καὶ συμμεθέξοντας τῆς φροντίδος ἀπὸ πάσης τῆς συναγωγῆς, ἄνδρας τὸν ἀριθμὸν ἑβδομήκοντα. εἶπε γὰρ κύριος πρὸς Μωυσῆν· συνάγαγέ μοι ἑβδομήκοντα ἄνδρας ἀπὸ τῶν πρεσβυτέρων Ἰσραήλ, οὓς αὐτὸς οἶδας ὅτι οὗτοί εἰσι πρεσβύτεροι τοῦ λαοῦ, καὶ γραμματεῖς αὐτῶν, καὶ ἄξεις αὐτοὺς πρὸς τὴν σκηνὴν τοῦ μαρτυρίου, καὶ στήσονται ἐκεῖ μετὰ σοῦ, καὶ καταβήσομαι, καὶ λαλήσω ἐκεῖ

μετὰ

» μετὰ σοῦ, καὶ ἀφελῶ ἀπὸ τοῦ πνεύματος τοῦ
» ἐπὶ σοί, καὶ θήσω ἐπ' αὐτούς. καὶ συναντιλή-
» ψονται μετὰ σοῦ τὴν ὁρμὴν τοῦ λαοῦ. καὶ οὐκ
» οἴσεις αὐτοὺς σὺ μόνος. οὗ δὴ γεγονότος, παρεστή-
σατο γὰρ εὐθὺς τοὺς τῶν ἄλλων διαπρεπεστέρους, ἁ-
γίου μὲν αὐτοὺς ἐμπίμπλησι πνεύματος ὁ τῶν
ὅλων θεός. εἶτα μετὰ τοῦτο τῶν κλαιόντων ἐπι-
θυμίαις ἐνδιδούς, καθίει μὲν αὐτοῖς τὴν ὀρτυγο-
μήτραν. οἱ δὲ κύκλῳ τῆς παρεμβολῆς σωρηδὸν
ὄντες, κειμένην συναγείρουσι μὲν γεγηθότες εὖ
μάλα. κατεδηδόκασι δὲ θηριοπρεπῶς, κόρου
καὶ αὐταρκείας ἠφειδηκότες. συνειλεγμένης δὲ
αὐτοῖς καὶ ἀληλισμένης πλήθους ἀμετρήτου
στρουθίων, καὶ παραταθείσης τῆς κρεοφαγίας εἰς
μηνὸς ἡμέρας, τελευταία λοιπὸν ἐπισκήπτει
» νόσος. καὶ ὡς ὁ προφήτης φησίν, ἐπλάτυνεν ὁ
» ᾅδης τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, καὶ διήνοιξε τὸ στόμα
» αὐτοῦ, τοῦ μὴ διαλιπεῖν. τὰ κρέα γάρ φησιν ἦν
» ἔτι ἐν τοῖς ὀδοῦσιν αὐτῶν, πρὶν ἐκλιπεῖν. καὶ κύ-
ριος ἐθυμώθη εἰς τὸν λαόν, καὶ ἐπάταξε κύριος τὸν
λαὸν πληγὴν μεγάλην σφόδρα. καὶ ἐκλήθη τὸ
ὄνομα τοῦ τόπου ἐκείνου, μνήματα τῆς ἐπιθυμίας, ὅτι
ἐκεῖ ἔθαψαν τὸν λαὸν τὸν ἐπιθυμητήν. ἐνδέοντος
γὰρ αὐτοῖς τῶν ἀγαθῶν οὐδενός, ἀλλὰ καί τοι με-
τὸν αὐτοῖς πλουσίως ταῖς τοῦ μάννα χορηγίαις
ἀδιαβλήτως ἐντρυφᾶν, κρεῶν ἐρῶσι καὶ πρά-
σων. σικυοὺς καὶ πέπονας ὀνομάζουσι. κρόμμυά τε
καὶ σκόροδα. τοιγάρτοι φαγόντες, οὐκ εἰς μα-
κρὰν διολώλασι. δίδωσι μὲν γὰρ τὴν ὀρτυγομή-
τραν θεός, οὐκ ἐπαινῶν τὴν ἐπιθυμίαν, πληρο-
φορῶν δὲ μᾶλλον διὰ πραγμάτων, ὡς οὐδὲν ἀ-
μήχανον αὐτῷ. κολάζει δὲ μετὰ τοῦτο λοιπὸν ἀκο-
λούθως, αἰσχραῖς ἐναλόντας ἡδοναῖς. πεπόνθα-
σι δὲ κατὰ τὸν τῆς ἐπιδημίας τοῦ σωτῆρος ἡμῶν και-
ρὸν οἱ τάλανες Ἰουδαῖοι. σκιαὶ γὰρ τούτων ἐκεῖ-
να, καὶ τύποι προανεφαίνοντο τῶν ὑστέρων τὰ
πάλαι συμβεβηκότα. καθηγμένου γὰρ ἡμῖν ἄ-
νωθεν καὶ ἐξ οὐρανοῦ τοῦ ἀληθεστέρου μάννα, Χρι-
στοῦ, καὶ ἀποτρέφειν οἷόν τε καὶ ὑπισχνουμένου
πρὸς ἀκήρυτον ζωὴν τῶν ἐπιγείων τὴν χρῆ-
σιν, τὴν κατὰ κόσμον ἀληθῶς, καὶ ὑδαρεστέραν
ἀσυνετῶς αἱρησάμενοι προσκεκρούκασιν ἀνα-
γκαίως, καὶ οὐχὶ δὴ μόνῳ τῷ τῶν ὅλων θεῷ,
ἀλλὰ καὶ αὐτῷ δὴ τῷ θεσπεσίῳ Μωυσῇ. γέγρα-
πται γάρ. ὅτι καὶ ἐθυμώθη κύριος ὀργῇ εἰς τὸν λαὸν
αὐτοῦ, καὶ ἔναντι Μωυσῆ ἦν πονηρόν. ἕπεται
γὰρ ἀεὶ ταῖς τοῦ θεοῦ ψήφοις τῶν ἁγίων ὁ νοῦς.
ὅτι μὲν οὖν τῶν ἄνωθεν ἀγαθῶν τὰ πρόσκαιρά τε
καὶ σαρκικὰ προτετίμηκε πανταχῇ τῶν Ἰουδαίων ὁ
δῆμος, ἀναμάθοι τις ἂν τῆς εὐαγγελικῆς παρα-
βολῆς. οἱ μὲν γὰρ δειπνοκλήτορες συναγείρειν
ἤθελον εἰς τοὺς γάμους. οἱ δὲ ἀπώχοντο, φησίν,
ὃς μὲν ἐπὶ τὸν ἴδιον ἀγρόν, ὃς δὲ ἐπὶ τὴν ἐμπορίαν
αὐτοῦ. καὶ ἦν ἡ παραίτησις, τῷ μέν, ὅτι γυναῖκα
ἔγημα, τῷ δέ, ὅτι ἀγρὸν ἠγόρασα, καὶ οὐ δύναμαι
ἐλθεῖν. ὅτι δὲ καὶ αὐτὸς τὸ τῶν Ἰουδαίων ἀπει-
» θείας κατακέκραγεν ὁ Μωυσῆς, πιστώσεται λέ-
» γων ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός. μὴ δοκεῖτε
ὅτι ἐγὼ κατηγορήσω ὑμῶν πρὸς τὸν πατέρα· ἔστιν

cum ipsis. Et auferam a spiritu qui in te est, & impertiam eis, & tecum portabunt † *populi impetum, nec tu eos solus sustinebis.* Quo facto adduxit statim præ alijs eminentiores, quos huius vniuersi Deus impleuit Spiritu sancto. Deinde verò indulgēs cupiditatibus flentium, demisit ipsis coturnicem. At isti cumulatim circa castra versantes cùm viderent eam iacere, læti admodū collegerunt. Deuorarunt autem more beluino, nulla satietatis ratione habita. Congregata autem & capta ab ipsis immēsa auium multitudine, & esu carnis per totum mensem durante, tandem lethalis eos morbus inuasit, & vt Propheta ait: *Infernus dilatauit animam suam, & aperuit os suum* † *vt non deficerent. Carnes* enim *erant adhuc intra dentes ipsorum, antequam deficerent.* Ideoque Dominus iratus populo, percussit eum plaga magna, vocatumque est nomen loci illius, *Monumentum concupiscentiæ,* quia ibi sepelierunt populum concupiscentem. Cùm enim nullius boni inopia laborarent, possentque affatim mannæ delicijs perfrui: tamen insuper carnes appetunt, & porra & ficus & pepones vocant, itemque cæpas & allia. Vnde haud ita multo postquam manducassent, interierunt. Nam Deus dat quidē coturnicem, non approbans eorum concupiscētiam; sed p[illegible]ius certissima fide eis persuadens quòd nihil ipsi sit impossibile. Ideoque confestim punit turpibus voluptatibus captos. Simile quid miseris Iudæis accidit tēpore aduētus Saluatoris: vmbra enim & typi fuerunt illa quæ tum præmonstrata fuerūt, futurorum. Cùm enim ipsi vero mānæ, hoc est CHRISTO qui descendit è cælo, & potest nos omnes enutrire, promittitque vitam æternam, prætulerint vsum terrenorū putidum atque insulsum; offenderūt necessariò non solum Deum, verùm etiam ipsum diuinum Moysem. Scriptum est enim: *Iratus est furor Domini contra populum suum, & Moysi item videbatur malū.* Mens enim sanctorum semper Dei voluntatem sequitur. Quòd autem populus Iudaicus, omni ex parte supernis bonis præferat temporaria & carnalia, facilè quis ex Euangelica parabolà didicerit. Serui enim qui conuiuas inuitabant, aduocare quidē illos volebant ad nuptias: ipsi verò abierunt, alius in agrum suum, alius ad negotia sua; excusantes se, hic quidē, quòd vxorem duxisset; ille verò, quòd agrū comparasset, ideo non possumus venire. Porrò quòd & ipse Moyses de inobediētia Iudæorum conquestus sit, confirmat Dominus noster IESVS CHRISTVS, ita dicens: *Ne existimetis quòd ego sim vos accusaturus apud Patrem. Est*

† Vulgata: populi onus, & nō tu solus grauaris.

Isai. 5. 14.

† Vulgata: absque illo termino.

Num. 11. 33.

Psal. 77. 30.

Luca 14.

Ioan. 5. 45.

qui vos accuset Moyses, in quem vos sperauistis. Si enim crederetis Moysi, crederetis & mihi. Nam de me ille scripsit. Ac graue quidem & arduũ censebat Moyses, diutiùs ferre Israëlem. Idcirco Deus sanctificauit etiam alios numero LXX. vt iam diximus. Nam lex sola, cuius typum gerit Moyses, manu ducere non valet: vnde & alij LXX. deliguntur, qui id quod deest suppleant, & veluti in numero perfecto cernãtur. Hanc enim perfectionẽ significat numerus septuagenarius. At quinã sunt septuaginta? Qui per CHRISTVM post Moysen sunt cõstituti ad ducendum populum, quorum primitiæ & patres sunt sancti discipuli. Deus autẽ dicitur auferre de spiritu qui est in Moyse, cumq; immittere in electos non aliam ob causam quã, vt credamus, quòd Deus vno & sancto Spiritu omnes, & qui ante nos fuerũt, & nos sanctificet. Quoniam enim est vnus Pater, vnus itẽ Filius, ita quoque vnus est Spiritus sanctus, qui in Prophetis & in nobis vnus est. Cùm ergo vnus sit, nullo modo secundũ diuisionem intelligatur in multis; sed est indiuiduus, etiam in multiplici donorũ distributione, & perfectè se habens in omnibus. Obseruãdum autem est, quòd huius vniuersi Deus iusserit quidẽ eligere numero septuaginta. Cæterùm hic numerus non completur. Defuerunt enim duo Modad & Eldad Deficientes autem etiam hos replet Deus Spiritu. Prophetarunt enim in castris. Vnde quidã qui circa Moysem erant eos ęmulantur, & summoueri debere dicebant. Verùm is præuidens mysterium CHRISTI, *Quis det,* inquit, *vt omnis populus Domini prophetet, quando dederit Dominus spiritum suũ in eos.* Intelligemus autem ex his quòd lex multos ceperit & adduxerit Deo ad CHRISTI mysterium erudiens. Cæterùm non omnes adducere potuit: deficiẽtes autẽ etiam hos sanctificauit CHRISTVS. Vocati enim sunt ex Gentibus ad veritatis cognitionẽ, non per Moysem aut legẽ, sed potiùs virtute Dei ac Patris qui ignorantibus reuelauit suam imaginẽ, hoc est Filiũ: vocatos autem sanctos etiam effecit vngens spiritu. At qui sub lege sint æmulantur illos qui in CHRISTO sunt, & fide iustificati sanctificatique spiritu. Cæterùm gauisus est Moyses præcognito mysterio. Non igitur sapiunt ea quæ Moysis sunt populi Iudæorum sanctos CHRISTI æmulantes. Reuocantes itaque sermonem ad id quod initio agebatur, dicimus primo capite apertè ostensum esse quòd Iudęorum populus sit carnalis. Diuersus autem ac reuera melior ille qui in fide & in CHRISTO, quia illud sensibile manna adumbrabat & typum gerebat.

Deus quo pacto dicatur auferre de spiritu Moysis.

Spiritus in Prophetis & nobis vnus est.

Num. 11. 26.

Num. 11. 29

ὁ κατηγορῶν ὑμῶν Μωυσῆς, εἰς ὃν ὑμεῖς ἠλπίκατε. εἰ γὰρ ἐπιστεύετε Μωυσῇ, ἐπιστεύετε ἂν ἐμοί· περὶ γὰρ ἐμοῦ ἐκεῖνος ἔγραψε. καὶ φορτικὸν μὲν λίαν ἡγεῖτο Μωυσῆς, τὸ ὑπενεγκεῖν ἔτι δύνασθαι τὸν Ἰσραήλ. ἡγίαζε δὲ ὁ θεὸς ἑτέρους τὸν ἀριθμὸν ἑβδομήκοντα, καθάπερ ἤδη προείπομεν. μόνος γὰρ ἡμᾶς ὁ νόμος, οὗ καὶ τύπος νοοῖτ᾽ ἂν εἰκότως ὁ Μωυσῆς, χειραγωγεῖν οὐχ οἷός τε. ταύτῃ τοι καὶ ἕτεροι ἑβδομήκοντα χειροτονοῦνται πολλοί, τὸ ἐλλεῖπον ἐκείνῳ πληρώσοντες, καὶ ὡς ἐν τελείῳ πεφήνασιν ἀριθμῷ. τοῦδε γὰρ ἂν εἴη σημαντικὸν, ὁ ἑβδομηκοντα ἀριθμός. καὶ τίνες οὗτοι δὴ πάλιν; οἱ μετὰ Μωσέα διὰ Χριστοῦ πρὸς τὸ καθηγεῖσθαι παρενηνεγμένοι, ὧν καὶ ἀπαρχὴ καὶ πατέρες οἱ θεσπέσιοι μαθηταί. ἀφελεῖν δὲ λέγεται θεὸς ἀπὸ τοῦ πνεύματος τοῦ ὄντος ἐπὶ Μωσέα, καὶ ἐνεῖναι τοῖς ἐξειλεγμένοις, καὶ οὐχ ἑτέραν τινὰ χάριν, ἢ ἵνα πιστεύσωμεν ὅτι τῷ ἑνὶ καὶ ἁγίῳ πνεύματι, τοὺς τε πρὸ ἡμῶν ἁγίους καὶ ἡμᾶς αὐτοὺς ἁγιάζει θεός. ὥσπερ γὰρ εἷς ἐστιν ὁ πατὴρ, εἷς δὲ ὁμοίως καὶ ὁ υἱὸς, οὕτω καὶ ἓν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, τό τε ἐν προφήταις, καὶ ἐν ἡμῖν. ἓν δὲ ὑπάρχον οὐ κατὰ διαίρεσιν ἐν πολλοῖς ἐννοοῖτ᾽ ἂν εἰκότως, ἀλλ᾽ ἔστιν ἀμέριστον καὶ ἐν πολλῇ χαρισμάτων διανομῇ, καὶ τελείως ἔχον ἐν πᾶσιν. ἐπιτηρητέον δὲ ὅτι τὸν ἀριθμὸν ἑβδομήκοντα τοὺς ἐξειλεγμένους συναγείρειν ἐκέλευεν ὁ τῶν ὅλων θεός. ἀθροίζεται δὲ οὐχ εἰς πλήρες ἀριθμός. ἐλλελοίπασι γὰρ δύο Μωδὰδ καὶ Ἐλδάδ. ὑστερίζοντας δὲ καὶ τούτους ἐπίπλη θεὸς τοῦ πνεύματος. προεφήτευσαν γὰρ ἐν τῇ παρεμβολῇ. καὶ ζηλοῦσι μέν τινες τῶν ἀμφὶ Μωσέα, καὶ δὴ καὶ εἴργεσθαι δεῖν ἔφασκον αὐτούς. ὁ δὲ τὸ τοῦ Χριστοῦ προαναθρῶν μυστήριον· τίς δώῃ φησὶ τῷ λαῷ κυρίου προφήτας, ὅταν δῷ κύριος τὸ πνεῦμα αὐτοῦ ἐπ᾽ αὐτούς; συνήσομεν δὲ καὶ διὰ τούτων, ὅτι στοιχειώσας μὲν ὁ νόμος, καὶ προσεκόμιζε τῷ θεῷ παιδαγωγήσας πολλοὺς ἐπὶ τὸ Χριστοῦ μυστήριον. πλὴν οὐ πάντας προσκομίζειν οἷός τε ἦν. ὑστερίζοντας καὶ τούτους ἡγίασεν ὁ Χριστός. κέκληνται μὲν γὰρ οἱ ἐξ ἐθνῶν ἐπὶ τὴν τῆς ἀληθείας ἐπίγνωσιν, οὐ διὰ Μωυσέως ἢ νόμου, δυνάμει δὲ μᾶλλον τῇ τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς, ἀποκαλύπτοντος τοῖς ἀγνοοῦσιν αὐτοῦ, τὴν ἰδίαν εἰκόνα, τουτέστι τὸν υἱόν. κεκλημένους δὲ καὶ ἁγίους ἐπιθεὶς κατακεχρίων τῷ πνεύματι. καὶ ζηλοῦσι μὲν οἱ ἐν νόμῳ τοὺς ἐν Χριστῷ καὶ ἐν πίστει δεδικαιωμένους καὶ ἡγιασμένους ἐν πνεύματι. πλὴν ἐγεγήθει ὁ Μωυσῆς προεγνωκὼς τὸ μυστήριον. οὐκοῦν οὐ φρονοῦσι τὰ Μωυσέως, ζηλοῦντες ἀτόπως τοὺς ἁγίους ἐν Χριστῷ τῶν Ἰουδαίων οἱ δῆμοι. ἀναμηρυσάμενοι δὴ οὖν ὥσπερ εἰς τὸ ἐν ἀρχαῖς τὸν λόγον ἐκεῖνό φαμεν· ἐν μὲν τῷ πρώτῳ κεφαλαίῳ διεδείκνυτο σαφῶς, ὅτι σαρκικὸς μὲν ἔστι τῶν Ἰουδαίων ὁ δῆμος, ἕτερος δὲ καὶ ἁγιοπρεπὴς καὶ ἀμείνων ἀληθῶς τῶν ἐν πίστει καὶ ἐν Χριστῷ, καὶ ὅτι σκιὰν ἐπλήρου καὶ τύπον τῶν διὰ Χριστοῦ

χα-

χαρισμάτων τὸ μάννα τὸ αἰσθητὸν ἐδιδασκόμεθα δὲ πρὸς τούτοις, ὅτι ἐὰν τὰς νόμου σκιὰς καὶ μετὰ χρόνον αὐτοῖς ἕτοιμον φυλάττωμεν, προσκρούσομεν τῷ θεῷ, ἐσόμεθα δὲ καὶ αὐτοῖς τοῖς ἁγίοις ἀπηχθημένοι. κατεπικραίνετο γὰρ ἐπὶ τοῖς τετηρηκόσι τὸ μάννα ὁ Μωυσῆς. ἐν δὲ τοῖς δευτέροις ἔνεστιν ἰδεῖν, ὅτι τὸ μάννα τὸ νοητὸν ἀτιμάζοντες Ἰουδαῖοι, καὶ ἀποσπουδάζοντες μὲν τὰ ἄνωθεν καὶ διὰ Χριστοῦ, προσκεκλιμένοι δὲ ὥσπερ τοῖς γεωδεστέροις, καὶ νενευκότες ἀμέτρως ἐπὶ τὰς δυσώδεις ἡδονὰς, ἐπισήμως διολώλασιν. ἔδει γὰρ πάντως ἡγεῖσθαι μὲν ἐν ἀμείνοσι τὰ παρὰ θεοῦ, στέφανοῦσθαι δὲ τῇ πίστει τῶν ἁπάντων ἡμῶν σωτῆρα καὶ λυτρωτὴν, φημὶ δὴ Χριστόν· δι᾽ οὗ καὶ μεθ᾽ οὗ τῷ θεῷ καὶ πατρὶ ἡ δόξα σὺν ἁγίῳ πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν.

donorũ CHRISTI. Docuimus prętereà quòd si legis vmbras seruemus etiam post tempus ipsis cõueniẽs, offendemus Deũ, sanctis verò ipsis odiosi sumus futuri. Siquidẽ & Moyses ipse iratus fuit eis qui reseruarant manna in crastinum. In posterioribus autẽ capitibus hoc vnum est videre, quòd Iudæi contemnẽtes spirituale manna, atque auertentes se à rebus cælestibus per CHRISTVM oblatis, addicti verò potiùs terrenis & intemperanter tetris voluptatibus affixi, insigni clade perierint. Oportebat enim omnino potiora habere diuina, & fide amplecti omnium nostrûm Saluatorẽm ac Redemptorem, CHRISTVM inquam, per quem & cum quo gloria Deo ac Patri cum sancto Spiritu nunc & semper & in secula seculorum. Amen.

Περὶ τῶν διὰ Μωυσέως γεγονότων τριῶν σημείων.

ΤΗ'Ν μὲν θείαν ἥ τίς ποτ᾽ ἐστιν κατεθρῆσαι φύσιν, οὐκ ἂν δυναιτό τις. ἄποπτος γὰρ παντελῶς, καὶ μὴν καὶ ἐπέκεινα νοῦ παντὸς, καὶ λόγου δύναμιν ὑπερφέρεται. μόνη δὲ ὑπὸ μόνης ἑαυτῆς γινώσκεται. καὶ πιστοῖ δὴ τοῦτο βοῶντος Χριστοῦ, οὐδεὶς γὰρ οἶδε, φησὶ, τίς ἐστιν ὁ υἱὸς, εἰ μὴ ὁ πατὴρ, οὐδὲ τὸν πατέρα τις ἐπιγινώσκει τίς ἐστιν, εἰ μὴ ὁ υἱὸς, καὶ ᾧ ἂν βούληται ὁ υἱὸς ἀποκαλύψαι. παρέδειξε τοίνυν ἡμῖν τὸ ἐξαίρετον κάλλος τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς, ὁ μονογενὴς, ἑαυτὸν ὥσπερ λαμπρὰν ἀναθεὶς εἰκόνα. τοιγάρτοι φησίν· ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν πατέρα. τεθεάμεθα δὲ τὸν υἱὸν, καὶ τοῖς τῆς καρδίας ὄμμασι καὶ τοῖς τῆς σαρκὸς, ὅτε καθεὶς ἑαυτὸν εἰς κένωσιν, καταβέβηκεν ἐν τοῖς καθ᾽ ἡμᾶς· καί τοι καὶ ἐν μορφῇ καὶ ἐν ἰσότητι τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς ὑπάρχων θεὸς, καὶ ἐξ αὐτοῦ κατὰ φύσιν γεγεννημένος. καὶ μὴν ἔφη μὲν ὁ Βαρούχ, αὐτὸν οἶμαί που τὸν λόγον καταδεικνὺς, οὗτος ὁ θεὸς ἡμῶν, οὐ λογισθήσεται ἕτερος πρὸς αὐτόν. ἐξεῦρε πᾶσαν ὁδὸν ἐπιστήμης, καὶ ἔδωκεν αὐτὴν Ἰακὼβ τῷ παιδὶ αὐτοῦ, καὶ Ἰσραὴλ τῷ ἠγαπημένῳ ὑπ᾽ αὐτοῦ. μετὰ τοῦτο ἐπὶ τῆς γῆς ὤφθη, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συνανεστράφη. περιανακέκραγε δὲ σαφῶς καὶ ὁ θεῖος ἡμῖν Δαβίδ· θεὸς θεῶν κύριος ἐλάλησεν, καὶ ἐκάλεσε τὴν γῆν ἀπὸ ἀνατολῶν ἡλίου μέχρι δυσμῶν. ἐκ Σιὼν ἡ εὐπρέπεια τῆς ὡραιότητος αὐτοῦ. ὁ θεὸς ἐμφανῶς ἥξει, ὁ θεὸς ἡμῶν, οὐ παρασιωπήσεται. καταβέβηκε γὰρ ἐν εἴδει πυρὸς ἐπὶ ὄρος Σινᾶ. ἀλλ᾽ ἦν τύπος ἐκεῖνα, καὶ ἕτερον οὐδὲν, πληροφορεῖ Χριστός. ᾤοντο γὰρ οἱ τῶν Ἰουδαίων δῆμοι τὴν ἀπόρρητον ἀληθῶς τεθεᾶσθαι φύσιν, μεσολαβοῦντος Μωσέως, καὶ παρεστῶτος αὐτοῖς ἐν Χωρὴβ, καὶ συλλέγοντος εἰς ἐκκλησίαν ὑπὸ τὸ ὄρος Σινᾶ. ἐπειδὴ δὲ καὶ σαλπίγγων ἠχὴ διαπρύσιος εἰς τὸ ἄνω διάττουσα κατεπλήσσεν τοὺς

De tribus à Moyse patratis admirandis.

DIuinam, qualis ea sit, naturam mortalium perspicere potest nemo. Inaspectabilis enim penitus, mentemque omnem & rationem excedit: sola quippe seipsam diuinitas cognoscit. Fidem huius rei facere potest illa CHRISTI exclamatio: *Nemo nouit Filium, nisi Pater; neque Patrem quis nouit, nisi Filius, & cui voluerit Filius reuelare.* [*Matt.11.27.*] Ostendit itaque nobis eximiam Dei ac Patris pulcritudinem Vnigenitus, seipsum veluti splẽdidam repræsentans imaginem. Ait enim: *Qui videt me, videt & Patrem meum.* [*Ioan.14.9.*] Vidimus Filium oculis cùm cordis tum carnis, quando se ipse exinaniuit, seque ad nostra demisit; & quidem in forma & æqualitate Dei ac Patris existens Deus, naturaque ex ipso genitus. Baruch quidem ait, ipsum, opinor, [*Bar.3.36.*] Verbum demonstrans: *Hic est Deus noster, & non æstimabitur ad illum alius. Hic inuenit omnem viam disciplinæ & tradidit illam Iacob puero suo, & Israël dilecto suo. Post hæc in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est.* Clarè verò exclamat nobis B. Dauid: *Deus Deorum Dominus locutus est, & vocauit terram, à solis ortu vsque ad occasum. ex Sion species decoris eius. Deus manifestè veniet, Deus noster, & non silebit.* [*Psal.49.2.*] Descendit enim specie ignis in montem Sina. [*Exod.24.*] Sed quia illa nihil aliud quàm typus & figura erant, pleniorem eius rei fidem facit CHRISTVS. Putabat enim Iudæorum natio, se reuera ipsam occultam & diuinam vidisse naturam, Moyse interueniente, & astante ipsis in Choreb, & concionem aduocante ad montem Sina. Postquam verò tubarum clangor sursum penetrans audientes [*Exod.19.16.*]

terruit, putarunt secum ipsi diuinæ quoque vocis participes se fieri. Sed pueriliter hoc cogitasse clarè demonstrat ita Deus: *Vocem verborum eius audistis, & formam eius non vidistis.* Sermonem quoque eius non habetis in vobis manentem: quia quem ille misit, huic credere recusatis. Quando igitur credimus, videmus in Filio Patrem; suscipiamus ergo & Verbum eius. Hoc redempti sumus: saluauit enim nos non legatus aliquis, non angelus, non lex Mosaica; sed ipse Dominus, vt scriptum est. Nam verum me dicere etiam ex Scriptura cognoscetis. Sic enim habet: *Et ait: Ego sum Deus patris tui, Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob. Abscondit Moyses faciem suam. Non enim audebat aspicere contra Deum.* Vide legis imbecillitatem: vniuersorum enim Deus se ostendit; sed vbi manifestè apparuit, Moyses faciem auertit. Efficitur itaque clarèque concluditur, Dei filios non apertè in terra Dei plenam maiestatis gloriam contemplari, etsi se ipse exhibeat, & propè ad sui cognitionem manuducat. Quid enim Isaiæ voce pronuntiat? *Inuenerunt me qui non quæsierunt: manifestò apparui ijs qui antè nō interrogabant. Dixi: Ecce adsum genti quæ non cognouit me. Tota die expandi manus meas ad populum incredulum, & contradicentem.* Non igitur CHRISTI viderunt gloriam qui mentis oculos auerterunt. Quod etiam, opinor, Prophetæ voce de ipsis dictum est: *Verterunt ad me terga, & † faciem suam.* Diuinus verò Paulus scribit: *Vsque in hodiernum diem ipsum velamen in lectione veteris testamenti manet non reuelatum, quoniam in* CHRISTO *euacuatur. Sed vsque in hodiernum diem, quando legitur Moyses, velamen positum est super cor eorum. Cùm autem conuersus fuerit ad Dominum, auferetur velamen. Dominus autem Spiritus est, vbi autem Spiritus Domini, ibi libertas.* Nos verò qui credidimus, non veremur Deum contra aspicere, sed, vt diuinus ibidem Paulus subijcit: *reuelata facie gloriam Domini speculamur.* Igitur *auertit*, inquit, *faciem suam Moyses.* Deo dehinc dicente, proficiscendum illi cum senioribus populi Israël ad Pharaonem terrore percussum, denuntiando, euocari à Deo Israëlitas vt sacrificent ipsi in deserto: mandante etiam Ægyptios expoliari, vxoribus eorum à vicinis & † contubernalibus vasa argentea, & † discos aureos ac vestimenta accipientibus; *Respondit*, inquit, *Moyses, & dixit: Non credent mihi, neque audient vocem meam, sed dicent: Non apparuit tibi Dominus. Quid dicam illis? Dixit illi Dominus: Quid tenes manu tua? Ille ait: Virga est. Dixitq́; Dominus;*

Margin: Deut. 4.12. — Exod. 3.6. — Isaia 65.1. — Ierem. 2.27 & 32.33. sed vtrobique cum negatione, καὶ οὐ πρόσωπα αὐτῶν. — 2. Cor. 3.14. — Ibid. 18. — Exod. 3.18. — † συσκήνου, B. August. legit: συνοίκου, hospita. † Vulgata: χευτὰ, vascula. † καὶ χρυσᾶ. — Exod. 3.22. — Exod. 4.1.

ἀκροωμένους, ὄντων κατὰ σφᾶς καὶ φωνῆς τῆς θείας γενέσθαι κατήκοοι. ἀλλ' ὅτι ταυτὶ μειρακιωδῶς ἐσκέπτοντο, πεπληροφόρηκεν ἐναργῶς οὕτω λέγων ὁ θεός· Φωνὴν αὐτοῦ ἀκηκόατε, οὐδὲ εἶδος αὐτοῦ ἑωράκατε. καὶ τὸν λόγον αὐτοῦ οὐκ ἔχετε ἐν ὑμῖν μένοντα. ὅτι ὃν ἀπέστειλεν ἐκεῖνος, τούτῳ ὑμεῖς οὐ πιστεύετε. οὐκοῦν οἱ πιστεύσαντες, τεθεάμεθα ἐν υἱῷ τὸν πατέρα, παρεδεξάμεθα δὲ καὶ τὸν λόγον αὐτοῦ. ταύτῃ τοι καὶ λελυτρώμεθα. σέσωκε γὰρ ἡμᾶς, οὐ πρέσβυς, οὐκ ἄγγελος, οὐχ ὁ νόμος ὁ διὰ Μωσέως, ἀλλ' αὐτὸς ὁ κύριος, κατὰ τὸ γεγραμμένον. ὅτι δὲ ἀληθὲς ὅ φημι, καὶ διὰ τῶν γεγραμμένων εἰσόμεθα. ἔχει δὲ οὕτως· καὶ εἶπε, φησίν· ἐγώ εἰμι ὁ θεὸς τοῦ πατρός σου, ὁ θεὸς Ἀβραάμ, καὶ ὁ θεὸς Ἰσαάκ, καὶ ὁ θεὸς Ἰακώβ. ἀπέστρεψε δὲ Μωυσῆς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ. ηὐλαβεῖτο γὰρ καταβλέψαι ἐνώπιον τοῦ θεοῦ. ἄθρει τοῦ νόμου τὸ † ἀδρανές. ἐμφανίζει γὰρ ἑαυτὸν ὁ θεὸς τῶν ὅλων· ἀλλ' ἐμφανῶς καθιστάμενος, ἀποστρέφεται τὸ πρόσωπον Μωυσῆς. σημεῖον δ' ἂν γένοιτο καὶ τοῦτο ἡμῖν ἐναργές, τοῦ μηδὲ αὐτοὺς σὺν ἡμῖν τὴν θεοπρεπῆ τοῦ υἱοῦ καταθρῆσαι δόξαν, ἐμφανίζοντος καὶ μονονουχὶ προσάγοντος εἰς ἐπίγνωσιν. τοιγάρτοι καὶ ἔφασκε διὰ φωνῆς Ἡσαΐου· Εὑρέθην τοῖς ἐμὲ μὴ ζητοῦσιν. ἐμφανὴς ἐγενόμην τοῖς ἐμὲ μὴ ἐπερωτῶσιν. εἶπα, ἰδού εἰμι τῷ ἔθνει, οἳ οὐκ ἐπεκαλέσαντό με. ὅλην τὴν ἡμέραν ἐξεπέτασα τὰς χεῖράς μου πρὸς λαὸν ἀπειθοῦντα, καὶ ἀντιλέγοντα. οὐκοῦν οὐ τεθέανται τὴν δόξαν Χριστοῦ, οἱ τῆς διανοίας ἀποστρέφοντες ὀφθαλμούς. καὶ τοῦτο οἶμαί ἐστι τὸ διὰ φωνῆς προφήτου περὶ αὐτῶν εἰρημένον, καὶ ἔστρεψαν ἐπ' ἐμὲ νῶτα καὶ πρόσωπον αὐτῶν. γράφει δὲ καὶ ὁ θεσπέσιος Παῦλος, ἄχρι τῆς σήμερον ἡμέρας, ἐπὶ τῇ ἀναγνώσει τῆς παλαιᾶς διαθήκης, τὸ αὐτὸ κάλυμμα μένει μὴ ἀνακαλυπτόμενον, ὅτι ἐν Χριστῷ καταργεῖται. ἀλλ' ἕως σήμερον ἡνίκα ἀναγινώσκεται Μωυσῆς, κάλυμμα ἐπὶ τὴν καρδίαν αὐτῶν κεῖται. ἡνίκα δ' ἂν ἐπιστρέψῃ πρὸς κύριον, περιαιρεῖται τὸ κάλυμμα. ὁ δὲ κύριος τὸ πνεῦμά ἐστιν. οὗ δὲ πνεῦμα κυρίου, ἐκεῖ ἐλευθερία. ἡμεῖς δὲ οἱ πιστεύσαντες, οὐκ εὐλαβούμεθα καταβλέψαι ἐνώπιον τοῦ θεοῦ, ἀλλ' ἤ πάλιν αὐτὸς ὁ θεσπέσιος ἔφη Παῦλος· ἀνακεκαλυμμένῳ προσώπῳ τὴν δόξαν κυρίου κατοπτριζόμεθα. ἀποστρέφεται τοίνυν τὸ πρόσωπον Μωυσῆς. εἶτα τοῦ θεοῦ λέγοντος, ὅτι προσήκει βαδίζειν αὐτὸν ὁμοῦ τῇ γερουσίᾳ τῶν υἱῶν Ἰσραήλ, πρὸς τὸν ἀπόπληκτον Φαραώ, παραφλυαροῦντας ὅτι προσκέκληται ὁ θεὸς τοὺς ἐξ Ἰσραήλ, ἵνα θύσωσιν αὐτῷ κατὰ τὴν ἔρημον· προσθέντος δὲ ὅτι δεήσει σκυλεῦσαι τοὺς Αἰγυπτίους, δεχομένης γυναικὸς παρὰ γείτονος καὶ συσκήνου αὐτῆς, σκεύη ἀργυρᾶ καὶ χρυσᾶ καὶ ἱματισμόν· ἀπεκρίθη, φησίν, ὁ Μωυσῆς, καὶ εἶπεν· ἐὰν δὲ μὴ πιστεύσωσι, μηδὲ εἰσακούσωσι τῆς φωνῆς μου. ἐροῦσι γὰρ ὅτι οὐκ ὦπταί σοι ὁ θεός. τί ἐρῶ πρὸς αὐτούς; εἶπε δὲ αὐτῷ κύριος· τί τοῦτο ἐν τῇ χειρί σου; ὁ δὲ εἶπε· ῥάβδος. καὶ εἶπε, ῥίψον

Margin: † ἴσως ἀσθενές.

ῥίψον αὐτὴν ἐπὶ τὴν γῆν. καὶ ἔρριψεν αὐτὴν ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ ἐγένετο ὄφις, καὶ ἔφυγε Μωυσῆς ἀπ' αὐτοῦ. καὶ εἶπε κύριος πρὸς αὐτόν· ἔκτεινον τὴν χεῖρά σου, καὶ ἐπιλαβοῦ τῆς κέρκου. ἐκτείνας οὖν τὴν χεῖρα, ἐπελάβετο τῆς κέρκου, καὶ ἐγένετο ῥάβδος ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ· ἵνα πιστεύσωσί σοι ὅτι ὦπταί σοι κύριος ὁ θεὸς τῶν πατέρων σου, θεὸς Ἀβραάμ, καὶ θεὸς Ἰσαάκ, καὶ θεὸς Ἰακώβ. ἐδεδίει μὲν γὰρ Μωυσῆς μὴ ἄρα τις εἶναι δόξῃ τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ φιλοψευδής τε καὶ εἰκαιόμυθος, ὀφθῆναι μὲν ἑαυτῷ λέγων τὸν τῶν ὅλων θεόν, εἰπεῖν δὲ προστάξαι τῆς Αἰγυπτίων πλεονεξίας ὅτι πρέποι λοιπὸν ἀποφοιτᾶν ἐρρωμένως. ταύτῃτοι θαυματουργεῖν ἐκέλευε, καὶ τὰ ὑπὲρ ἀνθρώπου φύσιν ἐργάζεσθαι, μεταπλάττοντος τοῦ θεοῦ τὴν ῥάβδον εἰς ὄφιν, ὡς ἂν νοοῖτο οὐκ αὐτομόλησις ἀληθῶς, ἀλλὰ τῶν ἄνωθεν καὶ παρὰ θεοῦ θεσπισμάτων κομιστής. τὸ γὰρ ἀληθὲς σημεῖον, ὃ πάντες ἡμεῖς πεπιστεύκαμεν, ἡ τοῦ λόγου ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς καταφοίτησις, ἡ διὰ τῆς ῥάβδου τῆς εἰς γῆν πεσούσης σημαίνεται. πῶς δὲ καὶ τίνα τρόπον, ὡς ἔνι δὴ πάλιν εἰπεῖν πειρασόμεθα. ῥάβδῳ παρεικάζει τὸν ἐκ θεοῦ λόγον φύντα, ἡ θεόπνευστος γραφή, διά τοι τὸ πάντα στηρίζεσθαι παρ' αὐτοῦ. τῷ λόγῳ κυρίου, φησίν, οἱ οὐρανοὶ ἐστερεώθησαν. καί, ὑποστηρίζει μὲν τοὺς δικαίους ὁ κύριος. ἀνενηνέγμεθα δὲ τῷ πατρὶ δι' υἱοῦ. καὶ τοῦτο αὐτὸς ἀληθὲς ὑπάρχον ἀποφαίνει λέγων· καὶ διάξω αὐτοὺς ὑπὸ τὴν ῥάβδον μου. ῥάβδος δὲ καὶ ἑτέρως, βασιλείας σύμβολον. βασιλεύει δὲ δι' υἱοῦ ὁ τῶν ὅλων θεὸς καὶ πατήρ. αὐτὸν ἡ ῥάβδος Ἀαρὼν ἡ ἐν τοῖς ἁγίοις τῶν ἁγίων καταβλαστήσασα κατασημαίνοι ἄν· αὐτὸν ἡ ἐκ ῥίζης Ἰεσσαί, καὶ ἡ πάντας ἡμᾶς παρακαλοῦσα πνευματικῶς, καὶ πρός γε τὸ ἐρηρεῖσθαι καλῶς τοὺς πεπιστευκότας ἀνέχουσα, κατὰ τὸ ἐν ψαλμοῖς ὑμνούμενον πρὸς τὸν τῶν ὅλων θεὸν καὶ πατέρα· ἡ ῥάβδος σου καὶ ἡ βακτηρία, αὗταί με παρεκάλεσαν. ῥάβδος δὴ οὖν, ὁ υἱός. ἀλλ' ἕως μὲν ὡς ἐν χειρὶ τοῦ πατρὸς καὶ ἐν τοῖς τῆς θεότητος ὑψώμασιν, οὔπω γενόμενος καθ' ἡμᾶς, ἄθεοι μὲν ἐν κόσμῳ διεπλέομεν οἱ τάλανες. ἐπλανώμεθα δέ, τῇ κτίσει λατρεύοντες, καὶ τῆς τῶν ἀκαθάρτων πνευμάτων ὑπενηνεγμένοι πλεονεξίαις. ἐπειδὴ δὲ μονονουχί, σωματικώτερον εἰρήσεται διά γε τὸ τῇ θεωρίᾳ χρήσιμον, τῆς ἰδίας δόξης καταλελοιπὼς τὰ ὑψώματα, καὶ οἱονεὶ τὴν τοῦ πατρὸς χεῖρα, καθίκετο μὲν εἰς γῆν ἐξ οὐρανοῦ, γέγονε καθ' ἡμᾶς, σύμμορφός τε ἐπὶ τῆς γῆς, οἳ πονηρίας εἰσὶν ἔμπλεοι. πονηροὺς γὰρ αὐτοὺς ἐκάλεσεν ὁ υἱὸς οὕτω λέγων· εἰ οὖν ὑμεῖς πονηροὶ ὄντες, οἴδατε δόματα ἀγαθὰ διδόναι τοῖς τέκνοις ὑμῶν, πόσῳ μᾶλλον ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς δώσει ἀγαθὰ τοῖς αἰτοῦσιν αὐτόν; μονονουχὶ καὶ εἰς ὄφιν αὐτὸν μετασκευάσαι φαμὲν διά τοι μόνην τὴν πρὸς ἡμᾶς ὁμοιότητα, καὶ τὸ ἐν ἴσῳ γενέσθαι σχήματι. πονηρὸς μὲν ὁ ἄνθρωπος, εἰ πρὸς ἡμερότητα συγκρίνοιτο. μεταβέβηκε

Proijce eam in terram. & proiecit, versaq́ est in serpentem, fugitq́ eum Moyses. Ait Dominus illi: Extende manum tuam, & caudam eius apprehende. Manũ itaque extendens caudam apprehendit, factaq́ in eius manu virga est: vt credant, inquit, *apparuisse tibi Dominum Deum patrum tuorum, qui est Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob.* Metuebat siquidem Moyses ne Israëlitis deceptor, aut fabularum sectator videretur, quòd visum à se vniuersorum Deum assereret, qui sibi imperasset Ægyptiorum expoliationẽ, & quòd valida discedere manu oporteret. Et propterea miraculũ hoc patrare eum, atque supra humanam naturam operari quid & efficere iussit, immutante Deo ipso virgam in serpentem, ne transfugium suadere, sed cælestia atque diuina portare oracula reuera crederetur. Id enim verum signum cui omnes credidimus, Verbum nobis simile factum, ad nos venisse: quod virga humo proiecta designat. Id qua ratione intelligendum, quà licet, dicere denuò aggrediamur. Virgæ comparat natum ex Deo Verbum diuinitus inspirata Scriptura, quòd ab eo omnia firmentur. *Verbo Domini*, inquit Dauid, *cæli firmati sunt.* [Psal. 32. 6.] Et: *Confirmat quidem iustos Dominus.* [Psal. 36. 17.] Aggregamur itaque Patri per Filium: quod etiam Veritas ipsa ostendit: *Traducam*, ait, *eos in virga mea.* [Esai. 10. 24.] Aliàs virga regni est symbolum: per Filium enim imperat vniuersorum Deus ac Pater. Hunc etiam Aaronis virga in Sancto sanctorum germinans designare queat. Item virga illa ex radice Iesse, quæ nos omnes spiritaliter consolatur, atque etiam, præter quòd stabiliat gressum, rectè credentes sustentat, iuxta illud à Psalte Deo Patri decantatum: *Virga tua & baculus ipsa me consolata sunt.* [Psal. 22. 4.] Virga itaque, Dei Filius. Sed quamdiu quasi in Patris erat manu, & in altissimis diuinitatis, nondũ homo natus vt nos, miseri in mundo, atque planè impij viuebamus. Creaturæ enim errabamus seruientes, & impiorum spirituum cupiditati subiecti. Postquam verò (vt planiùs dicatur, quod ad contemplationẽ vtile est) propriæ gloriæ sublimia, adeoq; dexteram Patris quodammodo reliquisset, [Rom. 1. 25.] in terramque de cælo descendisset; nostri factus est similis, nobisque conformis in terris, qui malitia abundamus. Malos enim ipse nos Dei Filius vocauit, dicens: *Si igitur vos cùm sitis mali, nouistis bona data dare filijs vestris, quanto magis Pater vester qui in cælis est bona dabit petentibus se?* [Matt. 7. 11.] Quin & ipsum in serpentem ferè mutatum dixero, ob nostri similitudinem, quodque parem nobiscum formam induerit. Malus quidem homo, si ad mãsuetudinem comparetur. Transiit

itaque

itaque in ſerpentem virga. Vnigenitus enim homo factus eſt, & inter ſceleratos reputatus, atque improbus nobiſcum appellatus, cùm naturâ bonus, imò ipſa etiam bonitas exſiſteret. Verùm quòd Vnigenitū,factum hominem,nos quidem recepcrimus; Iudæa verò natio repudiauerit, nec quo debuit amore proſecuta fuerit,(receſſit enim quodammodo ab eo) ex ipſis ſacris Litteris clarū eſſe poterit *Moyſes enim*, inquiunt ipſę, *faciem ſuam auertit*. Improbum eum cùm reputaret, credere in ipſum formidauit, imò occidit, & in medio latronum cruci affixit. Quòd verò interdum notati & reprehenſi fuerint à CHRISTO Iudæi, tantum abeſt vt propterea peccator fuiſſe cognoſcatur, vt potiùs firmamentum & robur ſpiritale credentibus eum eſſe, ex eo quod factum eſt, ſciamus. Fugientem enim Moyſen Deus conuertit. Nam vbi ſerpentem apprehendit, ſtatim in manu eius in virgam eſt commutatus. Rudibus itaq; improbus apparet CHRISTVS ob noſtri ſimilitudinem: at qui fide eum comprehenderit, virgam eſſe & firmamentum comperiet. Quamobrem fide dignum eſt hoc diuinum circa virgam factū miraculum,& plurimum valet ad perſuadēdum Iſraëlitis, id eſt vniuerſis terram incolentibus, à Deo ſe conſiderari. Poſtquā verò valdè languidos animo obſtinato, & extra ſpem poſitos effugere poſſe,quod ipſis impendebat, ineuitabile malum, pluraq; portenta oportuit; vocati vix tales ſunt ad obediendum. Deus itaque rurſum ad ſacrum Moyſem, *Mitte*, inquit, *manum tuam in ſinum. Miſitq́, manum ſuam in ſinum, & facta eſt manus eius leproſa vt nix. Et dixit rurſum: Mitte manum in ſinum tuum. Et miſit manum in ſinum ſuum, & eduxit manum de ſinu ſuo, iterumq́, reſtituta eſt in carnis ſuæ colorem.* Igitur maieſtatis eſt ſummæ ac poteſtatis, lepram poſſe curare. Affectiones verò quæ eò prauitatis ſunt deductæ, vt nullis medicorum experimentis cedere videantur, indigent aliqua, eaque diuina ſola poteſtate, cui nihil reſiſtit, ſed perula omnia ſunt & obſequētia. Immedicabilis ergo morbus lepra eſt. quæ verò hominibus ignota, nobiſque apparent impoſſibilia, ipſi Deo factu facilia ſunt. adeò ipſemet Deus, eo ipſo dū leproſam Moyſi manum ſanitati reſtituit, nihil planè reliquit, quod immedicabile eſſe æſtimari queat. vt vel hinc perſpiciant vocati, id eſt Iſraëlitæ, quòd etſi ineuitabile malum habeant, dum improbitati Ægyptiorum ſunt ſubiecti, & peſſimum quaſi quendam morbum ſint nacti, ſeruitutem dico ſub Ægyptijs; gnauus tamen atque induſtrius medi-

Exod. 4. 6.

τοίνυν εἰς ὄφιν ἡ ῥάβδος. γέγονε γὰρ ἄνθρωπος ὁ μονογενὴς, καὶ ἐν τοῖς ἀνόμοις ἐλογίσθη, καὶ κεχρημάτηκε μεθ' ἡμῶν πονηρὸς, καίτοι κατὰ φύσιν ὑπάρχων ἀγαθὸς, μᾶλλον δὲ αὐτόχρημα τὸ ἀγαθόν. ἀλλ' ὅτι γεγονότα καθ' ἡμᾶς τὸν μονογενῆ παρεδεξάμεθα μὲν ἡμεῖς, οὐκ ἠγάπησαν δὲ οἱ τῶν Ἰουδαίων δῆμοι. ἀποδεδράκασι γὰρ ὥσπερ αὐτοῦ. σαφὲς ἂν γένοιτο διὰ τῶν ἱερῶν γραμμάτων. ἔφυγε γὰρ Μωυσῆς ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ. πονηρὸν γὰρ εἶναι νομίσαντες, οὐ τῇ πίστει τετολμήκασιν, ἀπεκτείνασι δὲ μᾶλλον, καὶ συνεσταύρωσαν πονηροῖς. πλὴν ὅτι κατὰ καιροὺς, ἐπιδράξεται μὲν ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ, γινώσκεται δὲ ὅτι πονηρὸς μὲν οὐδαμῶς, στήριγμα δὲ μᾶλλον καὶ ἰσχὺς ἡ πνευματικὴ τῶν πιστευόντων ἐστὶ, δι' αὐτοῦ τοῦ γεγονότος εἰσόμεθα. φεύγοντα γὰρ Μωσέα θεὸς ἐπιστρέφει. ἐπειδὴ δὲ τοῦ ὄφεως ἐπελάβετο γέγονε ῥάβδος ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ. οὐκοῦν τοῖς μὲν οὐκ εἰδόσι, πονηρὸς εἶναι δοκεῖ διὰ τὴν πρὸς ἡμᾶς ὁμοίωσιν. εἴγε μὴν ἐπιλάβοιτό τις αὐτοῦ διὰ πίστεως, ῥάβδον εὑρίσκει καὶ στήριγμα. ἀξιόχρεως μὲν οὖν ἡ ἐπὶ τῇ ῥάβδῳ θεοσημεία καὶ ἀναπείθειν οἷά τε τοὺς ἐξ Ἰσραὴλ, ἤγουν ἅπαντας τοὺς ἐπὶ τῆς γῆς, ὡς ἐπισκέπτεται ὁ θεὸς αὐτούς. ἐπειδὴ δὲ τοῖς ἄγαν ἐρρωσθηκόσι τὸ δυσήκοον, καὶ τοῖς ἔξω γεγονόσιν ἐλπίδος τοῦ διαδρᾶναι δυνάσθαι τῶν σφίσιν ἐπηρτημένων τὸ δυστυχὲς, καὶ πλειόνων ἔδει θαυμάτων. κέκλινται γὰρ οἱ τοιοῦτοι μόλις εἰς τὸ εὐήνιον. πάλιν ἔφη θεὸς πρὸς τὸν ἱερὸν δηλονότι Μωσέα· εἰσένεγκαι τὴν χεῖρά σου εἰς τὸν κόλπον σου· καὶ εἰσήνεγκε τὴν χεῖρα αὐτοῦ εἰς τὸν κόλπον αὐτοῦ, καὶ ἐγενήθη ἡ χεὶρ αὐτοῦ λεπρῶσα ὡς χιών. καὶ εἶπε πάλιν· εἰσένεγκαι τὴν χεῖρα εἰς τὸν κόλπον σου. καὶ εἰσήνεγκε τὴν χεῖρα αὐτοῦ εἰς τὸν κόλπον αὐτοῦ, καὶ ἐξήνεγκε τὴν χεῖρα αὐτοῦ ἐκ τοῦ κόλπου αὐτοῦ, καὶ πάλιν ἀπεκατεστάθη εἰς τὴν χρόαν τῆς σαρκὸς αὐτοῦ. θεοπρεπὲς γοῦν ὅτι μάλιστά γε τὸ ἀπαλλάξαι δυνάσθαι λέπραν. τὰ δὲ εἰς τοῦτο λοιπὸν ἀχρειότητος ἀφιγμένα τῶν παθῶν, ὡς μηδὲ αὐταῖς εἴκειν ἀνέχεσθαι ταῖς τῶν ἰατρῶν ἐμπειρίαις, δέοιτ' ἂν ἤδη πως ἐν τοῖς καθ' αὐτὰ μόνης τάχα που τῆς ἄνωθεν ἐξουσίας, ᾗ τὸ ἀντιστατοῦν οὐδὲν, πάντα βάσιμα καὶ εὐήνοτα. ἀνίατον δὲ νοσημάτων ἡ λέπρα. ὅτι τοίνυν τὰ ἐν ἀνθρώποις ἀπεγνωσμένα, καὶ τὰ παρ' ἡμῖν ἀδύνατα, παρ' αὐτῷ δυνατὰ, καὶ οὐδὲν ὅλως τὸ ἀνανύτις ἐφῆκε νοεῖν ὁ τῶν ὅλων θεὸς, διὰ τοῦ τὴν Μωσέως χεῖρα θεραπεῦσαι λελεπρωμένην. ὡς ἂν εἰδεῖεν ἐντεῦθεν οἱ κεκλημένοι, τουτέστιν οἱ ἐξ αἵματος Ἰσραὴλ, ὅτι κἂν δυσδιάφυκτον ἔχοιεν τὴν συμφορὰν, ταῖς Αἰγυπτίων μοχθηρίαις ὑπεζευγμένοι, καὶ νόσον ὥσπερ τινὰ παθόντες ἐσχάτην, τὴν ὑπ' ἐκείνοις δουλείαν· ἀλλ' εὐμήχανος ὁ ἰατρὸς

† χρ. καλῶν

τρὸς, καὶ τὰ πολὺ διεζήπτετα τῶν † παθῶν παρενεγκεῖν εὐκόλως εἰδὼς καὶ δυνάμενος, καὶ τοῦτο ἀμογητὶ καὶ οὐκ ἐν χρόνῳ μακρῷ. ἅμα γὰρ εἰσήνεγκε ὁ Μωυσῆς τὴν χεῖρα ἐν τῷ κόλπῳ, καὶ ἀπήλλακται τοῦ νοσεῖν. ὑπηνίττετο δέ τι ἕτερον ἡμῖν, καθάπερ ἐγῷμαι, τὸ χρῆμα. † μικροὺς γὰρ ἐν Αἰγύπτῳ τρίβοντες χρόνους οἱ ἐξ Ἰσραὴλ, ἐξέθορον μὲν τῆς ἄνωθεν καὶ ἐκ πατέρων αὐτοῖς ἐντριβοῦς ἐπιεικείας, ἔθεσί τε μᾶλλον τοῖς ἐπιχωρίοις ἐνιζηκότες, καὶ βαθύνοντες λίαν εἰς κάθεσιν κατὰ τὴν τοῦ προφήτου φωνήν· λελατρεύκασι μὲν τῇ κτίσει, παρὰ τὸν κτίσαντα κατωλισθήκασι δὲ καὶ εἰς πᾶν εἶδος ἀκαθαρσίας, μονονουχὶ δὲ τεθνεῶτα λοιπὸν καὶ ἀπεψυγμένον ἐσχήκασι νοῦν. ἀκαθαρσίας γὰρ καὶ νεκρότητος σημεῖον ἡ λέπρα. μεμυσταγώγηκε δὲ διὰ τοῦ θαύματος, ὡς εἰ παραδέξοιτο θεὸς αὐτοὺς· μονονουχὶ δὲ καὶ ἐγκολπώσοιτο πάλιν, οὐ δυσαπότρεπτον ἕξουσι τὴν ἀκαθαρσίαν. διακρούσονται δὲ καὶ μάλα ῥᾳδίως τὸν ἐκ τῆς νεκρότητος μολυσμόν. καὶ οὑτωσὶ μὲν ἡμῖν ὁ ἐν γε τούτῳ λόγος. ὅπη δὲ τὸ Χριστοῦ μυστήριον ἐσκιαγραφεῖτο πάλιν ὡς ἐν τῇ Μωσέως χειρὶ λελεπρωμένῃ τε καὶ κεκαθαρμένῃ, διειπεῖν πειράσομαι. οὐκοῦν ὅτι πάντα γέγονε δι' υἱοῦ, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν, ὁ θεσπέσιος ἡμῖν εὐαγγελιστὴς Ἰωάννης εὖ μάλα διαμαρτύρεται. ἐπειδὴ δὲ πρὸς πᾶν ὁτιοῦν ἐνεργὸς ὁ πατὴρ δι' αὐτοῦ, ταύτῃ τοι καὶ ἡ θεόπνευστος γραφὴ χεῖρά τε ἡμῖν βραχίονά τε καὶ δεξιὰν ὀνομάζει τοῦ πατρὸς τὸν υἱόν. καὶ γοῦν ὁ θεσπέσιος Ἡσαΐας·
» κύριε, φησὶ, τίς ἐπίστευσε τῇ ἀκοῇ ἡμῶν; καὶ ὁ
» βραχίων κυρίου τίνι ἀπεκαλύφθη; μεμενήκασι γὰρ σκληροὶ καὶ ἐξήνιοι, καὶ πολὺ νοσοῦντες τὸ ἀπειθὲς οἱ τάλανες Ἰουδαῖοι. καὶ τῷ μὲν λόγῳ κυρίου καὶ αὐτοὺς ἔφη τοὺς οὐρανοὺς ἐστερεῶσθαι Δαβίδ, διά γε φωνῆς προφητῶν ὁ θεὸς καὶ πα-
» τὴρ διισχυρίσατο λέγων· ἐγὼ τῇ χειρί μου ἐστε-
» ρέωσα τὸν οὐρανόν. προσαπεφώνηκε δὲ καὶ ἑτέροις· ἐγὼ
» γὰρ ὁ θεός σου ὃς ἐνίσχυσά σε, καὶ ἐβοήθησά σοι, καὶ
» ἠσφαλισάμην σε τῇ δεξιᾷ τῇ δικαίᾳ μου. χεῖρα δὴ οὖν ἔθος τῇ θεοπνεύστῳ γραφῇ τὸν υἱὸν ἀποκαλεῖν. ὅρα τοίνυν τὴν Μωυσέως χεῖρα κρυπτομένην ἐν τῷ κόλπῳ αὐτοῦ, εἶτα πρὸς τὸ ἔξω φερομένην, καὶ ὁρωμένην ἐν λέπρᾳ· καὶ πάλιν εἰσφερομένην ἐν τῷ κόλπῳ αὐτοῦ, καὶ παραχρῆμα τοῦ πάθους ἀπηλλαγμένην. ἐννοοῦντες δὲ τὸ μυστήριον καὶ τὸν τῆς ἐνανθρωπήσεως τρόπον, ὅπῃ τε καὶ ὅπως ἂν ἔχῃ καταθρεῖν σπουδάζοντες, τοιοῦτόν τι γεγονὸς εὑρήσομεν. ἦν μὲν γάρ πως ὁ υἱὸς ἐν τῷ κόλπῳ τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς, καὶ δι' αὐτοῦ τὰ πάντα πεποίηκεν ὁ πατήρ. αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ βραχίων ὁ ὑψηλὸς, ἡ πάντα ἰσχύουσα χεὶρ, ἡ ἀξιοθαύμαστος δεξιά. ἐπειδὴ δὲ τρόπον τινὰ τὸν ἴδιον ἐκβέβηκεν τόπον, γενόμενος ἄνθρωπος, καὶ τὰς ἀσθενείας ἡμῶν ἔλαβε κατὰ τὴν τοῦ προφήτου φωνὴν, ἐν ὑπολήψει γέγονε καὶ

† ἴσως μακρούς.

cus in parato ſit, qui optimè norit ac potenter valeat depellere etiam deſperatiſſima malorum genera, idque ſine labore, ac breui tempore. Nam ſimul atque intulit Moyſes manum ſuam in ſinum, lepra confeſtim ſanata eſt. Tacitè quoque aliud quidpiã nobis, vt ego arbitror, innuitur. Multo enim tempore in Ægypto agentes Iſraëlitæ, cæleſti patrumque ſuorum vtentes modeſtia enituere, moribus verò gentis in qua degebant valdè in deiectionem inciderunt, iuxta Prophetæ vocem, *ſeruierunt creaturæ potiùs quàm Creatori*. Prolapſi verò ſunt in omne turpitudinis genus, mortuamq; quaſi & exanimem nacti ſunt mentem. Lepra enim immunditiei ac mortis index eſt. Hoc verò miraculo eos erudiebat, ne, poſteaquã Deus illos ad ſe reuocauerit, ac quaſi in ſinũ ſuum denuò condiderit, difficulter ſe à ſordibus & impuritatibus ſuis auerterent, ſed facilè & quaſi nullo negotio impedirent mortis fœditatẽ. Ac de his quidẽ hactenus ſint dicta. Quomodo verò adumbretur adhuc CHRISTI myſterium in Moyſis manu lepra infecta, ac mox ſana & pura reddita, dicere aggrediar. Quia ergo *per Filium facta ſunt omnia, & ſine ipſo factum eſt nihil*, optimè ſacer Euangeliſta Ioannes teſtatũ reliquit. Quia verò Pater omnia in Filio operatur, propterea S. Scriptura quoque nobis Filiũ Patris nominat manum, brachium & dexteram. Sic enim diuinus Iſaias: ***Domine***, ait, ***quis credidit auditui noſtro? & brachium Domini cui reuelatum eſt?*** duri enim & effrænes perdurarunt miſeri Iudæi, incredulitate nimiũ laborantes. Et Verbo Domini cælos eſſe firmatos Dauid teſtatur, idque Prophetarum oraculis Deus Pater ita confirmat: ***Manus mea fundauit cælum.*** Compellans verò alios idem, ait: ***Ego Deus tuus qui confortaui te, † & auxiliatus ſum tibi, & protexi te dextera iuſta mea.*** Conſueuit verò diuina Scriptura Filium appellare ***manum***. Attẽde itaque manum Moyſis mox in ſinu abſconditam, iterumque productam, lepra infectã; mox rurſum in ſinum relatam, ac confeſtim redditam ſanam. Conſiderare verò myſteriũ atq; modum Incarnationis, qualiſque ſit & qualiter ſe habeat, penitiùs introſpicere ſi voluerimus, tale quid eueniſſe planè, comperiemus. Erat ſiquidem Filius in ſinu Dei Patris, perque illum omnia facta ſunt à Patre. Ipſe etenim brachium excelſum eſt, & omnia firmans ac roborans manus, & dextera admirabilis. Poſtquam verò modo quodam in ſuum profectus eſt locum, homo factus, imbecillitates etiam noſtras aſſumpſit, iuxta Prophetæ vocem, obnoxius iudicio &

Rom. 1. 25
Ioan. 1. 3.
Iſai. 53. 1.
Pſal. 32. 6.
Iſai. 48. 13.
Iſa. 41. 10. iuxta LXX.
† Vulgata editio: & ſuſcepit te dextera iuſti mei.
Iſai. 53.

immunditiei. Humana enim omnis conditio ad Deum comparata impura est, si verè Isaias dixit: *Quasi pannus menstruatæ omnes nostræ iustitiæ.* Quia igitur humanam assumpsit naturam, in fœditatis suspicionem deuenit castissimus ipse, & lucem habitans inaccessam. Adeò siquidē infelix Iudæorū aberrauit natio; quin & vini potorē, & Samaritanū, & ex adulterio natum, tum etiam peccatorem nominauit. Cęco enim à natiuitate sua, à CHRISTO sanato, dixerunt: *Da gloriam Deo: nos scimus quia hic homo peccator est.* Sed eò dementiæ nunquam, vt arbitror, venissent, vt talia dicerent, & effrene in eũ os aperirent, si Dei naturam in eo cognouissent. Sed cùm ille, qui tamquā impurus homo in hūc mundum natus erat, imò ipsemet impurus & sceleratus existimabatur, vitę suæ dispensationem perfectissimè absoluisset, tandemq; ad Patrem peruenisset, inque sinum eius redijsset, tunc inquam expulit eam opinionē, qua velut homo iniquus & impurus natus esse videbatur. Honoratur verò vt Deus, laudatur à cunctis vt Dominus, vt Sanctus Sanctorum, vt qui condita illustrans, hominũ spiritibus, atq; ijs qui in terra sunt facultatem prębet superandi & pessumdandi eũ qui omnis est auctor inquinamenti. Quòd verò per dispensationem susceperit quæ ad hominem pertinent, factusq; sub lege inter impios sit reputatus, reuocatusq; denuò & insertus pristinę dignitati ac gloriæ, plenam facit ipse fidem, quando sic ad Patrem cælestē verba facit: *Pater, clarifica me apud temetipsum claritate quam habui, priusquam mundus esset, apud te.* Vidésne eum iis quæ assumpsisset demigrare, nec sine cōsilio Incarnationem suscepisse? Properabat autem ad diuinitatis insigne, & ad omnia superantem gloriā dignationemque. Hinc etiā B. Paulus, *Etsi,* inquit, *cognouimus secundùm carnem* CHRISTVM, *sed iam non nouimus.* A mortuis enim reuixit, redijtque ad Patrem carne indutus. Sed non ampliùs secundùm carnem cognouimus, hoc est carnis subiectum affectionibus, passionibus inquam, nisi naturalibus & inculpatis. Antequā enim pretiosam subiret crucē, esurijsse fertur, ac de via fessum sedisse, & tristatum admodum, quin & in ligno mortem pro nobis perpessum: at modò nō ampliùs his obnoxium nouimus. *Semel enim mortuus, nō ampliùs moritur.* incorruptus enim est CHRISTVS, cùm vita existat suâ naturâ, vitæque auctor: quia ex ipsa Patris vita prodijt. Postquam verò inauditum illud circa manum leprosam signum iam trāsijsset, tertio quoq; signo Deus eos magis confirmat. ait enim rursus Scriptura: *Quòd*

Isai. 64. 6. — 1. Tim 6. 16. — Matt. 11. 19. Ioan. 8. 41. & 48. — Ioan. 9. 24. — Ioan. 17. 5. — 2. Cor. 5. 16. — Matt. 4. 2. Ioan. 4. 6. Matt. 26. 38. — Rom. 6. 9. — Exod. 4. 9.

ἀκαθαρσία. ἀκάθαρτος γὰρ ἡ ἀνθρώπου φύσις πρὸς θεόν, εἴ γε ἀληθὲς ὅ φησιν ὁ προφήτης Ἡσαΐας, ὅτι πᾶσα ἡ δικαιοσύνη ἡμῶν, ὡς ῥάκος ἀποκαθημένης. οὐκοῦν τό γε ἧκον εἰς ἀνθρώπου φύσιν, ἐν δοκήσει γέγονεν ἀκαθαρσίας, ὁ πάναγνός τε καὶ φῶς ἀπρόσιτον οἰκῶν. πεπλάνηνται γὰρ οὕτω καὶ οἱ τάλανες Ἰουδαῖοι. τοιγάρτοι καὶ μέθυσον καὶ Σαμαρείτην ὠνόμαζον, καὶ ἐκ πορνείας γεγεννημένον, καὶ πρὸς τούτοις ἔτι καὶ ἁμαρτωλόν. ἔφασκον γὰρ πρὸς τὸν ἐκ γενετῆς τυφλὸν τεθεραπευμένον· δὸς δόξαν τῷ θεῷ. ἡμεῖς οἴδαμεν ὅτι οὗτος ὁ ἄνθρωπος ἁμαρτωλός ἐστιν. ἀλλ' οὐκ ἂν οἶμαι μωρίας εἰς τοῦτο κατολίσθησάν ποτε, ὡς εἴπερ ὄντα θεὸν κατὰ φύσιν ᾔδεσαν, φάναι τὸ τοιοῦτον, καὶ ἀπύλωτον ἐπ' αὐτῷ διανοῖξαι στόμα. ἀλλ' ὁ ἐν δοκήσει γεγονὼς ἀκαθαρσίας ὡς ἄνθρωπος, ἐπὶ τὴν καθ' ἡμᾶς εὐτεχνεστάτην οἰκονομίαν διάγων, εἰς πέρας ἀνέβη πρὸς τὸν πατέρα, καὶ ἐν κόλποις γέγονεν αὐτοῦ. τότε δὴ τότε καὶ αὐτὴν ἀπεκρούσατο τὴν δόκησιν τοῦ γεγενῆσθαι μεθ' ἡμῶν ἐν νεκρότητι καὶ ἀκαθαρσίᾳ. δοξολογεῖται δὲ ὡς θεός, δοξολογεῖται παρὰ πάντων ὡς κύριος, ὡς ἁγίων ἅγιος, ὡς καταλαμπρύνων τὴν κτίσιν, καὶ τοῖς τῶν ἀνθρώπων πνεύμασι, καὶ μήν τοι τοῖς ἐπὶ γῆς χορηγῶν αὐτὸς τὸ πάντως δύνασθαι καταθλεῖν τοῦ καταμολύνειν ἰσχύοντος. ὅτι δὲ κατεδέξατο μὲν οἰκονομικῶς δι' ἡμᾶς ὁ υἱὸς τὰ ἀνθρώπινα, καὶ γέγονε μὲν ὑπὸ νόμον, κατελογίσθη δὲ καὶ ἐν τοῖς ἀνόμοις, ἀναπεφύτηκε δὲ πάλιν εἰς τὴν ἔμφυτόν τε καὶ ἐν ἀρχαῖς ἐνοῦσαν αὐτῷ τιμήν τε καὶ δόξαν, πληροφορήσει λέγων αὐτὸς πρὸς τὸν ἐν οὐρανοῖς πατέρα· πάτερ, δόξασόν με τῇ δόξῃ, ᾗ εἶχον πρὸ τοῦ τὸν κόσμον εἶναι παρά σοι. ὁρᾷς ὅτι τῶν μεταξὺ παρεισβεβηκότων ἀπαλλαχθῇ, καὶ οὐκ ἀβούλητον μὲν ἐποιήσατο τὴν μετὰ σαρκὸς οἰκονομίαν; ἠπείγετο δὲ πρὸς τὸ τῆς θεότητος εὐκλεὲς καὶ τὸ πάντα ὑπεραναστηκὸς ἀξίωμα. διὰ τοῦτο καὶ ὁ μακάριος Παῦλος· εἴ γε καὶ ἐγνώκαμεν, φησίν, τὸν κατὰ σάρκα Χριστόν, ἀλλὰ νῦν οὐκ ἔτι γινώσκομεν. ἀνεβίω γὰρ ἐκ νεκρῶν, ἀνέθορέ τε πρὸς τὸν πατέρα μετὰ σαρκός. ἀλλ' οὐκέτι, φησίν, κατὰ σάρκα αὐτὸν γινώσκομεν, τουτέστιν, οὐκ ἔτι τοῖς πάθεσιν † ὄντα τῆς σαρκός, πάθεσί τε τοῖς φυσικοῖς καὶ ἀνεγκλήτοις φημί. πρὸ μὲν γὰρ τοῦ τιμίου σταυροῦ, καὶ πεινῆσαι λέγεται, καὶ καμεῖν ἐκ τῆς ὁδοιπορίας, καὶ περίλυπον γενέσθαι· καὶ αὐτὸν δὲ τὸν ἐπὶ ξύλου δι' ἡμᾶς ἀνατλῆναι θάνατον. ἀλλὰ νῦν, οὐκ ἐν τούτοις ὄντα γινώσκομεν. ἅπαξ γὰρ ἀποθανών, οὐκ ἔτι ἀποθνήσκει. ἄφθαρτος γὰρ ὁ Χριστός, ζωὴ κατὰ φύσιν καὶ ζωῆς χορηγός, ὅτι καὶ ἐκ ζωῆς πέφηνε τοῦ πατρός. μετὰ δέ γε τὸ ἐπὶ τῇ λεπρώσῃ χειρὶ παραδόξως τετελεσμένον, καὶ τρίτῳ σημείῳ καθίστησι βεβαιοτέρους· ἔφη γὰρ πάλιν· ἐὰν

† ἴσως ὑπόντα.

δὲ

» δὲ μὴ πιστεύσωσί σοι τοῖς δυσὶ σημείοις τούτοις,
» μηδὲ εἰσακούσωσι τῆς φωνῆς σου, λήψῃ ἀπὸ τοῦ
» ὕδατος τοῦ ποταμοῦ, καὶ ἐκχεεῖς ἐπὶ τὸ ξηρόν· καὶ
» ἔσται τὸ ὕδωρ ὃ ἐὰν λάβῃς ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ, αἷμα
» ἐπὶ τοῦ ξηροῦ. ἄθρει δὴ οὖν πάλιν τὴν τῶν Ἰουδαίων
ἀπείθειαν προεγνωσμένην. μελλητὴς γὰρ ἀεί
πῃ καὶ βραδεῖς εἰς σύνεσιν, καὶ δυσμετακόμιστοι
πρὸς ἀλήθειαν. ἠπιστήκασι γὰρ τῷ τῆς ἐνανθρω-
πήσεως τρόπῳ, καὶ τοῖς διὰ μέσου παραδόξως
τετελεσμένοις· ὀψὲ δὲ καὶ μόλις τῷ τελευταίῳ
σημείῳ πεπιστεύκασιν, εἰ καὶ μὴ πάντες τυχὸν,
ἀλλ' οὖν † τὸ κατάλειμμα τὸ κατ' ἐκλογὴν χά-
ριτος, ὡς μακάριος γράφει Παῦλος. καὶ τί τὸ
τελευταῖον σημεῖον; ὁ ἐπὶ ξύλου θάνατος, καὶ ἡ τῷ
θανάτῳ παρεζευγμένη καὶ γείτων εὐθὺς ἀνα-
βίωσις τοῦ Χριστοῦ. ὅτι δὲ σημεῖον δέδοται τοῖς
υἱοῖς Ἰσραὴλ τοῦ σωτῆρος ὁ θάνατος, καὶ αὐτὸ τὸ
μέγα καὶ ἀξιάγαστον τῆς ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως, σα-
φὲς ἂν γένοιτο δι' αὐτῶν τοῦ σωτῆρος ῥημάτων.
προσπεσόντων μὲν γὰρ οἱ Φαρισαῖοι ποτὲ, μετὰ μυ-
ρίων ὅσων σημείων ἐπίδειξιν εἰρωνευόμενοί τι
» καὶ λέγοντες· διδάσκαλε, θέλομεν ἀπὸ σοῦ ση-
» μεῖον ἰδεῖν. ὁ δὲ πρὸς αὐτούς· γενεὰ πονηρὰ καὶ
» μοιχαλὶς σημεῖον ἐπιζητεῖ, καὶ σημεῖον οὐ δο-
» θήσεται αὐτῇ, εἰ μὴ τὸ σημεῖον Ἰωνᾶ τοῦ προφή-
» του. ὥσπερ γὰρ ἦν Ἰωνᾶς ἐν τῇ κοιλίᾳ τοῦ κήτους
» τρεῖς ἡμέρας καὶ τρεῖς νύκτας, οὕτως ἔσται ὁ υἱὸς τοῦ
» ἀνθρώπου ἐν τῇ καρδίᾳ τῆς γῆς, τρεῖς ἡμέρας καὶ
» τρεῖς νύκτας. κεκέρδακε δὲ ὅτι πολλοὺς ἐξ Ἰου-
δαίων οὐχὶ δὴ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐξ ἐθνῶν ὁ τοῦ Ἐμ-
μανουὴλ θάνατος, ἀταλαίπωρον ἰδεῖν. ἔφη γὰρ
» πάλιν, ποτὲ μὲν, ὅτι ὅταν ὑψωθῶ ἐκ τῆς γῆς, πάν-
» τα ἑλκύσω πρὸς ἐμαυτόν. ποτὲ δὲ αὖ· ἀμὴν ἀ-
» μὴν λέγω ὑμῖν ἐὰν μὴ ὁ κόκκος τοῦ σίτου πεσὼν
» εἰς τὴν γῆν ἀποθάνῃ, αὐτὸς μόνος μένει· ἐὰν δὲ ἀπο-
» θάνῃ, πολὺν καρπὸν φέρει. ὁρᾷς ὅπως δι' ἐναρ-
γοῦς παραδείγματος ὑπέδειξεν ἡμῖν τὸν ἐκ τοῦ θα-
νάτου καρπόν. ἦν οὖν ἄρα τὸ λοίσθιον ἡμῖν σημεῖον,
τοῦ σωτῆρος οἱ λόγοι. ἐφ' ᾧ καὶ ἡ πίστις οὐχὶ μόνων
τῶν ἐξ Ἰσραὴλ, ἀλλὰ καὶ αὐτῶν, ὡς ἔφην, τῶν ἐκ τῆς
ἑτέρας πληθύος, φημὶ δὲ τῶν ἐξ ἐθνῶν. τίνα οὖν δὴ
» τρόπον, αὐτὸ δὴ τοῦτο κατασημαίνεται; λήψῃ φη-
» σὶν ἀπὸ τοῦ ὕδατος τοῦ ποταμοῦ, καὶ ἐκχεεῖς ἐπὶ τὸ
» ξηρόν· καὶ ἔσται τὸ ὕδωρ ὃ ἐὰν λάβῃς ἀπὸ τοῦ ποτα-
» μοῦ, αἷμα ἐπὶ τοῦ ξηροῦ. ζωῆς μὲν γὰρ τύπος ἤ-
τοι σημεῖον τὸ ὕδωρ. καὶ γάρ ἐστιν ἀληθῶς ἀναγ-
καῖον εἰς τοῦτο, καὶ χρειωδέστερον τοῖς ἐπὶ γῆς οὖ-
σιν, οἱάπερ ἐκ ποταμοῦ τοῦ ζωογονοῦντος τὰ πάν-
τα πατρὸς, ζωὴ αὐτὸς ἐξέφυ, κατὰ ἀλήθειαν ὁ υἱός.
ὥσπερ γάρ ἐστι φῶς ἐκ φωτὸς, οὕτω καὶ ζωὴ ἐκ
ζωῆς. ὅτι δὴ οὐκ ἔξω ὑποστὰς, ἀλλ' ἐξ αὐτῆς κατὰ
φύσιν ἐστὶ τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς, ἐδίδασκεν ὁ Μωυσῆς, οὐ-
» δὲν δὲ ἧττον καὶ ἡμεῖς αὐτοί. λήψῃ γάρ, φησιν, ἀπὸ τοῦ
» ὕδατος τοῦ ποταμοῦ. εἶτα τοῦτο ἐκχεῖν εἰς γῆν ἐπι-
τέτακτο. τοῦτο δέ ἐστιν, αἰνιγματωδῶς, τῆς ἐνανθρω-
πήσεως τὸ μυστήριον. ζωὴ γὰρ ὑπάρχων ὁ μονογενὴς
καὶ ὡς ἐκ ζωῆς τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς ἀπορρύτως γεγεννη-
μένος ἀνεμίχθη τρόπον τινὰ τῇ ἐκ γῆς ἀνθρωπότητι, καθάπερ ἀμέλει τὸ ὕδωρ τῇ γῇ. κατῴκηκε γὰρ ἐν Χριστῷ

† τὸ λεῖμμα

si nec duobus quidem his signis crediderint, neque audierint vocem tuam sume aquam fluminis, & effunde eam super aridam: & quidquid hauseris de fluuio, vertetur in sanguinem. Agnosce denuò priùs cõmemoratam Iudæorũ incredulitatẽ. Differunt enim assiduè ac tardãt cognoscere, ægrè suscipientes veritatem. Negant enim fidẽ Incarnationis modo adhibere, & miraculis prẹter naturã patratis. Serò vltimo vix signo crediderũt, etsi nõ omnes fortasse, sed *reliquiæ secũdũ electionẽ gratiæ*, vt B. Paulus loquitur. (Rom. 11. 5.) Sed quod, amabo, extremũ hoc signũ? Mors in cruce, mortiq́; adiũcta ac propinqua CHRISTI statim resurrectio. Quòd verò in signum atque adeò magnũ & admirandũ futuræ resurrectionis carnis, data sit Israëlitis Saluatoris mors, manifestum fieri potest ex ipsis Saluatoris verbis. Accesserũt siquidẽ Pharisæi post plurima exhibita miracula irridẽtes ac dicẽtes: *Magister, volumus à te signum videre.* Ille ad hæc: *Generatio praua & adultera signum quærit, & signum non dabitur ei, nisi signũ Ionæ Prophetæ. Sicut enim fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus, sic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus.* (Matt. 12. 39. & 16. 4. Luc. 11. 29. Iona 2. 1. 1. Cor. 1. 22.) Quòd autem lucrifecerit nõ Iudæorum modò multos, sed & è Gentibus plurimos mors Emmanuëlis, facilè perspici potest. Sic enim iterùm ait, *Cùm exaltatus fuero à terra, omnia trahã ad meipsum.* (Ioan. 12. 32.) Ibidemque: *Amen, amen dico vobis, nisi granum frumenti cadens in terram mortuũ fuerit, ipsum solum manet; si autem mortuum fuerit, multum fructum afferet.* (Ibid. 12. 24.) Vides quàm euidenti exemplo mortis exhibuit fructum? erant enim hi Saluatoris sermones, vltimum signum, cui credidere nõ solùm qui ex Israël, sed & ipsi, vt dicebam, qui ex altera multitudine, ij inquam qui ex Gentibus. Quibus autem modis id significauit? *Sume*, ait, *aquam fluminis, & effunde super aridam, eritq́; aqua fluminis, quam sumpseris, sanguis super terrã.* (Exod. 4. 9.) Aqua siquidem typus hîc est vitæ ac signũ. reuerà enim necessaria vitæ est, & mortalibus maximè vsui. Quamobrem, non secùs atque ex flumine quodã, reuerà vita ipsemet natus est Filius ex Patre, qui omnia viuificat. Vt enim lumen de lumine, sic & vita est de vita. Quòd verò non extrinsecus subsistens, sed ex ipsa natura sit Dei Patris, vt & nos, Moyses edocet. *Sume*, inquit *aquã fluminis.* Dehinc eam terræ infundi præcepit. Hoc nimirum ænigmatica obscuritate Incarnationis est mysteriũ. Cũ enim vita sit Vnigenitus, & ex vita Dei Patris quasi profluẽdo sit genitus, modo quodã permixtus est terrenæ humanitati, vt terræ aqua. *In ipso enim inhabitat* (Coloss. 2. 9.)

omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, eamq; propemodum humanæ naturæ contulit. Id verò quis mẽte cõsequi aut sermone queat? Vertitur autem in sanguinem aqua. Vita enim ex se suaque natura, hoc est, Dei Patris Verbum, propter vnionis dispensationem, in carnem puta, atque in vniuersam humanitatem naturamq; nostram, etiam mortẽ ipsam subijsse visa est. Dicimus enim mortuum pro nobis, non tamen in propria id perpessum natura. Mortuus enim non esset cùm sit vita, sed carni suæ mortem quasi appropriauit. Vide itaque, quòd nisi Moyses aquam in terram effudisset, in sanguinem versa non esset; quod manifestum est mortis indicium. Verbũ enim Dei quasi extra carnem cõstitutum, vita est & viuificans. Quia verò in carne habitauit, propterea hominũ more mortuus dicitur. Ceterùm hoc permagnũ atque eximium signũ est, quo quasi reti aliquo ad fidẽ pertrahebantur reliquiæ Israël, & conuocata est Gẽtium multitudo. Quis enim credere detrectet, mortem quæ mortalibus pridem molesta erat atque infausta, cernens debilitatam, corruptionem ablatam, atque in spem vitę sempiternæ genus humanum erectum? Vt enim commortui sumus Adamo, sic & cum CHRISTO excitati sumus, vt testatur sanctus Paulus scribens: *Sicut in Adam omnes morimur, ita & in* CHRISTO *omnes viuificabimur.* Redemit enim nos sanguine suo, & pro omnium vita suam ipse vitam oppignerauit. Sed quamquam tam eximia & veneranda ostenta fierent, tamen adhuc dubitat Moyses, metuque corripitur, legationemque detrectat. Cùm enim Deus præciperet, vt Pharaonem accederet, eique annuntiaret, vt populũ Israël dimitteret, qui sibi in eremo esset sacrificaturus; abhorruit à negotio nõ mediocriter, manifestè quòd esset sermone modicus, & obscuram haberet loquelam, sic confessus, *Non sum*, ait, *eloquens ab heri & nudius tertius, & ex quo loquutus es ad seruum tuum, impeditioris & tardioris linguæ sum.* Quin & se minùs esse parem quàm vt populum à seruitutis iugo liberare queat, nõ obscurè profitetur, dicens: *Obsecro Domine, mitte alium potentem, quem missurus es.* Deo autem pollicente linguam illi se daturum, & os dilataturum, & quòd ipse esset solus qui sapientiam & eloquentiam donaret, asserente; magis se excusabat, aliumque qui magis istis polleret, substitui debere dicebat; adeoque Deum non leuiter offendebat. *Incensus*, inquit Scriptura, *ira Dominus ad Moysen ait: Nonne vides Aaronem fratrem tuum, Leuitam? Scio quòd loquens loquetur pro te.* Insuper ait: *Hic os tibi*

1.Cor.15.22

Exod.4.10.

Exod.4.

πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος σωματικῶς, μονονουχὶ δὲ τῇ ἀνθρωπείᾳ συνενήνεκται φύσει. καὶ πῶς οὐκ ἂν δύναιτό τις νοεῖν ἢ φράσαι; πλὴν εἰς αἷμα μεταπεποίηθη τὸ ὕδωρ. ἡ γὰρ κατὰ φύσιν ζωή, τουτέστιν ὁ ἐκ θεοῦ πατρὸς λόγος καθ' ἕνωσιν οἰκονομικὴν, τὴν ὡς πρὸς σάρκα φημὶ, ἤτοι πρὸς ὁλόκληρον ἀνθρωπότητα καὶ φύσιν τὴν καθ' ἡμᾶς, καὶ ἐν δοκήσει γέγονε τοῦ καὶ αὐτὸν ἀνατλῆναι τὸν θάνατον. φαμὲν γὰρ ὅτι καὶ ἀπέθανεν ὑπὲρ ἡμῶν, οὐκ εἰς ἰδίαν φύσιν τοῦτο αὐτὸς παθών· τεθναίη γὰρ αὐτὸς οὐδαμῶς, ζωὴ ὑπάρχων, ἀλλὰ τὸν τῆς ἰδίας σαρκὸς οἰκειούμενος θάνατον. ἄθρει γὰρ ὅπως εἰ μὴ ἐξέχεεν ὁ Μωυσῆς τὸ ὕδωρ εἰς τὴν γῆν, οὐ μεταπεποίηθη εἰς αἷμα. ὅπερ ἐστὶν ἐναργὲς θανάτου σημεῖον. ἔξω μὲν γὰρ τῆς σαρκὸς νοούμενος ὁ ἐκ θεοῦ λόγος, ζωὴ καὶ ζωοποιός ἐστιν. ἐπειδὴ δὲ κατῴκηκεν ἐν σαρκὶ, τότε δὴ τότε καὶ τεθνάναι λέγουσι κατὰ τὸ ἀνθρώπινον. τοῦτο δὴ † λοιπὸν τὸ ἐξαίσιόν ἐστι καὶ διαφανὲς σημεῖον, δι' οὗ καὶ σεσαγήνευται μὲν εἰς πίστιν τὸ κατάλειμμα τοῦ Ἰσραὴλ, συνεισκέκληται δὲ καὶ αὐτὴ τῶν ἐθνῶν ἡ πληθύς. τίς γὰρ οὐκ ἂν μεταθεῖτο πρὸς εὐπείθειαν ἀπονήσοντα βλέπων τὸν πάλαι δεινὸν καὶ δυσάντητον τοῖς ἐπὶ γῆς θάνατον, καὶ κατηργημένην τὴν φθορὰν, καὶ εἰς ἐλπίδα ζωῆς τῆς ἀτελευτήτου τὴν ἀνθρώπου φύσιν ἀνενηνεγμένην; ὥσπερ γὰρ συναπεθάνομεν τῷ Ἀδὰμ, οὕτω συνεγηγέρμεθα τῷ Χριστῷ, καὶ μαρτυρήσει γράφων ἡμῖν ὁ θεσπέσιος Παῦλος· ὥσπερ γὰρ ἐν τῷ Ἀδὰμ πάντες ἀποθνήσκομεν, οὕτω καὶ ἐν τῷ Χριστῷ πάντες ζωοποιηθησόμεθα. ἐξεπρίατο γὰρ ἡμᾶς τῷ ἰδίῳ αἵματι, καὶ τῆς ἁπάντων ζωῆς ἀντάλλαγμα τὴν ἑαυτοῦ ζωὴν ἐποιήσατο. ἀλλὰ καίτοι τῶν τοσούτων σεπτῶν τερατουργημάτων † ἐκπεπερασμένων, ἀλύει Μωυσῆς, ἡττᾶται δειλίας, ὑποτέθαρρηκε τὴν ἀποστολήν. ἰέναι δὴ ὅτι προσήκει πρὸς Φαραὼ θεοῦ προστέλλοντος, διαγγελοῦντα σαφῶς ἀνεῖναι τὸν Ἰσραὴλ, θύσοντά μοι κατὰ τὴν ἔρημον κατεπέφρικε μὲν τὸ χρῆμα οὐ μετρίως, προσφέρεται λέγων ἀναφανδὸν, ὡς εἴη μὲν ὁμολογουμένως ὀλίγος εἰς λόγους, καὶ παράσημον ἔχει τὴν γλῶτταν. οὐ γὰρ εὔλαλός εἰμι πρὸ τῆς χθὲς οὐδὲ πρὸ τῆς τρίτης ἡμέρας, οὐδ' ἀφ' οὗ ἤρξω λαλεῖν τῷ θεράποντί σου, ἰσχνόφωνος καὶ βραδύγλωσσος ἐγώ εἰμι. οἷα δὴ καὶ ἀνικάνως ἔχει πρὸς λύτρωσιν τῶν ὑποδουλείων ζυγῶν, διεβεβαιοῦτο σαφῶς, ἔφασκέ τε· δέομαι κύριε, προχείρησαι ἄλλον δυνάμενον, ὃν ἀποστελεῖς. χαριεῖσθαι δὲ καὶ γλῶτταν αὐτῷ καὶ στόμα κατευρύνειν ὑπισχνουμένου θεοῦ, καὶ ὡς αὐτὸς εἴη λέγοντος ὁ σοφίας καὶ λόγου δοτὴρ, μακροτέραν ἐποιεῖτο τὴν παραίτησιν, ἕτερον χρῆναι λέγων ἀναδείκνυσθαι τὸν δυνάμενον. προσκρούει δὴ οὖν ταύτῃ θεῷ. καὶ θυμωθεὶς γὰρ, φησὶν, ὀργῇ κύριος ἐπὶ Μωυσῆν εἶπεν· οὐκ ἰδοὺ Ἀαρὼν ὁ ἀδελφός σου ὁ Λευίτης; ἐπίσταμαι ὅτι λαλῶν λαλήσει αὐτός σοι. καὶ πρός γε τοῦτό φησιν, ὅτι αὐτὸς ἔσται σου στόμα·

† τὸ λοιπὸν hîc est περιέλκον

† ἴσως, ἐκπερασμένων.

» στόμα· σὺ δὲ αὐτῷ ἔσῃ τὰ πρὸς τὸν θεόν. ὁρᾷς
τὸ βραδύγλωσσον τοῦ λόγου καὶ πάλαι σκια-
γραφούμενον, ὡς ἔν γε τῷ θεσπεσίῳ Μωυσῇ.
οὐ γὰρ ἱκανὸς ὁ νόμος εἰς ἀπαγγελίαν τῶν
χρησμῳδημάτων, οὔτε μὴν ἀριστεπὴς ἢ εὔ-
γλωττος, εἰς ἀκριβῆ τοῦ συμφέροντος πα-
ραθεῖναι τὴν γνῶσιν, καθάπερ ἀμέλει ὁ Χρι-
στὸς, ὁ ἀληθῶς Λευίτης, οὗ καὶ εἰς τύπον
Ἀαρών. ὁ μὲν γὰρ νόμος ὁ διὰ Μωσέως εἰς
ἀρχὰς ἀποφέρει μόλις τῶν λογίων τοῦ θεοῦ,
καὶ στοιχεῖόν ἐστι τοῖς νηπίοις εἰσηγητὴς, παι-
δευτὴς ἀφρόνων, διὰ τύπου καὶ σκιᾶς ἀ-
μυδροτάτην ἡμῖν εἰσκομίζων μόλις τῶν πρα-
κτέων τὴν εἴδησιν. ὁ δὲ ἀληθῶς ἱκανότατος
καὶ μέγας ἡμῶν ἱερεὺς καὶ δυνατὸς εἰς ἀπο-
στολὴν, τουτέστι Χριστὸς, κατασκιασμάτων ἀ-
πηλλαγμένην παρέδειξε τὴν ἀλήθειαν. οὐ γάρ
ἐστι βραδὺς ἢ ὀκνηρὸς τὴν γλῶτταν, ἢ βρα-
χὺς τοὺς λόγους κατὰ Μωσέα, πολὺ δὲ λίαν
εὐεπὴς, καὶ μάλιστα ὡς σοφίας λόγος τοῦ θεοῦ
καὶ πατρός. θέα δὲ, πῶς οὐχ ἱκανὸς μὲν ὁ
νόμος εἰς τὸ ἐξελέσθαι δουλείας τοὺς ὑπὸ τῷ
νοητῷ πράττοντας Φαραὼ, τουτέστι τῷ σατανᾷ,
οὐδ' ἂν ὠφελῆσαί τι τὴν γῆν ὁ θεσπέσιος
Μωυσῆς, καί τοι διαφανεστάτην ἐπ' ἀρεταῖς
τὴν δόξαν ἑλὼν, μὴ οὐχὶ συνόντος τε αὐτῷ καὶ
ἐπαμύνοντος τοῦ Χριστοῦ. τοῦτο δ' ἂν μάθοις
ὧδέ πη ἔχειν καὶ ἀψευδῶς εἰρῆσθαι ἀφ' ἡ-
μῶν διὰ τὸ παρεζεῦχθαι τὸν Ἀαρών. καὶ δια-
λέγεται μὲν ὁ Μωυσῆς· διατρανοῖ δὲ τὸν λό-
γον Ἀαρών. εἰ μὴ γὰρ νοηθείη πνευματικῶς
ὁ νόμος, ἀποκαλύπτοντος ἡμῖν τὰ ἐν αὐτῷ
τοῦ Χριστοῦ, σκοτεινὸν καὶ ἀσυμφανὲς ἔσται τοῖς
ἀκροωμένοις τὸ δηλούμενον. καὶ γοῦν Ἰουδαῖοι
τὸν διερμηνεύοντα τὰ Μωσέως οὐκ ἔχοντες,
τουτέστι τὸν Χριστὸν, ἀπομεμενήκασιν ἀμα-
θεῖς. τοιγάρτοι καὶ ἔφασκεν ὁ θεσπέσιος Παῦ-
» λος· ἄχρι γὰρ τῆς σήμερον ἡμέρας, τὸ αὐτὸ
» κάλυμμα ἐπὶ τῇ ἀναγνώσει τῆς παλαιᾶς
» διαθήκης μένει μὴ ἀνακαλυπτόμενον, ὅτι ἐν
» Χριστῷ καταργεῖται. ἀλλ' ἕως σήμερον ἡνί-
» κα ἀναγινώσκεται Μωυσῆς, κάλυμμα ἐπὶ
» τὴν καρδίαν αὐτῶν κεῖται. ἡνίκα δὲ ἐὰν
» ἐπιστρέψῃ πρὸς κύριον, περιαιρεῖται τὸ κά-
» λυμμα. ὁ δὲ κύριος τὸ πνεῦμά ἐστι. οὗ
» δὲ τὸ πνεῦμα κυρίου, ἐκεῖ ἐλευθερία. ὀρ-
θῶς οὖν ἔφασκεν ὁ τῶν ὅλων θεὸς πρὸς τὸν
» ἱεροφάντην Μωσέα περὶ τοῦ Ἀαρών· οὗτος λα-
» λῶν λαλήσει αὐτός σοι, καὶ αὐτὸς ἔσται σου
» στόμα· σὺ δὲ αὐτῷ τὰ πρὸς τὸν θεόν. καὶ οὐ
δή πού φαμεν ὅτι θεῷ προσεχέστερον καὶ
μᾶλλον ἐγγὺς παρὰ τὸν Ἐμμανουὴλ ὁ Μωυ-
σῆς. ὁ μὲν γάρ ἐστιν υἱὸς καὶ ἐκ θεοῦ πα-
τρὸς κατὰ φύσιν, ὁ δὲ μεθ' ἡμῶν ἐν οἰ-
κέταις, κἂν εἰ καλοῖτο γνήσιος. δοκεῖ δέ
πως γεγενῆσθαι τὰ πρὸς τὸν θεὸν αὐτῷ. κεχρη-
μάτικε γὰρ ὑπὸ νόμου ὡς ἄνθρωπος ὁ Χρι-
στὸς, καὶ τετήρηκε τὰ Μωσέως. περιτέτμηται γὰρ

sit; tu verò ipsi in his quæ ad Deum pertinent. Vi-
des tardiloquium linguæ, & veluti adumbra-
tum in diuino Moyse? nec enim lex sufficiēs
erat ad oracula enuntianda, nec satis diserta
aut eloquens, ad exactam eorum quæ salu-
taria sunt commendandam intelligentiam,
sicut CHRISTVS verus ille Leuita, cuius
typum gessit Aaron. Lex etenim Mosaica
vix ad diuinorum sermonum perducit
primordia: quin potiùs imbecillibus atque
infantibus quasi rudimentum, stolidorum-
que magistra est in figura, atque per vmbrā
obscurissimam ægrè adferens eorum quæ
agenda, notitiam. At maximè idoneus ma-
gnusque sacerdos noster, & qui legatione
quàm optimè fungi potest, CHRISTVS vi-
delicet, veritatem vmbris anteà designatā,
manifestam exhibuit. Non enim est tardus
lingua, aut impeditus, aut sermone breuis,
vt Moyses erat; quin potiùs sermone maxi-
mè facundus, vt Verbum sapientiæ Dei ac
Patris. Sed attēde, quæso, quàm lex minimè
sufficiat ad eximendum à seruitute eos qui
sub spirituali Pharaone, hoc est Satana, ver-
santur: neque prosit quidquam in terra di-
uinus Moyses, neque maxima in virtutibus
gloria, nisi adsit & auxilietur CHRISTVS. Id
verò verum esse vereque à nobis dictum, vel
ex eo ipso cōijcere potes, quòd Aaron con-
iungatur. Et Moyses quidē res ingenio suo
diuino commentatur, Aaron verò easdem
ipsas profert, & sermone explanat. nisi enim
spiritaliter lex intelligatur reuelante nobis
CHRISTO, quæ in ea latent, obscurum quid
atque intricatum erit audientibus id quod
significatur. Et quandoquidem Iudæi, qui
Moysen explanaret, puta CHRISTVM, non
haberent; rudes atque ignari perdura-
runt: quod & Paulus ille sacer protulit:
Vsque in hodiernum diem id ipsum velamen, Exod. 4. 16.
in lectione veteris Testamenti, manet non reue-
latum, quoniam in CHRISTO *euacuatur; sed*
vsque in hodiernum diem cùm legitur Moyses,
velamen positum est super cor eorum. Cùm autem
conuersus fuerit ad Dominum, auferetur velamē.
Dominus autem spiritus est: vbi autem Spiritus
Domini, ibi libertas. Rectè itaque Deus dixit
de Aarone ad Moysen sacerdotem: *Loquens* 2. Cor. 3. 14.
loquetur ipse tibi, eritq́; os tuum: tu verò ipsi in ijs
quæ ad Deum pertinent. Neque tamen dici-
mus, Deo affiniorē, magisque propinquum
Emmanuële esse Moysen. Hic enim Dei Fi-
lius est, & ex Deo Patre quoad naturā suam
natus; ille verò quasi nobiscum inter seruos,
etsi genuinus vocetur. Factus autē videtur
ipsi in his quæ ad Deum pertinent: vixit
enim CHRISTVS, sub lege vt homo, & Mo-
saica obseruauit præcepta. Octauo enim

die circumcisus est, & tributi nomine pro capite didrachma contulit, etsi naturâ liber esset Filius. (Matt.17.24) Quin & pascha comedit, tametsi ipsemet agnus ille qui peccata mundi tollit, existeret. Hac ratione CHRISTO dicitur Moyses fuisse in ijs quæ ad Deum spectant. Quòd verò Israëlitæ fidem CHRISTI miraculis habituri nō essent, sed potiùs omnia ista admirāda despecturi, vel ipse ostendat Moyses. Quocircà Moysis personam Israëlitis aptabimus, quandoquidem ab illo vocati sunt, eiusque legibus instituti. Quòd igitur minimè sufficiens sit Mosaica lex ad redemptionē, sed potiùs nobis huic rei pretiosus CHRISTI sanguis, quo solo mors deuicta est, necessarius sit, facilè rursum è sequentibus apparebit. Discessit siquidem ex Madian diuinus ille Moyses, assumens secū vxorem & filios, peruenitque tandē in Ægyptum, obseruans accuratè & perficiens quæ mandarat Deus. Cùm verò non procul Ægypto abesset, ait illi architectus vniuersi Deus: (Exod.4.21.) *Eunte te & reuertente in Aegyptum, vide omnia portenta, quae dedi in manibus tuis; facies ea coram Pharaone.* Et post alia: *Dices Pharaoni, Hæc dicit Dominus: Filius meus primogenitus Israël. Dixi, autem tibi, Dimitte populum meum vt mihi seruiat: & noluisti dimittere eos: vide igitur, ego interficiam filium tuum primogenitum. Factum est autem in via, in diuersorio obuiauit ei angelus Domini, & quærebat eum occidere. & accipiens Sephora petrā circumcidit præputium filij sui, & procidit ad pedes eius, & dixit: Stetit sanguis circumcisionis filij mei. & abijt ab eo angelus, quia dixit: Stetit sanguis circumcisionis filij mei.* Angelus enim in figura humana insultabat & occidere aggrediebatur; vix ægrè tandem placatus, postquam Sephora filium suum testā circumcidisset: Gersam inquam, qui primogenitus erat & ipse, quod nomen latinè sonat Peregrinum seu Accolam. Quem verò exterminator tollere è medio voluerit, sacer cōtextus clarè non indicat: sed vel Moysen fortè ob dilatā filij circumcisionem; & inuitus abactus seu pulsus est. Designat iterùm hic typus, in CHRISTI sanguine mortem esse deuictam. Per ipsum namque saluata est sancta patrū multitudo, imò omne omnino mortalium genus, quod tempore antecessit. Pro omnibus enim mortem obijt, & omnium in illo mors est dissoluta. Non enim in sanguine Prophetarum, sed in sanguine CHRISTI recens nati, & cum ipso, peremptorem euitamus. Hinc ait Paulus: (Rom.14.9.) *In hoc CHRISTVS mortuus est, & reuixit, vt & mortuorum & viuorum dominetur.* Quòd si ipsum Gersam dixeris ab extermina-

ὀκταήμερος, καὶ τὴν τοῦ διδράχμου συνεισφορὰν ἐποιήσατο, καί τοι κατὰ φύσιν ἐλεύθερος ὢν υἱός. ἔφαγε δὲ καὶ τὸ πάσχα, καί τοι πάλιν ὁ αὐτὸς ὢν ὁ ἀμνὸς ὁ ἀληθινὸς ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου. ταύτῃ τοι Μωυσῆς μὲν γεγενῆσθαι λέγεται τὰ πρὸς τὸν θεὸν αὐτῷ. ὅτι δὲ ἔμελλε καὶ αὐταῖς ἀπειθεῖν ὁ Ἰσραὴλ ταῖς διὰ Χριστοῦ θεοσημείαις, παραδείξειεν ἂν ὁ Μωυσῆς, οὐδὲ αὐτοῖς τοῖς θαύμασιν ἀπονέμων τὴν πίστιν. τοιγάρτοι Μωσέως πρόσωπον τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ περιθησόμεθα, ὅτι κέκληνται δι' αὐτοῦ, καὶ τοῖς δι' αὐτοῦ παιδαγωγοῦνται νόμοις. οὐκοῦν ὅτι μὴ ἱκανὸς ὁ νόμος τοῖς εἰς λύτρωσιν, ἀπόχρη δὲ ἡμῖν εἰς τοῦτο τὸ τίμιον αἷμα τοῦ Χριστοῦ. δι' αὐτοῦ γὰρ καὶ μόνου νενίκηται ὁ θάνατος. σαφὲς ἂν γένοιτο καὶ μάλα ῥᾳδίως κἀκ τῶν δὲ δὴ πάλιν. ἀπαίρει γὰρ τῶν Μαδιηναίων ὁ θεσπέσιος Μωυσῆς, ἀναλαβὼν τὴν γυναῖκα αὐτοῦ καὶ τὰ παιδία, καὶ καθικνεῖται λοιπὸν εἰς Αἴγυπτον, ἀποπεραίνων εὖ μάλα τὰ προστεταγμένα παρὰ θεοῦ. ἐπειδὴ δὲ ἀφιστήκει λοιπὸν τῶν Αἰγυπτίων οὐ μακράν, ἔφη πρὸς αὐτὸν ὁ τῶν ὅλων θεός· πορευομένου σου καὶ ἀποστρέφοντος εἰς Αἴγυπτον, ὅρα πάντα τὰ τέρατα ἃ δέδωκα ἐν ταῖς χερσί σου, ποιήσεις αὐτὰ ἐναντίον Φαραώ. καὶ μεθ' ἕτερα· σὺ δὲ ἐρεῖς Φαραώ· τάδε λέγει κύριος· υἱὸς πρωτότοκός μου Ἰσραήλ. εἶπα δέ σοι, ἐξαπόστειλον τὸν λαόν μου ἵνα μοι λατρεύσῃ. σὺ δὲ οὐκ ἐβούλου ἐξαποστεῖλαι αὐτούς· ὅρα οὖν, ἐγὼ ἀποκτενῶ τὸν υἱόν σου τὸν πρωτότοκον. καὶ ἐγένετο, φησὶν, ἐν τῇ ὁδῷ ἐν τῷ καταλύματι συνήντησεν αὐτῷ ἄγγελος κυρίου, καὶ ἐζήτει ἀποκτεῖναι αὐτόν. καὶ λαβοῦσα Σεπφώρα ψῆφον περιέτεμε τὴν ἀκροβυστίαν τοῦ υἱοῦ αὐτῆς, καὶ προσέπεσε πρὸς τοὺς πόδας αὐτοῦ, καὶ εἶπεν· ἔστη τὸ αἷμα τῆς περιτομῆς τοῦ παιδίου μου. καὶ ἀπῆλθεν ἀπ' αὐτῆς, διότι εἶπεν· ἔστη τὸ αἷμα τῆς περιτομῆς τοῦ παιδίου μου. ἄγγελος γὰρ ἐν εἴδει τῷ καθ' ἡμᾶς ἐπιθρώσκει τι καὶ ἀνελεῖν ἐπιχειρεῖ. δεδυσώπηται δὲ μόλις, περιτεμούσης Σεπφώρας τὸν υἱὸν αὐτῆς, φημὶ δὲ Γηρσάμ, ὃς ἦν καὶ πρωτότοκος, διερμηνεύεται δὲ καὶ πάροικος. τίνα οὖν ὁ ὀλοθρευτὴς ἐπιχειρεῖ ἀνελεῖν, σαφῶς οὐ μεμήνυκε γράμμα τὸ ἱερόν· ἀλλ' ἢ Μωσέα τυχὸν τῇδε τοῦ παιδίου περιτομῇ, καὶ οὐχ ἑκὼν ἀπελήλαται. διατρανοῖ δὲ πάλιν ὁ τύπος, ὡς καὶ ἐν τῷ αἵματι τοῦ Χριστοῦ νενίκηται θάνατος. σέσωσται δὲ τῶν πατέρων ἡ ἁγία πληθὺς, μᾶλλον δὲ σύμπαν τὸ ἄνωθέν τε καὶ πρὸ αὐτοῦ γένος. ἀπέθανε γὰρ ὑπὲρ πάντων, καὶ ὁ πάντων ἐν αὐτῷ λέλυται θάνατος. οὐ γὰρ ἐν αἵματι προφητῶν, ἀλλ' ἐν τῷ αἵματι τοῦ Χριστοῦ τοῦ νεωτάτου, καὶ μετ' αὐτοῦ διαδιδράσκομεν τὸν ὀλοθρευτήν. εἰς τοῦτο γάρ, φησιν, ὁ Χριστὸς ἀπέθανε καὶ ἔζησεν, ἵνα καὶ νεκρῶν καὶ ζώντων κυριεύσῃ. εἰ δὲ μὴ λέγοιτο τῷ Γηρσὰμ ἐπιθρώ-

σκειν

σκεν ὁ ὀλοθρευτὴς, καὶ οὐχὶ δὴ μᾶλλον τῷ μακαρίῳ Μωσῇ, πάλιν ἐκεῖνο συνήσεις. οὐ γὰρ διὰ τῆς κατὰ νόμον περιτομῆς, τουτέστι τῆς κατὰ σάρκα καὶ αἰσθητῆς ἀπελήλαται θάνατος, ἀλλὰ διὰ τῆς ἐν Χριστῷ, διὰ πνεύματος, ἣν ἐνήργηκεν ἐν τῷ πρωτοτόκῳ καὶ νέῳ λαῷ, καὶ τῷ παροίκῳ μὲν ἐπὶ γῆς, ἐπιγραφομένῳ δὲ πάλιν τῆς ἄνω καὶ οὐρανικῆς· ἣν ἡ νοητὴ Σεπφώρα, τουτέστιν ἡ ἐκκλησία, ἡ ἐκ Μαδιάμ τε καὶ ἐξ ἐθνῶν, περιτέτμηκε ψήφῳ. τύπος δ᾽ ἂν εἴη καὶ αὕτη τοῦ πνεύματος, διά τοι τὸ παναλκές τε καὶ ἄθραυστον· καὶ μὴν ὅτι καὶ ἐκ πέτρας. Χριστοῦ γὰρ τὸ πνεῦμα· πέτρα δέ ἐστιν ὁ Χριστὸς, καθὰ καὶ ὁ σοφὸς γράφει Παῦλος. ἰστέον δὲ ὅτι καὶ ὁ μετὰ Μωσέα πάλαι γενόμενος Ἰησοῦς, μαχαίραις πετρίναις περιέτεμε τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ, τὴν ἀχειροποίητον ἐν Χριστῷ διὰ περιτομὴν αἰνιγματωδῶς ἡμῖν σημαίνων, ὑφ᾽ ἣν καὶ ἡττᾶται θάνατος. ἥπερ ἐστὶν ἡ νοητὴ τῆς κακίας περιτομὴ, φαυλότητός τε καὶ ἡδονῶν ἀπόθεσις. περὶ γὰρ τῆς κατὰ σάρκα περιτομῆς, ὁ θεῖος ἡμῖν γράφει Παῦλος· ἡ περιτομὴ οὐδέν ἐστι. σοφὸς δὲ ἡμῖν καὶ ἱερὸς ἀνακέκραγε λόγος· περιετμήθητε τῷ Χριστῷ, δι᾽ οὗ καὶ μεθ᾽ οὗ τῷ θεῷ καὶ πατρὶ ἡ δόξα, σὺν ἁγίῳ πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

vxoribus commisceri, quin potiùs ab earum consuetudine esse abstinendum, elegantissimè nobis significat carnis ipsius mortificatio. Sicut in lotione vestimentorum describitur nobis quodammodo purificatio per aquã; manifestum autẽ quòd & per spiritum emundantem in nobis sordes, animæque labes eluentem. Ita enim B. Paulus scribit: Qui volunt quæ CHRISTI IESV sunt, sapere, & ambulant secundùm Spiritum, hi cruci affixerunt vnà cum affectibus etiam concupiscentiam: & mortificant quidem *membra super terrã, scortationẽ, immũditiam, affectum, concupiscentiam malam.* Vestimentum autem faciunt splendidum eam, quæ de supernis est, gratiam, adeoque ipsum Emmanuelem. *Induite* enim, ait, *Dominum nostrum* IESVM CHRISTVM, *& carnis curam ne habeatis ad concupiscentiam.* Cæterùm illa quidem facere iubebat Moyses, illius temporis homines. Audiuimus autem etiam nos legẽ figuratè prædicantem quæ placent CHRISTO, & purificationẽ per aquam, & carnalium desideriorum mortificationem. Nam lex quidẽ præscripsit, vt polluti aqua abluãtur ad carnis purificationem, vtque relegentur è castris seminiflui tanquam immundi, taxans, vt arbitror, incontinentiæ vitium, & voluptatem carnis impuram esse declarãs. Hinc & nos qui per CHRISTVM iustificati sumus, & sanctificati per Spiritum, odisse iubemur tunicam carneam contaminatam. Lex igitur est præparatrix, & beneficiorum CHRISTI pulchritudinem nobis præmonstrat, tanquam in rudibus adhuc typis. Consideremus itaque, si videtur, etiam ipsum aduẽtus ipsius modum *Factum enim est*, inquit, *die tertio, cùm esset factum manè, facta sunt voces & fulgura, & nubes caliginosa erat super montem Sinai. Vox tubæ sonabat vehementer.* Aduenit enim, vt dixi, & descendit ad nos è cælis Vnigenitus, non in tempore primo, aut in principio huius sæculi, nec etiam in secundo, aut medio; sed in tertio & vltimo, adeoque diluculo diei, hoc est, quando iam caligo intelligibilis, quæ nobis inerat, expulsa fuit, noxque præterijt, & tenebræ abolitæ sunt. Qui enim hactenus putatus est huius sæculi esse Deus præ sua impostura ac tyrannide, is vniuersum terrarum orbẽ excæcauit, abducens in errorem de pluralitate deorum, atque in omne genus immũditiæ. Deus autem huius vniuersi & Dominus, hoc est CHRISTVS, apparuit nobis, & desiderabilẽ reuera diem produxit, cuius & beatus Dauid meminit dicens: *Hæc est dies quam fecit Dominus, exultemus & lætemur in ea.* Scripsit autem etiam sapientissimus Paulus, alibi quidem sic: *Nox præcessit, dies*

Abstinentia ab vxoribus indicta, & lotio vestimentorum Exod.19. quid significet.

Gal.5.24.

Coloss.3.5.

Rom.13.14.

Exod.19.16

Psal.117. 24.

Rom.13.12.

1.Thes. 5.5. autem appropinquauit. Nunc verò ita: *Non sumus noctis, neque tenebrarum, sed filij lucis atque diei.* Ideoque prima luce, & quasi tertio die descendit Vnigenitus. Porro fulgura erant in monte Sinai, & nubes caliginosa. Fulgura sunt typus diuinæ lucis & intelligibilis splendoris: nempe eius quæ in spiritu per CHRISTVM illustrat vniuersa, totumque orbem peruadit. Ita enim alibi Propheta Dauid clamat ad Saluatorem omnium IESVM CHRISTVM, *Illuxerunt fulgura eius orbi terræ.* Neque verò dicimus, quòd hîc faciat mentionem fulgetræ, quæ ex pluuia facta fuit, sed, vt modò dixi, per nomen fulgetræ voluit significare effulgentiam & coruscationem lucis intelligibilis atque diuinæ. Cæterùm quòd reuera difficulter conspici queat CHRISTI mysterium, subindicauerit tibi hęc caligo. Certè & B. Dauid ita intelligit, sicuti equidem arbitror, dum ita alibi exclamat: *Et posuit tenebras latibulum suum, in circuitu eius tabernaculum eius: tenebrosa aqua in nubibus aëris. A fulgore coram eo nubes transierunt.* Nam CHRISTI mysterium adeò tectum & inuolutum est, vt opus sit superna institutione ac reuelatione diuina. Hinc Petrus audiuit, cùm probè cognosceret carnem factum Deum Verbũ ac reuera Filium, *Beatus es Simon Bariona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed Pater meus qui est in cælis.* Et Paulus quidem asseuerat sibi hoc mysterium innotuisse per reuelationem Dei. *Caligo* itaque significat obscuritatem. Sonabat autem & *buccina*, quę pandit nobis sonorum Euangelicorum oraculorum sonum. Hinc Deus per vocem Prophetarum ad populos Iudęorum ita ait: *Constitui super vos speculatores. Audite vocem tubæ. Et dixerunt: Non audiemus. Idcirco audierunt Gentes, & qui pascunt greges inter ipsos. Audi terra; Ecce induco super populum istum mala, fructum auersionis suæ, quia verbo meo non attenderunt, & legem meam †repudiarunt.* Insonuit enim eis buccina per Dei speculatores, hoc est per sanctos Apostolos. Hi enim sunt speculatores super nos electi & constituti. *At dixerunt: Non audiemus. Idcirco audierunt Gentes.* Atqui ipsos quoque sanctos Apostolos inueniemus apertè dixisse Iudæorum populis: *Vobis oportebat primùm loqui verbum Dei: sed quoniam repellitis illud, atque vos indignos iudicatis vitæ æternæ, ecce conuertimur ad Gentes. Ita enim mandatũ nobis est à Domino.* Beatus autẽ Isaias cõfert præconiorũ CHRISTI consonantiam *tubæ*, vbi de tempore aduentus dicit: *Et erit: In die illo clangetur in tuba magna.* Siquidem etiam lex tuba est, sed rauca & exili voce. Ob hoc enim &

Margin notes: *Fulgura typus sunt diuinæ lucis & spiritalis splendoris.* — Psal. 96.4. — *Caligo significat obscuritatẽ dogmatum de CHRISTO.* — Psal. 17.12. — *CHRISTI mysterium diuina reuelatione eget ad intelligendum.* — Matt. 16.17 — Gal. 1. 12. 1 Cor. 15. 1. Ephes. 3. 3. — *Tubæ sonitus quid significet.* — Ierem. 6. 17 — †Vulgata: proiecerũt. — Act. 13. 46. — Isai. 27. 13.

ἡμέρα ἤγγικεν. ὅτι δὲ αὖ οὐκ ἐσμὲν νυκτὸς, οὐδὲ σκότους· ἀλλ' υἱοὶ φωτὸς, καὶ υἱοὶ ἡμέρας. ὄρθρου δὴ οὖν καὶ ὡς ἐν ἡμέρᾳ τρίτῃ καταβέβηκεν ὁ μονογενής. ἀστραπαὶ δὲ ἦσαν ἐπ' ὄρους Σινᾶ. καὶ νεφέλη γνοφώδης. καὶ ἀστραπὴ μὲν, εἰς τύπον τοῦ θείου φωτὸς, καὶ τῆς νοητῆς αὐγῆς, δηλονότι τοῦ ἐν πνεύματι, διὰ Χριστοῦ καταλαμπούσης τὰ σύμπαντα, καὶ διαθεούσης τὴν ὑπ' οὐρανόν. οὕτω γάρ που καὶ ὁ προφήτης ἀνεφώνει λέγων πρὸς τὸν τῶν ὅλων θεὸν καὶ σωτῆρα Χριστόν· ἔφαυσεν ἡ ἀστραπή σου τῇ οἰκουμένῃ. καὶ οὐ δή που φαμὲν, ὅτι τῆς ἐξ ὑετοῦ γεγεννημένης ἀστραπῆς ἐποιεῖτο μνήμην. ἀλλ' ὡς ἔφην ἀρτίως, τὴν τοῦ νοητοῦ φωτὸς ἀνάλαμψιν τῷ τῆς ἀστραπῆς ὀνόματι κατασημαίνειν ἤθελεν. ὅτι δὲ δυσκάτοπτον ἀληθῶς τὸ Χριστοῦ μυστήριον, ὑπεμφήνειεν ἂν ὁ γνόφος. καὶ γοῦν καὶ αὐτὸς ὁ μακάριος Δαβὶδ, ὧδε πῃ συνιεὶς, καθάπερ ἐγῷμαι, προσανακέκραγε λέγων· καὶ ἔθετο σκότος ἀποκρυφὴν αὐτοῦ, κύκλῳ αὐτοῦ ἡ σκηνὴ αὐτοῦ· σκοτεινὸν ὕδωρ ἐν νεφέλαις ἀέρων. ἀπὸ τῆς τηλαυγήσεως ἐνώπιον αὐτοῦ αἱ νεφέλαι διῆλθον. κεκρυμμένον γὰρ οὕτως ἐστὶ τὸ Χριστοῦ μυστήριον, ὡς δεῖσθαι μυσταγωγίας τῆς ἄνωθεν, καὶ ἀποκαλύψεως τῆς παρὰ θεοῦ. ἤκουε γοῦν ὁ Πέτρος εὖ μάλα, συνιεὶς τὸν ἐν σαρκὶ πεφηνότα θεὸν λόγον, καὶ ἀληθῶς υἱόν· μακάριος εἶ Σίμων Βὰρ Ἰωνᾶ, ὅτι σὰρξ καὶ αἷμα οὐκ ἀπεκάλυψέ σοι, ἀλλ' ὁ πατήρ μου ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. ἐγνωρίσθαι δὲ καὶ ὁ Παῦλος διεβεβαιοῦτο ἑαυτῷ τὸ μυστήριον κατὰ ἀποκάλυψιν θεοῦ. οὐκοῦν, τὸ ἀσυμφανὲς τῆς γνώσεως ὁ γνόφος δηλοῖ. ἀνακέκραγε δὲ καὶ ἡ σάλπιγξ, τῶν εὐαγγελικῶν θεσπισμάτων τὸ εὐηχὲς ἀποφαίνουσα. καὶ γοῦν ἔφη που θεὸς διὰ φωνῆς τῶν προφητῶν τοῖς Ἰουδαίων δήμοις· καθέστηκα ἐφ' ὑμᾶς σκοπούς. ἀκούσατε τῆς φωνῆς σάλπιγγος. καὶ εἶπαν, οὐκ ἀκουσόμεθα. διὰ τοῦτο ἤκουσαν τὰ ἔθνη, καὶ οἱ ποιμαίνοντες τὰ ποίμνια ἐν αὐτοῖς. ἄκουε γῆ. ἰδοὺ ἐπάγω ἐπὶ τὸν λαὸν τοῦτον κακὰ, τὸν καρπὸν ἀποστροφῆς αὐτῶν, ὅτι τῷ λόγῳ μου οὐ προσέσχον, καὶ τὸν νόμον μου ἀπώσαντο. πεφώνηκε μὲν γὰρ παρ' αὐτοῖς ἡ σάλπιγξ διὰ τῶν παρὰ θεοῦ σκοπῶν, τουτέστι τῶν ἁγίων ἀποστόλων. κεχειροτόνηνται γὰρ ἐφ' ἡμᾶς σκοποί. ἀλλ' εἶπον, οὐκ ἀκουσόμεθα. διὰ τοῦτο ἤκουσαν τὰ ἔθνη. καὶ αὐτοὺς δὲ τοὺς ἁγίους εὑρήσομεν μαθητὰς, τοὺς ἀναφανδὸν εἰρηκότας τοῖς Ἰουδαίων λαοῖς· ὑμῖν ἀναγκαῖον πρῶτον λαλῆσαι τὸν λόγον τοῦ θεοῦ. ἐπειδὴ δὲ ἀπωθεῖσθε αὐτὸν, καὶ οὐκ ἀξίους σεαυτοὺς κρίνετε τῆς αἰωνίου ζωῆς, ἰδοὺ στρεφόμεθα εἰς τὰ ἔθνη. οὕτω γὰρ ἐντέταλκε ἡμῖν ὁ κύριος. σάλπιγγι δὲ παρεικάζει διὰ τῶν Χριστοῦ κηρυγμάτων τὴν εὐφωνίαν, καὶ ὁ μακάριος Ἡσαΐας λέγων περὶ τοῦ καιροῦ τῆς ἐπιδημίας· καὶ ἔσται ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, σαλπιοῦσι τῇ σάλπιγγι τῇ μεγάλῃ. σάλπιγξ μὲν γὰρ καὶ ὁ νόμος, ἀλλ' ἦν ἰσχνόφωνος, καὶ βραδύγλωσσος. διὰ τοῦτο καὶ

Μω-

Μωσῆς, ὅτι καὶ μόλις εἰς μόνην ἐφώνει τὴν Ἰουδαίαν, ἐν ᾗ καὶ γέγονε γνωστὸς ὁ θεός. σάλπιγξ δὲ ἡ μεγάλη, Χριστὸς, ἤτοι τὰ δι' αὐτοῦ κηρύγματα, περιηχοῦντα τὴν ὑπ' οὐρανόν. ἔφη γὰρ, ὅτι κηρυχθήσεται τοῦτο τὸ εὐαγγέλιον ἐν ὅλῃ τῇ οἰκουμένῃ, εἰς μαρτυρίαν πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν. ὅτι δὲ ἀτρεκὴς ὁ λόγος μεμαρτύρηκε αὐτὸ τῶν πραγμάτων τὸ πέρας. ἀνήκοος γὰρ οὐδεὶς τῆς τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἀπομεμένηκε δόξης. καὶ ἐξήγαγε, φησὶν, ὁ Μωυσῆς εἰς συνάντησιν τὸν λαὸν τοῦ θεοῦ ἐκ τῆς παρεμβολῆς, καὶ παρέστησεν ἐπὶ τὸ ὄρος Σινᾶ. ὅρα τὴν Μωυσέως παιδαγωγίαν· ἀποφέρει πρὸς θεόν. παιδαγωγεῖ γὰρ ἐπὶ Χριστόν, καὶ παρίστησι μὲν οὖν ὑπ' αὐτῷ πως παιδαγωγουμένους ἐπὶ τὸ ὄρος· οὐκ ἀναβιβάζει γε μὴν ἐν αὐτῷ. ὄρος δὲ νοήσεις ἐν τούτοις, τὴν ὑπερφυᾶ τε καὶ ὑπεραίρουσαν γνῶσιν τοῦ μυστηρίου τοῦ κατὰ Χριστόν. ὑψηλὴ γὰρ λίαν, καὶ ἥκιστα μὲν τοῖς ἐν νόμῳ βατή· πρέπουσα δὲ μᾶλλον ἡμῖν τοῖς ἡγιασμένοις ἐν πνεύματι. ὡς γὰρ αὐτὸς εἴρηκεν ὁ σωτήρ· ὑμῖν δέδοται γνῶναι τὰ μυστήρια τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν. τούτοις δὲ οὐ δέδοται, φημὶ δὲ τοῖς Ἰουδαίοις. ποιούμενος δὲ καὶ ὡς ἐν εἴδει προσευχῆς τοὺς πρὸς πατέρα καὶ θεὸν ὑπὲρ ἡμῶν λόγους· ἐξομολογοῦμαί σοι, φησὶ, πάτερ κύριε τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς, ὅτι ἀπέκρυψας ταῦτα πάντα ἀπὸ σοφῶν καὶ συνετῶν, καὶ ἀπεκάλυψας αὐτὰ νηπίοις. ναὶ ὁ πατὴρ, ὅτι οὕτως ἐγένετο εὐδοκία ἔμπροσθέν σου. οὐκοῦν παρίστησι μὲν ἐπὶ τὸ ὄρος ὁ Μωσῆς, οὐκ ἀναβιβάζει δὲ ἐν αὐτῷ· ὡς γὰρ ἔφην ἀρτίως τὸ τέλειόν τι καὶ ὑψηλὸν ἐν σοφίᾳ καὶ γνώσει κερδαινόμεθα διὰ Χριστοῦ μᾶλλον, οὐ διὰ Μωσέως. ὁ μὲν γὰρ ἦν οἰκέτης, καὶ παιδαγωγός· ὁ δὲ, ὡς τῶν ὅλων κύριος, γνώσεως ἡμῖν τελείας πέφηνεν δοτήρ. ἐν αὐτῷ γάρ εἰσι πάντες οἱ θησαυροὶ τῆς σοφίας καὶ τῆς γνώσεως ἀπόκρυφοι, κατὰ τὸ γεγραμμένον. καθικομένου δὴ οὖν ἐν εἴδει πυρὸς τοῦ θεοῦ, καπνοὶ μὲν ἦσαν, ὡς ἐκ καμίνου διάττοντες, καὶ ὕψους δὲ λίαν ἐξελιττόμενοι, καὶ παντὸς εἰμαί που κατασκιδνάμενοι τοῦ λαοῦ. καταπεφοίτηκε γὰρ ἐξ οὐρανοῦ δι' ἡμᾶς πρὸς ἡμᾶς ὁ τοῦ θεοῦ λόγος ὡς πῦρ χωνευτηρίου, κατὰ τὴν τοῦ προφήτου φωνήν. καὶ αὐτὸς ἡμᾶς ἐβάπτιζεν ἐν πνεύματι ἁγίῳ καὶ πυρί· πυρὶ δὲ τῷ νοητῷ τῷ ἐν ἡμῖν δαπανῶντι συρφετὸν, καὶ τὸν ἐξ ἁμαρτίας ἐκτήκοντι ῥύπον, καὶ ἀποψύχεσθαι πρὸς ἐκτόπους ἡδονὰς οὐκ ἀφιέντι τὸν νοῦν· ἀποτετελέσμεθα δὲ ταύτῃ τοι, τῷ πνεύματι ζέοντες. καὶ τοῦτο αὐτὸ ἐνήργησεν εἰς ἡμᾶς ὁ Χριστός. τοιγάρτοι καὶ ἔφασκεν, πῦρ ἦλθον βαλεῖν ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ τί θέλω εἰ ἤδη ἀνήφθη; οὐκοῦν ἐν εἴδει πυρὸς οἰκονομικῶς δὴ λίαν τοῖς ἀρχαιοτέροις ἐφαίνετο· πλὴν οὐ δίχα καπνοῦ. συνήσομεν δὲ καὶ διὰ τούτου πάλιν, ὅτι θρηνεῖν καὶ κατοιμώζειν ἀνάγκη τοὺς ἀναπίπτοντας εἰς τὸ ῥᾴθυμον, καὶ τῆς θείας αὐτοῦ δόξης καταφρονεῖν ᾑρημένους. δακρυρροεῖν

Moyses est tenuis & tardæ linguæ, quia vix in tota Iudæa clamabat, in qua & Deus cognitus fuit. CHRISTVS autē est illa grandis ac magna tuba, aut certè eius præconia, quæ totum orbem terrarum personant. Ait enim: quòd *Euangelium regni prædicabitur in toto orbe, in testimonium omnibus Gentibus.* Quòd autem hic sermo verus sit, ipse rerum exitus comprobauit. Nullus enim nostrûm est, qui non Saluatoris nostri gloriam conspexerit. *Et eduxit*, ait, *Moyses populum Deo obuiam ex castris, & constituit eum sub monte Sinai.* Vide Moysis pædagogiam: adducit ad Deum, nam pædagogus ad CHRISTVM est: & constituit quidem eos qui sub ipsa eruditi sunt sub monte, non autem in montem ipsum offert. Porro *montem* hunc intelliges eximiam illam ac sublimē mysterij CHRISTI cognitionē. Excelsa enim admodum est, neque ab ijs, qui sub lege sunt, adiri potest, sed conueniens est nobis qui sanctificati sumus in spiritu. Ita enim Saluator ipse dixit: *Vobis datum est nosse mysteria regni cælorum: istis autem nō est datum*; Iudæis inquam. Item vbi instar precationis verba facit ad Deum ac Patrem pro nobis: *Confiteor tibi*, ait, *Pater, Domine cæli ac terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus & intelligentibus, & reuelasti ea paruulis. Ita Pater, quoniam sic placuit ante te.* Idcirco Moyses cōstituit sub monte, neque tamen ducit in ipsum: quia, vt antè docui, perfectionē sublimitatemque sapiētiæ simul & scientiæ cōparamus potiùs per CHRISTVM, nō per Moysem. Siquidem hic seruus est & pædagogus; ille autē tamquā Dominus vniuersorum apparuit nobis, perfectæ cognitionis donator: quippe *in quo sint omnes thesauri sapientiæ & cognitionis absconditi*, sicut scriptum est. Cùm autem Deus descenderet in specie ignis, fumi veluti ex fornace emicantes valdè in sublime ferebantur, per vniuersum opinor populū diffusi. Nam Dei Verbum descendit ad nos è cælo, tanquam ignis fornacis, iuxta vocem Prophetæ. Atq; ipse etiam nos baptizauit in Spiritu sancto & igne; igne autem intelligibili, qui in nobis absumit fæces, ac peccati sordes abstergit, neque sinit mentem nostram impuris voluptatibus frigescere, at potiùs accendit nos, & spiritu feruentes efficit. Atque hoc CHRISTVS ipse in nobis operatur; vnde ait, *Ignem veni mittere in terram. Et quid volo, nisi vt accendatur?* Idcirco in specie *ignis* miro consilio veteribus apparuit: cæterùm non absque fumo. Intelligemus autem per hoc rursus, quàm deflendi ac lugendi sint isti, qui ita obtorpescunt, vt diuinam ipsius gloriam negligant atque aspernētur. Nam qui in

Psal 75.1. Notus in Iudæa Deus.

Matt.24.14.

Matt.13.11. Luc.8.10. Mar.4.11.

Luc.10.21. Matt.11.25

Coloss.2.3. & 10.

Exod.19.18

Isai.30.27. Lingua eius quasi ignis deuorans.

Et Ieremi. c.14. & 23. 29. Verba mea sunt quasi ignis.

Luc.12.49. Ignem veni mittere in terram, quo pacto intelligendum.

in fumo versantur, necesse est lacrymas profundere. Quis verò dubitet, quin istiusmodi derisores & calumniatores sint conijciendi in tenebras exteriores? *Ibi enim erit*, ait, *fletus & stridor dentium*. Quòd igitur isti, de quibus nunc est sermo, acerbas effundāt lacrymas, subindicat fumus. Adijcitur autē quòd voces tubæ factæ sint progressu vehementiores, adeò vt initio pauci admodum audierint, postea verò complures, imò tota congregatio. Siquidem Euangelij prædicatio est tuba maximè sonora, quæ & sonum auditui peruium edit, vt iam à nobis dictum est. Hæc initio tātùm audiebatur in Iudæa: progressu autem temporis totum orbem terrarum peruasit. Sancti enim discipuli circumierunt prædicantes vbique gentium: adeò vt ab Hierosolymis Illyricum vsque peruenerint, quin potiùs vsque ad fines terræ, & ex ortu in occasum hæc tuba sonuerit. Hoc, vt arbitror, est quòd voces tubæ paulatim factæ sint vehemētiores. Deinde præcipit Deus beato Moysi, vt contestetur populum, ne fortè appropinquent ad Deum conspiciendum, & cadant ex ipsis multi, vtque sacerdotes, qui accedunt ad Dominum Deum, sanctificētur, ne fortè ab ipsis discedat Dominus. Vide igitur, vide, obsecro, etiam ex his rursum, quòd impossibile sit per Moysis disciplinam Deo appropinquare. Neque enim admittit eos qui typis & vmbris acquiescunt, (hæc enim Mosaica sunt) sed potiùs requirit in nobis pulchritudinem veritatis. *Veritas* autem est CHRISTVS, per quē & accessum habemus & appropinquamus Patri veluti monti, cùm ascenderimus ad ipsius cognitionem. Cognito enim Filio cognouimus per ipsum & in ipso etiam Patrem. Ergo per ipsum accessum habemus & appropinquamus Patri; nequaquam autem per Moysen, hoc est per legem. Porrò & sacerdotibus præcepit vt sanctificarētur: quo sanè euidenter ostendit sacerdotium legale non esse perfectè sanctum, vtpote quod adhuc egeat sanctificatione, alioqui non præcepisset vt sanctificarentur. CHRISTVS autē est nobis sacerdos inculpabilis, & sanctus sanctorū, atque adeò *melioris testamenti conciliator*, sicut Paulus ait. Itaque etiam primum desijt. Sed & ipsius sacerdotij simul facta est translatio, quippe quod non fuerit irreprehensibile, nec summè sanctum. Neminem enim perfecit secundùm cōscientiam, sed potiùs inuexit lotionū doctrinas, & introductiones aspersionū ad puritatē carnis. Ad hoc enim vix pertingit sacerdotij legalis vis. Cùm itaque non sit perfectè sanctū; sed statuto tempore sanctificandū sit à CHRI-

Matt. 8. & 13. & 22. & 24. 25. Luc. 13. v. 28.

Exod. 19. 19

Rom. 15. 19.

Exod. 19. 21

Ioan. 14. 6. Rom. 5. 2. Ephes. 2. 18.

Exod. 19. 22

Sacerdotiū legale imperfectè sanctum.

Hebr. 7. 22.

γὰρ ἀνάγκη ἐν καπνῷ κατοιχήσονται ἢ ὅτι πρὸς τὸ ἐξώτερον σκότος οἱ θεομισεῖς τε καὶ ἀλιτήριοι, πῶς ἂν ἐνδοιάσειέ τις; ἐκεῖ γὰρ ἔσται, φησὶν, ὁ κλαυθμὸς καὶ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων. ὅτι τοίνυν πικρὸν ἐπὶ ταῖς ῥαστώναις καταστάζουσι δάκρυον οἱ περὶ ὧν ὁ λόγος, ὑπεμφαίνουσιν οἱ καπνοί. προστίθησι δὲ, ὅτι καὶ αἱ φωναὶ τῆς σάλπιγγος ἐγίνοντο προβαίνουσαι, ἰσχυρότεραι σφόδρα· ὡς ἐν ἀρχαῖς μὲν, ὀλίγους ἀκροᾶσθαι μόλις· ὕστερον δὲ, πολλοὺς, μᾶλλον δὲ καὶ ἅπασαν τὴν συναγωγήν. σάλπιγξ μὲν γὰρ καὶ εὐφωνοτάτη, καὶ ἠχὴν ἱεῖσα τῆς διαπρυσίαν, τὸ εὐαγγελικόν ἐστι κήρυγμα, καθάπερ ἤδη προείπομεν. ἀλλ' ἠκούετο μὲν, φησὶν, ἐν ἀρχαῖς εἰς μόνην τὴν Ἰουδαίαν· προβαίνοντος δὲ τοῦ καιροῦ, καὶ εἰς πᾶσαν ἤδη τὴν ὑπ' οὐρανὸν περιήεσαν οἱ θεσπέσιοι μαθηταὶ, τοῖς ἁπανταχόσε κηρύττοντες· ὥστε καὶ ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ μέχρι τοῦ Ἰλλυρικοῦ, μᾶλλον δὲ καὶ μέχρις αὐτῶν ἀφικέσθαι περμάτων τῆς γῆς· καὶ ἐξ ἠοῦς πρὸς ἑσπέραν, τὴν ἱερὰν ἀπηχῆσαι σάλπιγγα. τοῦτο εἶναί ἐστι, τὸ γίνεσθαι τὰς φωνὰς τῆς σάλπιγγος ἰσχυροτέρας. εἶτα μετὰ τοῦτο λοιπὸν ἐπισκήπτει θεὸς τῷ μακαρίῳ Μωσῇ διαμαρτύρασθαι τῷ λαῷ, μήποτε, φησὶν, ἐγγίσωσι πρὸς τὸν θεὸν κατανοῆσαι, καὶ πέσωσιν ἐξ αὐτῶν πλῆθος. καὶ οἱ ἱερεῖς οἱ ἐγγίζοντες κυρίῳ τῷ θεῷ ἁγιασθήτωσαν, μήποτε ἀπαλλάξῃ ἀπ' αὐτῶν κύριος. ἄθρει δὴ οὖν ἄθρει, καὶ ἐκ τῶνδε δὴ πάλιν, ὡς ἔστιν ἀμήχανον διὰ τῆς Μωσέως παιδαγωγίας ἐγγίζειν θεῷ. προσίεται γὰρ οὐκ ἐν τύποις ἔτι καὶ σκιαῖς εὐδοκιμεῖν ἑλομένους. τοιαῦτα γὰρ τὰ Μωσέως. ζητεῖ δὲ μᾶλλον ἐν ἡμῖν τῆς ἀληθείας τὸ κάλλος. ἀλήθεια δὲ ὁ Χριστὸς, δι' οὗ τὴν προσαγωγὴν ἐσχήκαμεν, καὶ ἐγγὺς γεγόναμεν τοῦ πατρὸς, καθάπερ εἰς ὄρος ἀναφοιτήσαντες, τὴν περὶ αὐτοῦ γνῶσιν. ἐπεγνωκότες γὰρ τὸν υἱὸν, ἐπέγνωμεν δι' αὐτοῦ τε καὶ ἐν αὐτῷ τὸν πατέρα. οὐκοῦν δι' αὐτοῦ τὴν προσαγωγὴν ἐσχήκαμεν, οὐ διὰ Μωσέως, τουτέστιν, οὐ διὰ νόμου. ἁγιάζεσθαι δὲ καὶ αὐτοὺς προαναφαίνοντος ἐναργῶς, οὔπω τελείως ἁγίαν τὴν κατὰ νόμον ἱερωσύνην, ὡς γὰρ ἔτι δεομένην ἁγιασμοῦ, ἄλλοθι μὴ προστέταχεν ἁγιάζεσθαι. ἄμωμος δὲ, καὶ ἁγίων ἅγιος ἐφ' ἡμᾶς ἀρχιερεὺς, ὁ Χριστὸς, καὶ κρείττονος διαθήκης ἔγγυος, ὡς Παῦλός φησι. τοιγάρτοι καὶ πέπαυται μὲν ἡ πρώτη. γέγονε δὲ καὶ αὐτῆς ἱερωσύνης μετάθεσις, οὐκ ἐχούσης τὸ ἀμεμπτον, καὶ τὸ ἄκρως ἅγιον. τετελείωκε μὲν γὰρ οὐδένα κατὰ συνείδησιν· εἰσκεκόμικε δὲ μᾶλλον βαπτισμῶν διδαχὰς, ἐφηγήσεις περιρραντηρίων πρὸς τὴν τῆς σαρκὸς καθαρότητα. καταλήγει γὰρ εἰς τοῦτο μόλις τῆς νομικῆς ἱερωσύνης ἡ δύναμις. ὡς οὐκ ἔχουσα τοίνυν τὸ τελείως ἅγιον· ἁγιασθησομένη δὲ κατὰ καιροὺς ἐν Χριστῷ

στοῦ τῶν τύπων μεταπλαττομένων εἰς ἀλήθειαν, προστέταχεν ἁγιάζεσθαι. προστιθεὶς δὲ ὅτι μή ποτε ἀπαλλάξῃ ἀπ' αὐτῶν κύριος, ἐφῆκε νοεῖν, ὅτι θάνατος ἡ δίκη, τοῖς τὴν ἐν νόμῳ τιμῶσιν ἱερωσύνην, ἀναδειχθείσης ἐν κόσμῳ τῆς διὰ Χριστοῦ· δι' οὗ καὶ λαοὶ, καὶ αὐτὸ τὸ πάλαι σεπτόν τι καὶ ἱερὸν ἁγιάζεται γένος· βέβηλον δὲ πάντως, καὶ ἐν ἀκαθαρσίαις, ὃ μὴ ἡγιάσθη παρ' αὐτοῦ. διὰ τοῦτο ἔφασκε τοῖς Ἰουδαίων δήμοις· ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι ἐὰν μὴ πιστεύσητε ὅτι ἐγώ εἰμι, ἐν ταῖς ἁμαρτίαις ὑμῶν ἀποθανεῖσθε. ὅτι δὲ ἔμελλον οἱ ἐξ Ἰσραὴλ ἐξήνιοι γεγονότες ἀποπέμπεσθαι κατὰ καιροὺς, ὑπονοστήσειν δὲ οὐχ ἑτέρως πρὸς θεὸν, πλὴν ὅτι διὰ Χριστοῦ, καταδείξει ῥᾳδίως θεοῦ λέγοντος οἰκονομικῶς τῷ πανιέρῳ Μωσῇ· βάδιζε, κατάβηθι, καὶ ἀνάβηθι σὺ καὶ Ἀαρὼν μετὰ σοῦ. ὁρᾷς πῶς ἀποπέμπεται Μωσῆς, εἶτα μόνος οὐκ ἐπιστρέφει. ἄνεισι δὲ πάλιν συνομαρτοῦντος αὐτῷ καὶ συνδιαθέοντος Ἀαρὼν, ὃς ἦν εἰς τύπον Χριστοῦ τοῦ μεγάλου ἱερέως· δι' αὐτοῦ γὰρ, ὡς ἔφην, προσιτὸς ὁ πατήρ. καὶ ἀποπεμπτοὶ γεγονότες κατὰ καιροὺς οἱ ἐν νόμῳ, τουτέστιν ὁ Ἰσραὴλ, ἐπιγνώσονται μὲν ἐν ἐσχάτοις καιροῖς τὸν ὅσιόν τε καὶ ἄκακον ἀρχιερέα, τουτέστι Χριστόν· προσελεύσονται δὲ δι' αὐτοῦ τῷ θεῷ καὶ πατρὶ, καθάπερ εἰς ὄρος ἀναθρώσκοντες τὸ σεπτὸν καὶ μέγα τῆς οἰκονομίας μυστήριον, δι' οὗ πάντας ἡμᾶς σέσωκεν ὁ Χριστός· δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ πατρὶ ἡ δόξα σὺν ἁγίῳ πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

sto, cùm typi ad veritatem fuerint traducti, præcepit vt sanctificarentur. Quòd autē addiderit, † *Ne fortè ab illis discedat Dominus*; innuit quòd istis qui legis sacerdotiū coluerint, capitale supplicium sit propositū, cùm sacerdotium per CHRISTVM mundo semel ostensum fuerit, per quem & populi & hoc ipsum olim sanctum ac venerandum genus sanctificātur; profanū autem omnino est & immundum quodcumque non fuerit per hūc sanctificatum. Idcirco etiam ipse ad populos Iudæorum dicebat: *Amen, amen dico vobis, quòd si non credideritis quòd ego sum, in peccatis vestris moriemini.* Quòd autem Iudæi effrenes atque inobedientes facti, ad tempus ablegandi essent, ceterùm euoluto tempore ad Deum reuersuri, idque non aliter quàm per CHRISTVM, facilè colliges ex hoc, quod Deus miro consilio ad optimum Moysem dixit: *Vade, descende, & ascende tu & Aaron tecum.* Vidésne quo pacto ablegetur Moyses, ac deinde non solus reuertatur; sed vnà cū ipso tanquā socius ac comes ascendat Aaron, qui erat typus CHRISTI magni illius sacerdotis? Per ipsum enim, vt dixi, patet aditus ad Patrē. Atq; ita reiecti sunt certis temporibus legales, hoc est, Israëlitę. Nam in vltimis temporibus cognituri sunt sanctum illum & immaculatum sacerdotem, hoc est CHRISTVM, per quem ad Deum ac Patrem sunt ascensuri veluti in montem, amplexantes venerandum illud atque immensum diuinæ administrationis mysterium, per quod nos omnes saluos fecit CHRISTVS IESVS: per quem & cum quo est Deo ac Patri gloria cum sancto Spiritu in secula. Amen.

Exod 19.22 † Vulgata: ne percutiat eos.

Ioan.8.24.

Exod.19.24

Περὶ τῆς εἰς τὸ ὄρος ἀνόδου Μωσέως καὶ Ἀαρὼν, καὶ Ναδὰβ, καὶ Ἀβιοὺδ, καὶ τῶν ἑβδομήκοντα πρεσβυτέρων τοῦ λαοῦ.

Κέκληνται μὲν διὰ νόμου πρὸς θεὸν οἱ ἐξ αἵματος Ἰσραὴλ, μεσιτεύοντος τὸ τηνικάδε καὶ διακονοῦντος Μωσέως. ἀλλ' ὡς ὁ θεσπέσιος γράφει Παῦλος, τετελείωκεν ὁ νόμος οὐδένα. τελειότης γε μὴν αὐτοῦ καὶ προφητῶν νοεῖται Χριστός. πᾶσα γὰρ λύτρωσις δι' αὐτοῦ· ἐπεὶ μή ἐστιν ἕτερον ὄνομα ὑπὸ τὸν οὐρανὸν ἐν ἀνθρώποις, ἐν ᾧ δεῖ σωθῆναι ἡμᾶς, καὶ ἐν αὐτῷ πᾶσα τελειότης δι' ἁγιασμοῦ ἐν πνεύματι. δι' αὐτοῦ κεκλήμεθα πρὸς τὸν πατέρα, καὶ εἰς τὴν ἄνω πόλιν ἀναβησόμεθα σὺν αὐτῷ. καὶ γοῦν ἔφασκεν ἐναργῶς· ἐν τῇ οἰκίᾳ τοῦ πατρός μου πολλαὶ μοναί εἰσιν. εἰ δὲ μὴ, εἶπον ἂν ὑμῖν. πορεύομαι ἑτοιμάσαι τόπον ὑμῖν. καὶ ἐὰν πορευθῶ ἑτοιμάσαι

De ascensu Moysis & Aaron in montem, item Nadab, Abiud, & septuaginta de senioribus populi Israël.

Vocati quidem sunt per legē ad Deum Israëlitæ, mediāte tunc ac ministrante Moyse; verùm (vt diuinus ait Apostolus) *Lex perfectum fecit neminē.* Eius enim ac Prophetarum CHRISTVS censetur perfectio. Ab eo enim omnis redemptio. Quādoquidem *alind nomen sub cælo non est in hominibus, in quo saluari nos oporteat*: & in ipso omnis perfectio in sanctificatione spiritus. In ipso vocati ad Deum Patrem sumus, & in supernam ciuitatem cum illo ascendemus. Sic enim clarè ipsemet ait: *In domo Patris mei mansiones multæ sunt. Si quo minùs, dixissem vobis: quia vado parare vobis locum. Et si abiero & præparauero*

Heb.7.19. Rom.10.4.

Act.4.12.

Ioan.14.2.

vobis locum; iterum veniam, & accipiam vos ad meipsum, vt vbi ego sum & vos sitis. Primitiæ etenim & quasi initiatio quædam humanitatis præcessit in cælum. Quòd verò ipse nosmetipsos etiam illuc inserturus sit, nemo iure dubitauerit. Confirmauit enim nos in ea sententia ille qui mentiri nescit, quique tali dignis munere spem certam fecit. Erimus itaque cæli incolæ ac ciues suo tempore, præeunte nos, vt dicebam CHRISTO. Idque verum esse, fidem faciet sapientissimus Paulus, cùm ita scriptum reliquerit: *Non enim in manufacta sancta* IESVS *introiuit exemplaria verorum, sed in ipsum cælum, vt appareat nunc vultui Dei pro nobis.* Fuit enim, est, eritque Deus naturâ existens cum Patre suo, & in forma genitoris. Pro nobis verò apparet, quia homo factus est, vt & nos quià Patris oculis abducti sumus per Adami lapsum, nobisq; imperans peccatũ; rursum conspectui eius per Christũ offeramur vti in principio, ijs qui ponè subibant in nihilum abeuntibus. Vocati itaque in CHRISTO sumus, & in supernam ciuitatem, imò qui ad conspectũ Dei & Patris admittamur sumus digni habiti, ac per ipsum & in ipso adorare vniuersi conditorem Deum Patrem edocti sumus. Id verò rursum ipsa lex per figuram nobis innuit & prædicit: ascendit enim in forma ignis omnium Deus in montem Sinai, Israëlitis tradens ea per quæ ad originalem iustitiam contendere par erat. Lex enim veluti quędam prægressio est perfectiorum, rudimentaque & prædictio doctrinæ CHRISTI. Moysi enim dixit: *Ascende ad Dominum tu & Aaren, & Nadab, & Abiud, & septuaginta de senioribus Israël: & adorabunt eminus Dominum, & appropinquabit solus Moyses ad Deum; ipsi autem non appropinquabunt: at populus non simul ascendet cum eis.* Narrante verò hæc sapientissimo Moyse, respondit omnis populus voce magna dicens: *Omnes sermones, quos locutus est Dominus, faciemus & audiemus.* Sed quid posteà? *Scripsit*, inquit, *Moyses omnia verba. Surgens autem ædificauit altare sub monte, & duodecim lapides in duodecim tribus Israël. Et misit iuuenes filiorum Israël, & obtulerunt holocausta, & sacrificauerunt victimam salutis Domino Deo vitulos. Accipiens autem Moyses dimidium sanguinis infudit in craterem, & dimidium sanguinis super altare. Et accipiens librum testamenti, legit in aures populi, qui dixit: Omnia quæ locutus est Dominus, faciemus, & obediemus ei. Accipiens autem Moyses sanguinem aspersit populum, & dixit: Ecce sanguis fœderis quod disposuit Dominus vobiscum de omnibus sermonibus istis.* Peracto iam sacrificio, & asperso sanguine

Hebr. 9. 24.

Exod. 24. 1.

τόπον ὑμῖν, πάλιν ἔρχομαι, καὶ παραλήψομαι ὑμᾶς πρὸς ἐμαυτόν. ἵνα ὅπου εἰμὶ ἐγώ, καὶ ὑμεῖς ἦτε. πρωτόλειον μὲν γὰρ καὶ οἷά τις ἀπαρχὴ τῆς ἀνθρωπότητος προεφοίτησεν εἰς τὸν οὐρανόν. ἀνακομιεῖ δὲ ὅτι καὶ ἡμᾶς αὐτούς, οὐκ ἂν ἐνδοιάσειέ τις. ἐμπεδοῖ γὰρ εἰς τοῦτο ὁ ψεύδεσθαι μὴ εἰδώς, καὶ τοῖς τοῦ τυχεῖν ἀξίοις τὴν ἐλπίδα προσθείς. ἐσόμεθα γὰρ οὐρανοῦ πολῖται κατὰ καιρούς, προαναφοιτήσαντος ἡμῶν, ὡς ἔφην, Χριστοῦ. καὶ ἀληθὲς ὅτι χρῆμά ἐστι πιστώσεται ὁ σοφώτατος Παῦλος ὧδε γεγραφώς· οὐ γὰρ εἰς χειροποίητα ἅγια εἰσῆλθεν ὁ Χριστὸς ἀντίτυπα τῶν ἀληθινῶν, ἀλλ' εἰς αὐτὸν τὸν οὐρανὸν νῦν ἐμφανισθῆναι τῷ προσώπῳ τοῦ θεοῦ ὑπὲρ ἡμῶν. ἦν μὲν γάρ, καὶ ἔστι, καὶ ἔσται θεὸς ὢν φύσει, μετὰ τοῦ ἰδίου πατρὸς καὶ ἐν εἴδει τοῦ γεγεννηκότος. ἐμφανίζεται δὲ ὑπὲρ ἡμῶν, ὅτι γέγονεν ἄνθρωπος, ἵνα καὶ ἡμεῖς, οἱ τῶν τοῦ πατρὸς ὀμμάτων ἐξερριμμένοι διά τοι τὴν ἐν Ἀδὰμ παράβασιν, καὶ τὴν καθ' ἡμᾶς τυραννήσασαν ἁμαρτίαν, ἐν ὄψει γενώμεθα πάλιν αὐτοῦ, διὰ Χριστοῦ τι καὶ εἰς τὸ ἐν ἀρχαῖς, τῶν μεταξὺ παρεισβεβηκότων, οἰχομένων εἰς τὸ μηδέν. κεκλήμεθα οὖν δὴ ἐν Χριστῷ, καὶ εἰς τὴν ἄνω πόλιν, καὶ τῆς παρὰ θεοῦ καὶ πατρὸς ἐποπτείας ἀξιούμεθα, καὶ δι' αὐτοῦ καὶ ἐν αὐτῷ δεδιδάγμεθα προσκυνεῖν τὸν τῶν ὅλων γενεσιουργόν τε καὶ πατέρα θεόν. προανεφώνει δὲ καὶ τοῦτο πάλιν ἡμῖν ὁ νόμος αἰνιγματωδῶς. καταβέβηκεν μὲν γὰρ ἐν εἴδει πυρὸς ὁ τῶν ὅλων θεὸς ἐπὶ τὸ ὄρος τὸ Σινᾶ· θεσμοθετήσας δὲ τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ τὰ δι' ὧν ἦν εἰκὸς εἰς ἀρχὰς ἰέναι δικαιοσύνης. προεισβολὴ γὰρ ὥσπερ ὁ νόμος τῶν τελειοτέρων, στοιχεῖά τε καὶ προαγόρευσις τῶν διὰ Χριστοῦ παιδευμάτων. καὶ Μωσῇ φησίν, εἶπεν· ἀνάβηθι πρὸς τὸν θεόν σου, καὶ Ἀαρών, καὶ Ναδάβ, καὶ Ἀβιούδ, καὶ ἑβδομήκοντα τῶν πρεσβυτέρων Ἰσραήλ, καὶ προσκυνήσουσι μακρόθεν τῷ κυρίῳ. καὶ ἐγγιεῖ Μωυσῆς μόνος πρὸς τὸν θεόν· αὐτοὶ δὲ οὐκ ἐγγιοῦσιν. ὁ δὲ λαὸς οὐ συναναβήσεται μετ' αὐτῶν. ἀπηγγελκότος δὲ ταῦτα τοῦ πανσόφου Μωσέως, ἀπεκρίθη πᾶς ὁ λαὸς φωνῇ μεγάλῃ λέγοντες· πάντας τοὺς λόγους οὓς ἐλάλησε κύριος, ποιήσομεν, καὶ ἀκουσόμεθα. καὶ τί μετὰ τοῦτο; καὶ ἔγραψε, φησί, Μωυσῆς πάντα τὰ ῥήματα κυρίου. ὀρθρίσας δὲ Μωυσῆς τὸ πρωΐ, ᾠκοδόμησε θυσιαστήριον ἐπὶ τὸ ὄρος, καὶ δώδεκα λίθους εἰς τὰς δώδεκα φυλὰς τοῦ Ἰσραήλ· καὶ ἐξαπέστειλε τοὺς νεανίσκους τῶν υἱῶν Ἰσραήλ, καὶ ἀνήνεγκαν ὁλοκαυτώματα, καὶ ἔθυσαν θυσίαν σωτηρίου κυρίῳ τῷ θεῷ μοσχάρια. λαβὼν δὲ Μωυσῆς τὸ ἥμισυ τοῦ αἵματος ἐνέχεεν εἰς τὸν κρατῆρα· τὸ δὲ ἥμισυ τοῦ αἵματος προσέχεε πρὸς τὸ θυσιαστήριον. καὶ λαβὼν τὸ βιβλίον τῆς διαθήκης, ἀνέγνω εἰς τὰ ὦτα τοῦ λαοῦ· καὶ εἶπαν· πάντα ὅσα ἐλάλησεν ὁ κύριος ποιήσομεν καὶ ἀκουσόμεθα. λαβὼν δὲ Μωυσῆς τὸ αἷμα κατεσκέδασε τοῦ λαοῦ, καὶ εἶπεν· ἰδοὺ τὸ αἷμα τῆς διαθήκης, ἧς διέθετο κύριος πρὸς ὑμᾶς περὶ πάντων τῶν λόγων τούτων. ἐκπεπερασμένης δὲ τῆς θυσίας, καὶ καταρραινομένου παντὸς τοῦ λαοῦ

τῷ

τῷ τῆς διαθήκης αἵματι, ἀνέβη δὲ, φησὶν, ὁ Μωυσῆς καὶ Ἀαρὼν, καὶ Ναδὰβ, καὶ Ἀβιοὺδ, καὶ ἑβδομήκοντα τῆς γερουσίας τοῦ λαοῦ Ἰσραὴλ, καὶ εἶδον τὸν τόπον οὗ εἱστήκει ὁ θεὸς τοῦ Ἰσραήλ. καὶ τὰ ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ ὡσεὶ ἔργον πλίνθου σαπφείρου, καὶ ὥσπερ ἔργον στερεώματος τοῦ οὐρανοῦ τῇ καθαρότητι. καὶ τῶν ἐπιλέκτων τοῦ Ἰσραὴλ οὐ διεφώνησεν οὐδὲ εἷς. καὶ ὤφθησαν ἐν τῷ τόπῳ τοῦ θεοῦ καὶ ἔφαγον καὶ ἔπιον. Φέρε δὴ οὖν φέρε ἐφ' ἑκάστῳ τῶν ἀνεγνωσμένων τὰ εἰκότα λέγωμεν. καὶ τῆς τῶν προκειμένων ἐννοίας ἀρχόμενοι κατ' αὐτὴν, τὰ εἰς ἡμᾶς γεγονότα παρὰ Χριστοῦ. καθάπερ ἐν πίνακι καταγεγραμμένα βλέπωμεν ἐν τῇ θεοπνεύστῳ γραφῇ, καὶ τὴν ἄνωτε καὶ ἐν τοῖς οὐρανοῖς ἐκκλησίαν, ἤτοι τὸν οὐρανὸν, καὶ αὐτὴν δὲ τὴν ἐπὶ τῆς γῆς † καθομοιότητα τῆς ἄνω, καὶ βουνὸν καὶ ὄρος ἀποκαλεῖν, διά τοι τὸ ἐπηρμένον καὶ ἀνεστηκὸς εἰς τὴν ἀρετὴν τῶν κατοικούντων ἐν αὐταῖς. οὐ γάρ ἐστι χθαμαλὸς οὐδὲ κατερριμμένος τῶν ἁγίων ὁ νοῦς· ἀλλὰ φρονήματος μὲν ὑπερφέρεται τοῦ γεωδεστέρου, καὶ σαρκικῶν ἐπιθυμιῶν. ὕψου δὲ δὴ μᾶλλον ἀναφοιτᾷ. καί ἐστιν ἀληθὲς τὸ διὰ φωνῆς τοῦ Δαβίδ· ὅτι οἱ θεοὶ οἱ κραταιοὶ τῆς γῆς σφόδρα ἐπήρθησαν. ἐπεὶ δὲ τοῖς ὧδε βιοῦν ᾑρημένοις, καὶ εἰς τὸ λοιπὸν ἀρετῆς ἀναβεβηκόσι, πρέποι ἂν εἰκότως τὸ καὶ ταῖς ἄνω μοναῖς ἐναυλίζεσθαι δεῖν, πιστώσεται πάλιν ὁ ψαλμῳδὸς, οὕτω λέγων· τίς ἀναβήσεται εἰς τὸ ὄρος κυρίου, ἢ τίς στήσεται ἐν τόπῳ ἁγίῳ αὐτοῦ; ἀθῷος χερσὶ, καὶ καθαρὸς τῇ καρδίᾳ. ὃς οὐκ ἔλαβεν ἐπὶ ματαίῳ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, καὶ οὐκ ὤμοσεν ἐπὶ δόλῳ τῷ πλησίον αὐτοῦ. τὸ ἀργύριον αὐτοῦ οὐκ ἔδωκεν ἐπὶ τόκῳ, καὶ δῶρα ἐπ' ἀθῴοις οὐκ ἔλαβεν. οὗτος λήψεται εὐλογίαν παρὰ κυρίου, καὶ ἐλεημοσύνην παρὰ θεοῦ σωτῆρος αὐτοῦ. αὕτη ἡ γενεὰ ζητούντων τὸ πρόσωπον τοῦ θεοῦ Ἰακώβ. ὄρος οὖν ἀναβάσιμον τοῖς ἁγίοις ὁ οὐρανός ἤτοι τῶν πρωτοτόκων ἡ ἐκκλησία· βεβήλοις δέ γε καὶ ἀνοσίοις, ἄστιβές. προστέταχε τοίνυν ὁ τῶν ὅλων θεὸς ἀναφοιτᾶν εἰς τὸ ὄρος Μωσέα τε καὶ Ἀαρὼν, Ναδάβ τε καὶ Ἀβιοὺδ καὶ ἑβδομήκοντα τῶν πρεσβυτέρων τοῦ Ἰσραήλ. ἔφασκέ τε, ὅτι καὶ προσκυνήσουσι μακρόθεν τῷ κυρίῳ. καὶ ἐγγιεῖ Μωυσῆς μόνος πρὸς τὸν θεόν· αὐτοὶ δὲ οὐκ ἐγγιοῦσιν. ὁ δὲ λαὸς οὐ συναναβήσεται μετ' αὐτῶν. οἱ μὲν οὖν ἐξ Ἀαρὼν γεγονότες υἱοὶ, τὸ ἱερὸν ἡμῶν σημαίνουσι γένος· οἱ δὲ πρεσβύτεροι, τοὺς ἀριστίνδην ἐξειλεγμένους. Ἀαρὼν δὴ πάλιν αὐτὸν ἡμῖν ὑποπλάττεται τὸν Χριστὸν, τὸν ὅσιόν τε καὶ ἄκακον ἀρχιερέα, δι' οὗ καὶ ἐσχήκαμεν τὴν διὰ πνεύματός τε καὶ ὕδατος γέννησιν· ἐκλεκτὸν γένος, καὶ βασίλειον ἱεράτευμα, καὶ ἔθνος ἅγιον χρηματίζομεν. ἀναβησόμεθα τοίνυν κατὰ καιροὺς καὶ εἰς τὴν ἄνω πόλιν οἱ ἀπόλεκτοί τε καὶ ἱεροὶ, συνόντος ἡμῖν καὶ ἡγουμένου Χριστοῦ τοῦ μεγάλου ἱερέως, τοῦ δι' ἡμᾶς καθ' ἡμᾶς γεγονότος, καὶ συμπροσκυνοῦντος ἡμῖν

† ἴσως, καθ' ὁμοιότητα.

fœderis populo vniuerso, ascenderunt Moyses & Aaron, Nadab & Abiud, & septuaginta seniores populi Israëlitici: videruntque locum in quo steterat Deus Israël, & quæ sub pedibus eius fuerant, tamquam opus lapidis sapphiri, & sicut species firmamenti cæli, cùm sudum est ac serenum. Et de electis Israël ne vnus quidem dissonuit: & apparuerunt in loco Dei, ederuntque ac biberunt. Age itaque, age, de singulis eorum quæ legimus, quæ maximè conuenit dicamus; & quamprimùm de ijs, quæ de proposita materia cogitauimus, auspicantes, ea quæ circa nos CHRISTVS operari dignatus est. Veluti in tabula quadam descripta speculemur in diuinitus inspirata Scriptura, cùm eam quæ sursum est ac cælestem Ecclesiam, seu cælum ipsum; eamque quæ in terris, quia assimilata est cælesti, tum collem nominari, tū montem: quòd & exaltati sint, atque in virtutem extumuerint commorátes in illis. Non enim humilis est, neque depressa Sanctorū mens, sed prudentiæ supereminet terrestri cuiuis, atque carnalibus desiderijs. Sursum enim magis tēdit; verumq; est illud Dauidis: *Dij fortes terræ vehementer eleuati sunt.* Quòd verò qui ita viuere elegerint, & ad tantam virtutem ascenderint, solos oporteat in cælesti aula commerari, idē Psaltes rursum persuadet hisce verbis: *Quis ascendet in montem Domini, aut quis stabit in loco sancto eius? Innocens manibus & mundo corde: qui non accepit in vano animam suam, nec iurauit in dolo proximo suo. Qui pecuniam suam non dedit ad vsuram, & munera super innocentem non accepit. Hic accipiet benedictionem à Domino, & misericordiam à Deo salutari suo. Hæc est generatio quærentium faciem Dei Iacob.* Mons igitur sanctis peruius hominibus, cælum ipsum est, siue Ecclesia primogenitorum, inaccessus contrà improbis atque impijs. Iussit itaque vniuersi Deus Moysem in montem ascendere & Aaronem, & Nadab, & Abiud, & septuaginta de senioribus Israël; sed tamen dixit: *Et adorabunt longiùs positi Dominum. Accedetq́; Moyses solus ad Deum: illi verò non appropinquabunt, nec populus conscendet cum ipsis.* Filij itaque Aaronis, sacrum nobis genus designant; senes verò, electione cōstitutos. Aaron autem CHRISTVM iterùm exhibet, sanctū innocentemq́; sacerdotem summū: per quē in Spiritu & aqua regenerati, *genus electum, regale sacerdotium, gensq́; sancta* appellamur. Ascendemus itaque suo aliquando tempore etiā nos, sacri atque electi in ciuitatē cælestē, comitante nos ac ducente sacerdote magno CHRISTO, qui ex nobis factus est, quique nobiscum adorat

vnà

Exod. 24. 9.

Psal. 46. 10.

Psal. 23. 3.

Psal. 14. 5.

Psal. 23. 5.

Exod. 24. 2.

1. Petr. 2. 9.

vnà Patrē naturâ suâ Deū existentē. Et appropinquat quidē Moyses: nobiscum verò, qui longiùs positi, Filius. Suo enim modo venit ad mysteriū Incarnationis Deo propinquior Moyses, tanquam legis mediator atque arbiter. Quia verò è nobis Filius factus est, cùm esset Deus naturâ, vniuersorumq; Dominus; propterea nostrum non aspernatur genus modumque: sustinet verò dispēsationis ratione infra Moysen etiam censeri. Etenim etiā nobiscū factus est sub eadem lege, etsi legislator, vtpote Deus, existeret. Quòd verò sub lege factus sit, perspicuè videre licet. Octauo enim circumcisus est die. Soluit verò etiam pro se didrachma, tametsi liber naturâ, & immunis, vt filius, esset. Satis verò & hoc è sacris Litteris clarum, sub lege natum esse Emmanuëlem: quòd verò quà homo erat, & quatenus secundùm nos ex lege natus est, ipso etiam Moyse inferior iudicetur, & ex sequentibus cognosces. Præcepit enim vniuersorum Dominus optimè Moysi, vt Israëliticum populum ab intolerabili vindicaret seruitute Pharaonem sic appellando: *Dominus Deus Hebræorum vocauit nos.* Lex enim fatetur infirmum quid atque imbecillum se esse ad redimendum. Huic addit tergiuersanti & cunctanti diuinum Aaronem, qui typus est CHRISTI omnia potentis, per quem omnis est redemptio. Moysi enim sic ait: *Ecce, dedi te Deum Pharaoni: & Aaron frater tuus Propheta tuus erit. Tu verò loquèris omnia quæ præcipio tibi: Aaron frater tuus Pharaoni loquetur.* Vides vt Aaron rursum mediator sit, Mose legislatoris personam sustinente? Hinc & B. Paulus legem ipsam illi apponit etiam à Deo dissolutam. Ita enim scribit: *Irritam quis faciens legem Moysi, sine vlla miseratione duobus vel tribus testibus moritur.* Conscendimus igitur nos sacrati atque electi ad supernas mansiones, veluti in montem quemdam, reliqua plebe infrà manente. *Non enim, ait, ascendet populus cum eo:* quòd, vt CHRISTVS ait, *multi sint vocati: pauci verò electi.* Ascendimus verò, sed cum CHRISTO. Aderat enim tunc adorantibus Aaron, & ijs qui adhuc longiùs aberant adnumeratus fuit. Sic & CHRISTVS longè à nobis abfuit propter nos, vt & nos cū ipso & per ipsum Patri appropinquaremus. Cuncta enim propter nos ac pro nobis sapienter ordinauit. Vt enim factus est nobiscum mortalis, vt cum ipso ac per ipsum viueremus (reuixit enim, mortis potestate destructa) sic factus est nobiscum longiùs, tametsi erat propè, vt & nos cum ipso & per ipsum denuò appropinquaremus Patri. quod & accidit. Cōparticipes enim ei redditi

Luc. 2. 21. — Matt. 17. 24. — Exod. 3. 18. — Exod. 4. 15. & 16. — Hebr. 10. 28 — Matt. 20. 16

καίτοι πατέρα ὄντα κατὰ φύσιν τὸν Θεόν. καὶ ἐγγίζει μὲν ὁ Μωυσῆς, σὺν ἡμῖν δὲ τοῖς μακρὰν, ὁ υἱός. ὅσον γὰρ ἧκεν εἰς τὸ τῆς μετὰ σαρκὸς οἰκονομίας μυστήριον, Θεῷ προσεχέστερος ὁ Μωσῆς, ὡς νόμου μεσίτης καὶ βραβευτής. ἐπειδὴ δὲ μεθ' ἡμῶν γέγονεν ὁ υἱὸς, καίτοι θεὸς ὢν φύσει καὶ τῶν ὅλων κύριος, ταύτητοι τὸ καθ' ἡμᾶς οὐκ ἀτιμάζει μέτρον. ἀνέχεται δὲ οἰκονομικῶς καὶ αὐτοῦ κατωτέρω νοεῖσθαι Μωσέως. καὶ γοῦν καὶ γέγονε μεθ' ἡμῶν ὑπὸ τὸν αὐτὸν νόμον, καίτοι νομοθέτης ὢν ὡς θεός. ὅτι δὲ γέγονεν ὑπὸ νόμον, ἀταλαίπωρον ἰδεῖν. περιτέτμηται γὰρ ὀκταήμερος, συντετέλεκε δὲ καὶ τὸ δίδραχμον, καίτοι κατὰ φύσιν ἐλεύθερος ὢν ὡς υἱός. ἀρκέσει δὲ καὶ αὐτὸ τὸ γράμμα τὸ ἱερὸν, ὑπὸ νόμον γεγενῆσθαι λέγον τὸν Ἐμμανουήλ. ὅτι δὲ διὰ τὸ ἀνθρώπινον, καὶ ἐπειδὴ γέγονε καθ' ἡμᾶς ὑπὸ νόμον, καὶ ἐν δευτέροις τεθεῖσθαι Μωσέως νομίζεται, συνήσεις καὶ δι' ἑτέρων. προσέταττε μὲν γὰρ ὁ τῶν ὅλων θεὸς τῷ πανάριστῳ Μωσεῖ τῆς ἀφορήτου δουλείας ἀνεῖναι τὸν Ἰσραὴλ τῷ Φαραὼ λέγοντα· κύριος ὁ θεὸς τῶν Ἑβραίων προσκέκληται ἡμᾶς. ὁ δὲ ὁμολογεῖ τὸ ἀδρανὲς ὁ νόμος εἰς ἀπολύτρωσιν. εἶτα συνάπτει ἀναδυομένῳ καὶ μέλλοντι τὸν θεσπέσιον Ἀαρὼν εἰς τύπον Χριστοῦ τοῦ πάντα ἰσχύοντος, δι' οὗ πᾶσα ἡ λύτρωσις. ἔφη γὰρ ὧδε πρὸς Μωυσῆν· ἰδοὺ δέδωκά σε θεὸν Φαραὼ, καὶ Ἀαρὼν ὁ ἀδελφός σου ἔσται σου προφήτης. σὺ δὲ λαλήσεις αὐτῷ πάντα ὅσα ἐντέλλομαί σοι. ὁ δὲ Ἀαρὼν ὁ ἀδελφός σου λαλήσει πρὸς Φαραώ. ὁρᾷς ὅτι μεσιτεύει πάλιν Ἀαρὼν τὸ τοῦ νομοθέτου πρόσωπον φοροῦντος Μωσέως. ταύτῃ τοι καὶ ὁ μακάριος Παῦλος καὶ αὐτὸν ἀνατίθησι τὸν νόμον αὐτῷ, καίτοι λελυθέντα παρὰ θεοῦ. γράφει γὰρ οὕτως· ἀθετήσας τις νόμον Μωσέως, χωρὶς οἰκτιρμῶν ἐπὶ δυσὶν ἢ τρισὶ μάρτυσιν, ἀποθνήσκει. ἀνῇμεν τοίνυν καθάπερ εἰς ὄρος τὰς ἄνω μονὰς οἱ ἱεροὶ καὶ ἀπόλεκτοι, τῆς ἑτέρας πληθύος ἀπομενούσης κάτω. οὐ γὰρ ἀνελεύσεται, φησὶν, ὁ λαὸς σὺν αὐτοῖς. ὅτι κατὰ τὴν τοῦ σωτῆρος φωνὴν, πολλοὶ κλητοὶ, ὀλίγοι δὲ ἐκλεκτοί. ἀνῇμεν δὲ, οὐ δίχα Χριστοῦ. συνῆν γάρ ποτε τοῖς προσκυνοῦσιν ὁ Ἀαρὼν, καὶ τοῖς ἔτι μακρὰν ἐναρίθμιος ἦν. οὕτω καὶ ὁ Χριστὸς, μακρὰν μεθ' ἡμῶν δι' ἡμᾶς, ἵνα καὶ ἡμεῖς σὺν αὐτῷ τε καὶ δι' αὐτοῦ ἐγγὺς τοῦ πατρός. πάντα γὰρ δι' ἡμᾶς καὶ ὑπὲρ ἡμῶν ᾠκονομεῖτο σοφῶς. ὥσπερ γὰρ γέγονε μεθ' ἡμῶν ἐν νεκροῖς, ἵνα ἡμεῖς εἰς ζωὴν σὺν αὐτῷ τε καὶ δι' αὐτοῦ· ἀνεβίω γὰρ τὸ τοῦ θανάτου πατήσας κράτος. οὕτω γέγονε μεθ' ἡμῶν ἀπωτέρω, καίπερ ὢν ἐγγὺς, ἵνα πάλιν ἡμεῖς σὺν αὐτῷ, καὶ δι' αὐτοῦ ἐγγίσωμεν τῷ πατρί. ὃ δὴ καὶ τετέλεσται. μέτοχοι γὰρ γεγονό-

diti

νότης αὐτοῦ διὰ τοῦ πνεύματος, ἡνώμεθα τῷ θεῷ καὶ πατρὶ δι' αὐτοῦ, εἴπερ ἐσμὲν ἀληθῶς θείας φύσεως κοινωνοὶ, κατὰ τὰς γραφάς. ἀλλ' ὑψοῦ μὲν ἰέναι προστέταχε, καὶ συναναθρώσκειν εἰς τὸ ὄρος Μωσεῖ τε καὶ Ἀαρὼν, σὺν ἱερεῦσί τε καὶ ἐξειλεγμένους ὁ τῶν ὅλων θεός. ἔτι δὲ σὺν εὐκλείας ἥκοντας εἰς τοῦτο λοιπὸν, καὶ ἀναβῆναι ἀληθῶς εἰς τὸ ἄνω προτεθυμένους, ἵνα καὶ ἐγγὺς γένοιντο θεοῦ, περιφανίζεσθαι χρὴ τῷ αἵματι τοῦ Χριστοῦ, ὃς τῆς ἁπάντων ζωῆς ἀντάλλαγμα τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν ἐποιήσατο. ἀνατέθεικε δὲ καὶ εἰς ὀσμὴν εὐωδίας τὴν ἀναληφθεῖσαν σάρκα· προσκεκόμικε γὰρ ἑαυτὸν ἱερεῖον ἄμωμον ὑπὲρ ἡμῶν τῷ θεῷ, καὶ νοητὸν ὁλοκαύτωμα, ὡς προαιετύπου πάλιν ἡμῖν ὁ θεσπέσιος Μωσῆς, τῇ τοῦ πνεύματος φωταγωγίᾳ πρὸς τὴν τῶν ἐσομένων προηγούμενος γνῶσιν. τοῦτο γὰρ οἶμαι σημαίνει. περὶ τῆς εἰς τὸ ἄνω πορείας αὐτοῦ τε καὶ τῶν κεκλημένων, ἔγραψε πάντα τὰ ῥήματα κυρίου. τί δὲ τοῦτο περιείργασται πάλιν, ἐροῦμεν εὐθύς. χρὴ γὰρ οἶμαι σὺν τοῦ ὕψους τε καὶ ἄνω πορείας ἐφιεμένους, εἰς νοῦν καὶ καρδίαν ἐγκεχαραγμένον ἔχειν τὸν τοῦ θεοῦ νόμον· ἀναφωνεῖν τε λοιπὸν καθάπερ ἐκ λύρας πρὸς αὐτὸν,
„ ἐν τῇ καρδίᾳ μου ἔκρυψα τὰ λόγιά σου, ὅπως
„ ἂν μὴ ἁμαρτῶ σοι. ὥσπερ γάρ ἐστιν οὐκ ἀσύμφορον εἰς ζωὴν, καὶ χρῆμα σωτήριον, τὸ τῶν τοῦ θεοῦ λόγων μεμνῆσθαι διὰ παντὸς· τὸν αὐτὸν οἶμαι τρόπον ὀλέθρου πρόξενον τὸ ἐπιλανθάνεσθαι φιλεῖν. γράφει τοίνυν ὁ μακάριος Μωσῆς πάντα τὰ ῥήματα τοῦ κυρίου, περὶ ὧν καὶ αὐτὸς ἐπιφωνεῖ τοῖς παιδαγωγουμένοις δι' αὐτοῦ, μᾶλλον δὲ
„ καὶ ἡμῖν αὐτοῖς. καὶ λαλήσεις ἐν αὐτοῖς καθήμενος
„ ἐν οἴκῳ, καὶ πορευόμενος ἐν ὁδῷ, καὶ κοιταζόμενος,
„ καὶ διανιστάμενος. ὀρθρίσας δὲ τὸ πρωῒ θυσιαστή-
„ ριον ἀνεδείματο. προσέθηκε δὲ αὐτῷ δωδεκαδέ-
„ κα λίθους εἰς τὰς δώδεκα φυλὰς τοῦ Ἰσραήλ. καὶ
„ ἀπέστειλε σὺν νεανίσκους τῶν υἱῶν Ἰσραήλ, οἳ καὶ
„ ἀνήνεγκαν, φησὶν. ὁλοκαυτώματα, καὶ ἔθυσαν
„ θυσίαν σωτηρίου τῷ θεῷ, μοσχάρια. τὸ μὲν οὖν θυσιαστήριον, τύπος ἂν εἴη καὶ μάλα σαφῶς τῆς ἐκκλησίας τοῦ Χριστοῦ τῆς οἱονεί πως ἐπὶ τὸ ὄρος κειμένης. ὑψοῦ γὰρ ὥσπερ ἐν ὄρει τὴν ἑτέραν εἶναί φαμεν, τὴν τῶν πρωτοτόκων μητρόπολιν, ἧς τεχνίτης καὶ δημιουργὸς ὁ θεός. ἐξεικονίζει τοιγαροῦν τὴν ἐκκλησίαν ἡμῖν τὸ θυσιαστήριον· ᾧ καὶ λίαν οἰκονομικῶς προσέθηκεν ὁ Μωυσῆς σὺν δώδεκα λίθους, εἰς τὰς δώδεκα φυλὰς τοῦ Ἰσραήλ. μονονουχὶ καὶ διὰ τούτων προπαρεγγυῶν τοῖς ἐξ αἵματος Ἰσραὴλ, ὅτι χώρας αὐτοῖς ὁ μάλιστα πρέπων, ἡ ἐκκλησία Χριστοῦ καὶ τάχα που διακεκραγέναι δεήσει. κατακυκλώσω τὸ θυσιαστή-
„ ριόν σου κύριε, τοῦ ἀκοῦσαί με φωνὴν αἰνέσεως.
[† ἐν. αὐτοῖς] ὅτι γὰρ † αὐτοὺς μάλιστα καὶ πρό γε τῶν ἄλλων σωτῆρα καὶ λυτρωτὴν ἀπέστειλε τὸν υἱὸν ὁ πατὴρ, σαφῶς εἰ
„ φωνεῖ λέγων αὐτός· οὐκ ἀπεστάλην, εἰ μὴ εἰς
„ τὰ πρόβατα τὰ ἀπολωλότα οἴκου Ἰσραήλ. ἐπειδὴ δὲ εἰς ἐκτόπους ἀπονοίας ὠλισθηκότες πεπαρῳνήκασιν εἰς αὐτὸν, μετακεχώρηκεν ἀναγκαίως

diti ſumus, & vniti Deo ac Patri per ipſum, ſiquidem *diuinæ ſumus naturæ conſortes*, vt [2. Petr. 1. 4.] ſcriptum eſt. Sed ſurſum tendere præcepit vniuerſorum Deus Moyſi & Aaroni, & in monte aggregari ſacerdotes atque ſelectos. Ad illam verò gloriam venientes, & reuerà aſcendere ſurſum paratos, quò & Deo appropinquent, luſtrari & purificari CHRISTI ſanguine cōuenit, qui pro omniū vita animā ſuam †redhoſtimento poſuit: obtulit quoq; [ἀντάλλαγμα, redhoſtimentum, retaliatio, permutatio.] etiam in odorem ſuauitatis carnem aſſumptam. Dedit enim ſeipſum ſacrificium innoxium pro nobis Deo, ac ſpiritale holocauſtū, vt in typo nobis B. Moyſes denuò repræſentauit, illuminatione ſpiritus præcedens ad poſterorum qui ſequerentur eruditionē. Hoc enim, puto, intelligēs per ſuum atque vocatorum in ſuperiora aſcenſum, *Scripſit omnia verba Domini*. Quid hæc rurſum fuerit conſecutum, nunc dicemus. Oportet enim, vt arbitror, eos qui ſurſum tendūt & ſuperna appetunt, animo cordique inſculptam Dei legem geſtare: exclamare denique cum Pſalte ad Deum: *In corde meo abſcondi eloquia tua vt nō peccē tibi.* [Pſ. 118. 11.] Vt enim vtile eſt vitæ, & res ſalutaris, verborum Dei vbique meminiſſe; ad eundem puto modum perniciē adfert, illius obliuiſci, atque ignorare. Moyſes itaq; diuinus ſcribit *omnia verba Domini*, de quibus & idem apud diſcipulos à ſe eruditos loquitur, vel nobis potiùs ipſis: *Et loquêris in ipſis ſedens domi tuæ, & ambulans in via, dormiens, & cubitu ſurgens.* [Deuter. 6. 7] *Manè verò conſurgēs ædificauit altare, & duodecim † lapides in duodecim tribus Iſraël. Miſitq́ iuuenes filiorum Iſraël, qui & obtulerunt holocauſtomata, & immolauerunt hoſtiam ſalutaris Deo, vitulos.* [† Vulgata vitulos.] Altare quidem typus eſſe poteſt, & quidem clarus, Eccleſiæ CHRISTI, quæ in monte ſita eſt. In edito enim loco, tamquam in monte quodam, illam alteram ſitam eſſe dicimus, quæ primogenitorum eſt metropolis, cuius opifex & architectus Deus. Repræſentat ergo altare nobis Eccleſiam, cui & myſticè valdè impoſuit Moyſes lapides duodecim, in totidem tribus populi Iſraël: ſic propemodum accedens ijs, qui de ſanguine Iſraëlis ſunt; quibus locus maximè decens, Eccleſia CHRISTI eſt; vt fortaſſis exclamaſſe illud oporteat: *Circumdabo altare tuum Domine, vt audiam vocem laudis.* [Pſal. 25. 6.] Quòd enim ipſis maximè & ante alios Saluatorem ac Redemptorem miſerit Filium Pater, ipſemet declarat cùm ait: *Non ſum miſſus niſi ad oues quæ perierūt domus Iſraël.* [Matt. 15. 24.] Poſtquam verò ingenti pereuntes amentia in illum ſunt debacchati Iudæi, neceſſariò

CHRISTVS ad Gentes se conuertit. Quòd igitur locus maximè aptus ipsis erat, vt modò dicebam, altare CHRISTI, Moyses præsignificauit, apponens ipsi lapides duodecim in totidē tribus Israël. Quòd verò fortitudine admirandi (hoc est, spiritali quæ secundùm Deum est, robustamque ac validam mentem obtinentes) sacrificaturi erant opportunè CHRISTO sacrum, ex ijs quæ gesta sunt facilè discas. Missi etenim sunt iuuenes, & obtulerunt holocausta. Id autem præstitisse beatos comperimus Apostolos, qui omnem, vt ita dicam, terrarum orbē peragrarunt sacrificātes, & holocausta Deo offerentes, hoc est, eos qui fide sana & integra ornati sunt, & quàm optimè ad virtutem comparati. Non enim est imbecillæ mentis, perspicuè alios docere posse, neque animi infirmi, neque sæcularibus desiderijs assueti, at præparati sic, & iuueniliter animati, vt tādē dicere queat: *Mihi viuere* CHRISTVS *est, & mori lucrū.* Qui enim talis est, verè iuuenis est audax, atque ipsis fortissimis annumerādus. Oportet autem ipsum Deo offerre holocausta ac spiritualia sacrificia, & sacra insensibilia cōtrectare, salutare quoque adolere sacrificium: quod per oblatos vitulos etiam aptissimè designatum est. Aliquando enim quidem ob robur, & quia inter animalia quæ sancta dicebantur, primarium vitulus est, perfecto vitulo CHRISTVS assimilatur: aliquando etiam paruo vitulo; quā ob causam, vt vides, homo factus Vnigenitus sub seruitutis iugo natus fuit. Verum siquidē est, quòd in forma serui apparuerit: sed quantum dicere fas, in carnis venit mysterium, factus nobiscū sub iugo seruitutis, sed iugi seruilis expers; quandoquidem cælestis erat naturæ ac liberæ. Hinc vitulo comparatur, quòd & sub iugo fuerit, & iugi expers. Iugum enim nescit vitulus, etsi iugo destinetur. Aliter: Licet natus sit sub lege, veluti sub iugo, tamen liber fuit. Erat enim supra legem, quia legislator ac Deus. Ac Tertiò, si videtur, portauit carnem terrenam infirmam in seipsa propter legem peccati, vt Paulus ait. Quantum enim ad carnalem naturam, incurrisse censetur iugum peccati; sed ab omni culpa fuit purus & integer. *Damnauit enim peccatum in carne, vt iustificatio legis impleretur in nobis, qui non secundùm carnem ambulamus, sed secūdùm spiritū.* CHRISTVS itaque mysticè sic est vitulus nominatus, & quia noua factus est creatura. Primitiæ enim ipse ad hoc vocatorum fuit. Quòd verò necesse erat sanguine sanctificari eos qui cōprehendūt, & Deo appropinquare volunt, Moyses ostēdit, sanguine vniuer-

Philip. 1.21. Philipp. 2.7 Rom. 7.25. Rom. 8.4.

ἐπὶ τὰ ἔθνη Χριστός. ὅτι τοίνυν χῶρος ὁ μάλιστα πρέπων ἦν αὐτοῖς, καθάπερ ἔφην ἀρτίως, τὸ τοῦ Χριστοῦ θυσιαστήριον, προκατασημαίνει ὁ Μωσῆς προσθεὶς αὐτῷ σὺν δώδεκα λίθους εἰς τὰς δώδεκα φυλὰς τοῦ Ἰσραήλ. ὅτι δὲ ἔμελλον οἱ ἐπ' ἀνδρείᾳ τεθαυμασμένοι, δηλονότι τῇ πνευματικῇ καὶ κατὰ θεόν, οἱ εὐσθενῆ τε καὶ ἐρρωμένον ἔχοντες νοῦν, ἱερουργήσειν κατὰ καιρὸν τὸ Χριστοῦ μυστήριον, καταμάθοι τις ἂν ἀπὸ τοῦ γεγονότος. ἀποστέλλονται μὲν γὰρ οἱ νεανίσκοι, καὶ προσῆγον τὰ ὁλοκαυτώματα. τοῦτο δεδρακότας σὺν ἁγίους ἀποστόλους εὑρίσκομεν. οἱ πᾶσαν, ὥσπερ εἰπεῖν, περιφοιτῶντες τὴν γῆν, ἱερουργοῦντες αὐτῷ καὶ προσάγοντες ὁλοκαυτώματα, τουτέστι σὺν ἐν ἀμωμήτῳ πίστει διαπρεπεῖς, καὶ μὴν καὶ σπουδάσμασι σὺν εἰς ἀρετὴν εὖ μάλα διηρτισμένους. οὐ γάρ ἐστιν σὺν ἔστι διανοίας ἀδρανοῦς τὸ μυσταγωγεῖν δύνασθαι σαφῶς, οὔτε νοῦ νοσοῦντος τὸ ἀναλκί, καὶ καταρρεῖν εἰωθότος εἰς ἐπιθυμίας κοσμικάς. ἐσκευασμένου δὲ οὕτω καὶ νεανικῶς ἔχοντος, ὡς καὶ εἰπεῖν δύνασθαι λοιπόν· „ἐμοὶ γὰρ τὸ ζῆν, Χριστὸς καὶ τὸ ἀποθανεῖν, κέρδος.„ νεανίας γὰρ ὁ τοιοῦτος, καὶ τῶν ἄγαν ἀλκιμωτάτων. πρέποι δ' ἂν αὐτῷ, τὸ καθιεροῦν τῷ θεῷ τὰ ὁλοκαυτώματα, καὶ θυσίας πνευματικάς, καὶ ἱερουργίας ἅπτεσθαι τῆς νοητῆς, καὶ τὴν τοῦ σωτηρίου θυσίαν ἀποπληροῦν. ἣ καὶ διὰ τῶν προσενηνεγμένων μοσχαρίων εὖ μάλα προαναπλάττεται. ποτὲ μὲν γὰρ διὰ τὸ λίαν εὐσθενές, καὶ ὅτι τῶν ἀφιερωμένων ζώων τὸ ἐξαίρετον, μόσχος ἐστί, μόσχῳ τελείῳ παρεικάζεται Χριστός· ποτὲ δὲ μικρῷ μοσχαρίῳ, καὶ ἀνθ' ὅτου, πάλιν ὁρᾷς γέγονεν ἄνθρωπος ὁ μονογενής, καὶ ὑπὸ ζυγὸν δουλείας, εἴπερ ἐστὶν ἀληθὲς ὅτι πέφηνεν ἐν δούλου μορφῇ. ἀλλ' εἰ καὶ ὅσον εἰπεῖν ἧκεν εἰς γε τὸ ἐν σαρκὶ μυστήριον, γέγονε μεθ' ἡμῶν ὑπὸ ζυγὸν δουλείας, ἀλλ' ἦν δουλείας ἀπείρατος, οἷα φύσεως ὢν τῆς ἄνωθεν καὶ ἐλευθέρας. διὰ τοῦτο μοσχαρίῳ παρεικάζεται, οἷα καὶ ὑπὸ ζυγόν, καὶ ἔξω ζυγοῦ. ἀπείρατον γὰρ ζυγοῦ τὸ μοσχάριον, εἰ καὶ εἶναι πέφυκεν ὑπὸ ζυγὸν τὸ τοιόνδε γένος. ἄλλως τε, καὶ εἰ γέγονεν ὑπὸ νόμον, ὡς ὑπὸ ζυγόν, ἀλλ' ἦν ἐλεύθερος· ἦν γὰρ ὑπὲρ νόμον, ὡς ὢν νομοθέτης καὶ θεός. καὶ τρίτως δέ, εἰ δοκεῖ, πεφόρηκε τὴν ἀπὸ γῆς σάρκα, τὴν νοσοῦσαν ἐν ἑαυτῇ τῆς ἁμαρτίας τὸν νόμον κατὰ τὴν τοῦ Παύλου φωνήν. ὅσον γὰρ ἧκεν εἰς τὴν τῆς σαρκὸς φύσιν πεπονθέναι δοκεῖ, καὶ ὑπὸ ζυγὸν ἁμαρτίας, ἀλλ' ἦν ἀπείρατος· „κατέκρινε γὰρ τὴν ἁμαρτίαν ἐν τῇ σαρκί, ἵνα τὸ δικαίωμα τοῦ νόμου πληρωθῇ ἐν ἡμῖν τοῖς μὴ κατὰ σάρκα περιπατοῦσιν, ἀλλὰ κατὰ πνεῦμα.„ μοσχάριον οὖν ὁ Χριστὸς ταύτῃ τοι οἰκονομικῶς ὠνόμασται, καὶ οἷα νέα γέγονε κτίσις. ἀπαρχὴ γὰρ τῶν εἰς τοῦτο κεκλημένων αὐτός. οἷα δὲ ἦν ἀναγκαῖον ἁγιάζεσθαι τῷ αἵματι δρᾶττοντας, καὶ ἐγγίζειν θεῷ γλιχομένους, δείδειχεν ὁ Μωσῆς, καταρραίνων αἵματι πάντα

τα

τα τὸν λαὸν, καὶ αὐτὸ τὸ βιβλίον. εἰσόμεθα δὲ καὶ διὰ τούτου πάλιν, ὅτι αὐτὸς ὁ νόμος ἀτελὴς εἰς ἁγιασμόν. ἄθρει γὰρ ὅπως τῷ τοῦ αἵματος ῥαντισμῷ καὶ αὐτὸς ἁγιάζεται. ἀποπλύνει γὰρ ἁμαρτίας ἥκιστα μὲν ὁ νόμος. κατορθοῖ δὲ τοῦτο ἡ διὰ Χριστοῦ μυστηρίων ἡ χάρις. εὖ δὲ λίαν καὶ τὸ ὀρθρίσαντα τὸ πρωῒ τὸν ἱεροφάντην Μωσέα αὐτό τε τὸ θεῖον ὀρθῶσαι μυστήριον, καὶ περιστῆσαι μὲν αὐτῷ, καθάπερ ἤδη προεῖπον, δυοκαίδεκα λίθους, θῦσαι δὲ καὶ μοσχάρια. ὄρθρου γὰρ ὥσπερ καὶ πρωΐας ἤδη γενομένης, μονονουχὶ δὲ καὶ φωσφόρου διαυγάζοντος καὶ νοητῆς ἡμῖν ἀνισχούσης ἡμέρας, παροιχομένης δὲ ἤδη νυκτὸς, καὶ δαιμονιώδους ἀργήσαντος σκότους λαμπρὸν ἀνεδείχθη τῆς ἐκκλησίας τὸ κάλλος τὸ σεπτὸν ἐχούσης θυσιαστήριον, ἐφ' οὗ τὸ Χριστοῦ τελεῖται μυστήριον. παρέστησαν δὲ αὐτῷ καὶ αἱ φυλαὶ τῆς γῆς, ὡς ἐν παραδείγμασι τοῖς λίθοις. καὶ γοῦν ὁ θεσπέσιος Παῦλος τὴν τοῦ παραδείγματος εἰκόνα παραχαράττων εἰς ἀλήθειαν, ἐπιστέλλει τοῖς ἡγιασμένοις ἐν Χριστῷ· » ἐν ᾧ καὶ ὑμεῖς ὡς λίθοι ζῶντες ἐποικοδομεῖσθε οἶκος πνευματικὸς εἰς ἱεράτευμα ἅγιον. τότε καὶ οἱ νεανίσκοι προσκεκομίκασι τὰ ὁλοκαυτώματα. καὶ ἱερουργοὶ γεγόνασι πνευματικοὶ τότε δὴ τότε, καὶ ἐν προσώπῳ γεγόναμεν τοῦ πατρὸς, καὶ παρεστήκαμεν αὐτῷ τὸ τῆς διανοίας εὐδρανὲς, καὶ πρὸς πᾶν ὁτιοῦν τῶν ἀγαθῶν ἑτοίμως ἔχον, ἐν τάξει ποιούμενοι παραστήματος. τοῦτό τοι σαφῶς καὶ αὐτὸς ὁ θεῖος ἡμῖν προανεφώνει Δαβὶδ, ἐκ προσώπου τῶν πεπιστευκότων οὕτω λέγων πρὸς τὸν ὅλων θεόν· » τὸ πρωῒ εἰσακούσῃ τῆς φωνῆς μου. τὸ πρωῒ παραστήσομαί σοι, καὶ ἐπόψει με, ὅτι οὐχὶ θεὸς θέλων ἀνομίαν σὺ εἶ, οὐδὲ παροικήσει σοι πονηρευόμενος. ἡγιασμένοι δὴ οὖν, καὶ ὡς ἐν τύποις ἔτι καθηγνισμένοι τῷ αἵματι, ἀνεφοίτων εἰς τὸ ὄρος Μωυσῆς τε καὶ Ἀαρὼν, καὶ Ναδὰβ, καὶ Ἀβιοὺδ, καὶ ἑβδομήκοντα τῆς γερουσίας Ἰσραὴλ, καὶ τὰ ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ ἔργον ὡσεὶ πλίνθου σαπφείρου, καὶ ὥσπερ ἔργον στερεώματος τοῦ οὐρανοῦ τῇ καθαρότητι. καὶ τῶν ἐπιλέκτων τοῦ Ἰσραὴλ οὐ διεφώνησεν οὐδείς. καὶ ὤφθησαν ἐν τῷ τόπῳ τοῦ θεοῦ, καὶ ἔφαγον καὶ ἔπιον. ἀκούεις ὅπως τεθέανται τὸν τοῦ θεοῦ λεγόμενον τόπον, ὡς ἐν εἴδει στερεώματος οὐρανοῦ. ἐναυγὴς γὰρ ὁ οὐρανὸς, καὶ σαπφείρῳ ἐοικὸς τὸ ἀνωτάτω, καὶ αἰθέριον χρῶμα. πρέπων δὲ ὅτι μάλιστα χῶρος ὁ οὐρανὸς, καὶ ἐφ' ᾧ ἐπαναπαύεται, καταλύων ἐν ἀγγέλοις. ἅγιος γὰρ ἐν ἁγίοις κατοικεῖ, καὶ οἰονείπως ἐπανακλίνεται τοῖς τὴν ἄνω τρίβουσι πόλιν, διὰ τὸ λίαν εὐφυὲς, καὶ εἰς ἀρειότητα ζωῆς εὖ μάλα διεξεσμένον. ἁγίαν γὰρ εἶναι πιστεύομεν τὴν τῶν ἄνω πνευμάτων πληθύν. ὤφθη δὴ οὖν τὰ ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ τοῖς εἰς τὸ ὄρος ἀναβεβηκόσιν, ὡς ἐν εἴδει στερεώματος οὐρανοῦ τῇ καθαρότητι, φησίν. ἔδει γὰρ ἔδει, τοὺς τὸν πολύθεον ποτὲ κατερρωστηκότας

sum aspergens populum, & ipsum adeò librum. Ex hoc verò iterùm nosse conuenit, quòd ipse solus ad sanctificationem non sufficiat. Vide etenim vt sanguinis aspersione sanctificetur & ipse (lex quippe peccata nequaquam abluit) perficiat verò hoc mysteriorum gratia per CHRISTVM. Rectè verò & illud, diluculo nempe surgentē sacra procurasse Moysem, atque ipsummet diuinum ordinasse mysterium, & appositos ab ipso, vt iam diximus, lapides duodecim, vitulos verò ad sacrificandum. Iam enim quasi diluculo & aurora existente, ac Lucifero propemodum clarescente, & die nobis mystico exoriente; nocte verò discedente, & infelicibus dissipatis tenebris, clara Ecclesiæ pulchritudo ostensa est, venerandum habentis altare, in quo CHRISTI mysterium peragitur. Astabant verò ipsi tribus terræ, tamquā in exemplari, lapidibus duodecim. Etenim diuinus †Paulus exempli imaginem verè describens, sanctificatis in CHRISTO sic ait: *In quo & ipsi tamquam lapides viui superadificamini domus spiritualis, in sacerdotium sanctum.* Tunc & iuuenes holocausta obtulerunt, & sacerdotes facti sunt spiritales. Tunc, tunc inquam, in persona Patris sumus, ipsi potentiā mentis, quæ ad omne bonum aptè cōueniat, cōstituentes, in ordinē collectæ plebis redacti. Id clarè diuinus quoque Dauid vociferatur, ita in credentium persona ad vniuersorum Deum dicens: *Manè exaudies vocem meam: manè astabo tibi, & †videbis me, quoniam non Deus iniquitatem volens tu es: neque habitabit iuxta te malignus.* Sanctificati igitur, ac veluti in typo purificati sanguine & lustrati *ascenderunt in montem Moyses & Aaron, Nadab & Abiud, & septuaginta de senioribus Israël: videruntq́; sub pedibus eius opus quasi lateris sapphiri, atque vt opus firmamenti in cæli serenitate. Et de electis Israël dissonuit ne vnus quidem. Et apparuerunt in loco Dei, & comederunt atque biberunt.* Audis vt Deo dicatum locum viderint, velut in specie firmamenti cæli? Cælum enim splendidum est ac dilucidum, sapphiroque persimile in summitate, & coloris cælestis. Decens itaque & aptus maximè locus cęlum est, in quo quiescit habitans in angelis. Sanctus enim in sanctis habitat, & quodammodò inclinatur ijs qui superam incolunt vrbem, ob industriam, vitæque præstantiam probè institutam. Credimus enim cœtum superorum sacrosanctum esse. Ait igitur ea quæ sub Dei pedibus erant, ab his qui in montem adscenderant, tamquam in specie firmamenti, sereno ac sudo cælo, visa fuisse. Oportebat enim eos, qui ob deorum multitudinem errando

† imò Petrus 1. Petr. 2. 5. Ephes. 2. 20.

Psal. 5. 4. † Vulgata: & videbo, quoniā, &c.

Exod. 24. 10

ægroti erant, quique creaturæ seruiebant, ad Dei posteà cognitionem vocatos, vtiliter ac necessariò videre, Deũ sub pedibus cælum habere, omniumque esse Dominum, vt à quo omnia mutuarentur essentiam, quique eos ab antiqua fraude liberarit. Quòd verò diuinis charismatibus abundè participem fieri, & oportere deliciari in spiritualibus CHRISTI bonis, assimiletur iterùm ijs qui suo aliquando tempore ingressuri sunt supernam ciuitatem, ostendit id, quòd qui ascenderant ad locum Dei, comederunt ac biberunt. Sed, vt iã nuper diximus, vni Moysi ad Deũ accedere præcipitur; ceteris longiùs positis adorare: quibus & Aarõ aderat. Diximus verò, nobiscum fuisse in natura longè semota, Filium, qui propiùs aderat Deo Patri, innocentem atque immaculatum sacerdotem summum, vt per ipsum & cũ ipso iterũ reperiamur & ipsi propè. Hinc nominatur *Emmanuel*, quod est interpretatũ, *Nobiscum Deus*. Tametsi verò nobiscum fuerit tamquã homo; cernas tamẽ, Patrem quoque neque beato Mosi accessibilem factum, sine ipsius intercessione. Ipse enim via est, ipse ostium, vt iam diximus. Discemus & hoc rursus ex ijs quæ sequuntur: *Et dixit Dominus ad Moysem: Ascende ad me in montem, & sta ibi, & dabo tibi tabulas lapideas, legem & mãdata, quæ scripsi † vt darem legem eis. Et surgens Moyses & Iosue qui astabat, ascenderunt in montẽ Dei.* Vides vt Moyses sit vocatus in montẽ vmbraticã adhuc & litteralem legem accepturus, accurrerit verò vnà non vocatus Iosue, in CHRISTI typum, qui à Patre nõ vocatur, vt ceteri; semper enim ei adest. Viam itaque sternit vocatis mediator & assistens. Est enim impossibile, vt dicebã, in Deo Patre alio nos esse modo, quàm sola ipsius mediatione seu interuentione. Illi itaque gloria & imperium simul cũ sanctissimo Patre & Spiritu sancto in sæcula sæculorũ. Amen.

Ephes. 2. v. 13. & 17.
Matt. 1. 23. Isai. 7. 14.
Ioan 14. 6. & 10. 9.
Exod. 24. 12
† Vulgata: vt doceam eos.

πλάνησιν, καὶ τῇ κτίσει λελατρευκότας, εἶτα κεκλημένους εἰς ἐπίγνωσιν Θεοῦ, χρησίμως τε καὶ ἀναγκαίως ἰδεῖν, ὅτι καὶ αὐτοὺς ὑπὸ πόδας ἔχει τὸν οὐρανὸν, καὶ ὅτι τῶν πάντων ἐστὶ δεσπότης, ὡς παρενεγκὼν τὰ πάντα πρὸς ὕπαρξιν, ὁ τῆς ἀρχαίας αὐτοὺς ἀπάτης ἀπολυτρωσάμενος. ὅτι δὲ καὶ τοῖς εἰς τὴν ἄνω κατὰ καιροὺς εἰσελαύνουσι πόλιν, παρεικάζεται πάλιν τὸ καὶ τῶν θείων χαρισμάτων πλουσίως μεταχεῖν, καὶ τὸ ἐντρυφῆσαι δεῖν τοῖς πνευματικοῖς παρὰ Χριστοῦ ἀγαθοῖς, διαδείξει τὸ ἐν τόπῳ γενομένους Θεοῦ, φαγεῖν καὶ πιεῖν τοὺς ἀναβεβηκότας. ἀλλ' ἐν μὲν οἷς ἔναγχος ἔφην, μόνος προσετάττετο Μωσῆς ἐγγίσαι πρὸς τὸν Θεόν· οἵ γε μὴν ἕτεροι προσκυνεῖν μακρόθεν, οἷς καὶ συνῆν Ἀαρών. ἐλέγομεν δὲ ὅτι μεθ' ἡμῶν γέγονε τῇ φύσει μακρόθεν ὁ ἐγγὺς τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς ὢν υἱὸς, ὁ ἄκακος ἡμῶν καὶ ἀμίαντος ἀρχιερεύς· ἵνα δι' αὐτοῦ, καὶ σὺν αὐτῷ δὴ πάλιν, εὑρισκώμεθα καὶ ἡμεῖς ἐγγύς. τοιγάρτοι κέκληται καὶ Ἐμμανουὴλ, ὅ ἐστι μεθερμηνευόμενος, μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός. πλὴν εἰ καὶ γέγονε μεθ' ἡμῶν ὡς ἄνθρωπος, ἀλλ' ἔστιν ἰδεῖν ὡς οὐδὲ αὐτῷ τῷ μακαρίῳ Μωσῇ προσιτὸς γέγονεν ὁ πατὴρ, δίχα τῆς αὐτοῦ μεσιτείας. αὐτὸς γάρ ἐστιν ἡ ὁδὸς, αὐτὸς ἡ θύρα, καθάπερ ἤδη προείπομεν. εἰσόμεθα δὲ καὶ τοῦτο πάλιν ἀπό γε τῶν ἐφεξῆς. εἶπε γάρ, φησιν, ὁ κύριος πρὸς Μωυσῆν. ἀνάβηθι πρός με εἰς τὸ ὄρος, καὶ ἴσθι ἐκεῖ, καὶ δώσω σοι τὰ πυξία τὰ λίθινα, τὸν νόμον, καὶ † τὰς πλάκας ἃς ἔγραψα νομοθετῆσαι αὐτοῖς. καὶ ἀναστὰς Μωυσῆς καὶ Ἰησοῦς ὁ παρεστηκὼς αὐτῷ, ἀνέβησαν εἰς τὸ ὄρος τοῦ Θεοῦ. ὁρᾷς ὅπερ κέκληται μὲν ὁ Μωυσῆς τὸν ἐν σκιαῖς ἔτι καὶ γράμμασιν ὑποδεξάμενος νόμον. συνανατρέχει δὲ αὐτῷ μὴ συγκεκλημένος ὁ Ἰησοῦς εἰς τύπον Χριστοῦ· ὃς οὐ καλεῖται παρὰ πατρὸς ἴσως τοῖς ἄλλοις· σύνεστι γὰρ ἀεί. βατὴν δὲ τοῖς καλουμένοις τὴν ὁδὸν ἐργάζεται, μεσιτεύων καὶ συνών. ἔστι γὰρ ἀμήχανον, ὡς ἔφην, ἐντὸς γενέσθαι τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς καθ' ἕτερον ἡμᾶς τρόπον, πλὴν ὅτι διὰ μόνης τῆς αὐτοῦ μεσιτείας. αὐτῷ τοιγαροῦν ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος, ὁμοῦ τῷ παναγίῳ πατρὶ σὺν τῷ ἁγίῳ πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

† Pro tabellis, à πλὰξ, δέλτος. ἄλλ. τὰς ἐντολάς.

De vitulo quem conflauit Israël.

QVi legem non habent in subsidium, hi cæco quodam & effreni voluntatis impetu ad quæuis noxia feruntur, & ingentem culpam incurrunt cùm apud Deũ, tum apud homines: ac tametsi valdè videãtur ægri esse inculpati; magis tamẽ quidquid improbũ absurdissimumq; est admirari & laudare solent; neque discernere norũt quidnã reuera admiratione dignũ sit, quid è contrario turpe ac detestandum. Quemadmodum enim naues quæ vastum mare peruagantur, si aptum ac peritum gubernatorem

Περὶ μοσχοποιίας τοῦ Ἰσραήλ.

ΟἹ νόμον οὐκ ἔχοντες εἰς ἐπικουρίαν, τυφλαῖς καὶ ἀκατασκέπτοις θελημάτων ῥοπαῖς πρὸς πᾶν ὁτιοῦν ἀποφέρονται, καὶ λίαν εὐκόλως, τῶν ἀπηχθημένων, καὶ ἐν αἰτίᾳ πολλῇ παρά τε τῷ Θεῷ καὶ ἀνθρώποις, κἂν εἰ πολὺ φαίνοιντο νοσοῦντες τὸ ἀμωμήτως ἔχειν, μᾶλλον δὲ κἂν εἴπερ εἴη τι καὶ τῶν ἄγαν ἐκτοπωτάτων τοῦτο καὶ θαυμάζειν καὶ ἐπαινεῖν ἀξιοῦσι καὶ διακρίνειν οὐκ οἴδασιν ὅ τι ποτέ ἐστιν ἀξιόληπτον ἀληθῶς ἢ τὸ ἐναντίον αἰσχρὸν καὶ ὕποπτον. ὃν περ γὰρ τρόπον ὁλκάδες αἱ τὴν μεγάλην ταύτην καὶ εὐρύχωρον διαθέουσαι θάλασσαν, εἰ μὲν εὐχειρά τε καὶ ἀριστοτέχνην ἔχοιεν τὸν τοῖς πηδαλίοις ἐφε-

ἐφεστηκότα, τῆς ἐπ' εὐθὺ διαφέρουσι δρόμον. εἰ δὲ δή τις εἴη τῆς ναυτιλίας οὐ τῶν ἐντεχνεστάτων, διαῤῥιπτοῦνται πανταχῆ, μονονουχὶ προσνεύουσαι τῷ προστωθέντι κύματι ὅποι περ ἂν διώκοιτο περιελαύνειν αὐτάς· οὕτω καὶ ἡ ἀνθρώπου ψυχὴ νόμον οὐκ ἔχουσα τὸν ἐφεστηκότα, πρὸς πᾶν αὐτῇ δοκοῦν ἀπονεύει ῥαδίως, καὶ τοῖς τῶν ἰδίων ἡδονῶν καταμεθύει κύμασι. τοῦτο πεπονθότα τὸν Ἰσραὴλ εὑρήσομεν. βεβηκότα γὰρ οὔπω τὸν νοῦν εἰς εὐσέβειαν ἔχων, οὔτε μὴν ἐρηρεισμένην μετὰ θεοῦ τὴν καρδίαν, ἀνέπτη ὥσπερ ἰὼν κατηφορὰν πάλιν, καὶ τῆς ἐπαράτου καὶ βδελυρᾶς εἰδωλολατρείας ἠγαπηκὼς τὰ ἐγκλήματα. τοιγάρτοι περὶ αὐτῶν καὶ αὐτὸς ἔφασκεν ὁ Σωτήρ· ὅταν δὲ τὸ ἀκάθαρτον πνεῦμα ἐξέλθῃ ἀπὸ τοῦ ἀνθρώπου, διέρχεται δι' ἀνύδρων τόπων, ζητοῦν ἀνάπαυσιν, καὶ οὐχ εὑρίσκει, καὶ ὑποστρέψω, φησίν, εἰς τὸν ἴδιον τόπον. καὶ ἐλθὸν εὑρίσκει σχολάζοντα, σεσαρωμένον καὶ κεκοσμημένον, τότε πορεύεται, καὶ λαμβάνει ἕτερα ἑπτὰ πνεύματα πονηρότερα ἑαυτοῦ. καὶ εἰσελθόντα κατοικεῖ ἐκεῖ, καὶ γίνεται τὰ ἔσχατα τοῦ ἀνθρώπου ἐκείνου χείρονα τῶν πρώτων. εἶτα τούτοις προστιθείς· ἀμήν, φησί, λέγω ὑμῖν, οὕτως ἔσται τῇ πονηρᾷ ταύτῃ γενεᾷ. ἀπελήλατο μὲν γὰρ ἐν ἀρχαῖς τὸ πνεῦμα τὸ πονηρόν, ὅτε τεθύκασι τὸν ἀμνὸν εἰς τύπον τοῦ Χριστοῦ· κατεχρίσθησάν τε τῷ αἵματι, καὶ διέδρασαν τὸν ὀλοθρευτήν. ἀλλ' ἰδοὺ πάλιν εἰσπέπηκε, καὶ πολὺ χειρόνως ἢ πάλαι, εἴπερ ἐστὶν ἀληθὴς ὁ λέγων περὶ τῶν τὰ τοιάδε νοσεῖν ᾑρημένων. κρεῖσσον γὰρ ἦν αὐτοῖς μὴ ἐπεγνωκέναι τὴν ὁδὸν τῆς δικαιοσύνης, ἢ ἐπιγνοῦσιν † εἰς τὰ ὀπίσω ἀνακάμψαι ἀπὸ τῆς δοθείσης αὐτοῖς ἁγίας ἐντολῆς. συμβέβηκεν αὐτοῖς τὸ τῆς ἀληθοῦς παροιμίας· κύων ἐπιστρέψας ἐπὶ τὸ ἴδιον ἐξέραμα, καί, ὗς λουσαμένη εἰς κύλισμα βορβόρου. ἐξ αὐτῶν δὲ τῶν τετολμημένων καταθρήσειτό τις ἄν, ὅτι τῶν ἰδίων ἐμέτων ἥπτοντο πάλιν, καὶ τοῖς ἄνωθεν ἐγκυλινδεῖσθαι βορβόροις ἐξ ὑποστροφῆς ἐμελέτων. γέγραπται γάρ, ὅτι καὶ ἰδὼν ὁ λαὸς ὅτι κεχρόνικε Μωυσῆς καταβῆναι ἐκ τοῦ ὄρους, † συνέστη ὁ λαὸς ἐπὶ Ἀαρών, καὶ λέγουσιν αὐτῷ, ἀνάστηθι, καὶ ποίησον ἡμῖν θεούς, οἳ προπορεύσονται ἡμῶν. ὁ γὰρ Μωυσῆς οὗτος † ὁ ἄνθρωπος ὃς ἐξήγαγεν ἡμᾶς ἐκ γῆς Αἰγύπτου, οὐκ οἴδαμεν τί γέγονεν αὐτῷ. καὶ λέγει αὐτοῖς ὁ Ἀαρών· περιέλεσθε τὰ ἐνώτια τὰ χρυσᾶ τὰ ἐν τοῖς ὠσὶ τῶν γυναικῶν ὑμῶν καὶ τῶν θυγατέρων, καὶ ἐνέγκατέ μοι. καὶ περιείλοντο πᾶς ὁ λαὸς τὰ ἐνώτια τὰ χρυσᾶ τὰ ἐν τοῖς ὠσὶ τῶν γυναικῶν αὐτῶν, καὶ ἤνεγκαν πρὸς Ἀαρών. καὶ ἐδέξατο ἐκ τῶν χειρῶν αὐτῶν, καὶ ἔπλασεν † αὐτὰ ἐν τῇ γραφίδι, καὶ † ἐποίησεν αὐτοὺς μόσχον χωνευτόν. καὶ εἶπαν, οὗτοι οἱ θεοί σου, Ἰσραήλ, οἵτινες ἀνεβίβασάν σε ἐκ γῆς Αἰγύπτου. καὶ ἰδὼν Ἀαρών, ᾠκοδόμησε θυσιαστήριον ἀπέναντι αὐτοῦ. καὶ ἐκήρυξεν Ἀαρὼν λέγων· ἑορτὴ τοῦ κυρίου αὔριον. καὶ ὀρθρίσας τῇ ἐπαύριον ἀνεβίβασεν ὁλοκαυτώματα, καὶ προσήνεγκε θυσίαν σωτηρίου, καὶ ἐκάθισεν ὁ λαὸς φαγεῖν καὶ πιεῖν, καὶ ἀνέστησαν παίζειν. ὁ μὲν θεσπέσιος Μωυσῆς, τοῦτων

† ἄλ. ἐπιγν. ἐπιστρέψαι ἐκ τῆς παραδοθείσης.

† ἄλ. συνηθροίσθη vt hebr. ἢ, ἐπανέστη.

† ὁ ἀνήρ

† ἄλ. αὐτὸ ἐν χαφίδι, vt Heb. nam alij ἐν τέχνῃ.

† ἐποίησαν αὐτὰ μόσχ. ex Heb. vel, ἐποίησαν αὐτό.

nactę sint, felicem rectumque cursum conficiunt; sin autem fuerit is parum rei nauticæ peritus, sursum ac deorsum iactantur pro fluctuum ac procellarum arbitrio, quæ eas quò velint impellunt: ita etiam hominis anima, cùm legem non habet præfectam, facilè ad quiduis quod ei libuerit rapitur, & carnalium voluptatum vndis quodammodo inebriatur. Quod quidem reperiemus accidisse Israëli. Cùm enim non haberet mentem ad pietatem propensam, neque cor in Deum defixum, quasi retrogradus est deprehensus, execrandam idololatriam amplexatus. Idcirco de istis Saluator ipse ait: *Cùm immundus spiritus exierit ab homine, peragrat arentia loca quærens requiē, & non inueniens, dicit: Reuertar in domū meā vnde exiui. Et cùm venerit, inuenit eam vacantē, scopis mundatam & ornatā. Tunc vadit, & assumit septem alios spiritus nequiores se, & ingressi habitant ibi. Et fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus.* Subdit autem paulò pòst: *Amen dico vobis, sic fiet generationi huic* † *prauæ.* Expulerunt enim initio spiritum malignum mactato agno in typum CHRISTI, vnctiq; sunt sanguine, & effugerunt exterminatorem. At vide, prolabūtur rursum, ac quidem in longè deteriora prioribus; siquidem verax est ille qui de tali morbo affectis dicit: *Melius esset ipsis numquam cognouisse viam iustitiæ, quàm cùm cognouerint retro deflectere à sancto mandato, quod sibi est traditum. Accidit enim eis, quod est in prouerbio, Canis reuersus ad proprium vomitum: &, Sus lota ad volutabrū cæni.* Nam ex ijs ipsis quæ attentarunt, facilè quis viderit, quòd ad suum ipsorum vomitum redierint, & in priori cœno sese volutauerint. Scriptum est enim: *Vidit autem populus quòd tardauit Moyses descendere de monte: congregatusq; est populus ad Aaron, & dicunt ei: Surge, & fac nobis deos, qui præcedant nos. Nam Moyses hic homo est, qui eduxit nos de terra Aegypti, non scimus quid factum est illi. Et dicit illis Aaron, Tollite inaures aureas quæ in auribus mulierum vestrarum, & filiarum, & afferte ad me. Et abstulerunt omnis populus inaures aureas quæ in auribus vxorū eorū, & attulerūt ad Aaron. Et accepit de manibus illorū, & formauit illud in stylo, & fecit illud vitulum conflatilem. & dixerunt: Isti dij tui Israël, qui eduxerunt te de terra Aegypti. Et videns Aaron ædificauit altare coram eo, & prædicauit Aaron dicens: Festum Domini cras. Et manè surgens in crastinum deduci fecit holocausta, & obtulit sacrificium salutare, & sedit populus ad comedendum & bibendum, & surrexerunt ludere.* Nam beatus Moyses cùm eos

Matt.12.44
Luc.11.24.

Matt.12.45
† Vulgata: pessimæ.

2.Pet.2.21.

Exod.32.1.

Act.7.

optimè diuinas leges docuisset, moram faciebat in monte Sinai. At isti cùm essent cunctationis stultè impatientes eò dementiæ venerunt, vt se à Deo omnipotēte factos deinceps omnino ignorarent; cùm alioqui ipsum in specie ignis in monte Sinai essent conspicati, ac viuæ vocis auditores extitissent, ac Moysem mediatorem essent deprecati. Atqui dixerit quispiā his, O summa stupiditate pleni: esto, tardarit Moyses, quid hoc ad Deū, qui semper mortalibus adest, etiamsi fortasse nō videatur? Exclamet igitur nunc diuinus Dauid: *Generatio praua & exasperans.* Ad hæc & Moyses: *Oblitus es Dei †qui te enutrit.* Quibus verò dijs egebat ille qui adeò admirabiliter redemptus est, propter quem grando & trium dierum tenebræ vniuersam Ægyptum obsederunt? ob quē item vna nocte perierunt omnia primogenita, & cui sæuum atque intractabile mare diuisum est, vt crudelis persecutoris manus effugeret? At si quis singula persequi vellet, longam de omnibus orationem instituat. Cùm itaque sapiens Moyses cunctaretur in monte, aggressi sunt Aaronem. Qui cùm se imparem eorum insultui ferendo videret, (vociferabantur enim: *Fac nobis deos, qui præcedant nos.*) iubebat afferre vxorum ac filiarum inaures. Hi autem continuò attulerūt; & quòd in Ægyptiacum errorem relapsi essent, pristinisque temeritatibus sese contaminassent, re ipsa nobis ostēdit Aaron, dum ipse simulacrum in specie vituli adorādum formauit. Vitulus enim in Ægypto colebatur, nō ab Ægyptijs solùm, verùm etiam ab alijs eodem errore laborantibus. Vidésne quo pacto voluantur ad istud in quo antea extiterant. quia immundus spiritus reuersus est; & accidit, sicut dixit Saluator, vt *postrema essent deteriora primis.* Cæterùm ita existimo Aaronē singulari cōsilio petijsse inaures, ac quodammodo per hoc significasse, quòd suum ipsorum auditum †conuenienti ornatu spoliarint, nō habentes ampliùs animū obediendi, sed potiùs auocati in sceleratam Deoque inuisam contumaciam. Nam etsi Deus mandauerit; *Non erūt tibi dij alieni præter me,* fidemque hisce verbis tribuerint, ac communi consensu approbarint, dixerintq́; quòd omnia quę locutus est Dominus Deus sint facturi & audituri, tamen deos quærebant sculptiles. Vides iam quo pacto abiecerint obedientiam? Atque hic est, vt arbitror, aurium ornatus. Atqui animaduerte, obsecro, quàm suauiter istorum cōnatum rideat Aaron. Cùm ostendisset ipsis simulacrum in specie vituli factū, acclamabat istis: *Hi sunt dij tui Israël: qui eduxerunt te ex Aegy-*

Psal.77.8.
Deut.32.18
† Vulgata: creatoris tui.
Exod.9.21. & 10.22.
Exod.12.29
Exod.14.26
Matt.12.45
Luc.11.25.
† Sic Psal. 94.8. Si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra. & Hebr.3.7.
Exod.20.3.
Exod.24.3. & 7.

εὖ μάλα μυσταγωγούμενοι νόμους, ἐποιεῖτο τὰς διατριβὰς ἐν τῷ ὄρει Σινᾶ. οἱ δὲ πρὸς τὴν μέλλησιν αὐτοῦ ἀσυνέτως ὀλιγωρήσαντες, φρενοβλαβείαις εἰς τοῦτο κατωλίσθησαν, ὥς τι καὶ ὅτι γεγόνασιν ὑπὸ θεῷ τῷ πάντα ἰσχύοντι τάχα που λοιπὸν μηδὲ εἰδέναι παντελῶς· καί τοι καὶ ἐν εἴδει πυρὸς ἐπ᾽ ὄρους Σινᾶ τεθεαμένοι, καὶ φωνῆς αὐτήκοοι γεγονότες, καὶ μεσιτεύειν αὐτοῖς λελιπαρηκότες Μωσέα. ἀλλ᾽ ὦ τῆς εἰς λῆξιν ἀσυνεσίας ἔμπλεοι, φαίη τις ἂν αὐτοῖς· καὶ κεχρόνικεν ὁ Μωσῆς. εἶτα τί τοῦτο πρὸς τὸν θεὸν ἀεὶ συνόντα τοῖς ἐπὶ τῆς γῆς, κἂν εἰ μὴ ὁρᾶται τυχόν; ἀνακεκραγέτω τοίνυν ὁ θεσπέσιος Δαβίδ· γενεὰ σκολιὰ καὶ παραπικραίνουσα. καὶ πρός γε τοῦτο Μωυσῆς· ἐπελάθου θεοῦ τοῦ τρέφοντός σε. ποίων δὲ ἐδεῖτο θεῶν, ὁ παραδόξως οὕτω λελυτρωμένος; δι᾽ ὃν ἡ χάλαζα καὶ ὁ τριήμερος σκότος τῆς τῶν Αἰγυπτίων κατεχεῖτο γῆς; δι᾽ ὃν ἀπολώλασι ἐν νυκτὶ μιᾷ τὰ πάντων πρωτότοκα; ᾧ ἡ ἀγρία καὶ ἀνουθέτητος θάλασσα τὴν τῶν διωκόντων ὠμότητα διαδιδράσκειν ἐδίδου; ἀλλ᾽ εἴ τις ἕλοιτο τὰ καθ᾽ ἕκαστα λέγειν, μακρὸν ἐφ᾽ ἅπασι δαπανήσει λόγον. μέλλοντος δὴ οὖν τοῦ πανσόφου Μωσέως, ἀπεφύοντο τῷ Ἀαρών. ὁ δὲ ἀφόρητον ἤδη πως τεθεαμένος τὴν ἔφοδον. ἀνακεκράγεσαν γάρ· ποίησον ἡμῖν θεοὺς, οἳ προπορεύσονται ἡμῶν. προσκομίζειν ἐκέλευσε τά τε τῶν γυναικῶν καὶ τῶν θυγατέρων ἐνώτια. οἱ δὲ προσῆγον εὐθύς· ὅτι πεπλώκασιν εἰς τὴν ἐν Αἰγύπτῳ πλάνησιν, καὶ ταῖς ἀρχαίαις ὠλίσθησαν ἀβουλίαις, δι᾽ αὐτοῦ τοῦ πράγματος κατέδειξεν Ἀαρών, ἐν εἴδει τοῦ μόσχου διαπλάσας αὐτοῖς τὸ προσκυνούμενον ἄγαλμα. μέγας γὰρ ἦν ἐν Αἰγύπτῳ τὸ σέβας αὐτοῖς τε τοῖς Αἰγυπτίοις, καὶ τοῖς τὴν ἐκείνων ἀπάτην ἠρρωστηκόσιν. ὁρᾷς οὖν ὅπως ὑποφέρονται εἰς τὸ ἐν ἀρχαῖς. εἰσέφρησε πάλιν τὸ ἀκάθαρτον πνεῦμα· καὶ γέγονεν αὐτοῖς κατὰ τὴν τοῦ σωτῆρος φωνὴν, χείρονα τῶν πρώτων τὰ λοίσθια. οἶμαι δὲ ὅτι λίαν οἰκονομικῶς ὁ θεσπέσιος Ἀαρὼν ἐζήτησε τὰ ἐνώτια, μονονουχὶ διὰ τούτου σημαίνων, ὅτι τοῦ καθήκοντος κόσμου τὴν ἑαυτῶν σεσυλήκασιν ἀκοήν· ἔχοντες μὲν οὐκέτι τὸ εὐπειθὲς, παρενηνεγμένοι δὲ μᾶλλον εἰς θεομισῆ καὶ βέβηλον ἀπείθειαν. θεοῦ γὰρ λέγοντος· οὐκ ἔσονταί σοι θεοὶ ἕτεροι πλὴν ἐμοῦ· εἶτα τοὺς λόγους κατακροτήσαντες, καὶ τῇ παγκάλῳ ψήφῳ τιμήσαντες, εἰρηκότες τό· πάντα ὅσα εἶπεν ὁ θεὸς ποιήσομεν καὶ ἀκουσόμεθα· θεοὺς ἐζήτουν γλυπτούς. ὁρᾷς ὅπως ἀποβεβλήκασι τὸ εὐήκοον; καὶ τοῦτο οἶμαι, τῶν ὤτων ὁ κόσμος. θέα δὲ, ὅπως καταμειδιᾷ τῶν ἐγχειρημάτων ὁ Ἀαρών. ἐπιδείξας γὰρ αὐτοῖς τὸ ἐν εἴδει μόσχου πεποιημένον ἄγαλμα, προσεφώνει λοιπόν· οὗτοι οἱ θεοί σου Ἰσραήλ, οἵ τινες ἀνεβίβασάν σε ἐκ γῆς Αἰγύπτου.

» πΊυ. ἀλλ᾽ οὐκ ἐν μόσχῳ λελύτρωνται. πῶς γὰρ ἢ πόθεν; ἀλλ᾽ ἐν χειρὶ κραταιᾷ, καὶ ἐν βραχίονι ὑψηλῷ· καὶ ἐν σημείοις καὶ τέρασιν οὐκοῦν ὡς εἰς ἀνάμνησιν τῶν παρὰ θεοῦ γεγονότων, κατειρωνεύεται λέγων· οὗτοι οἱ θεοί σου Ἰσραήλ. προσῆγον δὲ καὶ θυσίας· ἔφαγον δὲ καὶ πεπώκασιν ὡς ἐν ἑορτῇ, καὶ ἀνέστησαν παίζειν. ἕπεται γὰρ ἀποστᾶσι τῇ παρὰ θεοῦ τὸ ἐνδεσμεῖσθαι τοῖς σαρκικοῖς, καὶ τρυφὴν ἡγεῖσθαι τὴν ἀκαθαρσίαν, καὶ τέρψιν οἴεσθαι καλὴν καὶ ἡδεῖαν, τὰ ἐφ᾽ οἷς ἦν αὐτοὺς κατοιμώζειν ἄξιον. διὰ τοῦτο καὶ ὁ μακάριος Παῦλος, τοῖς σαρκικοῖς ἐγκλήμασιν ἐναρίθμιον
» ἐτίθει τὴν ἀκάθαρτον εἰδωλολατρείαν. Φα-
» νερὰ γάρ ἐστι τὰ ἔργα τῆς σαρκός, ἅτινά ἐστι, πορ-
» νεία, ἀκαθαρσία, ἀσέλγεια, εἰδωλολατρεία.
προομνήστρια γὰρ ἐστὶ τῶν ἔτι χειρόνων ἡ πλάνησις, καὶ τὸ ἔξω φέρεσθαι θεοῦ, νοσεῖν ἀναγκάζει τὰ πάντων ἔσχατα τῶν κακῶν. οἱ μὲν γὰρ ἐχόρευον ἀνιέντες ἤδη που τὰς ἐπιδειπνίους ᾠδάς, δρῶντές τι καὶ λέγοντες ἃ τῶν μεθυόντων ἐστὶν ἐγκλήματα. ἀγνοοῦντι δὲ τὰ τετολμημένα τῷ θεσπεσίῳ Μωσῇ, φανερὰ καθίστησι θεός, οὕτω
» λέγων· Βάδιζε, τὸ τάχος ἐντεῦθεν κατάβηθι·
» ἠνόμησε γὰρ ὁ λαός, ὃν ἐξήγαγες ἐκ γῆς Αἰ-
» γύπτου· παρέβησαν ταχὺ ἐκ τῆς ὁδοῦ ἧς ἐνε-
» τείλω αὐτοῖς. ἐποίησαν ἑαυτοῖς μόσχον, καὶ προσ-
» κεκυνήκασιν αὐτῷ, καὶ τεθύκασιν αὐτῷ, καὶ εἶ-
» παν· οὗτοι οἱ θεοί σου Ἰσραὴλ οἵτινες ἀνεβίβα-
» σάν σε ἐκ γῆς Αἰγύπτου. καὶ νῦν ἔασόν με, καὶ
» θυμωθεὶς ὀργῇ εἰς αὐτοὺς, ἐκτρίψω αὐτούς,
» καὶ ποιήσω σε εἰς ἔθνος μέγα καὶ ἐδεήθη Μωυ-
» σῆς ἐναντίον κυρίου τοῦ θεοῦ αὐτοῦ. ἀκούεις ὅπως ἐλαφρὸν καὶ εὐπαράφορον ὄντα τὸν Ἰσραήλ, καὶ πολὺ λίαν εὐπετῆ εἰς ἀπόστασιν, οὐδὲ λαὸν ἴδιον ὀνομάζειν ἀξιοῖ· ἀλλὰ καί τοι διορισάμενος τὸν νόμον αὐτοῖς, Μωσεῖ τὸ χρῆμα προσνέμει· παρέβησαν γάρ φησι ταχὺ ἐκ τῆς ὁδοῦ ἧς ἐνετείλω αὐτοῖς. ταύτῃ τοι καὶ ὁ Χριστὸς τοῖς τὰ ἴσα πεφρονηκόσι, καὶ τῆς ἀσεβείας τὴν δόκησιν ὑποπλαττομένοις· ἀγαθουργεῖν δὲ κατ᾽ ἀλήθειαν οὐ μεμεληκόσιν, ἐπὶ τοῦ θείου βήματος ἐρεῖν ἔφη τῆς κρί-
» σεως· ἀπόστητε ἀπ᾽ ἐμοῦ ἐργάται ἀνομίας. οὐκ
» οἶδα ὑμᾶς. οὐκοῦν θεῷ γνώριμοι, καὶ λαὸς αὐτοῦ κατὰ ἀλήθειαν εἶεν ἄν, οἱ τῆς εἰς αὐτὸν ἀγάπης ἀδιασπάστως ἐχόμενοι, καὶ τὸ ἐν πίστει γνήσιον ἀποσώζοντες, καὶ ἐστηρισμένοι πρὸς ἀγαθουργίαν, καὶ τὰ ἐκ τῆς ἐλαφρίας ἐγκλήματα παρωθούμενοι. πλὴν ἐλιπάρει Μωυσῆς, καὶ ἀνακόπτεσθαι τὴν ὀργὴν τὴν κατὰ πάντων ἠξίου. ἔδει γὰρ ἔδει τὸν μεσιτεύοντα μιμεῖσθαι Χριστόν, ὃς τὴν ἄνωθεν ἐφ᾽ ἡμᾶς ἰοῦσαν ὀργὴν διὰ πολλὴν ἁμαρτίαν ἀποσοβήσειν, ὡς υἱὸς τὴν ἐν πίστει δικαίωσιν τοῖς ἡμαρτηκόσι δωρούμενος. τύπος οὖν ἄρα τῆς διὰ Χριστοῦ μεσιτείας, καὶ τοῦτο δὴ πάλιν. καὶ ὁ μὲν θεσπέσιος Μωυσῆς ταῖς

pto. Atqui non per vitulū liberati ſunt (quomodo enim hoc fieri poſſit?) *Sed in manu potente & brachio excelſo*, atque adeò per multa ſigna & prodigia. Vt igitur ea quæ à Deo geſta ſunt ipſis in memoriam reuocaret, conridet dicens; *Hi ſunt dij tui Iſraël.* Adduxerūt autem & victimam, ederuntque & biberūt, tanquam in die feſto, *& ſurrexerunt ad ludendum.* Qui enim à Deo deficiunt fit cōtinuò vt rebus carnalibus irretiantur, & immunditiem pro delicijs habeant, honeſtaque & ſuauia eſſe ducant ea, ob quæ meritò lugere debebant. Ideoque etiam diuinus Paulus turpē idololatriam inter vitia carnalia collocat. *Manifeſta enim ſunt*, ait, *opera carnis, quæ ſunt ſcortatio, immunditia, laſciuia, idololatria.* Error enim hic conciliat alia his deteriora, auerſioque à Deo ad extrema mala propellit. Ducebāt igitur iſti choreas, canētes odas conuiuales, eaque & facientes & dicentes, quæ ſolent homines ebrij. Diuino autem Moyſi horum facinorum inſcio Deus patefecit ita dicens: *Vade ilico hinc; & deſcende: Populus enim tuus, quem eduxiſti de terra Aegypti, eſt prauaricatus. Citò declinauerunt à via quam eis mandauiſti. Fecerunt ſibi ipſi vitulum, & adorauerunt eum, & ſacrificauerunt ipſi, dixeruntq́: Iſti ſunt dij tui Iſraël, qui te eduxerunt de terra Aegypti. Et nunc dimitte me, & iratus furore in eos delebo ipſos, faciamq́ te in gentem magnam. Et orauit Moyſes coram Domino Deo.* Audiſne quàm leuis & temerarius ſit Iſraël, & valdè ad defectionem procliuis? Ideoque nō dignatur populū *ſuum* † eos vocare Deus: & licet ipſe legem tulerit, ac præſcripſerit, tamē id Moyſi aſſignat & tribuit. Ait enim, *Declinauerunt confeſtim de via, quam tu mandaſti eis.* Hinc & CHRISTVS ait, Iudicem ijs, qui æquitatem aſpernantur, ac fictitiam veritatem præ ſe ferunt, & de bonis operibus præſtandis parum ſunt ſolliciti, ad tribunal Dei dicturum eſſe: *Diſcedite à me qui operamini iniquitatem, non noui vos.* Deo igitur noti ſunt, veruſque ipſius ac peculiaris populus, qui indiuulſa in ipſum dilectione flagrant, & ſincerum fidei candorem tuētur, atque ad omne opus bonum confirmati ſunt, leuitatiſque & inconſtantiæ crimē promiſcuè à ſe repellūt. Cæterùm Moyſes orabat, & irā quæ in omnes exarſerat, amouere ſtudebat. Oportebat enim, oportebat inquam, etiam hunc mediatorē imitari CHRISTVM verum mediatorem, qui irā cælitus nobis impendētem propter multiplex peccatū, arcet atque propulſat, tanquam Filius, cùm ijs qui peccauerant gratificetur iuſtificationem in fide. Ergo etiam in hoc rurſus diuinus Moyſes, quia ſuis precibus iræ ſeueritatem miti-

ſgauit,

Pſal. 135. 12.

1. Cor 10.

Ludere, pro libidini indulgere: vt Cyrill. Homilia 1. ἑορτασικῇ exponit.

Idololatriā Paulus inter vitia carnis collocat.

Gal. 5. 19.

Exod. 32. 7.

3. Reg. 12.

† Ait enim: Populus tuus.

Pſal. 6. 9. Matt. 7. 23.

gauit, typus est reconciliationis, quæ per CHRISTVM contingit. Deinde verò descendit de monte. Vbi autē audiuit saltantes, & ebriorū voces auribus accepit, confregit tabulas, in quibus leges erāt sculptæ; neq; amplius eos institutione dignabatur tanquā inobediētes, desides, stupidoq; ingenio præditos, & vix aptā ad quæ oporteret, mentē habētes, vt qui adeò præcipites ruerēt ad defectionem. Posteaquā autē venit ad congregationem, conterit vitulum, quo misso in aquā potauit ex ea filios Israël; per hæc ipsa significans quòd in ipsorum præcordijs & visceribus inhæreat impietas. Præterea etiam hoc significasse arbitror, quòd cor scelerata atque execrabili idololatria habeant refertum. Conuocatis autem electis præcepit vt præcipua capita occidant, quæ alijs causa fuerunt & authores huius sceleris, neque parcant vel fratri vel vicino, vel familiari. Atque ita ceciderunt viginti tria millia. Postquam verò moderatas ab ijs qui adeo scelerate egerant, pœnas sumpsit, reuertitur ad Deum & pro alijs intercedit. Tunc sanè ei Deus vix annuit, affuturū eis dicens, non quidem seipsum, sed potiùs angelum quempiam præsidem & ducem itineris se missurum. Adhæc igitur populus quidem lugebat. At Deus præcepit auferri ab eis vestimēta, omnemque ornatū, atque ita demisso vultu tristes incedere. Quo quidem ad finem perducto, scribitur deinceps Moysem acceptum tentorium suum fixisse extra castra eorū. Hæc breuiter de historiæ ipsius serie dicta sint. Reperiemus autem eos qui ex Israël sunt persimile facinus ausos esse, & paria flagitia commisisse, quādo diuino cōsilio vnigenitus Dei Filius iuxta nos homo est factus. Nam vocabat eos in regnum cælorum, quemadmodū olim Deus per Moysen vocauit in terram promissionis, promittebatque se liberaturū eos qui in ipsum crederēt. Et Deus liberauit illos, qui ex genere Israël receperūt per fidē salutarē illū sanguinē ex oppressione & tyrannide Ægyptiorū. Mactarunt enim agnum veluti in typis adhuc CHRISTI mysterium complentis. Porro isti legem habentes, quæ sanè fideliter introducebat per figuras & typos ad CHRISTI mysterium, de verbis sapientissimi Moysis, vbique magnificè gloriati sunt, cùm tamen ne ipsum quidem Moysem vnquam sint reueriti. Declinabant enim ad doctrinas, ad mandata hominum, cultusque diuini iugū excutiebāt. Siquidē non accesserūt ad eum per quē Deus hoc vniuersum gubernat, hoc est CHRISTVM. Atqui quænam fuit occasio & caussa? Deflexerūt enim ad imposturā mundanā; & voluptates huius vitæ vtiliori

Exod. 32. 20

Ibid. v. 27.

Ibid. v. 34. cap. 33. v. 2. Exod. 33. 7.

Exod. 33. 8.

Exod. 12.

ἱκεσίαις ἀποστῇ τὸ ἀπότομον τῆς ὀργῆς. εἶτα κάτεισιν ἐκ τοῦ ὄρους· ἐπειδὴ δὲ χορευόντων ἐπῄσθετο, καὶ τὰς τῶν μεθυόντων εἰς οὖς ἐδέχετο φωνάς, καταρρήγνυσι τὰς πλάκας ἐγκεκολαμμένων αὐταῖς τῶν νόμων, οὐκέτι παιδαγωγίας ἀξιῶν ὡς ἀπειθεῖς καὶ ἀγνώμονας, ἢ ὀλιγογνώμονας, καὶ κομιδῇ μὲν εὐπαρόιστον ἐφ' † ἃ μὴ προσῆκεν ἔχοντας νοῦν, ταχεῖαν δὲ οὕτω τὴν ἀπόστασιν πεποιημένους. ἐπειδὴ δὲ ἧκεν εἰς τὴν συναγωγήν, συντρίβει τὸν μόσχον. εἶτα καθεὶς εἰς ὕδωρ, πεπότικεν αὐτό φησι τοὺς υἱοὺς Ἰσραήλ· μονονουχὶ διὰ τούτου σημαίνων, ὅτι καὶ αὐτῶν ἡπάτων καὶ σπλάγχνων τῶν ἐν αὐτοῖς, ἅψεται τὸ δυσσέβημα. οἶμαι δὲ ὅτι κἀκεῖνο τάχα που καταμηνύων αὐτοῖς, ὅτι τῆς βεβήλου καὶ βδελυρᾶς εἰδωλολατρείας ἐκμεμεστωμένην ἔχουσι τὴν καρδίαν. προσκαλεσάμενος δὲ τοὺς ἐξειλεγμένους, ἀναιρεῖν ἐκέλευε τοὺς ὅτι μάλιστα τῶν ἄλλων αἰτιωτάτους, καὶ ἀδελφοῦ, καὶ γείτονος, καὶ γνωρίμων ἠφειδηκότας. καὶ δὴ καὶ πεπτώκασι χιλιάδες τρεῖς καὶ εἴκοσιν. ἐπειδὴ δὲ συμμέτρους ἐζήτησε δίκας τοὺς ἀναιδῶς οὕτω δεδυσσεβηκότας, ὑπονοστεῖ πρὸς θεόν, καὶ τὰς ὑπὲρ τῶν ἑτέρων ποιεῖται λιτάς· τότε δὴ μόλις αὐτῷ κατανεύει* θεός, συνέπεσθαι λέγων ἥκιστα μὲν αὐτός, συναποστελεῖν δὲ μᾶλλον αὐτοῖς ἄγγελον ἐπιστάτην καὶ καθηγησόμενον τῆς ὁδοῦ· καὶ πρός γε δὴ τούτῳ κατῳμώζετο μὲν ὁ λαός· προσέταττε δὲ θεός, ἀφελέσθαι τὰς στολὰς καὶ πάντα τὸν κόσμον, ἰέναι τε οὕτως ἐν κατηφείᾳ. οὗ καὶ εἰς πέρας ἀνηνεγμένου, λαβών, φησι, Μωσῆς τὴν σκηνὴν αὐτοῦ, ἔπηξεν ἔξω τῆς παρεμβολῆς. καὶ οὕτω μὲν τῆς ἱστορίας ὡς ἐν βραχίσιν ὁ λόγος. εὑρήσομεν δὲ τοὺς ἐξ Ἰσραὴλ τὰ ἴσα τετολμηκότας, ὅτε καθ' ἡμᾶς γέγονεν ἄνθρωπος ὁ μονογενής. ἐκάλει μὲν γὰρ εἰς βασιλείαν οὐρανῶν, καθὰ πάλαι διὰ Μωσέως εἰς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας, ἐλευθερώσειν ἐπηγγέλλετο τοὺς εἰς αὐτὸν πιστεύοντας. ἠλευθέρου γὰρ καὶ τοὺς ἐξ αἵματος Ἰσραὴλ τῆς Αἰγυπτίων πλεονεξίας καταδεξαμένους ἐν πίστει τὴν δι' αἵματος σωτηρίαν. τεθύκασι γὰρ τὸν ἀμνόν, ὡς ἐν τύποις, ἔτι τοῦ Χριστοῦ πληροῦντος τὸ μυστήριον. ἀλλ' οἱ νόμον ἔχοντες τὸν παιδαγωγοῦντα καλῶς διὰ σκιᾶς καὶ τύπων ἐπὶ Χριστόν, ἢ τοὺς τοῦ Μωσέως ἄνω τε καὶ κάτω περιεχόμενοι λόγους, καὶ αὐτοῦ Μωσέως ἐφειδηκότες. ἐτράποντο γὰρ εἰς διδασκαλίαν καὶ ἐντάλματα ἀνθρώπων, τῆς ὑπὸ θεῷ λατρείας ἀποσείοντο τὸν ζυγόν. προσήκαντο γὰρ οὐδαμῶς τὸν δι' οὗ τῶν ὅλων κρατεῖ, τουτέστι Χριστόν. καὶ τίς ἡ πρόφασις; ἀπονενεύκασι γὰρ εἰς ἀπάτην κοσμικήν, καὶ τὰς ἐν τῷδε τῷ βίῳ τέρψεις τῆς προὐργιαιτέρας

† ἴσως. ἃ προσῆκεν

ποιοῦνται σπουδῆς, προσκεκρούκασιν εἰκότως. κεκλημένοι γὰρ εἰς τοὺς γάμους οὐκ ἤθελον ἐλθεῖν, γυναικῶν τε καὶ ἀγρῶν προϊσχόμενοι κτήσεις. καὶ ἦν μὲν ἤδη καιρὸς δυσσεβείας εἰς τόδε κατολισθήσαντας, τὴν εἰς ἅπαν ὀργὴν ὑπομεῖναι τὸν Ἰσραήλ. ἀλλὰ τῶν ἁγίων λιταὶ σεσώκασι τὸ κατάλειμμα. πλὴν εἰς πολλοὺς ἡ δίκη. πεπτώκασι γὰρ μαχαίραις καὶ πολέμῳ πικρῷ δαπανώμενοι, ἐγνώκασι μόλις ὅτι ἐν αὐτοῖς ἐκβέβηκε κακοῦ τῆς εἰς Χριστὸν παροινίας τὰ ἐγκλήματα. ἀποβεβληκότες δὲ ὥσπερ τῆς ἀρχαίας ἐκείνης εὐκλείας τὴν περιστολὴν, καὶ πάντα κόσμον πνευματικὸν, πολὺ νοσοῦσι τὸ ἄχαρι, καὶ γυμνοὶ μὲν ἁπάσης διατελοῦσι δόξης. ὅτι δὲ καὶ αὐτὸς αὐτῶν ἀπεφοίτηκεν ὁ Χριστὸς, ὑπέφηνεν ὁ Μωσῆς μακρὰν τῆς παρεμβολῆς μεθιστὰς τὴν ἑαυτοῦ σκηνὴν καταλελειμμένην. πῶς γὰρ ὁ Χριστὸς τὰς τῶν Ἰουδαίων ἀγέλας, ἤτοι τὰς παρεμβολὰς, καὶ τὸ ἐκείνων πλῆθος ἀποδεδραμηκὼς τρόπον τινὰ καὶ ἀποτάτω χωρῶν, σκηνὴν ἀκατάσειστον τὴν ἐξ ἐθνῶν ἀνέδειξεν ἐκκλησίαν· ἣν καὶ ἰδίαν αὐτὸς ἀποφαίνων, διὰ τῆς τοῦ ψάλλοντος φωνῆς ὧδέ που φησι, ὧδε κατοικήσω ὅτι ᾑρετισάμην αὐτήν. ἔδει τοίνυν καὶ κόσμου καὶ δόξης ὁρᾶσθαι λοιπὸν ἀπημφιεσμένους, τοὺς οὐκ ἔχοντας τὸν Ἐμμανουὴλ τὸν τῆς δόξης κύριον. τοὺς δὲ ἀγαπῶσιν αὐτὸν τὸν ἐκ πίστεως καὶ ἀρετῶν περιτεθέντα κόσμον, ὡς ἐπὶ τούτῳ δὴ λίαν ἡσθέντας εἰπεῖν· ἀγαλλιάσθω ἡ ψυχή μου ἐπὶ τῷ κυρίῳ. ἐνέδυσε γάρ με ἱμάτιον σωτηρίου, καὶ χιτῶνα εὐφροσύνης. ὡς νυμφίῳ περιέθηκέ μοι μίτραν, καὶ ὡς νύμφην κατεκόσμησέ με κόσμῳ. ἐκπρεπὲς γὰρ δὴ λίαν τὸ κάλλος, δῆλον δὲ ὅτι τὸ ἐν Χριστῷ τὸ νοητόν· δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ τῷ θεῷ καὶ πατρὶ ἡ δόξα σὺν ἁγίῳ πνεύματι νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

ri studio præferentes, haud immeritò gratia exciderunt. Vocati enim ad nuptias, noluerunt venire, vxorum nuptijs & agrorũ emptionibus sese excusantes. Et certè tempus iam erat, vt Israël, qui eò impietatis prolapsus fuerat, irã omnino sustineret. Cęterùm precibus Sanctorum seruatæ sunt reliquiæ; multi tamen luerunt pœnas. Ceciderunt enim in gladijs. cumq; sæuo bello absumerentur, vix cognouerunt quò mali deuenerint ob crimina à se aduersus CHRISTVM cõmissa. Cumque quasi vestimentum pristinæ illius gloriæ abiecerint, & omnem ornatũ, ingenti laborant odio, spoliati omni gloria ac dignitate. Quòd autem CHRISTVS etiam ab eis discesserit, ostendit Moyses, qui tabernaculum suum extra castra transfert. CHRISTVS enim relictis Iudæorum turbis, atque illorum multitudine quodammodò deserta, longissimè ab eis demigrans, inconcussum tabernaculum Ecclesiam Gentium designauit: quam etiam suam affirmans per vocem Psalmistę ita ait: *Hic habitabo, quoniam elegi eam.* Oportebat igitur eos, qui non habent Emmanuelem, posthac conspici gloria & decore spoliatos. Eos autem qui diligunt ipsum, ornamentis fidei & virtutis indutos tanquam de eo vehemẽter gauisos oportet dicere: *Exulta anima mea in Domino. Induit enim me vestimento salutis, & indumentis lætitia. Tanquam sponso imposuit mihi coronam, & tanquam sponsa exornauit me.* Pulcritudo enim hæc eximia atque insignis est, intelligibilis nimirum illa, quæ est in CHRISTO, per quem & cum quo est Deo & Patri gloria cum sancto Spiritu nunc, & in sæcula sæculorum. Amen.

Psal. 131. 14.
Isai. 61. 10.

Περὶ τοῦ καλύμματος τοῦ ἐν τῷ προσώπῳ Μωσέως.

Ἆρά γε γινώσκεις ἃ ἀναγινώσκεις; πρέποι ἂν εἰκότως τοῖς Ἰουδαίων ἐπιφθέγγεσθαι δήμοις. οἳ πρὸς τοῦτο ἥκειν ἀποπληξίας νοηθεῖεν ἂν, ὡς ἀκαρδίους λοιπὸν παρά γε τοῖς ἱεροῖς ὀνομάζεσθαι λόγοις. ἰδοὺ γάρ φησι, λαὸς μωρὸς καὶ ἀκάρδιος. ὀφθαλμὸς αὐτοῖς, καὶ οὐ βλέπουσιν· ὦτα αὐτοῖς, καὶ οὐκ ἀκούουσι. ὅτι δὲ ἀνόνητος παντελῶς καὶ ὁ νόμος αὐτοῖς γέγονεν ὁ διὰ Μωσέως, διὰ τὸ τῆς ἐνούσης αὐτοῖς ἀσυνεσίας μέγεθος, καὶ αὐτὸς ἡμῖν ὁ Χριστὸς παρέδειξε λέγων· ἐρευνᾶτε τὰς γραφὰς, καὶ ὅτι ὑμεῖς δοκεῖτε ἐν αὐταῖς ζωὴν αἰώνιον ἔχειν. καὶ ἐκεῖναί εἰσιν αἱ μαρτυροῦσαι περὶ ἐμοῦ. καὶ οὐ θέλετε ἐλθεῖν πρός με, ἵνα ζωὴν ἔχητε. πώρωσις μὲν γὰρ ἀπὸ μέρους ἐγένετο τῷ Ἰσραὴλ, καὶ διὰ τοῦ πνεύματος φωτισμὸν οὐκ ἔχοντες, ὀκνηροὶ μὲν ἦσαν περὶ τὴν πίστιν· δυσ-

De velamine in facie Moysis.

Putásne quæ legis, intelligis? Iudæorum populis conuenienter dici potest, qui eò stuporis venisse cernuntur, vt excordes in sacris Litteris nominentur. † *Ecce enim*, inquit, *populus stultus & excors, oculi ipsis, & non vident; aures ipsis, & non audiunt.* Quòd autem lex Moysis prorsus ipsis fuerit inutilis propter eam quæ eis inest insipientiæ magnitudinem, ipse nobis CHRISTVS ostendit dicens: *Scrutamini Scripturas, quia vos putatis in ipsis vitam æternam habere. Et illæ sunt quæ testimonium perhibent de me, neque vultis venire ad me, vt habeatis vitam.* Excæcatus enim est ex parte Israël, & illuminationem spiritus non habentes tardiores sunt ad credendum, dif-

Act. 8. 30.
Ierem. 5. 21.
† *Vulgata:* Audi popule stulte, qui non habet cor. Qui habẽtes oculos, non videtis; & aures, & nõ auditis.
Ioan. 5. 39.
Isa. 6. 10.
Matt. 13. 14
Marc. 14. 12
Luc. 8. 10.
Ioan. 12. 40.
Rom. 11. 7.
2. Cor. 4. 4.

ficillimeque flectuntur, vt eligant & sapiant, quæ conducũt ad salutem. Cæterùm haud impunè, cùm alioqui id quod vtile est amplecti debuissent, ad incorrigibilem incredulitatem declinauerunt; & habentes lumen cæleste, magis amauerunt ambulare in nocte & in tenebris: quod & Propheta subindicauit dicens: *Cùm expectassent lucem, tenebræ eis factæ sunt; expectantes splendorem in nocte ambulauerunt.* Permanserunt enim duri atque effrenes, neque vllã omnino vtilitatis rationem habuerunt, aut eorum per quæ licuisset ipsis noxia effugere. Inclamabat enim CHRISTVS: *Ego sum lux mundi.* Et: *Dum lucem habetis, ambulate in luce, ne vos tenebræ comprehendant.* At verò isti cùm similes essent amentibus ac stupidis, ab ipsis tenebris apprehensi sunt, & tanquam in nocte versantes, nulla ex parte participes sunt splendoris diuini, nec in se diuinam lucem habent. Nullo enim modo Scripturam diuinitus inspiratam intelligunt. Causam verò beatus nobis Paulus declarabit: *Vsque ad hodiernum,* inquiens, *diem, velamen in lectione veteris testamenti manet non reuelatum: quia in* CHRISTO *aboletur: sed vsque in hodiernum diem quando legitur Moyses, velamen in cordibus ipsorum positum est. Cùm autem se conuerterint ad* CHRISTVM, *tolletur velamen. Dominus autem spiritus est. Vbi autem spiritus Domini, ibi & libertas.* Vide igitur nunc mysterium hoc etiam in sacris & veteribus scriptis prælucens. Sic autem habet: *Et dixit Dominus ad Moysen: Scribe tibi verba hæc. His enim verbis faciam tecum & cum Israële testamentum. Et erat ibi Moyses coram Domino quadraginta diebus & quadraginta noctibus; panem non comedit, neque aquam bibit. Et scripsit verba hæc in tabulis testamenti, decem scilicet. Cùm autem descenderet Moyses de monte, duæ tabulæ erant in manibus ipsius. Sed descendens de monte ignorabat quòd †glorificatus fuerat aspectus cutis faciei suæ, interim dum loquebatur ipsi Deus. Viditq́ Aaron & omnes seniores Israëlis Moysen. Et erat glorificatus aspectus cutis faciei eius: & timuerunt appropinquare ei. Et vocauit eos Moyses, conuersiq́ sunt ad eum Aaron & omnes principes Synagogæ; & locutus est illis Moyses. Et postea accesserunt ad eum omnes filij Israëlis. Et mandauit eis dicens omnia quæ locutus erat Dominus ad ipsum in monte Sinai. Et postquam eis loqui cessauit, imposuit velamen in faciem suam. Cùm autem ingrederetur ad Dominum, vt loqueretur ad eum, amouebat velamen donec exiret. Et egressus loquebatur cunctis filijs Israël, ea quæ præceperat Dominus, videruntq́ filij Israël*

Isa. 59. 9.

Ioan. 8. 12. & 12. 35.

2. Cor. 3. 14.

Exod. 34. 27

† Vulgata: quòd cornuta esset facies sua.

μετακόμισοι δὲ κωμιδῇ, πρὸς τὸ δεῖν ἑλέσθαι καὶ φρονεῖν τὰ εἰς σωτηρίαν χρήσιμα. ἀλλ' οὐκ ἔξω δίκης εἶεν ἄν, ὅτι μετὰ τὸ ἑλέσθαι τὸ ὠφελοῦν ἐτράποντο μᾶλλον εἰς ἀνάλθητον ἀπείθειαν· καὶ τὸ φῶς ἔχοντες τὸ ἐξ οὐρανοῦ καὶ ἄνωθεν, ἠγάπησαν μᾶλλον τὸ ὡς ἐν νυκτὶ βαδίζειν καὶ σκότῳ. τοῦτο καὶ ὁ προφήτης ὑπεσήμαινεν λέγων περὶ αὐτῶν· ὑπομεινάντων αὐτῶν φῶς, ἐγένετο αὐτοῖς σκότος· μείναντες αὐγὴν, ἐν ἀωρίᾳ περιεπάτησαν. μεμενήκασι γὰρ τραχεῖς καὶ ἐξήνιοι, καὶ ὀλίγου παντελῶς ἀξιοῦντες λόγου τὰ λυσιτελῆ, καὶ δι' ὧν εἰκὸς καὶ λίαν ἀμογητὶ διαδρᾶναι τὸ ἀδικοῦν. ἐπεφώνει μὲν γὰρ ὁ Χριστός· ἐγώ εἰμι τὸ φῶς τοῦ κόσμου. καὶ ἕως τὸ φῶς ἔχετε, περιπατεῖτε ἐν τῷ φωτὶ, ἵνα μὴ ἡ σκοτία ὑμᾶς καταλάβῃ. οἱ δὲ ἴσοι ἐν ἴσῳ τοῖς οὐκ ἔχουσι νοῦν, ἢ φρένας. τοιγάρτοι καὶ κατειλήφθησαν ὑπὸ τῆς σκοτίας, καὶ διατελοῦσιν ὡς ἐν νυκτὶ, ἀμέτοχοι παντελῶς τῆς θείας αὐγῆς, καὶ τὸ φῶς τὸ θεῖον οὐκ ἔχοντες. οὐ συνίασι γὰρ παντελῶς τὴν θεόπνευστον γραφήν. καὶ διὰ ποίαν αἰτίαν, σαφηνιεῖ λέγων ἡμῖν ὁ θεσπέσιος Παῦλος· ἄχρι γὰρ τῆς σήμερον ἡμέρας τὸ αὐτὸ κάλυμμα ἐπὶ τῇ ἀναγνώσει τῆς παλαιᾶς διαθήκης μένει μὴ ἀνακαλυπτόμενον· ὅτι ἐν Χριστῷ καταργεῖται. ἀλλ' ἕως σήμερον ἡνίκα ἀναγινώσκεται Μωυσῆς, κάλυμμα ἐπὶ τὴν καρδίαν αὐτῶν κεῖται. ἡνίκα δ' ἂν ἐπιστρέψῃ πρὸς κύριον, περιαιρεῖται τὸ κάλυμμα. ὁ δὲ κύριος τὸ πνεῦμά ἐστιν. οὗ δὲ τὸ πνεῦμα κυρίου, ἐκεῖ ἐλευθερία. ἄθρει δὴ οὖν τὸ μυστήριον ἐν τοῖς ἱεροῖς καὶ ἀρχαιοτέροις προσαναλάμπον γράμμασιν· ἔχει δὲ οὕτως· καὶ εἶπε κύριος πρὸς Μωυσῆν· γράψον σεαυτῷ τὰ ῥήματα ταῦτα· ἐπὶ γὰρ τῶν λόγων τούτων τέθειμαί σοι διαθήκην καὶ τῷ Ἰσραήλ. καὶ ἦν ἐκεῖ Μωυσῆς ἐναντίον κυρίου τεσσαράκοντα ἡμέρας, καὶ τεσσαράκοντα νύκτας· ἄρτον οὐκ ἔφαγε, καὶ ὕδωρ οὐκ ἔπιε. καὶ ἔγραψε τὰ ῥήματα ταῦτα ἐπὶ τῶν πλακῶν τῆς διαθήκης, τοὺς δέκα λόγους. ὡς δὲ κατέβη Μωυσῆς ἀπὸ τοῦ ὄρους, καὶ αἱ δύο πλάκες ἐπὶ τῶν χειρῶν Μωυσῆ. καταβαίνοντος δὲ αὐτοῦ ἐκ τοῦ ὄρους, Μωυσῆς οὐκ ᾔδει ὅτι δεδόξασται ἡ ὄψις τοῦ χρωτὸς τοῦ προσώπου αὐτοῦ ἐν τῷ λαλεῖν αὐτὸν αὐτῷ. καὶ εἶδεν Ἀαρὼν καὶ πάντες οἱ πρεσβύτεροι Ἰσραὴλ τὸν Μωυσῆν, καὶ ἦν δεδοξασμένη ἡ ὄψις τοῦ χρωτὸς τοῦ προσώπου αὐτοῦ, καὶ ἐφοβήθησαν ἐγγίσαι αὐτῷ. καὶ ἐκάλεσεν αὐτοὺς Μωυσῆς, καὶ ἐπεστράφησαν πρὸς αὐτὸν Ἀαρὼν καὶ πάντες οἱ ἄρχοντες τῆς συναγωγῆς. καὶ ἐλάλησε πρὸς αὐτοὺς Μωυσῆς, καὶ μετὰ ταῦτα προσῆλθον πρὸς αὐτὸν πάντες οἱ υἱοὶ Ἰσραήλ. καὶ ἐνετείλατο αὐτοῖς λέγων πάντα ὅσα ἐλάλησε πρὸς αὐτὸν κύριος ἐν τῷ ὄρει Σινᾶ. καὶ ἐπειδὴ κατέπαυσε λαλεῖν πρὸς αὐτοὺς, ἐπέθηκεν ἐπὶ τὸ πρόσωπον αὐτοῦ κάλυμμα. ἡνίκα δ' ἂν εἰσεπορεύετο Μωυσῆς ἐναντίον κυρίου, λαλεῖν αὐτῷ, περιῄρει τὸ κάλυμμα, ἕως τοῦ ἐκπορεύεσθαι. καὶ ἐξελθὼν, ἐλάλει πᾶσι τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ, ὅσα ἐνετείλατο αὐτῷ ὁ κύριος. καὶ εἶδον οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ

„ τὸ πρόσωπον Μωυσῆ ὅτι δεδόξασται. καὶ περιέθη-
„ κεν Μωυσῆς κάλυμμα ἐπὶ τὸ πρόσωπον αὐτοῦ,
„ ἕως ἂν εἰσέλθῃ συλλαλεῖν αὐτῷ. κατεγράφει
μὲν γὰρ τοῖς ἐκ λίθων πυξίοις τὸν νόμον ὁ τῶν ὅλων
θεός. ἐπειδὴ δὲ τῇ τοῦ θείου φωτὸς προσβολῇ κα-
τηγλάιστο λοιπὸν τὸ Μωσέως πρόσωπον ἐν ἡ-
μέραις τεσσαράκοντα προσεδρεύοντος, καὶ τῶν
ἀνθρωπίνων ἠφειδηκότος αὐτῶν, ἀγροῦσι
πρὸς τὴν θέαν οἱ ἀπόλεκτοι τῶν ἐξ Ἰσραήλ, καὶ
πρό γε τῶν ἄλλων Ἀαρών. ἀποφοιτῶντας δὲ ἤδη
καὶ εἰς φυγὴν τετραμμένους, ἐπιστρέφει Μωυ-
σῆς, προσελάλει τε οὕτω τοῖς υἱοῖς Ἰσραήλ, προ-
καθιστὰς τοῦ προσώπου τὸ κάλυμμα, καὶ τοῦ θείου
φωτὸς τὴν προσερχομένην ἀκτῖνα τοῖς κατα-
σκιάσμασι μόλις φορητὴν τοῖς ὄχλοις ἀποτε-
λῶν. ἀλλ' ἡνίκα, φησίν, εἰσῄει πρὸς τὸν θεόν, πε-
ριῃρεῖτο τὸ κάλυμμα. συνιὲς δὴ οὖν ὅπως τῶν Ἰου-
δαίων διανοίαις ἀχώρητόν πως ἐστὶ καὶ αὐτοῦ
τοῦ νόμου τὸ φῶς, εἰ δὲ νοοῖτο πνευματικῶς τὰ ἐν
αὐτῷ γεγραμμένα· ἀποστρέψει γὰρ ἕτερον οὐδέν,
ἢ τὸ τοῦ Χριστοῦ μυστήριον. καὶ τῶν ἀκροωμένων καρ-
δίαις τὸ θεῖόν τι καὶ διειδέστατον ἐνίησι φῶς. ἀλλ'
οὐκ ἂν τῶν οὕτω σεπτῶν ἀκροάσαιντο λόγων οἱ ἐξ
Ἰσραήλ, οὐδ' ἂν συνεῖεν ἀμογητὶ τὸ μυστηρίου
τὸ βάθος. καὶ μὲν ὁ Νικόδημος ὅτε τὴν διὰ πνεύ-
ματος ἀναγέννησιν ἠκροᾶτο λέγοντος τοῦ Χριστοῦ,
ψυχρῶς τε καὶ ἀδρανῶς ἀναπεφώνηκε λέγων·
„ πῶς δύναται ἄνθρωπος ἀναγεννηθῆναι γέρων
„ ὤν; μὴ δύναται εἰς τὴν κοιλίαν τῆς μητρὸς αὐτοῦ
„ δεύτερον εἰσελθεῖν καὶ γεννηθῆναι. προσετίθει δὲ τού-
τοις ἀναπείθοντος αὐτὸν τοῦ Χριστοῦ τὸ χρῆναι
πίστει τιμᾶν τὰ ὑπὲρ νοῦν καὶ λόγον, πῶς δύνα-
ται ταῦτα γενέσθαι; καίτοι τοῦ νόμου διὰ † μαρ-
τυριῶν ὅσων σχημάτων προαναγράφοντος τὸ
μυστήριον. οὐκοῦν ἀπαράδεκτον Ἰουδαίοις καὶ αὐτὸ
τοῦ νόμου φῶς, καὶ οὐχὶ δὴ μόνοις τοῖς ἀδρανέσι καὶ
ἀγελαίοις, ἀλλὰ καὶ αὐτοῖς τοῖς ἀπολέκτοις καὶ
ἱερεῦσι. ἀκήκοας γὰρ ὅτι τὴν Μωσέως πεφόβηνται
δόξαν σὺν τοῖς πρεσβυτέροις Ἀαρών. ἐπειδὴ δὴ
οὖν ὁ Μωυσῆς χρησίμως σφόδρα τὸ κάλυμ-
μα. κατασκίασμα γὰρ ὁ νόμος ἔχει, τὸ πα-
χὺ τοῦ γράμματος, καὶ τῆς ἱστορίας τὸ οὐ σφόδρα
λαμπρόν. ἀλλ' ἐν ὄψει, φησί, θεοῦ εἰσερχόμε-
νος ὁ Μωυσῆς, περιῄρει τὸ κάλυμμα. τοῦτό τοι
καὶ ἐφ' ἡμῶν αὐτῶν ἀληθὲς εὑρήσομεν. ἐνηνεγ-
μένοι γὰρ ὥσπερ ἐν προσώπῳ τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς
προσκομίζοντος ἡμᾶς τοῦ Χριστοῦ, κατασκιασμά-
των δίχα τὴν Μωσέως ὀψόμεθα δόξαν· πνευ-
ματικῶς νοοῦντες τὸν νόμον. μεταμορφούμεθα γὰρ
ἀπὸ δόξης εἰς δόξαν, κατὰ τὸ γεγραμμένον. ὅτι
γὰρ ἐν δόξῃ τὸ Χριστοῦ μυστήριον πῶς ἐστιν ἀμφι-
βάλλειν; διακεκραγότος ὧδε τοῦ μακαρίου Παύ-
λου σαφῶς περί τε τῆς πρώτης καὶ δευτέρας δια-
„ θήκης· εἰ γὰρ ἡ διακονία τῆς κατακρίσεως
„ δόξα, πολλῷ μᾶλλον περισσεύει ἡ δια-
„ κονία τῆς δικαιοσύνης ἐν δόξῃ. κατήργηται
μὲν γὰρ ἡ τοῦ νόμου σκιά, καίτοι τῇ δόξῃ
τετιμημένη τῇ διὰ Μωυσέως, ἤγουν τῇ ἐν

† ἴσως μυείων

quod facies Moysis glorificata esset. Et imposuit Moyses velamen super faciem suam,† donec ingrederetur ad loquendum cum eo. Scribit quidem huius vniuersi Deus legẽ in tabulis lapideis. Sed postquã facies Moysis, qui per quadraginta dies ibi remãsit, & ab omnibus humanis abstinuit, diuinæ lucis appulsu resplenduisset, obstupescunt hoc spectaculo electi Israëlitæ, ac præ alijs Aaron. Recedẽtes autẽ iam, & sese in fugam vertentes reuocabat Moyses, loquebaturq́; sic filijs Israëlis, velamẽ faciei opponẽs, effusumque diuinæ lucis radiũ suis adumbrationibus efficiens turbis tolerandũ. *Sed quando*, ait, *ibat ad Deũ, amouebatur velamen.* Intelligisne, quo pacto Iudæorũ ingenijs lux etiã ipsius legis sit quodammodo incomprehensibilis? Si autem ea quæ scripta sunt, spiritualiter intelligantur, nihil aliud refulgebit quàm CHRISTI mysterium diuinum illud & clarissimum lumẽ auditorum cordibus immittens. Cæterùm Israëlitæ non poterant tantæ maiestatis verba audire, neque citra summum laborem mysterij altitudinem intellectu comprehendere. Idcirco Nicodemus cùm audisset CHRISTVM de spirituali regeneratione concionãtem, frigidè admodum & pueriliter erupit in hæc verba: *Quomodo potest homo nasci cùm iam consenuerit? Num potest in vterum matris redire & denuo nasci?* Quin & posthæc, cũ CHRISTVS suaderet, id quod mentem rationemque nostram excedit, fide apprehendi debere, addebat: *Quomodo potest hoc fieri?* quamquam lex infinitis ferè figuris adumbrarit CHRISTI mysteriũ. Quocirca etiam legis ipsius lumen Iudæis incõprehensibile est, idq́; non modò infirmis, atque promiscuæ multitudini, sed etiam electis & sacerdotibus. Audisti enim quòd Aaron vnà cum senioribus exterriti sint Moysis gloria. Non abs re igitur Moyses velamẽ faciei prætendebat. Nam lex densam habet in littera adumbrationem, narrationemque nõ admodum perspicuam. At verò Moyses ad aspectũ Dei procedens, tollebat velamen. Hoc autem inueniemus in nobismetipsis verum esse: quia cũ CHRISTVS nos ducit quodammodo in Dei ac Patris aspectum, tum sine adumbrationibus Moysis gloriam videbimus, legem nimirũ spiritualiter intelligẽtes. *Trãsmutamur enim de gloria in gloriã*, vt scriptũ est. Nemo verò dubitauerit, quin CHRISTI mysterium sit in gloria, cùm beatus Paulus apertè de veteri & nouo testamento ita exclamet: *Si ministratio damnationis est in gloria, multo magis exuberans ministerium iustitiæ in gloria.* Euacuata enim est legis vmbra, etiãsi gloria insignita per Moysen, siue ea quæ in

† *Vulgata:* si quando loquebatur ad eos.

Moyses Deum allocuturus velamen à facie sua amouens quid significet.

Ioan 3. 4.

Legis mysterium Iudæis incomprehẽsibile.

2. *Cor*. 3. 18.

2. *Cor*. 3. 9.

facie Moysis eluxit. At CHRISTI gloria manet inconcussa, & ditat nos longè meliore & gloria & gratia, quàm est prior & antiqua gloria. Sublatis igitur legis adumbrationibus *gloriam Domini speculamur*, sicut scriptũ est. Quocirca si audiamus in typo mactatum agnum, continuò intelligamus mysterium, cognoscentes agnũ, qui propter nos & pro nobis obtulit seipsum in odorem fragrantiæ Deo ac Patri. Et cùm *cinis vitulæ aspersus contaminatos sanctificet ad emundationem carnis*: haud secùs iterum CHRISTI purificationem intelligemus quæ fit per aquam & spiritũ, neque carnales nostras sordes abstergit, sed spirituales & animæ maculas abluit. Sanctificati enim sumus in CHRISTO. Adijciemus autem etiam hoc non abs re. Hactenus enim capitum Exodi enarrationem digessimus, non quòd ad eorum quæ deinceps sequuntur explicationem segniores simus; sed quòd ijs libris, quos *De adoratione in Spiritu & veritate* cõscripsimus, accuratè sancti Tabernaculi constitutionem inuestigauerimus, & singula prosecuti simus quæ in eo sunt, propitiatorium inquam, & arcam, mensam, ac candelabrum, ita vt nihil quod declaratione egere videretur, omiserimus. Nam hac de re nonus & decimus liber nobis est consumptus. Deo autem nostro sit gloria in secula seculorum. Amen.

Ibid. 18.

Hebr. 9. 13.

προσώπῳ Μωυσέως. μένει δὲ ἀσάλευτα τὰ διὰ Χριστοῦ, καὶ πλουτεῖ πάντως τὴν ἀμείνω τῆς ἀρχαιοτέρας δόξαν τε καὶ χάριν. περιῃρημένων τοιγαροῦν τῶν ἐν νόμῳ κατασκιασμάτων, τὴν δόξαν θεοῦ κατοπτριζόμεθα κατὰ τὸ γεγραμμένον. εἰ ἀκούσαιμεν ἐν τύπῳ σφαζόμενον τὸν ἀμνὸν, εὐθέως γινώσκωμεν τὸ μυστήριον, γνωρίζοντες ἀμνὸν, ὃς δι' ἡμᾶς καὶ ὑπὲρ ἡμῶν ἀνήνεγκεν ἑαυτὸν εἰς ὀσμὴν εὐωδίας τῷ θεῷ καὶ πατρί. κἂν σποδὸς δαμάλεως ῥαντίζουσα τοὺς κεκοινωμένους ἁγιάζῃ πρὸς τὴν τῆς σαρκὸς καθαρότητα· πάλιν οὐδὲν ἧττον νοήσωμεν τὴν διὰ Χριστοῦ κάθαρσιν, ἣ δι' ὕδατός τε καὶ πνεύματος, οὐ σαρκικῶν ἡμᾶς ἀπαλλάττουσα ῥύπων, ἀλλὰ τὸν ἐν πνεύματι καὶ ψυχῇ μολυσμὸν τὸν μῶμον ἐκπλύνουσα. ἡγιάσμεθα γὰρ ἐν Χριστῷ. προσεπισόμεθα δὲ καὶ τοῦτο χρησίμως. μέχρι γὰρ τούτου τῶν ἐν τῇ ἐξόδῳ κεφαλαίων τὴν ἀφήγησιν συμμετρεῖν ἐγνώκαμεν, οὐ πρὸς τὴν τῶν ἐφεξῆς καταναρκήσαντες ἑρμηνείαν, ἀλλ' ἐπεὶ τοὺς περὶ τῆς ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ προσκυνήσεως συντεθέντας λόγους ταῖς καθηκούσαις ἐρεύναις ὑποβεβλήκαμεν. αὐτήν τε τῆς ἁγίας σκηνῆς τὴν κατασκευὴν, καὶ ἕκαστα τῶν ἐν αὐτῇ κειμένων, ἱλαστήριόν τε φημὶ καὶ τὴν κιβωτὸν, τραπέζης, καὶ λυχνίας, ὡς ἐλλελοιπέναι δοκεῖν τῇ τῶν ἀναγκαίων ἀφηγήσει μηδέν. δεδαπανήκαμεν γὰρ εἰς τοῦτόν γε ἔννατον καὶ δέκατον λόγον. θεῷ δὲ ἡμῶν δόξα εἰς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

Τοῦ ἐν ἁγίοις

ΠΑΤΡΟ'Σ ΗΜΩ͂Ν

ΚΥΡΙ'ΛΛΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟ'ΠΟΥ

ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙ'ΑΣ

ΓΛΑΦΥΡΩ͂Ν

ΕΙ'Σ ΤΟ`Ν ΛΕΥΙΤΙΚΟ`Ν

ΒΙΒΛΙ'ΟΝ.

Ὅτι Χριστοῦ τὸ πάθος σωτήριον.

Ὁ Μὲν τῶν ὅλων θεὸς θάνατον οὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ τέρπεται ἐπ' ἀπωλείᾳ ζώντων· ἀλλ' ἔκτισε μὲν εἰς τὸ εἶναι τὰ πάντα, καὶ σωτήριοι αἱ γενέσεις τοῦ κόσμου. καὶ οὐκ ἔστιν ᾅδου βασίλειον ἐπὶ τῆς γῆς, καθὰ γέγραπται· φθόνῳ δὲ διαβόλου θάνατος εἰσῆλθεν εἰς τὸν κόσμον. ἔχοι δ' ἂν ἐφ' ἑαυτῷ καὶ μάλα εἰκότως τὸ ἀληθὲς ὁ λόγος. οὐ γὰρ ἂν οὕτως εὐκλεᾶ καὶ ἀξιοθαύμαστον τοῖς εὐκόλως φθείρεσθαι πεφυκόσιν ἐνεπέθηκεν ὁ δημιουργὸς, ἀλλὰ παρεισβέβληκε μὲν ἐξ ὀργῆς ὁ θάνατος, ὅτι τῆς θείας ἀλογήσας ἐντολῆς ἀπονένευκεν εἰς τὸ ἀπειθὲς καὶ δυσήκοον ὁ προπάτωρ Ἀδάμ. ἀνῄρηται δὲ λοιπὸν, καὶ ἐκ μέσου γέγονεν ἐν Χριστῷ δι' ὑπακοῆς τοῦ ἑνὸς ἀνθρώπου τὰ ἐγκλήματα. δεδικαιώμεθα γὰρ ἐν αὐτῷ, καὶ μαρτυρήσει γράφων ὁ θεσπέσιος Παῦλος. ὥσπερ γὰρ διὰ τῆς παρακοῆς τοῦ ἑνὸς ἀνθρώπου ἁμαρτωλοὶ κατεστάθησαν οἱ πολλοὶ, οὕτω καὶ διὰ τῆς ὑπακοῆς τοῦ ἑνὸς ἀνθρώπου δίκαιοι κατασταθήσονται οἱ πολλοί. καταδεδικάσμεθα γὰρ ἐν ἐκείνῳ πρὸς θάνατον· ἠλεήμεθα δὲ διὰ Χριστοῦ καὶ ἀνεκαινίσθημεν εἰς ζωήν. γέγονε γὰρ ὑπήκοος τῷ πατρὶ μέχρι θανάτου, καὶ τέθεικε τὴν ψυχὴν ὑπὲρ ἡμῶν· καὶ τῷ μώλωπι αὐτοῦ ἡμεῖς ἰάθημεν κατὰ τὰς γραφάς. φαίη δ' ἂν ὅτι καὶ τὴν κατὰ κόσμον ἁμαρτίαν ἀρρωστήσαντες ἐν Ἀδὰμ, γεγόναμεν ἐν Χριστῷ θυσία πνευματικὴ καὶ εὐώδης τῷ θεῷ καὶ πατρὶ, καλή τε καὶ εὐπρόσδεκτος, καὶ τῶν κατὰ νόμον σκιᾶς, πολὺ λίαν ἐν ἀμείνοσιν. ἀπαρχὴ δὲ ἡμῶν, ὁ Χριστὸς, καὶ αὐτὸς ἡμῖν ἀνεκαίνισεν τὴν ὁδὸν. οὕτω γάρ που φησὶν ὁ Δαβὶδ ἐν βίβλῳ ψαλμῶν πρὸς τὸν
» ἐν οὐρανοῖς πατέρα καὶ θεόν· θυσίαν καὶ
» προσφορὰν οὐκ ἠθέλησας· σῶμα δὲ κα-
» τηρτίσω μοι. ὁλοκαυτώματα καὶ περὶ ἁμαρ-
» τίας οὐκ ηὐδόκησας. τότε εἶπον· ἰδοὺ ἥκω, τοῦ ποιῆσαι ὁ θεὸς τὸ θέλημά σου ἠβουλήθην. καὶ ταυτὶ δὴ πάλιν

D. CYRILLI

ARCHIEPISCOPI

ALEXANDRINI

GLAPHYRORVM

IN LEVITICVM

LIBER VNVS.

ANDREA SCHOTTO Societ. IESV, interprete.

Quòd Christi passio sit salutaris.

DEus huius vniuersi non fecit mortem, neque delectatur interitu viuentiũ, sed cuncta creauit vt essent, & salutares sunt generationes mundi. Neq; est inferorum regnum in terra, sicut scriptum est: *inuidia autem diaboli mors intrauit in mundũ.* In hac autẽ oratione per se eluceat veritas. Neque enim Creator tam gloriosam atque admirabilem creaturam subiecit ijs, quæ facilè corrumpi solent; sed mors ex ira prouenit, cùm primus parens Adã neglecto diuino præcepto ad incredulitatem inobedientiamque declinauit. Sublata verò rursus sunt per CHRISTI obediẽtiã vnius hominis delicta. Iustificati enim sumus in CHRISTO. Cuius rei testis erit D. Paulus, qui ita scribit: *Quemadmodum enim per inobedientiam vnius hominis peccatores cõstituti sunt multi; ita & per obediẽtiam vnius hominis iusti constituẽtur multi.* Damnati enim in illo eramus ad mortẽ, misericordiam autẽ consecuti sumus per CHRISTVM, & ad vitã renouati; quippe qui Patri obediens sit factus vsque ad mortem, posueritque animam suam pro nobis. *Et liuore eius sanati sumus*, secundùm Scripturas. Conueniebat autem vt nos in Adamo fœdo laborantes peccato efficeremur in CHRISTO spiritualis, & suaueolens Deo ac Patri, bonaque & accepta hostia, longeque melior quã sunt vmbratiles legis hostiæ. CHRISTVS igitur est primitiæ nostræ, nobis fecit & instaurauit viam, sicut ait in libro Psalmorum ad Patrem cælestem: *Sacrificium & oblationem noluisti: † corpus autem adaptasti mihi, holocausta & pro peccatis non quæsiuisti. Tunc dixi, Ecce venio: vt † faciam, Deus, voluntatem tuam, volui.* Eadem igitur etiam in ijs

[Ezech. 18. 23.]
[Sap. 1. 14. Ibid. 2. 24.]
[Rom. 5. 19.]
[Phil. 2. 8. Isa. 53. 5.]
[Psal. 39. 7. † Aliàs Corpus autẽ compegisti mihi. At Vulg. aures autẽ perfecisti mihi. † Vt faciam voluntatem tuam Deus meus volui]

ἔξεστι

Leuit. 2. 14. † Sic Vulgata: de spicis adhuc virentibus torrebis igni, & confringes in morem farris.

quæ in *Leuitico* scripta sunt, licet nobis cernere. Habent autem ita: *Si autem obtuleris sacrificium primitiarum tuarum Domino † noua torrefacta farra comminuta Domino, & offerens sacrificium primitiarum tuarum, & effundes super ipsum oleum, & impones super illud thus. Sacrificium est, & offeret sacerdos memoriale eius de farribus cum oleo, & omne thus eius. hostia est Domino.* Porro perspicuus admodum est litteræ sensus, nec, sicut ego arbitror, multum in illius declaratione laborandum fuerit.

Chidra, quid sint.

Hoc tantùm dicam, quòd χίδρα dicantur farinę ex leguminibus. Atqui in his typis capit Christi mysterium. Ipse enim est pro nobis oblatio primarum frugum spiritalis, hoc est primitiæ humanæ naturæ, primogenitus è mortuis, primus ad incorruptionem, ac veluti primitiæ eorum qui obdormierunt. Haud secùs quàm *granum tritici* cùm ceciderit in terram, & mortuum fuerit, atque instar spicæ multiplex exoritur. Hoc est, quod ipsemet nobis enarrat,

Ioan. 12. 24.

dicens: *Nisi granum tritici proiectum in terram moriatur, ipsum solum manet. Si autem fuerit mortuum, multum fert fructum.* Cæterùm non propter se mortuus est, sed nobis hoc præstitit. Hoc autem valdè eleganter nobis indicauerit littera legis. Ait enim: *Si quis voluerit donum offerre, hostiam primarum frugum Domino, nuper torrefacta farra confracta Domino.* Vides quomodo Moyses siue littera legis ex nouis frugibus nos offerre iubeat? Nam Christus, vt dixi, est primitiæ naturæ quæ in nouitatem vitæ renouatur: adeoque in ipso noua facta sunt omnia. Nō autem ex solo tritico offerantur dona ad sacrificium, sed ex leguminibus mola confractis.

Fruges cur mola confracta offerantur.

Quemadmodum enim similaginem ex tritico, non autem integrum granum in holocaustū offerre lex iubebat: ita & hîc præcipit esse faciendum, vt scilicet legumina priùs mola contundantur, idque ideo vt sacrificium oblatum videatur quodammodo esui aptum. Neque enim consueuimus integrum granum, sed cōtusum in alimentū

Phil. 4. 18.

cōuertere. Christvs igitur est *primitiæ frugum, hostiaq́; Deo grata* & fragrantissima; imò verò & nobis ipsis maximè conuenit in ali-

Ioan 6. 50.

mentum. Quia *ipse est panis, qui de cœlo descendit, & dat vitam mundo,* & quodammodo seipsum nobis apponit edēdum, velut similaginem aut farinam quandam ex leguminibus. Porro in sacrificium ait esse fundēdum oleum, atque id thure aspergendum præcepit. *Oleum* figuratè significat id quod pingue est: *thus* autem scitè significat bonam fragrātiam. Christvs enim pro nobis, vt dixi, factus est hostia, & veluti agro-

ἔξεστι καταθρεῖν καὶ ἐκ τῶν γεγραμμένων ἐν τῷ Λευιτικῷ. ἔχει δὲ οὕτως· ἐὰν δὲ προσφέρῃς θυσίαν „ πρωτογεννημάτων τῷ κυρίῳ νέα πεφρυγμένα „ † χίδρα ἐρεικτὰ τῷ κυρίῳ· καὶ προσοίσεις τὴν θυ- „ σίαν τῶν πρωτογεννημάτων, καὶ ἐπιχεεῖς ἐπ᾽ αὐ- τὸ ἔλαιον, καὶ ἐπιθήσεις ἐπ᾽ αὐτὴν λίβανον. θυσία „ ἐστί. καὶ ἀνοίσει ἱερεὺς τὸ μνημόσυνον αὐτῶν „ ἀπὸ τῶν χίδρων σὺν τῷ ἐλαίῳ, καὶ πάντα τὸν „ λίβανον αὐτῆς. κάρπωμά ἐστι τῷ κυρίῳ. „ ἐναργὴς οὖν λίαν ὁ τοῦ γράμματος νοῦς, καὶ οὐκ ἂν δέοιτό τινος, καθάπερ ἔγωγε οἶμαι, πόνου πρός γε τὸ δύνασθαι φημὶ συνιέναι λεπτῶς. πλὴν ἐκεῖνο ἐρῶ. χίδρα λέγεται τὰ ἐξ ὀσπρίων ἄλευρα. ἐν δέ γε τοῖς τύποις τὸ Χριστοῦ λαμβάνει μυστήριον. καί ἐστιν αὐτὸς ἡ ὑπὲρ ἡμῶν θυσία, τὸ πρωτογέννημα τὸ πνευματικόν, τουτέστιν ἡ τῆς ἀνθρωπότητος ἀπαρχή. ὁ πρωτότοκος ἐκ νεκρῶν, ὁ πρῶτος εἰς ἀφθαρσίαν, τὸ οἱονεὶ πρωτόλειον τῶν κεκοιμημένων. ὡς κόκκος μὲν τοῦ σίτου πεσὼν ἐπὶ τὴν γῆν καὶ ἀποθανών, ἀστάχυος δὲ δίκην πολυστὸς ἀναφύς. τοῦτο γὰρ ἡμῖν αὐτὸς ἐφηγεῖτο λέγων· ἐὰν μὴ ὁ κόκκος τοῦ σίτου πεσὼν εἰς τὴν „ γῆν ἀποθάνῃ, αὐτὸς μόνος μένει· ἐὰν δὲ ἀπο- „ θάνῃ, πολὺν καρπὸν φέρει. πλὴν ἀπέθανεν, „ οὐ δι᾽ ἑαυτόν, ἀλλ᾽ ἡμῖν. ἀλλ᾽ ἡμῖν ὑπεμφήνειεν ἀστείως τὸ γράμμα τὸ νομικόν. εἰ γὰρ δή τις ἕλοιτο, φησίν, δωροφορεῖν θυσίαν πρωτογεννημάτων τῷ κυρίῳ, νέα πεφρυγμένα χίδρα ἐρεικτὰ τῷ θεῷ. ἄθρει δὴ οὖν ὅπως ἐν νεκρῶν ἡμᾶς προσάγειν καρπὸν προτρέπει Μωυσῆς, ἤτοι τὸ γράμμα τὸ νομικόν. ἀπαρχὴ γάρ, ὡς ἔφην, τῆς εἰς καινότητα ζωῆς ἀνανεουμένης φύσεως Χριστός, καὶ ἐν αὐτῷ γέγονε τὰ πάντα καινά. πλὴν, οὐκ ἐκ μόνου προσφέρεται σίτου τὰ εἰς θυσίαν, ἀλλὰ καὶ ἐξ ὀσπρίων κατερεικτῶν. ὅνπερ γὰρ τρόπον ἐκ σίτου σεμίδαλιν, καὶ οὐκ αὐτὸν ὑγιᾶ τὸν κόκκον ὁλοκαυτεῖν διετύπου· οὕτω κἀνθάδε χρῆναι ποιεῖσθαι κατερεικτά, τουτέστιν ἀληλεσμένα τὰ ἐξ ὀσπρίων προστέταχεν, ἵνα δὲ φαίνοιτο τῇ θυσίᾳ προσὸν τὸ οἱονεὶ ἐδώδιμον. κατειθίσμεθα γάρ, οὐχ ὑγιᾶ τὸν κόκκον, συντεθραμμένον δὲ μᾶλλον ποιεῖσθαι τροφήν. οὐκοῦν πρωτογέννημα μὲν, ὁ Χριστός, καὶ θυσία τῷ θεῷ καλὴ καὶ εὐοσμωτάτη, τροφιμωτάτη δὲ λίαν καὶ ἡμῖν αὐτοῖς. αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ ἄρτος, ὁ ἐξ οὐρανοῦ καταβάς, καὶ ζωὴν τῷ κόσμῳ διδούς· καὶ οἱονείπως ἡμῖν ἔδεσμα τὸν αὐτὸν παραθείς, καθάπερ σεμίδαλιν ἢ χίδραν. ἐπιχέεσθαι δὲ τῇ θυσίᾳ δεῖν ἔφη τὸ ἔλαιον, † καταπλάττεσθαι δὲ αὐτὴν καὶ λιβανωτῷ προστέταχε. τοῦ μὲν ἐλαίου, τὸ ὡς ἐν πιότητι καὶ ἱλαρότητι συμβολικῶς ὑποφαίνοντος· τοῦ δέ γε λιβάνου, τὸ ἱερὸν καὶ εὐῶδες ἀστείως ἡμῖν ὑποσημαίνοντος. γέγονε μὲν γάρ, ὡς ἔφην, ὑπὲρ ἡμῶν θυσία ὁ Χριστός, καὶ ὡς ἀγρῶν

† χίδρα ἐκλιστά, LXX.

† ἴσως, πάττεσθαι.

γρῶν ἀπαρχὴ πρωτογεννημάτων πνευματικῶν. ὅτι δὲ οὐκ εἰς δάκρυον ἦν τι θρῆνος ὁ θάνατος ἦν αὐτοῦ· ἐπ' ἀναιρέσει δὲ μᾶλλον δακρύων καὶ θρήνων καὶ ἐπ' ἐλπίδι τῇ λίαν ἱλαρωτάτῃ, πῶς ἂν ἢ πόθεν ἐνδοιάσειέ τις; οὐ γὰρ γέγονε κάτοχος ταῖς ᾅδου πύλαις, οὐδὲ μεμένηκεν ἐν νεκροῖς· ἀλλ' εἰ καὶ κατέπιεν ὁ θάνατος ἰσχύσας, κατὰ τὴν τοῦ προφήτου φωνήν, ἀλλὰ πάλιν ἀφεῖλεν ὁ θεὸς πᾶν δάκρυον ἀπὸ παντὸς προσώπου· τὸ ὄνειδος τοῦ λαοῦ ἀφεῖλεν ἀπὸ πάσης τῆς γῆς. πῶς δὲ ἢ τίνα τρόπον; ἀνεβίω γὰρ ὁ Χριστὸς, πατήσας τὸν θάνατον, ἵνα καὶ ἡμᾶς ἀπαλλάξῃ φθορᾶς· καὶ περιελὼν εὖ μάλα τὸν ἐπὶ τούτῳ θρῆνον, χαίροντας ἤδη πῶς ἀναπείσῃ βοᾶν· ἔστρεψας τὸν κοπετόν μου εἰς χαρὰν ἐμοί, διέρρηξας τὸν σάκκον μου, καὶ περιέζωσάς με εὐφροσύνην. οὐκοῦν ἔχει ἂν εἰκότως τὸ ἱλαρὸν ἐν ἐλπίδι, τῆς θυσίας ὁ τρόπος. νοοῖτο δ' ἂν καὶ ἑτέρως, εἴπερ ἕλοιτό τις. ἠλεήμεθα γὰρ ἐν Χριστῷ. καὶ τοῦτο οἶμαι, ἐστὶ τό· ἐλίπανας ἐν ἐλαίῳ τὴν κεφαλήν μου. ὅτι δὲ οὐκ ἐπί τισιν εὐλόγοις αἰτίαις ἤτοι πλημμελήμασιν ὁ Χριστοῦ θάνατος, ἀλλ' εὐοσμωτάτη λίαν καὶ ἀμώμητος παντελῶς ὑπὲρ ἡμῶν θυσία· προσκεκόμισται γὰρ, ἵνα καταργήσῃ τὴν ἁμαρτίαν, καὶ τὸν ἐξ αὐτῆς τε καὶ δι' αὐτὴν θάνατον, διὰ τοῦ λιβάνου συνήσεις. ὁ μὲν γὰρ προπάτωρ Ἀδὰμ ταῖς ἐν ἀρχῇ παραβάσεσιν εὖ μάλα πρεπωδεστάτην ἐκομίζετο τὴν ἀράν. ἐπειδὴ δὲ τὴν κάκοσμον ἀληθῶς προσηρρώστησεν ἁμαρτίαν, ταύτῃ τοι καὶ δικαίως κατεδικάζετο. ὁ δέ γε τῶν ὅλων σωτὴρ καὶ κύριος ἐπ' οὐδενὶ τῶν ἀτόπων κατεγνωσμένος. οὐ γὰρ ἐποίησεν ἁμαρτίαν, καλὴ καὶ εὐώδης γέγονεν ὑπὲρ ἡμῶν θυσία, καὶ νέων ὥσπερ καρπῶν ἀπαρχὴ, καὶ ὡς ἐν εἴδει παντὶ σίτῳ τέ φημι καὶ ὀσπρίοις. ἀπέθανε γὰρ ὑπὲρ πάντων μικρῶν καὶ μεγάλων, ἐθνῶν τε καὶ Ἰουδαίων. γεγόναμεν γὰρ δι' αὐτοῦ καὶ ἐν αὐτῷ μνημόσυνον τῷ θεῷ καὶ πατρί. διὰ τοῦτό φησι τὸ γράμμα τὸ νομικόν· καὶ ἀνοίσει ὁ ἱερεὺς τὸ μνημόσυνον αὐτῆς ἀπὸ τῶν χίδρων σὺν τῷ ἐλαίῳ, καὶ πάντα τὸν λίβανον αὐτῆς. κάρπωμα γάρ ἐστι τῷ κυρίῳ. προσκεκρουκότες μὲν γὰρ διὰ πολλῶν ἁμαρτιῶν, μονονουχὶ καὶ ἐξ ὀμμάτων γεγενήμεθα τοῦ πατρός. ἐπειδὴ δὲ γέγονεν ὑπὲρ ἡμῶν θυσία Χριστὸς, ἐμνήσθη ἡμῶν καὶ ηὐλόγησεν ἡμᾶς, ηὐλόγησε τοὺς φοβουμένους αὐτὸν τοὺς μικροὺς μετὰ τῶν μεγάλων. τοιγάρτοι καὶ δεδιδάγμεθα ψάλλειν καὶ λέγειν· εὐλογημένοι τῷ κυρίῳ ἡμεῖς, τῷ ποιήσαντι τὸν οὐρανὸν, καὶ τὴν γῆν. καὶ καθ' ἕτερον δὲ τρόπον τὴν Χριστοῦ θυσίαν ἡμῖν ὁ νόμος διαγράφει, λέγων· ἐὰν δὲ θυσία σωτηρίου, τὸ δῶρον αὐτοῦ τῷ κυρίῳ· ἐὰν μὲν ἐκ τῶν βοῶν αὐτὸ προσαγάγῃ, ἐάν τε ἄρσεν, ἐάν τε θῆλυ, ἄμωμον προσάξει αὐτὸ ἔναντι κυρίου, καὶ ἐπι-

rum primitiæ, nimirum primæ fruges spirituales. Quòd autem ipsius mors non fuerit deflenda aut luctuosa, sed potiùs fletum ac luctum è medio sustulerit, atque in spē gratissimam adduxerit, nemini nō compertum est. Nō enim à portis inferi detineri potuit; neque inter mortuos permansit, etiamsi absorpsit mors potens iuxta vocem prophetæ: tamen rursum abstulit Deus omnem lacrymam ab omni facie: opprobrium populi abstulit ab vniuersa terra. Quomodo? Reuixit CHRISTVS morte conculcata, vt & nos liberaret à corruptione, & compressis, quas ob hoc effundebamus, lacrymis, quodammodo nunc persuadet vt lætabundi clamemus: *Conuertisti planctum meum in gaudium mihi: conscidisti saccum meum, & cinxisti me lætitia.* Modus ergo huius sacrificij meritò habet spei adiunctam hilaritatem. Potest tamen & aliter, si quis velit, intelligi. Nam misericordiam in CHRISTO consecuti sumus. Atque id est, vt arbitror; *Impinguasti in oleo caput meum.* Quòd autem CHRISTI mors non ob aliquas iustas caussas, nec etiā ob peccata ipsius fuerit, sed potiùs hostia pro nobis fragrantissima, & incorruptibilis omnino (adductus enim est, vt aboleret peccatū, & eam quæ ex ipso & per ipsum regnauit mortem) per *thus* licebit intelligere. Nā primus pater Adam ob transgressiones initio factas, meritissimam maledictionem tulit. Posteaquam autē peccato reuera fœtido laborauit, iure optimo morte damnatus est. Deus verò ac Dominus totius vniuersi ob nullum delictum est damnatus. Grata itaq; & fragrans facta est pro nobis hostia, & quodammodo nouarum frugum primitiæ, idque in omni specie, dico in specie tritici & leguminū. Nam pro vniuersis, paruis æquè ac magnis, pro Iudæis iuxtà ac Gētibus mortuus est. Facti enim sumus in ipso & per ipsum memoriale Deo ac Patri. Ideoque ait littera legis: *Et offeret sacerdos memoriale ipsius de farinis leguminum cum oleo, & omne thus ipsius oblatio est Domino.* Cùm enim offenderimus Deum per multa peccata, quodāmodo ex oculis patris sumus remoti. Postquam verò CHRISTVS pro nobis factus est hostia, Dominus recordatus nostri benedixit nobis, iuxta illud: *Benedixit omnibus qui timent Dominū pusillis cum maioribus.* Vnde etiam docti sumus psallere & dicere: *Benedicti vos à Domino qui fecit cælum & terram.* Porro alia etiam ratione lex CHRISTI oblationem nobis describit, dicens: *Quòd si donum eius fuerit Domino hostia salutaris: siquidem ex bobus ipsi obtulerit eam, siue masculum siue feminam; immaculatum adducet ipsum coram Domino, & imponet*

Osea 13. 14. 1. Cor. 15. 54. Apoc. 7. 17. & 21. 4. Eccli 47. 4. de Dauide. Gen. 30. 33. Psal. 29. 12. Psal. 22. 5. Thus quid significet. Psal. 113. 13. Ibidem v. 15. Leuit. 3. 1.

ponet manus suas super caput muneris, & mactabit ipsum ad fores tabernaculi testimonij: & filij Aaron sacerdotes effundent sanguinem in altare circa holocausta. & adducent oblationem de sacrificio salutaris Domino, & pinguedinem quæ tegit ventrem, atque omnem pinguedinem quæ est in ventre, & duos renes, & in ipsis pinguedinem, quæ est in femoribus, & reticulũ iecoris cum renunculis: & referent ea filij Aaron sacerdotes super altare in holocaustum in ligna quæ iacent in igne. Oblatio suauis odoris Domino. Neque enim solùm ex bobus, sed si quis velit etiam ex ouibus adducere holocaustum, aut ex capris ferre oblationem salutaris, iisdem modis procedendum est in omnibus. Siue autem ex masculo, siue ex femella fuerit sacrificium, *necesse est*, inquit, *ut omni macula careat.* Atque hæc ratio sacrificij ad ipsum pertinet Emmanuelem. Hic enim est vitulus saginatus, & immaculatum sacrificium, tollens peccatum mundi, ac veluti caper anniculus propter nos est mactatus. Caper enim pro peccato secũdùm legẽ mactabatur. Ceterùm animaduerte hîc iterum subtiliter mysterij rationem Siquidem litera legis in nullo ponit discrimine, *siue masculus sit siue femella.* In quo rursum intelligi potest, quòd CHRISTVS in ambobus sit. In masculo repræsentatur tanquam dux & princeps (masculus enim generosior est quã femella.) In femina autem, quatenus factus est sub lege, quamquã aliàs princeps sit. Nam femella est subiecta & secundas partes à viro obtinet, siquidem reuera minor atque inferior est. Cæterùm immaculatum est sacrificium. Talis autem est CHRISTVS. Vnde etiam dixit: *Venit princeps huius mundi, & in me †non inueniet quidquam.* Imò & apud Iudæos per id quòd in vniuersum macula careret, diuinam suam naturam manifestè demonstrauit dicens: *Quis ex vobis arguit me de peccato? Si veritatem dico vobis, quare non creditis mihi?* Idcirco sanctum sacrificium immaculatum est. Et mactabatur quidẽ coram Domino ad ostium tabernaculi, impositis ipsi manibus illius qui adduxit. Deinde sanguine fuso ad basim altaris, cõburẽda ait in holocaustũ intestina. Nã mors Filio, qui pro mundi vita suã ipsius vitam posuit, quasi in oculis Dei & Patris illata est. Atqui si verax est qui dicit: *Pretiosa in conspectu Domini mors sanctorũ eius*, quo pacto non proprio intuitu dignabitur ipsius Filij mortem? In pretio enim omnino eam habet Deus ac Pater, & aspectu dignatur, sicut cõtrà execrabile ac reiectũ auersatur. Quòd igitur eius mors gloria nõ careat, id tibi facilè demõstrauerit, quòd Patrẽ ipsũ inspectorẽ habuerit. Mactabatur autẽ ad sacras portas.

Caper ex lege pro peccato mactabatur.

Ioan. 14. 30.
† Vulg. non habet.

Ioan. 8. 46.

Psal. 115. 15.

» θήσει τὰς χεῖρας αὐτοῦ ἐπὶ τὴν κεφαλὴν τοῦ » δώρου, καὶ σφάξει αὐτὸ παρὰ τὰς θύρας τῆς σκη- » νῆς τοῦ μαρτυρίου. καὶ προσχεοῦσιν οἱ υἱοὶ Ἀα- » ρὼν οἱ ἱερεῖς τὸ αἷμα ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον, τῶν » ὁλοκαυτωμάτων κύκλῳ. καὶ προσάξουσιν ἀπὸ » τῆς θυσίας τοῦ σωτηρίου, κάρπωμα κυρίῳ τὸ στέαρ » τὸ κατακαλύπτον τὴν κοιλίαν, καὶ πᾶν τὸ στέαρ » τὸ ἐπὶ τῆς κοιλίας, καὶ τοὺς δύο νεφροὺς, καὶ τὸ στέαρ » τὸ ἐπ' αὐτῶν τὸ ἐπὶ τῶν μηρῶν, καὶ τὸν λοβὸν τὸν ἐπὶ » τοῦ ἥπατος σὺν τοῖς νεφροῖς περιελεῖ. καὶ ἀνοί- » σουσιν αὐτὰ οἱ υἱοὶ Ἀαρὼν οἱ ἱερεῖς, ἐπὶ τὸ θυ- » σιαστήριον, ἐπὶ τὰ ὁλοκαυτώματα, ἐπὶ τὰ » ξύλα ἐπὶ τοῦ πυρὸς, κάρπωμα ὀσμὴ εὐω- » δίας τῷ κυρίῳ. καὶ οὐχὶ δὴ μόνον ἐκ βοῶν, ἀλλ' εἰ δή τις ἕλοιτο καὶ ἐκ προβάτων ὁλοκαυτοῦν, εἴτ' οὖν ἐξ αἰγῶν τὴν τοῦ σωτηρίου ποιεῖσθαι θυσίαν, διὰ τῶν αὐτῶν ἰέναι ἐπρέπετο τρόπων, καὶ εἰς ἐφ' ἅπασιν ἦν τῆς ἱερουργίας ὁ τρόπος. εἴτε δὴ ἄρσεν εἴη τυχὸν, εἴτε θῆλυ τὸ θῦμα, μώμου δεῖν ἔφη παντὸς ἀπηλλάχθαι παντελῶς. καὶ τῆς θυσίας ὁ λόγος ἐπ' αὐτὸν ἂν ἴοι τὸν Ἐμμανουὴλ. αὐτὸς γὰρ ὁ μόσχος ὁ σιτευτὸς, τὸ ἄμωμον ἱερεῖον, ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου, καὶ ὡς ἐν εἴδει χιμάρου δι' ἡμᾶς σφαζόμενος. χίμαρος γὰρ κατὰ νόμον ὑπὲρ ἁμαρτίας ἐσφάζετο. πλὴν ὅρα πάλιν ἰσχνῶς τῆς θυσίας τὸν τρόπον. ἀκριβολογεῖται μὲν γὰρ οὐ σφόδρα τὸ γράμμα τὸ νομικὸν, περί τε ἄρσεν καὶ θῆλυ. νοοῖτο δ' ἂν πάλιν ὡς ἐν ἀμφοῖν ὁ Χριστός. ἐν ἄρσενι μὲν, ὡς ἡγούμενος ἤτοι καθηγητής. ἡγεμονικώτερον γὰρ θατέρου τὸ ἄρσεν. ἐν θήλεσι δὲ ὡς γεγονὼς ὑπὸ νόμον καὶ ἡγούμενος. ὑπεξούσιον γὰρ καὶ ἐν δευτέροις ἀεὶ τὸ θῆλυ τοῦ ἄρρενος, εἴπερ ἐστὶν ἀληθῶς ἐν μείοσι καὶ ἐν ὑφιζάνοντι μέτρῳ. πλὴν ἄμωμον τὸ ἱερουργούμενον. τοιοῦ- » τος δὲ ὁ Χριστός. τοιγάρτοι ἔφασκεν· ἔρχεται ὁ » ἄρχων τοῦ κόσμου τούτου, καὶ ἐν ἐμοὶ εὑρήσει οὐδέν. καὶ μέντοι πρὸς Ἰουδαίους τὸ εἰσάπαν ἀμώμητον, ἀπόδειξιν ἐποιεῖτο τὴν θείαν αὐτοῦ φύσιν, » λέγων· τίς ἐξ ὑμῶν ἐλέγχει με περὶ ἁμαρτίας; » εἰ ἀλήθειαν λέγω, τί ὑμεῖς οὐ πιστεύετέ μοι; ἄμωμον οὖν ταύτῃ τὸ ἱερὸν θῦμά ἐστι. ἐσφάζετο μὲν ἔναντι κυρίου παρὰ τὰς θύρας τῆς σκηνῆς, ἐπενηνεγμένων αὐτῷ τῶν χειρῶν τοῦ προσκεκομικότος. εἶτα τοῦ αἵματος τῇ τοῦ θυσιαστηρίου βάσει προσχεομένου, ὁλοκαυτοῦν ἔφη δεῖν τὰ ἐντόσθια. πέπρακται μὲν γὰρ ἐν ὀφθαλμοῖς ὥσπερ τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς, ὁ τοῦ υἱοῦ θάνατος, ὑπὲρ τῆς τοῦ κόσμου ζωῆς τὴν ἑαυτοῦ τι- » θέντος ψυχήν. εἰ γάρ ἐστιν ἀληθὴς ὁ λέγων· τί- » μιος ἐναντίον κυρίου ὁ θάνατος τῶν ὁσίων αὐτοῦ· πῶς οὐκ ἂν αὐτὸν ἀξιώσειε τῆς ἰδίας ἐπισκοπῆς τὸν τοῦ υἱοῦ θάνατον ὁ θεὸς καὶ πατήρ; τιμᾷ γὰρ πάντως καὶ ἐποπτείας ἀξιοῖ· ἀποστρέφεται δὲ πάλιν τὸ βδελυρὸν καὶ ἀπηχθημένον. οὐκοῦν ὅτι μὴ ἀκλεὴς ὁ θάνατος, παραδείξειεν ἂν εὐθὺς, τὸ καὶ αὐτὸν αὐτόπτην λαχεῖν τὸν πατέρα. παρ' αὐλαῖς δὲ ταῖς ἱεραῖς ἐσφάζετο θύραις.

ἀπι-

ἀπέθανε γὰρ ὁ Ἐμμανουὴλ, ἀνθρωπίνων ὥσπερ ἡμῖν τὴν εἰς τὰ ἅγια τῶν ἁγίων εἰσδρομὴν, καὶ τὰς ἄνω καὶ ἐν οὐρανοῖς ἐκκλησίας ἀνοιγνὺς τὰς θύρας τοῖς εἰς αὐτὸν πιστεύουσιν. κερδαίνομεν τοίνυν ἐν θανάτῳ τοῦ Χριστοῦ τὸ καὶ εἰς αὐτὴν ἐλάσαι λοιπὸν τὴν ἁγίαν σκηνὴν, ἣν ἔπηξεν ὁ κύριος, καὶ οὐκ ἄνθρωπος, τὴν ἐπουράνιον Ἱερουσαλὴμ, τὴν ἄνω καλλίπολιν, τὴν τῶν ἁγίων μητέρα, καὶ ἀγγέλων τροφόν. ὅτι δὲ ἅγιος ἐστὶ καὶ ἱερὸς ὁ Χριστοῦ θάνατος, ὑπεμφήνειεν ἂν τὸ ἑαυτῷ χρῆναι προσχεῖσθαι λέγειν τῷ θυσιαστηρίῳ τὸ αἷμα. κατασημαίνει δ' ἂν καὶ ἑτέρως, ὅτι τέθεικε τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν ὑπὲρ τῆς ἐκκλησίας. τύπος μὲν γὰρ τῆς ἐκκλησίας τὸ θυσιαστήριον· ψυχῆς δὲ τὸ αἷμα. ἡ δὲ τῶν ἐνδοσθίων ἀνάθεσις, ἤτοι καθιέρωσις, πιμελῆς δὲ λέγω, ἥπατός τε καὶ νεφρῶν, ὑποδηλοῖ πάλιν, ὅτι καὶ ἅγια καὶ ἱερὰ καὶ εὐώδη πάντα τὰ ἐν Χριστῷ. ἐν ἥπατι μὲν γὰρ, τὰς ἐφ' ὅτῳ-οὖν ἐπιθυμίας ἤτοι ὀρέξεις γίνεσθαί φασιν οἱ ταῦτα σοφοί. νεφρὸς δὲ δὴ πάλιν, μόριόν ἐστιν ἐν σώματι, διακριτικὴν ἔχον τὴν ἐνέργειαν. ἀποκρίνει γὰρ τοῦ χρησίμου τὸ περιττόν. τοιοῦτον δέ τι καὶ ἐν ἡμῖν αὐτοῖς, ὁ νοῦς ἐργάζεται. κιβδηλεύει μὲν γὰρ εἴπερ ἐστὶ σοφὸς, τὸ ἀδικεῖν πεφυκὸς· προσίεται δὲ καὶ λίαν ἀσμένως τὸ πρὸς ὄνησιν. ψάλλει δέ που καὶ ὁ μακάριος Δαβὶδ, ὡς ἐκ προσώπου τοῦ Χριστοῦ, ἐναντίον σου πᾶσα ἡ ἐπιθυμία μου ἐστί. καὶ πάλιν· ὅτι σὺ ἐκτήσω νεφρούς μου κύριε. ὅτι δὲ καὶ ἀρετῆς ἀνάμεστος τῆς θεοπρεποῦς ὁ Ἐμμανουὴλ, παραδείξειεν ἂν ὡς ἐν τύπῳ πάλιν, ἡ πιμελή. ὥσπερ γὰρ ἐν τοῖς ἄριστα τεθραμμένοις τῶν ζώων, ἡ πιμελὴ γίνεται· κατὰ τὸν αὐτὸν οἶμαι τρόπον εἰς νοῦν ἀρετὴ τροφὴν ἔχοντα τὴν ἐξ οὐρανοῦ. ἅγιος δὴ οὖν καὶ ἀμώμητος ὁ Χριστὸς, καὶ ἀρετῆς ἔμπλεως, ἱερὸς καὶ εὐώδης, ὁλοκαύτωμα νοητὸν, καὶ ὡς ἐν εἴδει παντὶ προσενηνεγμένον, μόσχῳ τέ φημι καὶ κριῷ, καὶ αἰγί. σωτήριος γὰρ γέγονεν ὑπὲρ ἡμῶν θυσία τε, καὶ δέδωκεν ἑαυτὸν ὑπὲρ πάντων εἷς ὁ πάντων ἀντάξιος. δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ τῷ θεῷ καὶ πατρὶ ἡ δόξα σὺν ἁγίῳ πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

Emmanuel enim ſua morte nobis quodammodo laxauit ingreſſum in ſancta ſanctorũ, portaſque ſupernæ ac cæleſtis Eccleſiæ aperuit ijs qui in ipſum credunt. Lucramur itaque in morte CHRISTI ingreſſum in ipſum ſanctum tabernaculum, quod exſtruxit Dominus, & non homo, cęleſtem Ieruſalem, & ſupernam illam amœniſſimam ciuitatem, quæ eſt ſanctorum mater, & angelorum nutrix. Porro quòd CHRISTI mors ſit ſancta ac pretioſa, ſubindicauerit quòd dicit *ſanguinẽ ad altare fundendum*. Poteſt tamen etiã aliud quid ſignificare, nempe, quòd poſuerit animam ſuam pro Eccleſia. Nam *altare* illud eſt Eccleſiæ typus, ſicut ſanguis animæ. Conſecratio autem inteſtinorum, pinguedinis inquam, iecoris & renum, ſubindicat rurſum quòd omnia in Chriſto ſint ſancta, pretioſa, fragrantia. In hepate enim cupiditatum cuiuſque & appetituum ſedem ſtatuunt, qui harum rerum periti ſunt. Renes verò diſcretiua facultate prædìti ſunt. Separant enim id quod vtile ac ſalutare eſt, ab inutili & ſuperfluo. Atqui hoc officium pręſtat in nobis mens. Hæc enim modò rectè conſtituta ſit, reijcit id quod nocere ſolet; admittit autem perlibenter id quod iuuat. Vnde & B. Dauid tanquam in perſona CHRISTI alibi pſallit: *Domine ante te omne deſideriũ meum.* Item, *Tu poſſediſti renes meos.* Quòd verò Emmanuel diuina virtute refertus ſit, demonſtrauerit rurſus veluti in typo ipſa *pinguedo*. Quemadmodũ enim pinguedo naſcitur in animalibus bene habitis ac paſtis: ita arbitror etiã virtus eſt in mente, quæ cæleſti alimento abundat. CHRISTVS itaque ſanctus & immaculatus eſt, & virtute cumulatus, pretioſus, fragrans, holocauſtum intelligibile, ac veluti in omni ſpecie oblatum, in vitulo inquã, & ariete atque hirco. Hoſtia enim ſalutaris pro nobis factus eſt, deditque ſemetipſum redemptionem pro omnibus, per quem & cum quo ſit Deo ac Patri gloria cum ſancto Spiritu in ſecula ſeculorum. Amen.

CHRISTI morte cæleſtes portæ nobis apertæ ſunt.

Mentis officium.

Pſal. 37.10.

Pſal. 138.13.

Pinguedo quid notet.

Ὅτι τῆς μυστικῆς εὐλογίας ἐν μεθέξει γεγονότες, ἅγιοι καὶ ἱεροὶ πάντῃ καὶ πάντως ἐσόμεθα.

Quòd nos myſticæ benedictionis facti participes, omnino ac penitus ſancti diuiniq; ſimus futuri.

Ταμίαι γεγόνασι τῶν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν μυστηρίων οἱ θεσπέσιοι μαθηταὶ, καὶ οὐχ' ἑαυτοῖς ἁρπάζοντες τὴν τιμήν· οὔτι μὴν αὐτόκλητοι παρὰ τοῦτ' ἰόντες, προκεχειρισμένοι δὲ μᾶλλον εἰς ἀποστολὴν, καὶ τοῖς ἀνὰ πᾶσαν τὴν ὑπ' οὐρανὸν ἱερουργεῖν ἐπιτεταγμένοι τὸ σωτήριον κήρυγμα, τουτέστι τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ.

Diuini diſcipuli Saluatoris noſtri myſterijs inſignes habiti, neque ſibi rapuerunt honorem, neque abſque vocatione ſeſe ingeſſerunt, ſed potiùs delecti ſunt ad munus Apoſtolorum, & ordinati, vt toti orbi ſacra adminiſtrarent, per ſalutarem prædicationem, hoc eſt, CHRISTI Euangelium.

Illustres enim & præclaros constituit eos magistros ille, qui ipsis dixit: *Euntes docete omnes gentes.* Promptissimo itaque animo obedientes Dominicis præceptis orbem terrarum illustrarunt. Magistrum quidem nacti Deum ac Patrem cælestem, gratiæ participes alios effecerunt. Probè enim meminerunt, vt par fuit, illius quod CHRISTVS ipsis præcepit, mandati, *Gratis accepistis, gratis date.* Scribit igitur D. Paulus sic, Incarnationis CHRISTI mysterium declarans: *Quod enim erat impossibile legi, in quo infirmabatur per carnem: Deus misso suo Filio in similitudinem carnis peccati, de peccato condemnauit peccatum in sua carne, vt iustificatio legis impleretur in nobis, qui non secundùm carnem ambulamus, sed secundùm spiritum. Factus enim est pro nobis peccatum* CHRISTVS, sicut scriptũ est, cùm tamẽ nulli peccato fuerit obnoxius. Neque enim ita delirare cõsueuimus, vt eũ qui suapte natura est Deus, & ex Deo Patre genitus, peccare cẽseamus. Sed asseueramus quòd hostia sit pro peccato factus. *Pascha enim pro nobis immolatus est* CHRISTVS: quocirca eũ *peccatũ factũ* esse dicimus. Mactatus enim est, vt dixi, vt suo proprio sanguine totũ redimeret mũdum. Ita enim ait Scriptura: *Pretio empti estis:* neque sumus ampliùs nostri iuris sed illius, qui pro nobis factus est peccatũ, vt à prioribus peccatis liberaret, sanctosq́; per sanctæ carnis suæ & itẽ sanguinis cõmunionẽ redderet. Hoc ipsum diuina lex nobis præsignificauit. Ita enim in Leuitico scriptũ est. *Locutus est Dominus ad Moysen dicens: Loquere Aaron & filijs eius dicẽs: Ista est lex peccati. In loco vbi mactãt holocaustũ suũ, mactabunt & hostiam pro peccato corã Domino. Sancta sanctorum sunt. Sacerdos qui offert ipsam mãducat, & in loco sancto comedit in atrio tabernaculi testimonij. Quicũq; attigerit de carnibus eius, sãctificabitur. Et quãdocũque aspersum fuerit de sanguine ipsius super vestimentum quodcumque, aspersum fuerit id lauabitur in loco sancto. Vas autem in quo cocta est, fictile confringetur: si verò æneo vase cocta fuerit, defricabit ipsum & abluet aqua. Omnis masculus ex sacerdotibus edit ipsa. Sancta sanctorum sunt Domino.* Intelligis igitur quomodo iubeat immolari peccatũ, hoc est hostiã pro peccato? Caper ergo is erat in typum CHRISTI, qui propter nos, vt dixi, factus est peccatum. *Inter iniquos* enim *reputatus est*, & vnà cum latronibus crucifixus, declaratusque maledictus in Scriptura. Ait enim, *Maledictus omnis qui pendet in ligno.* Etsi autem seipsum ita demiserit propter nos, erat tamen atque est sanctus, & quidem non secundùm participationem veluti ab alio, sicut nos; sed suapte natura, tanquam Deus. Per ipsum

Matt. 28. 19. — Matt. 10. 8. — Rom. 8. 3. — 2. Cor. 5. 21. — 1. Cor. 5. 7. — 1. Cor. 6. 23. — Leuit. 6. 25. — Gal. 3. 13.

CHRISTVS sanctus non per participationem, sed suapte natura.

λαμπροὺς γὰρ ἐπέδειξε τοὺς μυσταγωγοὺς, οὕτω λέγων· πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη. εἴκοντες δὴ οὖν καὶ μάλα προθύμως τοῖς δεσποτικοῖς θεσπίσμασι, φωταγωγοῦσι τὴν οἰκουμένην· παιδευτὴν μὲν λαχόντες αὐτοὶ τὸν ἐν οὐρανοῖς πατέρα καὶ θεόν, κοινωνοὺς δὲ τῆς χάριτος ἀποτελοῦντες ἑτέρους. διεμέμνηντο γὰρ κατὰ τὸ εἰκός, εἰς τοῦτο γνώμης αὐτοὺς ἀποφέροντος τοῦ Χριστοῦ, λέγοντος σαφῶς, δωρεὰν ἐλάβετε, δωρεὰν δότε. γράφει τοίνυν ὁ θεσπέσιος Παῦλος, καὶ τὸ βάθος τῆς μετὰ σαρκὸς οἰκονομίας διατρανοῖ μυστήριον, ὧδί πῃ λέγων. τὸ γὰρ ἀδύνατον τοῦ νόμου ἐν ᾧ ἠσθένει διὰ τῆς σαρκός, ὁ θεὸς τὸν ἑαυτοῦ υἱὸν πέμψας ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς ἁμαρτίας, περὶ ἁμαρτίας κατέκρινε τὴν ἁμαρτίαν ἐν τῇ σαρκί· ἵνα τὸ δικαίωμα τοῦ νόμου πληρωθῇ ἐν ἡμῖν, τοῖς μὴ κατὰ σάρκα περιπατοῦσιν, ἀλλὰ κατὰ πνεῦμα. γέγονε γὰρ ὑπὲρ ἡμῶν ἁμαρτία Χριστός, καθὼς γέγραπται, καὶ οὐδ᾽ ἤδη πω πάντων ἁμαρτίαις ἐνοχός. οὐ γὰρ ὧδε ληρεῖν εἰθίσμεθα, ἐπεὶ μὴ εἶδεν ὅλως τὸ πλημμελεῖν θεὸς ὢν φύσει, καὶ ἐκ θεοῦ πεφηνὼς τοῦ πατρός. ἐπειδὴ δὲ γέγονε θῦμα ὑπὲρ ἁμαρτίας. τὸ γὰρ πάσχα ἡμῶν ἐτύθη Χριστός, ταύτῃ τοι φαμὲν γενέσθαι καὶ ἁμαρτίαν. τέθυται γάρ, ὡς ἔφην, ἵνα τῷ ἰδίῳ αἵματι κατακτήσηται τὴν ὑπ᾽ οὐρανόν. ἠγοράσμεθα γὰρ τιμῆς, κατὰ τὰς γραφάς, καὶ οὐκ ἐσμὲν ἑαυτῶν, ἀλλὰ τοῦ ὑπὲρ ἡμῶν γεγονότος ἁμαρτία, ἵνα τῶν ἀρχαίων ἡμᾶς ἀπαλλάξῃ πλημμελημάτων, καὶ ἁγίους ἀποφήνῃ διὰ μετοχῆς τῆς ἁγίας αὐτοῦ σαρκός, δῆλον δὲ ὅτι καὶ αἵματος. τοῦτό τοι καὶ ὁ θεσπέσιος ἡμῖν προαναφωνεῖ νόμος· γέγραπται γὰρ οὕτως ἐν τῷ Λευιτικῷ· καὶ ἐλάλησε κύριος πρὸς Μωυσῆν, λέγων· λάλησον τῷ Ἀαρὼν καὶ τοῖς υἱοῖς αὐτοῦ, λέγων, οὗτος ὁ νόμος τῆς ἁμαρτίας. ἐν τόπῳ οὗ σφάζουσι τὰ ὁλοκαυτώματα, σφάξουσι καὶ τὰ τῆς ἁμαρτίας ἔναντι κυρίου. ἅγια ἁγίων ἐστίν. ὁ ἱερεὺς ὁ ἀναφέρων αὐτήν, ἔδεται αὐτήν, ἐν τόπῳ ἁγίῳ βρωθήσεται, ἐν αὐλῇ τῆς σκηνῆς τοῦ μαρτυρίου. πᾶς ὁ ἁπτόμενος τῶν κρεῶν αὐτῆς, ἁγιασθήσεται. ἐν ᾧ ἂν ἐπιρραντισθῇ ἀπὸ τοῦ αἵματος αὐτῆς ἐπὶ τὸ ἱμάτιον, ὃ ἂν ῥαντισθῇ ἐπ᾽ αὐτό, πλυθήσεται ἐν τόπῳ ἁγίῳ. καὶ σκεῦος ὀστράκινον οὗ ἐὰν ἑψηθῇ ἐν αὐτῷ, συντριβήσεται· ἐὰν δὲ ἐν σκεύει χαλκῷ ἑψηθῇ, ἐκτρίψει αὐτό, καὶ κλύσει ὕδατι. πᾶν ἄρσεν ἐν τοῖς ἱερεῦσι φάγεται αὐτά. ἅγια ἁγίων ἐστὶ τῷ κυρίῳ. συνιεῖς δὴ οὖν ὅπως καταθύεσθαι κελεύει τὴν ἁμαρτίαν, τουτέστι τὸ ὑπὲρ ἁμαρτίας; χίμαρος δὲ ἄρα τοῦτο ἦν εἰς τύπον Χριστοῦ, τοῦ δι᾽ ἡμᾶς, ὡς ἔφην, γεγονότος ἁμαρτία. λελόγισται γὰρ ἐν ἀνόμοις, καὶ συνεσταυρώθη λῃσταῖς. κεχρημάτικέ τι καὶ ἀρά. γέγραπται γάρ, ὅτι κατάρατος πᾶς ὁ κρεμάμενος ἐπὶ ξύλου. ἀλλὰ καὶ καθῆκεν ἑαυτὸν ἐν τούτοις δι᾽ ἡμᾶς οἰκονομικῶς· ἀλλ᾽ ἦν τι καί ἐστιν ἅγιος, οὐ κατὰ μέθεξιν τὴν ὡς παρ᾽ ἑτέρου καθάπερ ἡμεῖς, φυσικῶς δὲ μᾶλλον αὐτός, ὡς θεός. δι᾽ αὐτοῦ γὰρ πα-

πιστεύομεν τὴν κτίσιν ἁγιάζεσθαι, κἂν ἀγγέλους ὀνομάσῃς, κἂν τι ἕτι περιοῦχον ἐν δόξῃ, κἂν τὸ ὑπερκείμενόν τι καὶ ἀνωτέρω. Θρόνους τε φημὶ καὶ ἀρχάς, κἂν αὐτά μοι λέγῃς τὰ Σεραφὶμ ἀλλ' οὐκ ἂν ἑτέρως ἁγιάζοιτο, ταύτῃ τοι ὅτι παρὰ πατρὸς δι' υἱοῦ ἐν πνεύματι. οὐκοῦν κἂν γέγονεν ἁμαρτία, μεμένηκεν ὅπερ ἦν, τουτέστιν ἅγιος κατὰ φύσιν ὡς θεός, καὶ οὐκ ἐκ μέτρου δίδωσι τὸ πνεῦμα κατὰ τὴν Ἰωάννου φωνήν. ὅτι δὲ καὶ ὁ τῆς σαρκὸς αὐτοῦ θάνατος ἐπ' ἀναιρέσει τῆς σαρκὸς γεγονὼς, ἅγιός τε καὶ ἀβέβηλος ἦν, καὶ ὡς ἐν τάξει θυμιαμάτων εὐπρόσδεκτος τῷ θεῷ καὶ πατρί, διαμεμένηκεν ἐναργῶς ὁ νόμος εἰπών· » ἐν τόπῳ οὗ σφάζουσι τὰ ὁλοκαυτώ- » ματα, σφάξουσι καὶ τὸ περὶ ἁμαρτίας ἔναντι » κυρίου. ὁλοκαύτωσις ὁ Χριστὸς, τουτέστιν ὅλος ἐξ ὅλου, καὶ οὐ μερικῶς, εἰς ὀσμὴν εὐωδίας ἀνακείμενος τῷ θεῷ καὶ πατρί. ταύτῃ τοι καὶ ἀληθῶς ἅγιος ἁγίων ἐστίν. ἡγιάσμεθα γὰρ ἐν αὐτῷ, καὶ αὐτὸς ἡμῶν ἡ πᾶσα δικαίωσις. μᾶλλον δὲ καὶ αὐτῶν τῶν ἄνω πνευμάτων ἁγιασμὸς, καθάπερ ἔφην ἀρτίως. πλὴν ὁ ἱερεὺς, φησὶν, ὁ ἀναφέρων αὐτὴν, ἔδεται αὐτήν. ἄθρει δὴ νῦν πάλιν ὅτι πρὸς παντὸς ὁτιοῦν τῶν πρακτέων, ἱεροῖς καὶ θείοις ἡ ἐκκλησία διοικεῖται θεσμοῖς. τοῦ γὰρ προσάγοντος τὴν θυσίαν, τὸ ἐξ αὐτῆς γίνεται. οἶδε ὃ φημι, πᾶς ὁστισοῦν τοῖς τῆς ἐκκλησίας ἐντεθραμμένος νόμοις. ὅτι δὲ τόπος ταῖς θείαις ἱερουργίαις ὁ μάλιστα πρέπων, ἡ ἐκκλησία τοῦ θεοῦ, καὶ ἐν αὐταῖς ἀναγκαίως τὸ Χριστοῦ τελεῖται μυστήριον, ἐνδείξειεν ἂν οὐκ ἀσυμφανῶς προστεθεικὼς οἷς ἔφη· » ἐν τόπῳ ἁγίῳ βρωθήσεται » ἐν αὐλῇ τῆς σκηνῆς τοῦ μαρτυρίου. ἀλλ' ἦν κατ' ἐκεῖνο καιροῦ μία μὲν κατὰ τὴν ἔρημον σκηνή, καὶ εἷς μετ' ἐκείνην ὁ ναὸς, ὃν ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις ὁ Σολομὼν ἐδείματο. καὶ θάνατος ἦν τοῖς ἔξω θύουσι τῆς σκηνῆς· ἔφη γὰρ » οὕτω τὸ γράμμα τὸ ἱερόν. ἄνθρωπος τῶν » υἱῶν Ἰσραὴλ, ὃς ἂν σφάξῃ μόσχον ἢ πρόβα- » τον, ἢ αἶγα ἐν τῇ παρεμβολῇ, καὶ ὃς ἂν σφά- » ξῃ ἔξω τῆς παρεμβολῆς, καὶ ἐπὶ τὴν θύραν τῆς » σκηνῆς τοῦ μαρτυρίου μὴ ἐνέγκῃ αὐτὸ, ὥστε » προσενέγκαι δῶρον τῷ κυρίῳ ἀπέναντι τῆς » σκηνῆς κυρίου, αἷμα λογισθήσεται τῷ ἀνθρώ- » πῳ ὃς ἐκεῖνο αἷμα ἐξέχεεν, ἐξολοθρευθήσεται » ἡ ψυχὴ ἐκείνη τοῦ λαοῦ. οὐκοῦν ἀνόμημα καὶ βεβήλωσις καὶ ὑπὸ δίκην αἵματος τὸ τοῖς ἀνοσίοις αἱρετικοῖς συναυλίζεσθαι φιλεῖν, καὶ τῆς πρὸς ἐκείνους ἀντέχεσθαι κοινωνίας. ἔξω γὰρ θύουσι τῆς ἁγίας σκηνῆς, τὸ περὶ τῆς ἁμαρτίας, οὐκ ἐν τόποις ἁγίοις τὴν ἱερὰν πληροῦσι θυσίαν. μία γὰρ ἡ ἐκκλησία, καθὰ καὶ ὁ πάλαι ναὸς· μία δὲ καὶ ἡ σκηνὴ, τῆς ἐκκλησίας τὸ κάλλος ὡς ἐν τύποις ἔτι προαναφαίνουσα. θύσομεν τοίνυν ἡμεῖς τὸ τῆς ἁμαρτίας, ὡς ἐν αὐλῇ ἁγίᾳ, καὶ φαγό-

enim & ab ipso credimus vniuersam sanctificari creaturam, etiam ipsos angelos, aut si quid præstantiore gloria sit præditum, eminentiusque ac superius sit, vt sunt Throni & Principatus. Imò verò licet mihi dixeris ipsos Seraphim, tamen nõ aliter sanctificantur quàm à Patre per Filium in Spiritu sancto. Quapropter etiamsi factus fuerit peccatum, tamen quod erat permansit, hoc est, suapte natura sanctus tanquam Deus, cui & Deus Pater *nõ ex mensura dat Spiritum*, iuxta illud Ioannis Baptistæ. Quòd autem mors carnis ipsius ad demolitionem peccati facta sancta sit ac munda, ac veluti suffitus Deo acceptus, euidenter significauit lex, vbi dicit: *In loco vbi mactant holocaustum, etiam hoc, de peccato mactabunt coram Domino.* CHRISTVS est holocaustum, hoc est, totus ex toto non ex parte offertur Deo ac Patri in odorem suauitatis. Idcirco etiam reuera est sanctus sanctorum. Sanctificati enim sumus in ipso; ipseq; nostrûm vniuersa iustificatio est, magis verò etiã supernorũ spirituum sanctitas, sicut iam dixi. Præterea *sacerdos*, ait, *qui offert eam, comedet eam.* Hic rursus obserua quòd in omnibus rebus agendis Ecclesia sacris & diuinis præceptis gubernatur. Illius enim, qui offert hostiam, fiunt ea quæ ex ipsa sunt. Nouit autem quod dico omnis qui legibus & institutis Ecclesiæ est enutritus. Quòd verò Ecclesia Dei sit locus diuinis sacrificijs conuenientissimus, quodque in ipsa CHRISTI mysterium necessariò peragatur, ostenderint haud obscurè ea de quibus dixi, modò quis animum aduertat. *In loco sancto edetur in atrio tabernaculi testimonij.* Sed erat in tempore illo vnum tabernaculum per desertum, & post hoc etiam vnum templum Hierosolymis, quod & Salomon ædificauit. Et quidem capitale supplicium propositum erat ijs, qui extra hoc tabernaculum immolabant. Ita enim ait Scriptura: *Homo ex filijs Israël, qui immolauerit vitulum aut ouem, aut capram in castris: item qui immolarit extra castra, neque hoc ad portas tabernaculi testimonij attulerit, vt offerat munus coram Domino, corã tabernaculo Domini, sanguis reputabitur homini illi, qui sanguinem illum effudit. Idcirco peribit anima illa ex populo suo.* Ergo cõtra legem est, & profanum, atque adeò capitale, si quis cum impijs hæreticis habitare consuescat, seque ipsorum societati coniungat: quippe qui extra tabernaculum sanctum immolent pro peccato, nec in locis sanctis sanctum conficiant sacrificium. Vna enim est Ecclesia, sicut & olim fuit vnum templum, vnumq; tabernaculũ quod Ecclesiæ dignitatẽ quasi in typis pręmonstrauit. Immolabimus igitur nos pro peccato in atrio sancto, ede-

Per CHRISTVM omnis creatura sanctificatur, etiam angeli & Seraphim.

Ioan. 3. 34.

CHRISTVS holocaustũ.

CHRISTVS sanctus sanctorum.

Leuit. 17. 3.

Ecclesia vna est, sicut vnum olim tabernaculum.

musque de carnibus sanctis, hoc est mysticæ benedictionis participes facti sanctificabimur. Quod ipsum testatur lex, cùm ait: *Quicumque tetigerit de carnibus ipsius sanctificabitur.* Quin & aspersio sanguinis de hoc sacrificio paris virtutis est ad mysticam benedictionem. Rursum enim ait: *Quandocunque aspersum fuerit de sanguine ipsius super vestimentum, quandocumque aspersum fuerit, id lauabitur in loco sancto.* Et quid mirum est, si animal ratione prædictum sanctificetur, homo inquam, cùm & ipsa vasa quæ ad ministerium sanctum adhibita sunt, eodem & quidem conuenienti modo sanctificentur? Ideoque nec in vsum communem conuertuntur, sed quædam abluuntur ex ipsis, quædam confringuntur. Quæ enim Deo sunt dedicata, quomodo ad humanos vsus traducantur? Quòd autem communio carnium sacrificij sit sancta, nec alijs conueniat, nisi solùm ijs qui repugnare solent peccatis, fortiq; animo ad virtutem contendunt, significatur his verbis: *Omnis masculus inter sacerdotes comedit hæc. sancta sanctorum Domino.* Num igitur, dic mihi, genus femininum lex à benedictione arceri iussit? Non hoc dicimus. Nobiscum enim sanctificatur. Sed in typis illa & vmbris fiebant. Quia per masculum & sanctum genus eleganter significabat illos, qui sunt in CHRISTO spiritualiter fortes & sancti. Vocati ergo sumus in communione fragrantissimæ oblationis veluti sanctum & *electum genus*, tanquam *gẽs sancta, & regale sacerdotium*, adolescentes & virgines, senes cum iunioribus. Quia in CHRISTO IESV non est masculus, neque femina, sed vnum omnes sumus tanquã *qui in vno pane cõmunicemus*, sicut scriptum est. Nunc ergo superest, vt aperto ore, & voce inaccessibili regem huius vniuersi ac redemptorem nostrum celebremus, laudibusque extollamus, CHRISTVM inquam, per quem & cum quo sit gloria Deo ac Patri cum Spiritu sancto in sæcula sæculorum. Amen.

1. Pet. 2. 9.

Gal. 3. 28.

1. Cor. 10. 17

μεθα τῶν ἁγίων κρεῶν, τουτέστι τῆς μυστικῆς εὐλογίας ἐν μεθέξει γεγονότες ἁγιασθησόμεθα. καὶ μαρτυρήσει λέγων ὁ νόμος, πᾶς ὁ ἁπτόμενος τῶν κρεῶν αὐτῆς ἁγιασθήσεται. ἀλλ᾽ ἔστιν ἰσοσθενὴς εἰς μυστικὴν εὐλογίαν καὶ ὁ ῥαντισμὸς τοῦ αἵματος τῆς θυσίας. ἔφη γὰρ πάλιν, καὶ ᾧ ἂν ἐπιρραντισθῇ ἀπὸ τοῦ αἵματος αὐτῆς, ἐπὶ τὸ ἱμάτιον ὃ ἐὰν ῥαντισθῇ ἐπ᾽ αὐτοῦ, πλυνθήσεται ἐν τόπῳ ἁγίῳ. καὶ τί τὸ παράδοξον, εἰ τὸ λογικὸν ἁγιάζει ζῶον, φημὶ δὴ τὸν ἄνθρωπον, ὅτι καὶ αὐτὰ τὰ πρὸς ὑπουργίαν τὴν ἱερὰν παρειλημμένα τῶν σκευῶν, ἡγιάζετο κατὰ τὸν αὐτοῖς που πάντως πρέποντα τρόπον; ταύτητοι καὶ εἰς κοινὴν οὐ παραλαμβάνεται χρείαν. διὰ τοῦτο τὰ μὲν ἐκπλύνεται τῶν σκευῶν, τὰ δὲ † θρασούεται. τὰ γὰρ τοῖς θείοις λελειτουργηκότα, πῶς ἂν καλοῖτο πρὸς τὰ ἀνθρώπινα, ὅτι δέ ἐστι τῶν τῆς θυσίας κρεῶν ἁγιοπρεπὴς ἡ μέθεξις, καὶ οὐκ ἂν ἑτέροις ἁρμόσαιεν, πλὴν ὅτι δὴ μόνοις τοῖς τῆς ἁμαρτίας καταθλεῖν εἰωθόσι καὶ ἀνδριζομένοις εἰς ἀρετὴν, ὑπεσήμαινε λέγων· πᾶν ἄρσεν ἐν τοῖς ἱερεῦσι φάγεται αὐτά. ἅγια ἁγίων ἐστὶ κυρίῳ. ἆρ᾽ οὖν εἰπέ μοι τὸ θῆλυ γένος ἀποσοβεῖν ὁ νόμος τῆς εὐλογίας προστέταχεν; οὐ τοῦτό φαμεν· ἁγιάζεται γὰρ σὺν ἡμῖν. ἀλλ᾽ ἐν τύποις μὲν ἐκεῖνα καὶ σκιαῖς. διὰ δέ γε τοῦ ἀρσενικοῦ καὶ ἱεροῦ γένους, ὑπεσήμαινεν εὐφυῶς τοὺς ἐν Χριστῷ νοητῶς ἀνδρείους τε καὶ ἱερούς. κεκλήμεθα τοίνυν εἰς μέθεξιν τῆς εὐοσμοτάτης θυσίας, ὡς ἱερὸν καὶ ἀποδεκτὸν γένος, ὡς ἔθνος ἅγιον, ὡς βασίλειον ἱεράτευμα, νεανίσκοι καὶ παρθένοι, πρεσβύται μετὰ νεωτέρων. ἐν γὰρ Χριστῷ Ἰησοῦ, οὐκ ἄρσεν καὶ θῆλυ, ἀλλ᾽ ἑνὸς πάντες ἐσμὲν, ὡς τοῦ ἑνὸς μὲν ἄρτου μετέχοντες κατὰ τὸ γεγραμμένον. καὶ φέρε δὴ λοιπὸν ἀκλείστοις στόμασι καὶ ἀκαταλήκτοις φωναῖς τὸν τῶν ὅλων βασιλέα καὶ λυτρωτὴν δοξολογίαις καταγεραίρωμεν, φημὶ δὲ Χριστὸν, δι᾽ οὗ καὶ μεθ᾽ οὗ τῷ θεῷ καὶ πατρὶ ἡ δόξα σὺν ἁγίῳ πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

† ἴσως θραύεται

De mundatione lepræ.

REgnauit de nobis peccatum, & imperium in mortales obtinuit, *eò quòd cogitatio hominis valde prona est ad mala ab adolescentia sua*, atque effreni impetu ad deteriora præceps fertur, & continentiæ gloriam nullius planè facit. Deus autem *cùm sit diues in misericordia*, sicut scriptum est, *propter magnam dilectionem suam qua dilexit nos, etiam tum quando mortui eramus delictis, conuiuificauit nos CHRISTO, simulq́; excitauit, & sedere fe-*

Gen. 6. 5. & 8. 21.

Ephes. 2. 4.

Περὶ τοῦ καθαρισμοῦ τῆς λέπρας.

ΒΕβασίλευκεν ἡμῶν ἡ ἁμαρτία, καὶ κατεκράτησεν τῶν ἐπὶ τῆς γῆς, διά τοι τὸ ἐγκεῖσθαι τὴν διάνοιαν τοῦ ἀνθρώπου ἐπιμελῶς ἐπὶ τὰ πονηρὰ ἐκ νεότητος, καὶ ἀχαλίνως ἐλαύνεσθαι παθεῖν τὴν εἰς τὰ χείρονα ῥοπὴν, ποιήσας δὲ παρ᾽ οὐδὲν τὸν ἐπιεικείας τὴν δόξαν. ὁ δὲ θεὸς πλούσιος ἐν ἐλέει καὶ οἰκτιρμοῖς, καθὰ γέγραπται, διὰ τὴν πολλὴν ἀγάπην αὐτοῦ, ἣν ἠγάπησεν ἡμᾶς, καὶ ὄντας ἡμᾶς νεκροὺς τοῖς παραπτώμασι συνεζωοποίησε τῷ Χριστῷ, καὶ συνήγειρε, καὶ συνεκάθισε

θυσι τοῖς ἐπουρανίοις. πεπλουτήκαμεν γὰρ ἐν Χριστῷ τὴν ἄνωθεν ἡμερότητα, καὶ τὴν ἀκλεᾶ καὶ παμμόχθηρον ἁμαρτίαν ἀπενιψάμεθα, κεκλημένοι διὰ τῆς πίστεως εἰς ἁγιασμόν. καὶ πρός γε δὴ τούτοις καὶ τῆς εἰς αἰῶνας ζωῆς γεγόναμεν μέτοχοι, δεκτοί τε ἐσόμεθα, καὶ εἰς ὀσμὴν εὐωδίας ἀνακεισόμεθα τῷ θεῷ καὶ πατρί. καὶ γάρ ἐστιν ἀληθὴς ὁ μακάριος Παῦλος γράφων, ὅτι Χριστοῦ εὐωδία ἐσμὲν τῷ θεῷ. ὅτι γὰρ εἰ καὶ τετυράννηκεν ἡμῶν ἡ ἁμαρτία κατὰ καιρούς, ἀλλ' ἀπεκρουσάμεθα τὴν κηλίδα, διεσμήγμεθα τὸν ῥύπον, κατελήξαμεν ἐν Χριστῷ τῶν ἀρχαίων ἀρρωστημάτων, ἱερὸς ἡμᾶς ἀναπείσει λόγος. γέγραπται γὰρ οὕτως ἐν τῷ Λευιτικῷ· καὶ ἐλάλησε κύριος πρὸς Μωυσῆν λέγων· οὗτος ὁ νόμος τοῦ λεπροῦ. ᾗ ἂν ἡμέρᾳ καθαρισθῇ, καὶ προσαχθήσεται πρὸς τὸν ἱερέα, καὶ ἐξελεύσεται ὁ ἱερεὺς ἔξω τῆς παρεμβολῆς, καὶ ὄψεται ὁ ἱερεύς, καὶ ἰδοὺ ἰᾶται ἡ ἁφὴ τῆς λέπρας ἀπὸ τοῦ λεπροῦ. καὶ † προστάξει ὁ ἱερεύς. καὶ λήψονται τῷ κεκαθαρισμένῳ δύο ὀρνίθια ζῶντα καθαρά, καὶ ξύλον κέδρινον, καὶ κεκλωσμένον κόκκινον καὶ ὕσσωπον. καὶ † προστάξει ὁ ἱερεύς, καὶ σφάξουσι † τῶν ὀρνιθίων τὸ ἕν, εἰς ἀγγεῖον ὀστράκινον, ἐφ' ὕδατι ζῶντι. καὶ τὸ ὀρνίθιον τὸ ζῶν λήψεται αὐτό, καὶ τὸ ξύλον τὸ κέδρινον, καὶ τὸ ἀλαστὸν κόκκινον, καὶ τὸν ὕσσωπον, καὶ βάψει αὐτά, καὶ τὸ ὀρνίθιον τὸ ζῶν εἰς τὸ αἷμα τοῦ ὀρνιθίου τοῦ σφαγέντος ἐφ' ὕδατι ζῶντι, καὶ περιρρανεῖ ἐπὶ τὸν καθαρισθέντα ἀπὸ τῆς λέπρας ἑπτάκις καὶ καθαρὸς ἔσται καὶ † ἐξαποστελεῖ τὸ ὀρνίθιον τὸ ζῶν εἰς τὸ πεδίον, καὶ πλυνεῖ ὁ καθαρισθεὶς τὰ ἱμάτια αὐτοῦ, καὶ † ξυρηθήσεται ἀπ' αὐτοῦ πᾶσαν τὴν τρίχα, καὶ λούσεται ἐν ὕδατι, καὶ † καθαρισθήσεται. καὶ μετὰ ταῦτα εἰσελεύσεται εἰς τὴν παρεμβολήν, καὶ διατρίψει ἔξω τοῦ οἴκου αὐτοῦ ἑπτὰ ἡμέρας. καὶ ἔσται τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἑβδόμῃ, καὶ ξυρηθήσεται πᾶσαν τὴν τρίχα αὐτοῦ, τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ, καὶ τὸν πώγωνα, καὶ τὰς ὀφρῦς, καὶ πᾶσαν τὴν τρίχα αὐτοῦ ξυρηθήσεται. καὶ πλυνεῖ τὰ ἱμάτια αὐτοῦ, καὶ λούσεται τὸ σῶμα ἑαυτοῦ ὕδατι, καὶ καθαρὸς ἔσται. ὁ μὲν οὖν τῆς ἱστορίας ἐμφανὴς ἂν εἴη λόγος, κἂν εἰ μή τις ἕλοιτο διατρανοῦν, ἔχει δὲ οὐδὲν τὸ πλέον εἰς ὄνησιν, εἰ μὴ νοοῖτο πνευματικῶς. οὐκοῦν φέρε λέγωμεν μεταπλάττοντες εὐφυῶς τὸ τοῦ γράμματος ἀδρανὲς εἰς τὸ τοῦ Χριστοῦ μυστήριον. ὀλίγα δὲ ἄττα τῶν ἀναγκαίων εἰς διασάφησιν χρησίμως ἡμῖν προείρηται. λέπρα γὰρ ἀβούλητον τὸ πάθος τοῖς τισιν ἐπισυμβαίνει σώμασιν. ἔστι δὲ ὅτι μάλιστα βορόν, καὶ κατευρήσεται πως ἀεὶ πρὸς τὸ ἐντὸς μᾶλλον ἢ πρὶν τὸ ἐν οἷς ἂν γένοιτο καταδράττεσθαι μέρος. δυσδιάφυκτον δὲ κομιδῇ τὸ ἀρρώστημα, καὶ ἰατρῶν μὲν ἐπιστήμης ἤγουν τῆς ὑπὸ τοὺς τῶν ταύτῃ σοφῶν ἐπικουρίας οὐκ ἀνεχόμενον. ἀποχωροῦν δὲ δὴ μόλις ὥσπερ ἀντεγειρομένης αὐτῷ τῆς φύσεως, καὶ τὸ βλάβος ἀποκρουομένης ἐπιμιμνῄσκοντος τοῦ θεοῦ. πλὴν ὁ νόμος ὡς ἀκάθαρτον τὸν λεπρὸν ἀποπέμπεσθαι δεῖν ἔφη τῆς παρεμβολῆς. εἴ-

† προστάξει in LXX. † ἀν. προστάξει. † ἄλ. τὸ ὀρνίθιον. † ἀποστελεῖ. † ἄλ. ξυρήσεται αὐτοῦ. † καθαρὸς ἔσται.

cit in cælestibus. Consecuti enim sumus in CHRISTO supernam benignitatem, & infame peccatum abluimus, vocati per fidem ad sanctificationem. Præterea vitæ æternæ facti participes, & accepti erimus, & offeremur in odorem suauitatis Deo ac Patri. Siquidem verax est B. Paulus scribens, quòd CHRISTI *bonus odor* sumus in Deo. Quòd enim etsi peccatum in nos suam exercuerit tyrannidem ad tempus, tamen ex hoc probro emerserimus, sordesque abluerimus, atque à pristinis per CHRISTVM erepti morbis, sacra nobis Scriptura persuadebit. Sic enim scriptum est in Leuitico: *Et locutus est Dominus ad Moysen dicens: Hæc est lex leprosi, quocumque die mundatus fuerit: & adducetur ad sacerdotem. & exibit sacerdos extra castra, videbitq́ ipse sacerdos, & ecce sanatur †plaga lepræ à leproso. Et præcipiet sacerdos, accipietq́ de mundato duos passeres viuos puros, atque lignum cedrinum, & coccinum †conglomeratum, & hyssopum, mandabitq́ sacerdos; & mactabunt ex passerculis vnum in vase fictili ad aquam viuentem. Et alteram auiculam quæ viuit, accipiet, lignumq́ cedrinum, & cōglomeratum coccinū & hyssopum, tingetq́ ipsum passerculum viuentem. in sanguinem auis mactatæ ad aquam viuentem, aspergetq́ in mundatum à lepra septies, & erit mundus. Tunc dimittet passerculum in campum, & abluet is qui mundatus est vestimenta sua, radetq́ omnes pilos suos, & lauabitur in aqua, mundusq́ erit. Post hæc ingredietur castra, & commorabitur extra domum suam septem diebus. Et erit, vt in die septimo abradat omnes suos capillos, caput suum, barbam, superciliaq́, denique cunctos pilos suos abradat, abluetq́ vestimenta sua, & lauabit corpus aqua, & mundus erit.* Series ergo historiæ per se manifesta est & clara, atque si quis planum velit facere, non multum ea res vtilitatis adferat, nisi spiritaliter intelligatur. Age igitur in medium proferamus, traducentes eleganter litteræ infirmitatem ad CHRISTI mysterium. Pauca verò ex his quæ ad declarationem necessaria erunt, præfabimur. Nam *lepra* est morbus, qui præter voluntatem corporibus quibusdam accidit. Est autem longè edacissimus, & semper quodammodo propagatur per se, atque ingrauescit in membris quæ occupat. Malum prorsus incurabile, quodque medicorum scientiam, & ea quæ ab huius artis peritis adhibentur remedia, respuit, ac tum demum ægrè profligatur, cùm natura quodammodo aduersus id insurgit, damnumque à se repellit, adiuuante Deo. Porro lex leprosum tanquam immundum è castris eijciendum iubet. Di-

2. Cor. 2. 15. Leuit. 14. 2. † tactus lepræ † retorto. Lepra morbus qualis. Num. 5. 2.

Num. 5. 2. ctum enim est alibi à Deo ad Moysen: *Præcipe filijs Israël, vt relegent ex castris omnem leprosum, & omnem qui fluxum seminis patitur, omnemq; immundum in anima.* Neque verò dicimus quòd morbis corporum offendatur Deus. Valdè enim absurdum esset ab ijs, qui præter suam voluntatem infirmantur, cùm magis miserationem mereantur, pœnas exigi. Ceterùm hæc Mosaica in typis versabantur, veritatem parturientia. Nam vt lepra mortificat carnem, sic & peccatum, quando animam inuadit, mentemque humanam occupat per mortua opera, confestim eam reddit inutilem ac frigidam. *Opera* autem *mortua* voco ista impura & profana carnis vitia, nihil nisi terrenum sapere. Hinc sub initium diximus, quòd nos cùm essemus mortui per delicta, Deus Pater viuificauit nos in CHRISTO. Itaque per rē manifestā lex nos ad sensus subtiles deducit. Eijcit enim è castris infectum lepra: quo latenter insinuat quòd necesse sit per peccata mortuos, ac quodammodo varijs perturbationum notis inustam mentem habentes è sanctorū grege discedere, longeque sacerdotum numero abesse. Non enim cōgregabitur cum iustis malignus, neque sordidus cum mūdis; aut qui habet maculam peccati, tenaciter sibi inhærentem cum sanctificatis. *Quæ enim est societas luci cum tenebris? aut quæ pars fideli cum infideli?* Quòd autem ijs qui piè viuere volūt necessarium sit ad profectum, vt summo studio malos deuitent, rursus nobis Scriptura diuinitus inspirata persuadebit. Ait enim alibi Deus, ad eos quos caros habet: *Exite, exite de medio ipsorū, & †separamini qui fertis vasa Domini.* Porro *vasa Domini* intelligi possunt illæ multiformes virtutes. Hinc & diuinus Paulus: *Induite, ait, arma Dei vniuersa.* Quare Deus per leprosum tanquam in typo peccatis laborantem & contaminatum à sanctorum cœtu arcet. Ceterùm par erat, nonnullos ex istis qui hoc morbo corrupti erant, iterum liberari atque restitui. Siquidem & nos cessamus peccare, quādo mentem eò transferimus, vt velimus facere & sapere quæ sunt meliora & optabiliora. Quid igitur lex? Volentibus resipiscere non ostendit viam? neque aperit portas salutis? Ne hoc suspicare (benignus enim & amans hominū est Dominus) sed potiùs audi manifestè dicentem: *Conuertimini filij conuertentes, & ipse curabo †contritiones vestras.* Item per vocem Ezechielis: *Conuertimini, & auertite vos ab omnibus iniquitatibus vestris, domus Israël; tunc non luetis pœnam iniustitiæ.* Qualis igitur est via salutis? Ecquis liberat eos qui peccauerunt, quo minùs rapiantur ad sup-

Peccatum lepra est.

Mortua opera quæ.

1. Cor. 15. 22

2. Cor. 6. 14.

Malos fugere perfectorum est.

Isai. 52. 11. *† Vulgata: mūdamini.*

Ephes. 6. 11. *Vasa Domini, Isaiæ cap. 52 quid significent.*

Ierem. 3. 22. *† Vulgata: auersiones vestras.*

Ezech. 33. 11

Via salutis quæ.

Amos 9. 9.

Matt. 24. 2. Marc. 13. 2. Luc. 19. 44.

Leuit. 14. 46.

Adama disponam te, & vt † *Boim. Conuersum est cor meum in ipso: conturbata est pœnitudo mea. Non faciam iuxta iram furoris mei, non derelinquam, vt deleatur Ephraim; quoniam Deus ego sum, & non homo in te sanctus.* Quando igitur ait, reuerti sacerdotem die septimo, vt domum inspiciat: & ecce diffusus est tactus in parietibus domus, & iubebit sacerdos: & eruent lapides in quibus est tactus, & eijcient eos extra ciuitatem. Statim verò adijcit: *Et accipient lapides alios positos, & adducent pro lapidibus illis.* Dimissa enim præteritorum culpa, considerataque iterum Iudæorũ Synagogâ, à Deo, qui nostra omnia scrutatur, totamque vt decebat non ampliùs leprâ infectam, prorsusque à vetere improbitate defecisse comperiens; non irascitur vniuersis Deus, sed ijs potissimùm, qui mali auctores, & occasionem morbo attulerunt: quos & lapides hîc nominat, partes, inquam, totius domus, hoc est, Gentium, ostendens. Hi sunt partim eorum temporum nonnulli Reges ad idololatriam populum seducentes: partim verò falsi quidam Prophetæ, qui, vt scriptum est, prophetabant de corde suo, atque auditorum dissipantes pietatem: quos etiam tolli ab ædificio imperat, indicans esse segreges, siue eiectos in obscurum. Quale illud est à Deo in Iechoniam prolatum: *Audi terra sermonem Domini. Scribe virum istum, abdicatum hominem.* De falsis autem vatibus ita: *Propterea succidi prophetas vestros: occidi eos in verbo oris mei.* Et iterum illud: † *Duces populi mei proijcientur de domibus delitiarum suarum: propter malas adinuentiones suas eiecti sunt.* Et statim: *Propter immunditias corruptione corrupta est.* Quòd verò pro submotis lapidibus alij subijciantur puri atque edolati, illud arguit submissos posteà Dei consilio, qui domum Israël fulcirent, & loco stabili atque integro tenerent; Reges nimirum, Prophetas, & iustos. Vnde illud à Deo beati Isaiæ ore pronunciatum exstat: *Hæc dicit Dominus sabaoth:* † *Vade in pastophoriũ ad Somnam quæstorem: & dic ei: Quid tu hic? & quid tibi est hic? quia excidisti tibi hic monumentum, & fecisti tibi ipsi in excelso monumentum, &* † *scalpsisti tibi in petra tabernaculum. Ecce nunc Dominus Sabaoth eijcit conterere virum, & auferet stolam tuam, & coronam tuam gloriosam: & proijciet te in regionem magnam, & immensam; & ibi morieris: & ponet currum tuum pulcrum in ignominiam, & domum principis tui in conculcationem: & tolleris de dispensatione tua, & de gradu tuo. Et erit in die illa, & vocabo puerum meum Eliacim fi-*

† Seboim LXX. habēt & Vulgata.

Leuit. 14. 39

Ezech. 13. 2. & 17.

Ierem. 22. 29.

Osea 6. 5.

Mich. 2. 9. & 12. iuxta LXX.

† Vulgata: Mulieres populi mei, &c. Paruulis earũ tulistis laudem meam in perpetuũ.

Isa. 22. 15.

† Vulgata: Ingredere ad eum qui habitat in tabernaculo, ad Sobnam præpositum templi.

† Vulgata: scripsisti. ἔγραψας.

Ἄδαμα θήσομαί σε, καὶ ὡς Βοείμ. μετεστράφη ἡ καρδία μου ἐν τῷ αὐτῷ· συνεταράχθη ἡ μεταμέλειά μου. οὐ μὴ ποιήσω σοι κατὰ τὴν ὀργὴν τοῦ θυμοῦ μου· οὐ μὴ ἐγκαταλίπω τοῦ ἐξαλειφθῆναι Ἐφραΐμ. διότι θεὸς εἰμὶ ἐγὼ, καὶ οὐκ ἄνθρωπος ἐν σοὶ ἅγιος. ὅταν οὖν φησὶν· ἐπανήκει μὲν ὁ ἱερεὺς τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἑβδόμῃ ἰδεῖν τὴν οἰκίαν, καὶ ἰδοὺ διεχύθη ἡ ἁφὴ ἐν τοῖς τοίχοις τῆς οἰκίας· καὶ προστάξει ὁ ἱερεὺς, καὶ ἐξελοῦσι τοὺς λίθους ἐν οἷς ἐστιν ἡ ἁφὴ, καὶ ἐκβαλοῦσιν αὐτοὺς ἔξω τῆς πόλεως. καὶ μεθ᾽ ἕτερα, καὶ λήψονται λίθους ἀπεξυσμένους ἑτέρους, καὶ ἀντιθήσουσιν ἀντὶ τῶν λίθων ἐκείνων. μετὰ γὰρ τὸ ἀνεθῆναι τὸ ἐπὶ τοῖς παρῳχηκόσιν αἰτίας, περισκεψάμενος πάλιν τὴν τῶν Ἰουδαίων συναγωγὴν ὁ τὰ πάντα ἐν ἡμῖν † ἐτάζων θεὸς, καὶ πᾶσαν μὲν κατὰ τὸ εἰκὸς οὐκ ἔτι λεπρῶσαν, πλὴν οὐκ εἰσάπαν τῆς ἀρχαίας φαυλότητος ἀπηλλαγμένην εὑρών, οὐ κατὰ πάντων ἐποιήσατο τὴν ὀργήν. μόνον δὲ κατὰ ἐκείνων οἵπερ ἦσαν αἴτιοι τοῦ πάσχειν αὐτὴν, καὶ τῆς νόσου γεγόνασιν ἀφορμή· οὓς καὶ λίθους ὀνομάζει, μέρη τινὰ τῆς ὅλης οἰκίας ἤτοι τοῦ ἔθνους ἀποδεικνύς. οὗτοι δὲ ἦσαν, τινὲς μὲν τῶν κατὰ καιροὺς βασιλέων εἰς ἑτέρας λατρείας περιπλανῶντες τὸν λαόν· τινὲς δὲ τῶν ψευδοπροφητῶν, τὰ ἀπὸ καρδίας αὐτῶν λαλοῦντες, καθὰ γέγραπται, καὶ τὴν τῶν ἀκροωμένων εὐλάβειαν παραλύοντες. οὓς καὶ ὑφεξαιρεῖσθαι τῆς οἰκίας κελεύει, σημαίνων τὸν ἐκείνων ἀφορισμὸν, ἤτοι τὴν εἰς ἀφανισμὸν ἐκβολήν. ὁποῖόν ἐστιν ἐπὶ μὲν τῷ Ἰεχονίᾳ τὸ εἰρημένον παρὰ θεοῦ· γῆ ἄκουε τὸν λόγον κυρίου. γράψον τὸν ἄνδρα τοῦτον, ἐκκήρυκτον ἄνθρωπον. ἐπὶ δὲ τοῖς ψευδομάντεσι, διὰ τοῦτο ἀπεθέρισα τοὺς προφήτας ὑμῶν. ἀπέκτεινα αὐτοὺς ἐν ῥήμασι στόματός μου. καὶ πάλιν ἐκεῖνο· διὰ τοῦτο ἡγούμενοι λαοῦ ἀπορριφήσονται ἐξ οἴκου τρυφῆς αὐτῶν, διὰ τὰ πονηρὰ ἐπιτηδεύματα αὐτῶν ἐξώσθησαν. καὶ πάλιν, ἕνεκεν ἀκαθαρσίαν; διεφθάρη φθορᾷ. τὸ δὲ ἀντὶ τῶν ὑφαιρεθέντων λίθους ἑτέρους ἀντιτίθεσθαι πάλιν καθαροὺς καὶ ἀπεξυσμένους, δηλοῖ τὸ κατὰ καιρὸν ἀναδείκνυσθαί τινας διὰ τῆς τοῦ θεοῦ βουλῆς, τοὺς ἀντιστηρίζοντας τὸν οἶκον Ἰσραὴλ, καὶ συνέχοιεν εἰς ἀδιάφθορον τόπον, ἢ βασιλέας δηλονότι, ἢ προφήτας, ἢ ἁγίους. ὡς ἐν τῷ πρὸς τὸν μακάριον Ἡσαΐαν εἰρημένῳ παρὰ θεοῦ. τάδε λέγει κύριος σαβαώθ· πορεύου εἰς τὸ παστοφόριον. πρὸς Σημνᾶν τὸν ταμίαν, καὶ εἰπὸν αὐτῷ. τί σοι ὧδε; καὶ τί σοί ἐστιν ὧδε; ὅτι ἐλατόμησας σεαυτῷ ὧδε μνημεῖον, καὶ ἐποίησας σεαυτῷ ἐν ὑψηλῷ μνημεῖον, καὶ ἔγλυψας σεαυτῷ ἐν πέτρᾳ σκηνήν. ἰδοὺ δὴ κύριος σαβαὼθ ἐκβαλεῖ ἐκτρίψαι ἄνδρα, καὶ ἀφελεῖ τὴν στολήν σου, καὶ τὸν στέφανόν σου τὸν ἔνδοξον, καὶ ῥίψει σε εἰς χώραν μεγάλην καὶ ἀμέτρητον, καὶ ἐκεῖ ἀποθανῇ. καὶ θήσει τὸ ἅρμα σου τὸ καλὸν εἰς ἀτιμίαν, καὶ τὸν οἶκον τοῦ ἄρχοντός σου εἰς καταπάτημα. καὶ ἀφαιρεθήσῃ ἐκ τῆς οἰκονομίας σου, καὶ ἐκ τῆς στάσεώς σου. καὶ ἔσται ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ καλέσω τὸν παῖδά μου Ἐλιακεὶμ τὸν

† ἴσως ἐξετάζων.

† Ἑλκίου

τοῦ † Χερκίου, καὶ ἐνδύσω αὐτὸν τὴν στολήν σου, καὶ τὸν στέφανόν σου δώσω αὐτῷ. καὶ τὸ κράτος καὶ τὴν οἰκονομίαν σου δώσω εἰς τὰς χεῖρας αὐτοῦ, καὶ ἔσται ὡς πατὴρ τοῖς οἰκοῦσιν ἐν Ἱερουσαλήμ. ἀλλὰ καὶ χοῦν ἕτερον, φησι, λήψονται, καὶ ἐξαλείψουσι τὴν οἰκίαν. τὸ ἐξαλείψουσιν, ἀντὶ τοῦ περιαλείψουσι τέθεικώς. σημαίνει δὲ καὶ τοῦτο τὴν διὰ τῶν ἁγίων προφητῶν γεγενημένην παράκλησιν τῷ Ἰσραήλ. οἱ καλοῖς τε καὶ ἀγαθοῖς περιαλείφοντες λόγοις τοὺς ἁμαρτάνοντας, ἀνέπειθον ἰέναι προθύμως ἐπὶ τὸ δοκοῦν τῷ θεῷ, καὶ ἀποτρίβεσθαι μὲν τὴν ἐκ παθῶν βεβήλωσιν, ζηλοῦν δὲ μᾶλλον ἐπείγεσθαι τὰ ἐφ' οἷς ἂν ὁ νομοθέτης εἰδέναι χρήσιμον τοὺς λατρεύοντας αὐτῷ· ὁποῖόν ἐστι τὸ δι' ἑνὸς τῶν ἁγίων πρὸς αὐτοὺς εἰρημένον, ἐκζητήσατε τὸ καλὸν, καὶ μὴ τὸ πονηρὸν, ὅπως ζήσεσθε, καὶ ἔσται κύριος ὁ θεὸς ὁ παντοκράτωρ οὕτως μεθ' ὑμῶν. καὶ μετὰ τοῦτό φησιν, ἐὰν δὲ ἐπέλθῃ πάλιν ἁφὴ τῆς λέπρας, καὶ ἀνατείλῃ ἐν τῇ οἰκίᾳ, μετὰ τὸ ἐξελθεῖν τοὺς λίθους, καὶ μετὰ τὸ ἀποξυσθῆναι τὴν οἰκίαν, καὶ μετὰ τὸ ἐξαλειφθῆναι. καὶ εἰσελεύσεται ὁ ἱερεὺς, καὶ ὄψεται εἰ διακέχυται ἡ ἁφὴ ἐν τῇ οἰκίᾳ. λέπρα ἔμμονός ἐστιν ἐν τῇ οἰκίᾳ· ἀκάθαρτός ἐστιν. καὶ καθελοῦσι τὴν οἰκίαν, καὶ τὰ ξύλα αὐτῆς, καὶ τοὺς λίθους αὐτῆς, καὶ πάντα τὸν χοῦν τῆς οἰκίας ἐξοίσουσιν ἔξω τῆς πόλεως εἰς τόπον ἀκάθαρτον. ὅτε γὰρ ἅπας ἐπενοήθη θεραπείας τρόπος τοῖς ἐξ Ἰσραήλ, καὶ ὠφέλησαν μὲν οὐδὲν ὑπεξαιρεθέντες οἱ ψωριῶντες λίθοι, † ἀνόητος δὲ ἀπεδείχθη λοιπὸν καὶ ἡ διὰ τῶν προφητῶν ἀλοιφὴ, τουτέστι, παράκλησις, εἰσέρχεται πάλιν ἐπισκεψόμενος τὰς λεπρώσεις ὁ ἱερεύς. εἰσβέβηκε γὰρ ἐν τῷδε τῷ κόσμῳ μετὰ σώματος ὁ μονογενής, ὅτε γέγονεν ἄνθρωπος, πόσην ἤ τινα μεταβολὴν ἐκ τῆς ἀρχαίας φαυλότητος εἰς πολλὴν ἀγαθὴν πολιτείαν ἐλέγχει συναγωγὴ περισκεψόμενος ἀκριβῶς. ἐπειδὴ δὲ πάθεσι τοῖς ἐξ ἀρχῆς ἐνεχομένην εὗρε κατέλαβε, καὶ νοσοῦσαν ἔμμονον τὴν ἀκαθαρσίαν, καθαιρεῖσθαι προστάττει λοιπὸν, ἐκπέμπεσθαι δὲ εἰς τόπον ἀκάθαρτον. λέλυται γὰρ ὅλη τῶν Ἰουδαίων ἡ διὰ νόμου σύστασις, καὶ τὸ ἔθνος εἰς πάντα διεσκορπίσθη τόπον ἀκάθαρτον, κατὰ τὸ ἐν προφήταις εἰρημένον. καὶ διασκορπιῶ αὐτοὺς εἰς πάντα ἄνεμον, ἢ λικμήσω αὐτοὺς εἰς πάντα τὰ ἔθνη. παραλήψῃ εἰς τοῦτο καλῶς, καὶ τὸ παρὰ τοῦ Σωτῆρος εἰρημένον ἐπὶ τῷ ναῷ τῷ παρ' αὐτοῖς. βλέπετε ταῦτα πάντα. ἀμὴν λέγω ὑμῖν, οὐ μὴ μείνῃ λίθος ἐπὶ λίθον, ὃς οὐ μὴ καταλυθήσεται. ἐπιλέγει δὲ τούτοις, ὅτι πᾶς ὁ εἰσπορευόμενος εἰς τὴν οἰκίαν πάσας τὰς ἡμέρας ἃς ἀφωρισμένη ἐστὶν, ἀκάθαρτος ἔσται ἕως ἑσπέρας. καὶ ὁ κοιμώμενος ἐν τῇ οἰκίᾳ, πλυνεῖ τὰ ἱμάτια ἑαυτοῦ, καὶ ἀκάθαρτος ἔσται ἕως ἑσπέρας. καὶ ὁ ἐσθίων ἐν τῇ οἰκίᾳ πάλιν ὁμοίως. ἐκεῖνο σαφῶς ὑποδηλῶν ὅτι πᾶς ὁ τοῖς Ἰουδαίοις καθ' οἱονοῦν τινα τρόπον, διὰ τοῦ τὰ ἴσα φρονεῖν κολλώμενος, ἔσται δὴ πάντως καὶ τῆς ἐκείνων ἀκαθαρσίας μέτο-

† ἴσως ἀνόνητος

lium † *Chelciæ. Et induam illum stolâ tuâ, & coronam dabo ei, & imperium, & dispensationem tuam dabo in manus eius: & erit veluti pater habitatoribus Ierusalem.* Sed &, *Alium*, ait, *puluerem accipient, & linient domum*; vbi ἐξαλείψουσι pro περιαλείψουσι positum. Designat & hoc, à sanctis Prophetis datam Israëlitis adhortationem, qui pulcris bonisque vngentes sermonibus peccatoribus suaserint, libenter Dei voluntati accedere, & omne inquinamentum detergere, sectarique potiùs quæ legislator ille à suis cognosci operę pretium fore duxit. Quale illud à sanctorum aliquo ad ipsos prædictum: *Quærite bonum, & non malum, vt viuatis. Et erit sic vobiscum Dominus Deus omnipotens.* Et post hæc: *Si autem redierit rursum tactus, & repullularit in domo, postquam eruti fuerint lapides, & postquam domus fuerit rasa, & postquam linita. Et ingredietur sacerdos, & aspiciet, si diffusus est tactus in domo; lepra permanens est in domo, immunda est: & destruent domum, & ligna eius, & lapides eius, & omnem puluerem domus efferent extra ciuitatem in locum immundum.* Cùm igitur omnis intellectus sit medicationis modus Israëlitis adhibitus, & nihil profuerint exempti lapides scabie infecti, inutilis verò apparuerit & Prophetarum vnctio, hoc est, adhortatio; iterum ingreditur sacerdos leprosas consideraturus ædes. Accessit enim hunc mundum corpore indutus Vnigenitus. Quando autem homo factus est, quantam qualemque mutationem ab antiqua improbitate in magnam rectamque politiam, calumniatur considerans accuratè Synagoga? Postquā verò ab initio affectionibus captam adhuc recepit, & permanenti lepra laborantem auferri tandem iubet, mittique in locum immundum. Dissolutus enim totus Iudæorum est cœtus, per legem congregatus, & vndique dispersa in locum impurum natio: vt & à Prophetis prædictum esse accepimus: *Dispergam*, inquit, *eos in omnem ventum.* Et: *Ventilabo eos ad omnes gentes.* Rectè id accipi docet illud à Saluatore nostro de templo Salomonis apud illos pronunciatum: *Videte hæc omnia. Amen dico vobis, non relinquetur hîc lapis super lapidem qui non destruatur.* Subijcit Scriptura: *Qui in domum ingredietur omnibus diebus, quibus segregata est, immundus erit vsque ad vesperam. Et qui dormit in domo, lauabit vestimenta sua, & immundus erit vsque ad vesperam. Et qui manducabit in eadem domo, ad eundem modum.* Clarè nimirùm illud ostendens, vt quisquis Iudæis quodammodo eadem sapiendo coniunctus sit, eiusdem immunditiæ parti-

† Vulgata: Heleiæ.

Leuit. 14. 42.

Amos 5. 14.

Leuit. 14. 43.

Hierem. 49. 32. Vt in Vulgata est.

Amos 9. 9.

Matt. 24. 2.

Marc. 13. 2.

Luc. 19. 44.

Leuit. 14. 46.

ceps fiat. Dehinc ad leprosum ædificium considerandum adduci denuo sacerdotem sic ait: *Si accedens intrauerit sacerdos, & viderit, & ecce diffusione non est diffusus tactus in domo, postquā linita fuit domus, quia sanatus est tactus.* Destructa est itaq; Iudaica Synagoga, quòd in CHRISTVM debacchata sit vt impura, à Deique amicitia expulsa: quo in statu cùm diu permanserit, *donec venit plenitudo Gentiū,* vt Paulus loquitur; miserebitur eius CHRISTVS. Considerante enim Deo ipsam denuo; secundū quod vt Dei oblitus fuerat, ad iustitiā iterū vltimis temporibus adducetur, iustitiā inquā, quæ est ex fide & caritate erga Deum. Accedit itaque visurus ipsam rursus summus sacerdos, & meliorē cùm repererit, purgabit cōfestim ac recipiet, vt à Prophetis prædictū. *In die illa, dicit Dominus, congregabo eam quæ contrita est, & eam quæ subiecta fuerat, suscipiā, & quos repuleram. Et ponā contritam in reliquias.* Alibi verò: *Diebus multis sedebunt filij Israël sine Rege, sine Principe, sine sacrificio, sine altari, † sine sacerdotio sine manifestationibus. Et post hæc reuertentur filij Israel, & quærent Dominum Deum suum, & Dauid regem suum: & † stupebunt ad Dominum, & super bonis eius in nouissimis diebus.* Inspecta verò æde leprosa, *Sacerdos,* inquit, *purgabit eam, & sumet ad purificandam domum duas auiculas viuentes, mundas, & lignum cedrinum, & coccum tortum, & hyssopum.* Ac statim: *Auiculam viuentem tinget in sanguine auiculæ iugulatæ in aqua feruida: & in auicula viuenti, & in ligno cedrino, & hyssopo, & cocco conglomerato: mittetq́; auiculam viuam extra ciuitatem in campum purum, & expiabit domum, & munda erit.* Hîc rursum mihi clarè considera totum CHRISTI mysterium & baptismi mundationem. Duos enim passeres capi iubet viuos ac mundos, vt intelligeres per viuos alites cælestem Deum simul & hominem, qui duplicis naturæ ad nos venit, vtraque earum, vt oportet, sic distincta. Verbum enim erat, ex Deo Patre clarificatus, & è muliere carneus natus, non tamen diuisus. Vnus enim ex vtraque natura CHRISTVS est. Propterea *duæ auiculæ* capiuntur atque intelliguntur vt vnum vtraque, sed viua ac munda. Vitam enim & puritatem omnem continens est ipse ex se Verbum, & ex Virgine templum viuum Verbum habens in seipso. Proprium enim illi corpus fuit, & non alienum gestauit. Hinc vnus idemque IESVS CHRISTVS. Præter auiculas & *cedrinum* sumere iubet *lignum*: vt inde incorruptum esse CHRISTI corpus agnoscas. nec enim corruptioni obnoxium, vtì & cedrus putredinē nescit. Vt

Rom 11.25.

Mich.4.6.

Osea 3.4.

† Vulgata: Sine Ephod, & sine theraphim.

† Vulgata: Pauebunt.

Leuit.14.49.

μέτοχος. εἶτα πάλιν ἐπιθρήσοντα τὴν λεπρῶσαν, καὶ αὖθις εἰσφέρει τὸν ἱερέα. ἐὰν γὰρ παραγενόμενος εἰσέλθῃ, φησὶν, ὁ ἱερεὺς ἴδῃ· καὶ ἰδοὺ διαχύσει οὐ διαχεῖται ἡ ἀφὴ ἐν τῇ οἰκίᾳ μετὰ τὸ ἐξαλειφθῆναι τὴν οἰκίαν, ὅτι ἴαται ἡ ἀφή. καθῃρέθη μὲν γὰρ διὰ τὴν εἰς Χριστὸν παροινίαν ὡς ἀκάθαρτος ἡ τῶν Ἰουδαίων συναγωγὴ, καὶ τῆς θεοῦ φιλίας ἐξώλισθε. πλὴν ἐν τούτῳ μακρὸν παρατείνασα χρόνον, ἄχρις ἂν εἰσέλθῃ τὸ πλήρωμα τῶν ἐθνῶν, κατὰ τὴν τοῦ Παύλου φωνὴν, ἐλεηθήσεται παρὰ Χριστοῦ. ἐπισκεπτομένου δὴ πάλιν αὐτὴν κατὰ τὸ λεληθὼς ὡς θεοῦ, καὶ πάλιν εἰς δικαιοσύνην ἐπ' ἐσχάτοις ἐπανάγοντος χρόνοις, δικαιοσύνην δὲ πάντως τὴν διὰ πίστεως καὶ ἀγάπης τῆς εἰς αὐτόν. παραγενήσεται τοίνυν ἐπισκοπήσων, καὶ εἰσαῦθις αὐτὴν ὁ πάντων ἀρχιερεὺς καὶ βελτιωμένην εὑρὼν, παραχρῆμα καθαριεῖ, καὶ προσδέξεται, κατὰ τὸ εἰρημένον διὰ τῶν ἁγίων προφητῶν. ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, λέγει κύριος, συνάξω τὴν ἀπωσμένην, καὶ τὴν συντετριμμένην εἰσδέξομαι καὶ οὓς ἀπωσάμην, καὶ θήσομαι τὴν συντετριμμένην εἰς ὑπόλημμα. καὶ ἐν ἑτέρῳ δὲ πάλιν. διότι ἡμέρας πολλὰς καθίσονται οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ οὐκ ὄντος βασιλέως, οὐδὲ ὄντος ἄρχοντος, οὐκ οὔσης θυσίας, οὐδὲ ὄντος θυσιαστηρίου, οὔτε ἱερατείας, οὔτε δήλων. καὶ μετὰ ταῦτα ἐπιστρέψουσιν οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ, καὶ ἐπιζητήσουσι τὸν θεὸν αὐτῶν, καὶ Δαβὶδ τὸν βασιλέα αὐτῶν· καὶ ἐκστήσονται ἐπὶ τῷ κυρίῳ, καὶ ἐπὶ τοῖς ἀγαθοῖς αὐτοῦ ἐπ' ἐσχάτου τῶν ἡμερῶν. ὅταν οὖν ἐπισκοπήσῃ τὴν λεπρῶσαν, φησὶν, ὁ ἱερεὺς, καὶ καθαρίσῃ αὐτὴν· καὶ λήψονται ἀφαγνίσαι τὴν οἰκίαν δύο ὀρνίθια ζῶντα καθαρὰ, καὶ ξύλον κέδρινον, καὶ κεκλωσμένον κόκκινον καὶ τὸν ὕσσωπον. καὶ πάλιν, τὸ ὀρνίθιον τὸ ζῶν βάψει αὐτὸ εἰς τὸ αἷμα τοῦ ὀρνιθίου τοῦ ἐσφαγμένου ἐν τῷ ὕδατι ζῶντι, καὶ ἐν τῷ ὀρνιθίῳ τῷ ζῶντι, καὶ ἐν τῷ ξύλῳ τῷ κεδρίνῳ καὶ ἐν τῷ ὑσσώπῳ, καὶ ἐν τῷ κεκλωσμένῳ κοκκίνῳ, καὶ ἐξαποστελεῖ τὸ ὀρνίθιον τὸ ζῶν ἔξω τῆς πόλεως εἰς πεδίον καθαρὸν, καὶ ἐξιλάσεται περὶ τῆς οἰκίας, καὶ καθαρὰ ἔσται. ὅλον δὴ πάλιν ἐν τούτοις περιάθρει σαφῶς τοῦ σωτῆρος ἡμῶν τὸ μυστήριον, καὶ τὸν διὰ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος καθαρισμόν. δύο μὲν γὰρ ὀρνίθια ληφθῆναι κελεύει ζῶντα καὶ καθαρὰ· ἵνα νοήσῃς διὰ τῶν πετεινῶν τὸν οὐράνιον ἄνθρωπον ὁμοῦ καὶ θεὸν, εἰς δύο μὲν φύσεις, ὅσον ἧκεν εἰς τὸν ἑκάστῃ πρέποντα λόγον διαιρούμενον. λόγος γὰρ ἦν ὁ ἐκ θεοῦ πατρὸς ἀναλάμψας, ἐν σαρκὶ τῇ ἐκ γυναικὸς πλὴν οὐ μεριζόμενος. εἷς γὰρ ἐξ ἀμφοῖν ὁ Χριστός. καὶ διὰ τοῦτο ὡς δύο λαμβάνεται τὰ ὀρνίθια, καὶ νοεῖται πάλιν, ὡς ἓν ἀμφότερα, πλὴν ζῶντα καὶ καθαρά. ζωῆς γὰρ καὶ καθαρότητος ἁπάσης περιεκτικὸς καὶ αὐτὸς καθ' ἑαυτὸν ὁ λόγος καὶ ὁ ἐκ παρθένου ναὸς τὸν ζῶντα λόγον ἔχων ἐν ἑαυτῷ. ἦν γὰρ ἴδιον αὐτοῦ τὸ σῶμα, καὶ οὐκ ἀλλότριον φόρημα. διά τοι τοῦτο εἷς κύριος Ἰησοῦς Χριστός. πρὸς δέ γε τοῖς ὀρνιθίοις, καὶ ξύλον κέδρινον λαμβάνειν κελεύει, ἵνα διὰ τούτου ἄφθαρτον εἶναι τὸ σῶμα νοήσῃς Χριστοῦ. οὐ γὰρ οἶδε διαφθορὰν· παραιτεῖται γὰρ ἡ κέδρος τὸ φθείρεσθαι. διὰ

δὲ τοῦ μὴ καταφθαρῆναι νοεῖν τὸ ἅγιον σῶμα Χριστοῦ, πιθανὸς δὴ λίαν ὁ περὶ τῆς ἀναστάσεως αὐτοῦ λόγος εἰσφέρεται. τὸ δὲ κεκλωσμένον κόκκινον, τὴν ἐπὶ τῷ θανάτῳ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ὁμολογίαν ὑποσημαίνει. καὶ γοῦν εἴρηταί που περὶ τῆς ἐκκλησίας ἐν τῷ ᾄσματι τῶν ᾀσμάτων, ὡς σπαρτίον κόκκινον χείλη σου ἀδελφή μου νύμφη. ἐπειδὴ γὰρ ἀεὶ τῆς ἐκκλησίας τὰ χείλη τὴν διὰ τοῦ αἵματος τοῦ Χριστοῦ σωτηρίαν ἀνακηρύττει, καὶ ἐπ' αὐτῷ τῆς πίστεως τὴν ὁμολογίαν ποιεῖσθαι κελεύει τὸν προσερχόμενον, σπαρτίῳ κοκκίνῳ πρέπει καλῶς τὰ χείλη αὐτῆς· καὶ αὐτῆς δὲ τῆς μυστικῆς εὐλογίας ἡ μέθεξις καταγγελίαν ἔχει τοῦ θανάτου καὶ τῆς ἀναστάσεως αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ. ἃ καὶ πρότερον ὁμολογεῖν ἀναπείθοντες τοὺς πιστεύοντας, προσάγομέν τε τῷ ἁγίῳ βαπτίσματι, καὶ τελειοῦμεν ἐν αἵματι διαθήκης αἰωνίου, καθὰ γέγραπται. καὶ γὰρ τὴν ἐπὶ τῷ αἵματι τοῦ Χριστοῦ τῆς πίστεως ὁμολογίαν διὰ τοῦ κοκκίνου σημαίνει· διὰ δὲ τοῦ ὑσσώπου, τὴν τοῦ ἁγίου πνεύματος ζέσιν. θερμὴ γὰρ ἡ πόα, καὶ τῆς ἐκ ψυχρότητος παθῶν σμηκτική. τοιαύτη δὲ καὶ ἡ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐν ἡμῖν ἐνέργειά τε καὶ δύναμις. λήψεται τοίνυν, φησὶν, ὁ ἁγνίζων τὴν λελεπρωμένην, τὸ ὀρνίθιον τὸ ζῶν, καὶ τὸ κέδρινον ξύλον, καὶ τὸ κόκκινον, καὶ τὴν ὕσσωπον. καὶ βάψει αὐτὰ εἰς τὸ αἷμα τοῦ ὀρνιθίου τοῦ ἐσφαγμένου ἐφ' ὕδατι ζῶντι, καὶ περιρρανεῖ ἐν αὐτοῖς ἐπὶ τὴν οἰκίαν ἑπτάκις. καὶ ἀφαγνιεῖ τὴν οἰκίαν ἐν τῷ αἵματι τοῦ ὀρνιθίου, καὶ ἐν τῷ ὕδατι τῷ ζῶντι, καὶ ἐν τῷ ξύλῳ τῷ κεδρίνῳ, καὶ ἐν τῇ ὑσσώπῳ, καὶ ἐν τῷ κεκλωσμένῳ κοκκίνῳ. οὐ γὰρ ἑτέρως δύνασθαι τὴν τῶν Ἰουδαίων συναγωγὴν τὴν ἐξ ἀπειθείας ἀποπλύνασθαι μολυσμὸν, καὶ τὴν ἐκ τῶν ποικίλων πλημμελημάτων ἀποθέσθαι κηλῖδα, πάλιν ἡμῖν ὁ νόμος ὑποδηλοῖ, εἰ μὴ διὰ μόνης εὐλογίας τῆς παρὰ Χριστοῦ, καὶ τῆς εἰς αὐτὸν ὁμολογίας καὶ πίστεως, πληρουμένης δηλονότι καὶ ἁγιαζομένης διὰ τοῦ βαπτίσματος τοῦ ἁγίου. ἐπιτήρει γὰρ ὅπως διὰ τῶν εἰρημένων ὁλόκληρος ἡμῖν ζωγραφεῖται Χριστὸς, καὶ ἡ ἐν αὐτῷ πίστις τε καὶ ὁμολογία σημαίνεται. διὰ μὲν γὰρ τοῦ ὀρνιθίου τοῦ ζῶντος, τὸν ἀεὶ ζῶντα, καὶ ζωοποιὸν καὶ οὐράνιον νοήσαις λόγον· διὰ δὲ τοῦ ἐσφαγμένου ὀρνιθίου, τὸ τίμιον αἷμα τοῦ παθόντος ναοῦ. σαρκὶ γὰρ αὐτὸν πεπονθέναι φαμὲν, πλὴν ὡς ἐν ἰδίῳ σώματι. διὰ δὲ τοῦ ἀσήπτου ξύλου, τὴν σάρκα τὴν ἀδιάφθορον. διὰ δὲ τῆς ὑσσώπου, τὸ πνεῦμα· διὰ δὲ τοῦ κοκκίνου, τὴν ἐφ' αἵματι διαθήκης τὴν ὁμολογίαν· διὰ δὲ τοῦ ζῶντος ὕδατος, τὴν ζωοποιὸν τοῦ βαπτίσματος χάριν, ἣν καὶ ἐν αὐτῷ τῷ πάθει καλῶς ὑπεσήμαινεν ἡ ἁγία τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν πλευρὰ, ὕδωρ τῷ αἵματι συνεκπέμπουσα, ᾧ καὶ χρῆναι τὴν οἰκίαν ἐπιρραίνεσθαί φησιν, ἵνα καὶ ἀφαγνίζηται, κατὰ τὸ εἰρημένον Ἰεζεκιὴλ τῷ προφήτῃ· καὶ λήψομαι ὑμᾶς ἐκ τῶν ἐθνῶν, καὶ συνάξω ὑμᾶς ἐκ τῶν χωρῶν, καὶ ῥανῶ ἐφ' ὑμᾶς ὕδωρ καθαρὸν, καὶ καθαρισθήσεσθε. περιρραίνεσθαι δὲ καὶ οὐχ εἰσάπαξ αὐτὴν, ἀλλ' ἑπτάκις κελεύει. οὗ γὰρ ἐπλεόνασεν ἡ ἁμαρτία, ὑπερεπε-

verò incorruptibile esse sciatur sanctum CHRISTI corpus, hinc credibilior est de Resurrectione ipsius sermo redditus. *Coccinum* verò *tortum* de morte Seruatoris confessionem nostram designat. De Ecclesia itaque in Cantico Canticorum dicitur: *Sicut vitta coccinea labia tua, soror mea sponsa.* (Cant. 4. 3.) Labia enim Ecclesiæ semper redemptionem in CHRISTI sanguine prædicant, & de ea fidei professionem fieri imperant. ideo *vittæ coccineæ* rectè ipsius labia comparantur. Mystica verò communicatio benedictionis mortis CHRISTI habet præconium simul & Resurrectionis eiusdem: quæ & primò profiteri persuadentur CHRISTO initiati, deinde ad baptismum adducuntur, perficimusque eos in sanguine æterni Testamenti, vt Scriptura loquitur. Fidei enim confessionem in sanguine CHRISTI *coccinum* designat. *Hyssopus* autem sancti Spiritus fauorem. Calida enim hæc herba est, & frigiditates detergēs, ac purgās morbos. Talis enim in nos S. Spiritus energia exsistit & vis. *Sumet*, inquit, *leprosam domū emundans lignum cedrinū, & coccum tortum, & hyssopum, & auiculam viuentem, & tinget ea in sanguine auiculæ iugulatæ in aqua feruida, & asperget in eis domum septies, & purificabit domum in sanguine auiculæ, & in aqua viuenti, & in ligno cedrino, & in hyssopo, & in coccino cōglomerato.* (Leuit. 14. 51.) Nō enim aliter potuisse Iudæorum Synagogam ab infidelitatis sordibus ablui, & à varijs delictorum maculis detergeri, rursum nobis lex ostendat, nisi sola CHRISTI benedictione, atque in eum confessione ac fide; perfecta nimirum & sanctificata per sanctum baptisma. Obserua itaque vt nobis integer ex dictis CHRISTVS depingitur, & in eum fides atque confessio ostenditur. In auicula etenim viua semper viuens & viuificans ac cæleste Verbum intelligas: in mactata verò auicula pretiosum templi patientis sanguinem. Carne enim passum dicimus CHRISTVM, vt tamen in suo corpore. In ligno autem incorrupto carnem accipimus incorruptam: per hyssopum, spiritum: per coccinum verò, in sanguine Testamenti confessionem. In aquā autem viua, salutarem intelligimus baptismi gratiam: quæ & in ipsa passione pulchrè exhibet sacrum Seruatoris nostri latus, è quo aqua simul & sanguis profluxit: (Ioan. 19. 34.) quo etiam domum aspergi oportere ait, vt etiam expietur, iuxta Ezechielis Prophetæ vocem: *Tollam*, inquit, *vos de Gentibus, & congregabo vos de terris: & effundam super vos aquam mundam, & mundabimini.* (Ezech. 36. 24.) Aspergi autem iubet non semel domum, sed septies. *Vbi enim abundauit peccatum, superabundauit* (Rom. 5. 20.)

uit & gratia. Deinde his denuo addit legislator vt dimittat auiculam viuam extra vrbem in campum, & expiabitur domus, mundaque erit. Nimirum in typum Iudaicæ Synagogæ siue Gentium omniũ, quam nuper *domum* nominauimus, accepimus. Vrbem verò esse dicemus multarum ædiũ comprehensionem. Talem esse cognosces orbem habitabilem multa hominum genera complectentem, at firmamento veluti muro quodam circumcinctum, post quod tandem amplus mundusque cælestis orbis campus intelligitur. Docet itaque legislator per auiculam extra vrbem in campum dimissam CHRISTI è mundo demigrationem, & in cælos ascensum. Hic enim ad Deum & Patrem cùm venit, pro nobis omnibus, & Iudæorum Synagoga deprecabitur, & emundabimur nos. Sic enim sapientissimus discipulus Ioannes: *Aduocatum*, ait, *habemus apud Patrem* IESVM CHRISTVM *iustum: & ipse est propitiatio pro peccatis nostris: non pro nostris autem tantùm, sed etiam pro totius mundi.* Rectè itaque Iudæis ipse dixit: *Si crederetis Moysi, crederetis vtique & mihi, de me enim ille scripsit*: per quem & cum quo Deo ac Patri gloria atque imperium cum sancto Spiritu in sæcula sæculorum. Amen.

1. Ioan. 2. 1.

Ioan. 5. 46.

ρίστευσεν ἡ χάρις. εἶτα τούτοις ἐπάγει πάλιν ὁ νομοθέτης, ὅτι καὶ ἐξαποστελεῖ τὸ ὀρνίθιον τὸ ζῶν ἔξω τῆς πόλεως εἰς τὸ πεδίον, καὶ ἐξιλάσεται περὶ τῆς οἰκίας, καὶ καθαρὰ ἔσται. εἰς τύπον τῆς Ἰουδαίων συναγωγῆς, ἤτοι παντὸς τοῦ ἔθνους, τὴν ἀρτίως ἡμῖν κατωνομασμένην οἰκίαν ἐλάβομεν. πόλιν δὲ εἶναι δώσομεν, τὴν πολλῶν οἰκιῶν περιεκτικήν. τοιαύτην ἂν εἶναι νοήσεις τὴν καθ᾽ ἡμᾶς οἰκουμένην, πολλὰ μὲν ἀνθρώπων συνέχουσαν γένη· τείχει δὲ ὥσπερ τινὶ κύκλῳ περιεζωσμένην τῷ στερεώματι. μεθ᾽ ὃ λοιπὸν ἤδη τὸ πλατύ τι καὶ καθαρὸν τῶν ἄνω κόσμων νοεῖται πεδίον. διδάσκει τοίνυν ὁ νομοθέτης διὰ τοῦ πρὸς τὸ ἔξω τῆς πόλεως πεδίον ἀνιέσθαι τὸ ὀρνίθιον, τήν τε ἀπὸ κόσμου μετάστασιν, καὶ τὴν εἰς οὐρανοὺς ἀνάβασιν τοῦ Χριστοῦ. γεγονὼς γὰρ οὗτος πρὸς τὸν πατέρα καὶ θεόν, ὑπὲρ ἁπάντων ἡμῶν καὶ τῆς Ἰουδαίων συναγωγῆς ἐξιλάσεται, καὶ καθαρισθησόμεθα. ὥσπερ γὰρ ὁ σοφώτατός φησι μαθητὴς Ἰωάννης· παράκλητον ἔχομεν πρὸς τὸν πατέρα, Ἰησοῦν Χριστὸν δίκαιον. καὶ αὐτὸς ἱλασμός ἐστιν ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν, οὐ περὶ τῶν ἡμετέρων δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ περὶ ὅλου τοῦ κόσμου. καλῶς οὖν ἄρα πρὸς Ἰουδαίους ἔφασκεν, εἰ ἐπιστεύετε Μωυσῇ, ἐπιστεύετε ἂν ἐμοί. περὶ γὰρ ἐμοῦ ἐκεῖνος ἔγραψε. δι᾽ οὗ, καὶ μεθ᾽ οὗ τῷ θεῷ καὶ πατρὶ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος σὺν ἁγίῳ πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

De eo quòd Aaron non semper ingrediatur sancta sanctorum.

Περὶ τοῦ, μὴ εἰσέρχεσθαι τὸν Ἀαρὼν διὰ παντὸς εἰς τὰ ἅγια τῶν ἁγίων.

VNigenitus cùm esset suapte natura Deus, ex Deo Patre natus demisit seipsum ad id quod nos sumus, & in terra apparuit secũdùm Scripturas, atque inter homines est versatus, idque non alterius rei causa, quàm vt nobis, sicut D. Paulus ait, se misericordem præstaret, & fidelem sacerdotẽ ad peccata nostra apud Deum expianda. Lex enim quæ per Moysen est priscis data mediantibus angelis, homines effecit sacerdotes, qui communi naturæ infirmitate laborant; & ob hoc debent, sicut pro populi, ita pro suis ipsorum ignorantijs offerre Deo. At verbum iurisiurandi quod patefactum est extra legem, *filium constituit in æternum perfectum, qui & penitus seruare potest eos qui accedunt Deo per ipsum, vtpote qui semper viuit ad intercedendum pro illis.* Neque verò CHRISTVS pro se intercedet. Et ratio quidem in promptu est: quia non fecit peccatum: at potiùs pro nobis. Atque hoc pulcrè admodum nobis declarat Paulus scribens de eo, *quẽ proposuit Deus propitiatorẽ per fidẽ in sanguine ipsius.* Ideoque & in sancta sanctorũ

Bar 3. 38.

Hebr. 7. 26.

Hebr. 7. 25.

Rom. 3. 25.

Θεὸς ὢν φύσει καὶ ἐκ θεοῦ πατρὸς ὁ μονογενὴς καθῆκεν ἑαυτὸν ἐν τοῖς καθ᾽ ἡμᾶς, καὶ ἐπὶ γῆς ὤφθη, κατὰ τὸ γεγραμμένον, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συνανεστράφη, καὶ οὐχ ἑτέρου του χάριν, ἢ ἵνα καθά φησιν ὁ θεσπέσιος Παῦλος, ἐλεήμων γένηται, καὶ πιστὸς ἀρχιερεὺς τὰ πρὸς θεόν, εἰς τὸ ἱλάσκεσθαι ταῖς ἁμαρτίαις τοῦ λαοῦ. νόμος μὲν γὰρ διὰ Μωσέως τοῖς πάλαι τεθεσπισμένος μεσολαβούντων ἀγγέλων, ἀνθρώπους καθίστησι τοὺς ἱερέας, τὴν κοινὴν τῆς φύσεως νοσοῦντας ἀσθένειαν, καὶ δι᾽ αὐτὴν ὀφείλοντας, καθάπερ ὑπὲρ τοῦ λαοῦ, οὕτω καὶ ὑπὲρ τῶν ἰδίων ἀγνοημάτων, θυσίαν προσφέρειν. ὁ δὲ λόγος τῆς ὁρκωμοσίας τῆς μετὰ νόμον, υἱὸν εἰς τὸν αἰῶνα τετελειωμένον. ὥστε καὶ σώζειν εἰς τὸ παντελὲς δύναται τοὺς προσερχομένους δι᾽ αὐτοῦ τῷ θεῷ, πάντοτε ζῶν εἰς τὸ ἐντυγχάνειν ὑπὲρ αὐτῶν. ἐξιλάσεται δὲ ὁ Χριστός, ἥκιστα μὲν ὑπὲρ ἑαυτοῦ· καὶ ἀληθὴς ὁ λόγος. οὐ γὰρ ἐποίησεν ἁμαρτίαν· ὑπὲρ ἡμῶν δὲ μᾶλλον. καὶ τοῦτο ἡμῖν εὖ μάλα σαφηνιεῖ γεγραφὼς ὁ θεσπέσιος Παῦλος περὶ αὐτοῦ ὃν προέθετο ὁ θεὸς ἱλαστήριον διὰ πίστεως ἐν τῷ αὐτοῦ αἵματι. ταύτητοι καὶ εἰσβεβηκέναι φησὶν αὐτὸν εἰς τὰ ἅγια τῶν ἁγίων

ἁγίων ἅπαξ, καὶ αἰωνίαν λύτρωσιν εὑράμενον, καὶ μιᾷ προσφορᾷ τετελειωκότα, καὶ τοῦτο εἰς τὸ διηνεκὲς τοὺς ἁγιαζομένους. καὶ σεσώσμεθα μὲν ἡμεῖς· αὐτὸς δὲ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν αἴρει, καὶ περὶ ἡμῶν ὀδυνᾶται. τέθεικε γὰρ τὴν ἰδίαν ψυχὴν ἐθελοντὴς ὑπὲρ ἡμῶν· πάλιν ἀνεβίω. θεὸς γὰρ ἦν φύσει, καί ἐστιν ἐν οὐρανοῖς ἐν δεξιᾷ τοῦ πατρὸς, πάντοτε ζῶν εἰς τὸ ἐντυγχάνειν ὑπὲρ ἁγίων, καθάπερ ἐναγχος ἔφην. καὶ ταυτί μοι πάλιν ὡς ἐκ νομικῆς εἴρηται σκιᾶς, ἣν καὶ ὅπως ἂν ἔχοι σαφῶς ἀφηγήσομαι. γέγραπται τοίνυν ἐν τῷ Λευιτικῷ· καὶ εἶπε κύριος πρὸς Μωυσῆν· λάλησον πρὸς Ἀαρὼν τὸν ἀδελφόν σου, μὴ εἰσπορευέσθω πᾶσαν ὥραν τῶν ἁγίων τὸ ἐσώτερον τοῦ καταπετάσματος, εἰς πρόσωπον τοῦ ἱλαστηρίου, ὅ ἐστιν ἐπὶ τῆς κιβωτοῦ τοῦ μαρτυρίου, καὶ οὐκ ἀποθανεῖται. ἐν γὰρ νεφέλῃ ὀφθήσομαι ἐπὶ τοῦ ἱλαστηρίου. ἔδει γὰρ ἔδει τὸν Ἀαρὼν εἰκόνα καὶ τύπον ἀποπληροῦν τετυγμένην τῆς ἱερωσύνης Χριστοῦ μὴ κατὰ πᾶσαν ὥραν, ἤγουν ἐν παντὶ καιρῷ, τὴν εἰς τὰ ἅγια τῶν ἁγίων ποιούμενον εἰσδρομὴν, οἱονεὶ παρασημαίνει τοῦ μυστηρίου τὸ κάλλος. ἅπαξ γὰρ εἰσβέβηκεν ὁ Χριστὸς, αἰωνίαν λύτρωσιν, ὡς ἔφην, εὑράμενος. πλημμέλημα τοίνυν εἰς αὐτὴν τὴν ἀλήθειαν διὰ τῶν ἐν τύποις, τὸ μὴ κατ' ἔτος καὶ ἅπαξ εἰς τὰ ἅγια τῶν ἁγίων εἰσελαύνειν τὸν Ἀαρὼν, ἀλλὰ κατὰ πᾶσαν ὥραν, καὶ ὡς ἐν παντὶ καιρῷ. διὰ τοῦτο χρῆναι τηρεῖν προστέταχεν, ἵνα μὴ ἀποθάνῃ. εἰ δὲ θάνατος ἦν ἡ δίκη τῷ παραλύοντι τὴν σκιὰν, καὶ εἰς τὸν τῆς ἀληθείας ἐμπαροινοῦντι τύπον, τίς ἔσται λοιπὸν ἡ ἐπιτίμησις τοῖς εἰς αὐτὴν πλημμελοῦσι τὴν ἀλήθειαν, τουτέστι Χριστόν; ὃ δὴ πεπράχασιν Ἰουδαῖοι τὴν εἰς αὐτὸν πίστιν οὐ προσιέμενοι, καὶ κατὰ μυρίους ὅσους ἀτιμάζοντες τρόπους, καί τοι λέγοντα σαφῶς· ἐγώ εἰμι ἡ ἀλήθεια, τουτέστι τῶν ἐν νόμῳ τύπων ἡ πλήρωσις. τέλος γὰρ νόμου καὶ προφητῶν ὁ Χριστός. γράφει γὰρ οὕτως ἡμῖν ὁ νομομαθὴς καὶ ἱερώτατος Παῦλος. εἴργεται τοίνυν ὁ Ἀαρὼν, τοῦ μὴ ποιεῖσθαι διὰ παντὸς τὴν εἰς τὰ ἅγια τῶν ἁγίων εἰσβολὴν, ἵνα τοῦ μυστηρίου τὸ κάλλος ἀδιαλώβητόν τε καὶ ἀκραιφνὲς, καὶ αὐταῖς ἡμῖν ἀναστράπτοι ταῖς σκιαῖς. δι' ἔτους μὲν οὖν καὶ καθ' ἕνα καιρὸν ἡ εἴσοδος. τίνα δ' ἂν γένοιτο τρόπον, καὶ οὐκ ἂν ἁμάρτοι τοῦ πρέποντος, ἐνομοθέτει λέγων· οὕτως εἰσελεύσεται Ἀαρὼν εἰς τὸ ἅγιον. ἐν μόσχῳ ἐκ βοῶν περὶ ἁμαρτίας, καὶ κριὸν εἰς ὁλοκάρπωμα, καὶ χιτῶνα λινοῦν ἡγιασμένον ἐνδύσεται, καὶ περισκελὲς λινοῦν ἔσται ἐπὶ τοῦ χρωτὸς αὐτοῦ, καὶ ζώνην λινῆν ζώσεται, καὶ κίδαριν λινῆν περιθήσεται. ἱμάτια ἅγιά ἐστι· καὶ λούσεται ὕδατι πᾶν τὸ σῶμα αὐτοῦ. καὶ ἐνδύσεται αὐτά. καὶ παρὰ τῆς συναγωγῆς τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ λήψεται δύο χιμάρους ἐξ αἰγῶν

cum ait ingressum semel, qui æternam redemptionem inuenit, vnaque hostia perfecit, & quidem in perpetuum omnes qui sanctificantur. Vnde & nos saluati sumus ipso peccata nostra tollente, & pro nobis cruciatum sustinente. Posuit enim animam suam volens pro nobis, tametsi iterum suscitatus sit. Deus enim erat suapte natura, estque in cælis ad dexteram Patris *semper viuens vt intercedat pro sanctis*, vt paulo antè diximus. Porro hæc à me rursum tanquam ex legali dicta sunt vmbra, quam & quo pacto se habeat, luculenter exponam. Scriptum est enim in Leuitico: *Et dixit Dominus ad Moysen: Loquere Aaroni fratri tuo, ne ingrediatur omni tempore in sanctuarium intra velum coram propitiatorio, quod est in arca testimonij, ne fortè moriatur. (In nube enim apparebo in propitiatorio.)* Oportebat enim, oportebat inquam, Aaronem præstare imaginem & typum sacerdotij CHRISTI, atque ideo non omni hora, id est tempore, in sancta sanctorum introire permittebatur, ad sanctificandam huius mysterij dignitatem. CHRISTVS enim semel ingressus, æternam, vt dixi, reperit redemptionem. Peccatum igitur est in ipsam veritatem, per ea quæ in typis sunt, si sæpiùs quàm annuatim & semel in sancta sanctorum introëat Aaron, sed semper & quando oportunum. Idcirco præcepit ei Deus hunc actum seruandum, ne fortè moriatur. Iam verò si capitalis pœna constituta est in eum qui transgreditur vmbram, & impingit in typum veritatis, quale demum supplicium manebit eos, qui peccant in ipsam veritatem, hoc est, in CHRISTVM? Quod quidem certè fecerunt Iudæi, qui non recipiunt fidem; at potiùs varijs modis ipsam deformant atque deturpant: quamquam ille manifestè dicat, *Ego sum veritas*, hoc est, legalium typorum & figurarum impletio. Finis enim legis & Prophetarum est CHRISTVS. Ita enim nobis scribit peritissimus legis & sanctissimus Paulus. Prohibitus igitur est Aaron, ne semper adeat sancta sanctorum, vt mysterij dignitas sit inuiolata atque integra, nobisque ex ipsis vmbris elucescat. Idcirco ingressio fiebat semel & vno tempore. Quo autem modo debeat fieri, vt non aberretur à decoro, addit legislator his verbis: *Sic ingredietur Aaron in sanctum, per vitulum ex bobus pro peccato, & arietem in holocaustum, tunicaque linea sanctificata induetur, ac †feminale lineum erit in cute ipsius, Zonaque linea cingetur, cidarim lineam imponet †sibi. Vestimenta sancta sunt. & lauabitur aqua totum corpus ipsius, & his induetur. Deinde à congregatione filiorum Israël recipiet duos hircos ex capris*

Hebr.7.25.

Leuit.16.2.

Ioan.14.6.

Ego sum veritas, *quid significet.*

Rom.10.4.

Leuit.16.3.

† *Vulgata:* feminalibus lineis verenda celabit.

† capiti suo.

pro peccato, atque arietem vnum in holocaustum: adducetq́; Aaron vitulum, qui est pro peccato sui ipsius, & exorabit pro se & sua familia. Postea accipiet duos hircos, & statuet eos coram Domino ad portas tabernaculi testimonij: & mittet Aaron super duos hircos sortes: vnam Domino, & alterā capro emissario. Tunc adducet Aaron hircum, super quem exiuit sors Domino, & offeret eum pro peccato. Sed hircum, super quem cecidit sors emissarij, statuet viuentē in conspectu Domini, vt pro ipso deprecetur: vt emittat eum in emissionē, atq; dimittat eum in solitudinem. Modum itaq; sacrificij in his verbis exponit. Deinde Aaron adduxit vitulum offerendum pro sui ipsius peccato, atque pro sua domo. Mactato autem vitulo, & item hirco destinato in holocaustum, iuxta eandem legem, *Tunc*, inquit, *accipiet thuribulū plenū carbonibus ignis ab altari quod est coram Domino, implebitq́; manus suas thymiamate tenuis compositionis, & inferet intra velum, imponetq́; thymiama igni coram Domino, atque vapor thymiamatis teget propitiatorium, quod est super testimonia, & nō morietur. Postea accipiet de sanguine vituli, & asperget digito in propitiatorium ad Orientem coram propitiatorio, septies asperget de sanguine digito suo.* Addit autem his: *Hircum pro peccato populi mactabit coram Domino, & inferet sanguinem eius intra velum, facietq́; cum sanguine huius, sicut †fecit cum sanguine vituli.* Atque hæc cuncta fieri ordinauit, vt sacerdos deprecaretur & oraret pro immūditijs filiorū Israël, & pro omnibus peccatis suis. Vngebatur autem sanguine vituli, & item hirci, non solùm propitiatorium atque intimum tabernaculum, hoc est, sancta sanctorum, sed etiam ipsum altare oblationum in primo tabernaculo: Ait enim rursus: *Et egredietur ad altare quod est corā Domino, & deprecabitur in eo, †accipietq́; de sanguine vituli atq; hirci, quē imponet super cornua altaris, in circuitu. Et asperget in ipsum de sanguine digito suo septies, tunc purificabit ipsum, & sanctificabit ab immunditijs filiorū Israël.* Addit autem rursus his: *Et adducet hircum viuentem, imponetq́; Aaron duas manus suas in caput hirci viuentis, & confitebitur super ipsum vniuersas iniquitates filiorum Israël, omnesq́; iniustitias, & omnia peccata ipsorum. Et imponet ipsa in caput hirci viuentis, emittetq́; ipsum per manum hominis ad hoc parati in desertum. Et portabit hircus in se omnes iniquitates eorum in inuium, & mittet hircum in desertum.* Quæ igitur in typis per oracula Dei olim prodita sunt, ita se habent, & sic quidem peracta sunt. Postquam verò præterijt vmbra, & correctionis tempus aduenit, age, age, sub-

Leuit. 16.12

Leuit. 16.15

† *Vulgata:* sicut præceptum est de sanguine vituli.

Leuit. 16.18

† *Vulgata:* fundat super cornua altaris per gyrum.

περὶ ἁμαρτίας, καὶ κριὸν ἕνα εἰς ὁλοκαύτωμα. καὶ προσάξει Ἀαρὼν τὸν μόσχον τὸν περὶ ἁμαρτίας τὸν ἑαυτοῦ, καὶ ἐξιλάσεται περὶ ἑαυτοῦ καὶ τοῦ οἴκου αὐτοῦ. καὶ λήψεται τοὺς δύο χιμάρους, καὶ στήσει αὐτοὺς ἔναντι κυρίου παρὰ τὴν θύραν τῆς σκηνῆς τοῦ μαρτυρίου, καὶ ἐπιθήσει Ἀαρὼν ἐπὶ τοὺς δύο χιμάρους κλῆρον ἕνα τῷ κυρίῳ, καὶ κλῆρον ἕνα τῷ ἀποπομπαίῳ. καὶ προσάξει Ἀαρὼν τὸν χίμαρον ἐφ᾽ ὃν ἐπῆλθεν ἐπ᾽ αὐτῷ ὁ κλῆρος τῷ κυρίῳ, καὶ προσοίσει περὶ ἁμαρτίας· καὶ τὸν χίμαρον ἐφ᾽ ὃν ὁ κλῆρος τοῦ ἀποπομπαίου, στήσει αὐτὸν ζῶντα ἔναντι κυρίου τοῦ ἐξιλάσασθαι ἐπ᾽ αὐτοῦ. ὥστε ἐξαποστεῖλαι αὐτὸν εἰς τὴν ἀποπομπήν, καὶ ἀφήσει αὐτὸν εἰς τὴν ἔρημον. τὸν μὲν οὖν τῆς θυσίας ἐν τούτοις ἡμῖν ἐξηγεῖται τρόπον. εἶτα προσκεκόμικε τὸν μόσχον Ἀαρὼν τὸν περὶ τῆς ἁμαρτίας τῆς ἑαυτοῦ, καὶ τοῦ οἴκου ἑαυτοῦ. τεθυμένου δὲ τοῦ μόσχου, καὶ μὴν τοῦ κριοῦ γεγονότος εἰς ὁλοκαύτωμα, κατὰ τὸν αὐτὸν πρέποντα νόμον· καὶ λήψεται φησί, τὸ πυρεῖον πλῆρες ἀνθράκων πυρὸς ἀπὸ τοῦ θυσιαστηρίου ἀπέναντι κυρίου. καὶ πληρώσει τὰς χεῖρας θυμιάματος συνθέσεως λεπτῆς, καὶ εἰσοίσει ἐσώτερον τοῦ καταπετάσματος, καὶ ἐπιθήσει τὸ θυμίαμα ἐπὶ τὸ πῦρ ἔναντι κυρίου, καὶ καλύψει ἡ ἀτμὶς τοῦ θυμιάματος τὸ ἱλαστήριον τὸ ἐπὶ τῶν μαρτυρίων, καὶ οὐκ ἀποθανεῖται. καὶ λήψεται ἀπὸ τοῦ αἵματος τοῦ μόσχου, καὶ ῥανεῖ τῷ δακτύλῳ τὸ θυσιαστήριον· ῥανεῖ ἑπτάκις ἀπὸ τοῦ αἵματος τῷ δακτύλῳ αὐτοῦ. προστέτακται δὲ τούτοις· καὶ σφάξει τὸν χίμαρον περὶ τῆς ἁμαρτίας τὸν περὶ τοῦ λαοῦ ἔναντι τοῦ κυρίου, καὶ εἰσοίσει ἀπὸ τοῦ αἵματος αὐτοῦ ἐσώτερον τοῦ καταπετάσματος· καὶ ποιήσει τὸ αἷμα αὐτοῦ, ὃν τρόπον ἐποίησε τὸ αἷμα τοῦ μόσχου. καὶ ταυτὶ δὴ ταῦτα προστέταχε γενέσθαι ὑπὲρ τοῦ ἐξιλάσασθαι φημὶ ὑπὲρ τῶν ἀκαθαρσιῶν τῶν υἱῶν Ἰσραήλ, καὶ περὶ πασῶν τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν. κατεχρίετο δὲ τῷ αἵματι τοῦ τε μόσχου, καὶ μὴν καὶ τοῦ χιμάρου οὐχὶ μόνον τὸ ἱλαστήριον, καὶ ἡ ἐσωτέρα σκηνή, τουτέστι τὰ ἅγια τῶν ἁγίων, ἀλλὰ καὶ αὐτὸ τὸ τῶν καρπωμάτων θυσιαστήριον, ἐν τῇ πρώτῃ σκηνῇ. ἔφη γὰρ πάλιν, καὶ ἐξελεύσεται ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον τὸ ἀπέναντι κυρίου, καὶ ἐξιλάσεται ἐπ᾽ αὐτοῦ· καὶ λήψεται ἀπὸ τοῦ αἵματος τοῦ μόσχου, καὶ ἀπὸ τοῦ αἵματος τοῦ χιμάρου, καὶ ἐπιθήσει ἐπὶ τὰ κέρατα τοῦ θυσιαστηρίου κυκλόθεν. καὶ ῥανεῖ ἐπ᾽ αὐτὸ ἀπὸ τοῦ αἵματος τῷ δακτύλῳ αὐτοῦ ἑπτάκις, καὶ καθαριεῖ αὐτό, καὶ ἁγιάσει αὐτὸ ἀπὸ τῶν ἀκαθαρσιῶν τῶν υἱῶν Ἰσραήλ. προστέτακται δὲ πάλιν· καὶ προσάξει τὸν χίμαρον τὸν ζῶντα, καὶ ἐπιθήσει Ἀαρὼν τὰς δύο χεῖρας αὐτοῦ ἐπὶ τὴν κεφαλὴν τοῦ χιμάρου τοῦ ζῶντος. καὶ ἐξαγορεύσει ἐπ᾽ αὐτοῦ πάσας τὰς ἀνομίας τῶν υἱῶν Ἰσραήλ, καὶ πάσας τὰς ἀδικίας αὐτῶν, καὶ πάσας τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν. καὶ ἐπιθήσει αὐτὰς ἐπὶ τὴν κεφαλὴν τοῦ χιμάρου τοῦ ζῶντος, καὶ ἐξαποστελεῖ ἐν χειρὶ ἀνθρώπου ἑτοίμου εἰς τὴν ἔρημον. καὶ λήψεται ὁ χίμαρος ἐφ᾽ ἑαυτῷ τὰς ἀνομίας αὐτῶν εἰς τὴν ἄβατον, καὶ ἐξαποστελεῖ τὸν χίμαρον εἰς ἔρημον. ταῦτα μὲν οὖν ἐν τύποις τεθεσπισμένα κατὰ καιρόν, ὧδε τε ἔχει, καὶ δὴ καὶ ἐπράττετο. ἐπειδὴ δὲ παρῴχηκεν ἡ σκιά, καὶ ὁ τῆς διορθώσεως ἐνέστη καιρός, φέρε δὴ φέρε λε-

πταῖς

πλαῖς καὶ ἀστειοτέραις ἐννοίαις χρώμενοι, τὸν τοῦ νόμου σκοπὸν ἐπὶ τὸ τοῦ Χριστοῦ μυστήριον μεταπλάττωμεν. εἰσῆλθε μὲν γὰρ εἰς τὰ ἅγια τῶν ἁγίων ἐφ' ἅπαξ ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, αἰωνίαν λύτρωσιν εὑράμενος. πλὴν ἐν αἵματι διαθήκης αἰωνίου, καὶ οὐ δι' αἵματος τράγων καὶ μόσχων, διὰ δὲ τοῦ ἰδίου αἵματος, ἀπαλείφων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου. τέθυται γὰρ, οὐχ ὑπέρ γε τῆς ἑαυτοῦ. πόθεν; ἀλλ' ὑπὲρ τῆς ἡμῶν σωτηρίας. ἑψόμεθα δὴ οὖν καὶ αὐταῖς εὖ μάλα ταῖς τοῦ νόμου σκιαῖς. ἦν μὲν καὶ σφόδρα εἰκὸς, μᾶλλον δὲ καὶ ἀναγκαῖον, τὸν θεσπέσιον Ἀαρὼν ὑπὲρ τῶν ἰδίων ἀγνοημάτων θυσίαν προσφέρειν. οὐ γὰρ ἂν νοοῖτο γεγονὼς τοῦ πλημμελεῖν ἐν ἀμείνοσιν ἄνθρωπος ὤν. Χριστῷ δὲ οὐκέτι τὸ τοιοῦτον ἁρμόσει. πολλοῦ γε καὶ δεῖ. καταπεφοίτηκεν γὰρ ἐν ἰδίᾳ φύσει τὸ ἀπλημμελὲς ὡς θεός. πλὴν ἐν αὐτῷ τε καὶ δι' αὐτοῦ, καὶ αὐτῶν τῶν ἡγιασμένων ἡ κάθαρσις, ἱερέων τέ φημι, καὶ μὴν καὶ λαῶν. θέα γὰρ ὅπως ὁ Ἀαρὼν τὴν ἐν Χριστῷ νοουμένην θυσίαν καὶ νοητὴν εὐοδμίαν ἐν τοῖς ὑπὲρ αὐτοῦ θύμασιν ὑποπλάττεται. μόσχος γὰρ ἦν καὶ κριὸς εἰς ὁλοκαύτωσιν. νοεῖται δὲ πάλιν ὡς ἔν γε τῷ μόσχῳ Χριστὸς. ἀμφιλαφῆ γὰρ λίαν τὰ ὑπὲρ ἁγίων προσκομιζόμενα τῷ θεῷ, καὶ πλούσιοι σφόδρα τῶν τοιούτων οἱ τρόποι. ἱερὸν δὲ ζῶον, καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων τῶν εἰς θυσίαν ἐπιτηδείων, ὑπερκείμενον τὸ τοῦ μόσχου χρῆμα. οὐκοῦν τῆς θυσίας τὸ τέλειον ὑπεμφήνοιεν ἂν ἡμῖν ὁ μόσχος. κριὸς δὲ πάλιν εἰς ὁλοκαύτωσιν. γέγονε γὰρ εἰς ὀσμὴν εὐωδίας ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, τῷ θεῷ καὶ πατρὶ τὸ οἱονεὶ βδελυρόν τι καὶ κάκοσμον τῆς ἁμαρτίας τοῦ κόσμου διαλύων ἐν ἑαυτῷ. ἐπιτήρει δὲ ὅπως προστεταγμένος ὁ Ἀαρὼν τὴν εἰς τὰ ἅγια τῶν ἁγίων εἰσβολὴν ποιεῖσθαι κατὰ καιροὺς, καὶ ἀποπεραίνειν εὖ μάλα τὰς ὑπέρ γε τῶν ἰδίων ἀγνοημάτων θυσίας, οὐκ ἐν τῷ τῆς ἀρχιερωσύνης σχήματι ὁρᾶται κατ' ἐκεῖνο καιροῦ, ἀλλὰ χιτῶνά φησι λινοῦν ἡγιασμένον ἐνδύσεται, καὶ περισκελὲς λινοῦν ἔσται ἐπὶ τοῦ χρωτὸς αὐτοῦ, καὶ λινῆν ζώνην ζώσεται, καὶ κίδαριν λινῆν περιθήσεται. τὰ ἱμάτια, ἅγιά ἐστιν. καὶ λούσεται ἐν ὕδατι πᾶν τὸ σῶμα αὐτοῦ. ἀλλ' ἦν ἅπασιν ἱερουργοῖς συνηθές τι τοῦτο καὶ κατὰ νόμον τὸ σχῆμα. τίς ἂν οὖν γένοιτο καὶ τούτων ἡμῖν ὁ λόγος πιθανὸς ὡς οἶμαι, μᾶλλον δὲ καὶ ἀληθής; οὐ γὰρ ἦν ἀκόλουθον ὑπὲρ ἰδίων θύοντα πλημμελημάτων τὸν Ἀαρὼν, ἐν εἴδει φαίνεσθαι τοῦ Χριστοῦ, τοῦ μὴ εἰδότος τὴν ἁμαρτίαν. στολισμὸς γὰρ ὁ μάλιστα πρέπων αὐτῷ, καὶ αὐτὸ τῆς ἀρχιερωσύνης τὸ σχῆμα, τῆς τοῦ σωτῆρος ἡμῶν βασιλείας τε ὁμοῦ καὶ ἱερωσύνης ἀντίτυπον τὸ κάλλος. ὅτι δέ ἐστιν ἀμήχανον εἰς τὰ ἅγια τῶν ἁγίων εἰσελάσαι δύνασθαί τινας, καὶ εἰς τὴν σκηνὴν τὴν

tilioribus atque politioribus cogitationibus vtentes, scopum legis ad CHRISTI mysteriũ transferamus. *Ingressus enim est semel in sancta sanctorum Dominus noster* IESVS CHRISTVS *æterna redemptione inuenta.* Cæterùm in sanguine æterni testamẽti, neque per sanguinẽ hircorum & vitulorum, sed per proprium sanguinem deleuit peccatum mundi. Immolatus enim est non pro suo, sed pro nostro peccato. Sequemur itaque perspicuè admodum vmbras legis. Erat enim, & quidem vehementer, conueniens, aut potiùs necessarium, vt diuinus Aaron pro proprijs ignorantijs hostias offerret. Non enim debet intelligi expers peccati, cùm fuerit homo. In CHRISTVM verò nihil tale cadit. Longè enim à peccato abest: quippe qui tanquam Deus suapte natura sit expers peccati. Imò verè in ipso & per ipsum est etiam ipsorum sanctorum purificatio, sacerdotum inquam simul & populorum. Vide enim quo pacto Aaron hostiam in CHRISTO intellectam & odorem suauitatis intelligibilẽ in victimis pro se describat. Vitulus enim erat & aries in holocaustum. Intelligitur porro rursum per vitulum CHRISTVS. Nam quæ pro sanctis offeruntur Deo, opima sunt, & opulentissimi sacrificiorum modi. Sacrum autem animal & reliquis omnibus quæ ad sacrificãdum apta sunt præstantior est vitulus. Quapropter vitulus subindicauerit nobis sacrificij perfectionem. Aries autem rursus offertur in holocaustum, quia Dominus noster IESVS CHRISTVS Deo & Patri factus est in odorem suauitatis, vtpote qui in seipso abominationem & fœditatem peccati pro mundo dissoluerit. Obserua autẽ quomodo præscriptum sit Aaroni, vt quibus tẽporibus ingreditur sancta sanctorum, & accuratè peragit sacrificia pro suis ignorantijs; tum temporis in habitu pontificali non conspiciatur; sed tunicam lineam, ait Scriptura, eamque sanctificatam induet, feminale item lineum erit in cute ipsius, & zona linea cingetur, cidarisque linea capiti imponetur (vestimenta hæc sancta sunt) & abluetur aqua totum ipsius corpus. Atqui talis, (inquies) habitus cõmunis erat etiam ceteris secundùm legem sacerdotibus. Quæ à nobis hîc potest afferri ratio probabilis, vt opinor, at potiùs vera? Neque enim par erat, vt Aaron pro suis peccatis sacrificãs appareret in forma CHRISTI, qui nõ nouit peccatum. Nam stola maximè congruit ei, imò totus pontificis habitus figurabat maiestatem regni & sacerdotij Seruatoris nostri. Quòd autẽ impossibile sit quemquam sancta sanctorum ingredi, & verum

Hebr. 9. 12.

Vituli hostia atque arietis.

Aaron pro proprijs peccatis sacrificans cur non pontificio habitu induatur.

tabernaculum, quod non homo sed Dominus posuit, nisi priùs aqua regenerationis purificetur, lex clarè ostendit, cùm præcipit Aaroni, vt aqua abluatur in sancta sanctorum introiturus. Deinde mãdauit quoque carbones ignis de ipso altari esse accipiendos, atque intrà portandos hoc est, intra velum: item plenum manipulum tenuis thymiamatis imponendum. Quo quidem peracto, ait, vapor thymiamatis operiet propitiatorium, quod est pro testimonijs. Ergo & hoc erat CHRISTI typus, qui immolatus est vt vitulus, & factus est holocaustũ, vt aries. Bene autem olet tanquam thymiama subtile, totumque sanctum implet tabernaculum, hoc est Ecclesiam, intelligibili odore. cui & acclamabimus: *Vnguentum effusum nomen tuum. Propterea iuuenculæ dilexerunt te, & attraxerunt te. Post te in odorem vnguentorum tuorum currimus.* Ceterùm age, aliquanto altiùs sermonem à capite arcessamus. Ita enim expositio argumentorum nostrorum rectè sibi constabit. Vitulus igitur & aries pro Aarone sunt producti in sacrificium: at verò duo hirci pro populo, itemque aries in holocaustum. scriptum est enim sic: *Sortes in hircis: vna quidem Domino, altera verò emissario.* Et quodnam in his sit mysterium, necesse est dicamus. Nam quidam putant vnum hircorũ emissario cuidam malo atque immundo spiritui datum esse, & remissum in solitudinem. Nos verò istam opinionem absurda superstitione refertam esse iudicamus, neque à Græcanico errore liberam, imò verò (addam enim hoc absq; timore) quod adhuc amplius est, ad impietatem cogitationum, peccati in Deum authorem esse legem inueniemus, etsi alioqui nos multifariam ab errore colendi multos deos reuocet, vnumque & suapte natura Dominum huius vniuersi demonstret, atque in cognitionem veritatis nos deducere solita sit. Dixerit enim quis eorum qui rectè sentire volunt, Quare præcepit illum quasi sacrificium dimittendum, tribuendumque esse malignæ ac vero Deo aduersæ potẽtiæ, id quod Deo adductum erat, hircum inquam? Ecquid verò inueniemus vtilitatis ex Aaron præstitum, quando manibus hirco impositis confitebatur peccata filiorum Israel? Annon hæc res delirij demum extremi plena intelligi debet, neque ab impietate Gentilium & cogitationibus scæuis seu sinistris aliena? Quibus verò, aut quomodo ambiguum erit id quod tam apertã præ se fert damnationẽ? Quid igitur significat hæc res? Duo hirci adducebantur, pulchri, & eiusdem inter se magnitudinis, am-

Cant. 1. 2.

Sortes in hircis quid significent Leuit. 16.

Hircus olim immolabatur Baccho, quòd vites rodat: Baccho caper omnibus aris Cæditur, ait Maro 2. Georg. & Prudent. contra Symmachum. Pani etiam sacrum ait Lucianus. De Bacchica illa victima Cyprianus de duplici Martyrio.

ἀληθινὴν, ἣν ἔπηξεν ὁ κύριος καὶ οὐκ ἄνθρωπος μὴ οὐχὶ τῷ τῆς παλιγγενεσίας ὕδατι προκαθηγνισμένους, ἐδήλου σαφῶς ὁ νόμος, ὕδατι προστάσσων ἀπολούεσθαι τὸν Ἀαρών, εἰ μέλλοι ποιεῖσθαι τὴν εἰς τὰ ἅγια τῶν ἁγίων εἰσδρομήν. ἄνθρακας δὲ δεῖν ἀπ' αὐτοῦ λαμβάνειν τοῦ θυσιαστηρίου προστέταχεν εἴσωτε ἀποκομίζειν, τουτέστιν ἐσώτερον τοῦ καταπετάσματος. ἐπιτέθει δὲ οὕτως αὐτοῖς πλήρη τὴν δράκα λεπτοῦ θυμιάματος ποιεῖν. οὗ καὶ εἰς πέρας ἐνηνεγμένου, καλύψει, φησὶν, ἡ ἀτμὴ τοῦ θυμιάματος τὸ ἱλαστήριον τὸ ἐπὶ τῶν μαρτυρίων. τύπος δὲ ἦν αὐτοῦ ὁ Χριστὸς, ὃς τέθυται μὲν ὡς μόσχος. ὁλοκαυτοῦται γε μὴν, ὡς κριὸς, καὶ ὅλην ἐμπίπλησι τὴν ἁγίαν σκηνὴν, τουτέστι τὴν ἐκκλησίαν, τῆς νοητῆς εὐοσμίας ὡς καὶ λέξεται πρὸς ἡμῶν· μύρον ἐκκενωθὲν ὄνομά σου. διὰ τοῦτο νεάνιδες ἠγάπησάν σε, εἵλκυσάν σε. ὀπίσω σου εἰς ὀσμὴν μύρου σου δράμωμεν. ἀλλὰ φέρε τὸν λόγον ἀναβιβάζωμεν ἐν ἀρχαῖς. ἥξει γὰρ οὕτως ἡμῶν καθ' εὐθὺ τοῦ πρέποντος ἡ τῶν νοημάτων ἐφήγησις. μόσχος μὲν οὖν καὶ κριὸς ὑπέρ γε τοῦ Ἀαρὼν, τὰ εἰς θυσίαν ἠγμένα· χίμαροι δὲ δύο παρὰ τοῦ λαοῦ, καὶ μὴν καὶ κριὸς ὁλοκαύτωμα. γέγραπται γὰρ ὧδε· κλῆροι δὲ τοῖς χιμάροις· εἷς μὲν τῷ κυρίῳ, ἕτερός γε μὴν τῷ ἀποπομπαίῳ. καὶ ποῖον ἂν εἴη τὸ ἐπ' αὐτοῖς μυστήριον, εἰπεῖν ἀναγκαῖον. τινὲς μὲν οὖν οἴονται τὸν ἕνα τῶν τράγων, ἀποπομπαίῳ τινὶ καὶ ἀκαθάρτῳ δαίμονι δεδόσθαι τε καὶ ἀνίεσθαι κατὰ τὴν ἔρημον. ἡμεῖς δὲ ταύτην τὴν δόξαν ἐκτόπου δεισιδαιμονίας μεμεστωμένην εἶναί φαμεν, καὶ τῆς εἰς ἑλληνικὴν ἥκοντων πλάνησιν αἰτιαμάτων οὐκ ἀπαλλαξομένην μᾶλλον δέ. προσέπτω γὰρ ὑποστελῆς οἶχα τὸ ἔτι μεῖζον, εἰς ἀνοσιότητα λογισμῶν τῆς εἰς θεὸν ἁμαρτίας εἰσηγητὴν τὸν νόμον εὑρήσομεν, καίτοι τῆς πολυθέου πλάνης πολυτρόπως ἐξέλκοντα, καὶ τὸν ἕνα τε καὶ φύσει παραδεικνῦντα τῶν ὅλων κύριον, καὶ ἐπὶ τὴν τῆς ἀληθείας ἐπίγνωσιν παιδαγωγεῖν εἰωθότα. φαίη γὰρ ἄν τις εὐθὺς τῶν ὀρθὰ φρονεῖν εἰωθότων, ἀνθ' ὅτου προστέταχεν ἀνίεσθαί τε καὶ ἀπονέμεσθαι καθάπερ τινὰ θυσίαν πονηρᾷ καὶ ἀντικειμένῃ δυνάμει τὸν θεῷ προσκεκομισμένον, φημὶ δὴ τὸν χίμαρον. τί δὲ καὶ εὑρήσομεν τῶν ἀναγκαίων εἰς ὄνησιν πεπραχότα τὸν Ἀαρὼν, ὅτε τὰς χεῖρας ἐπιτιθεὶς τῷ τράγῳ, κατηγόρευε τὰς ἁμαρτίας τῶν υἱῶν Ἰσραήλ; ἆρα οὐκ ἂν νοοῖτο τῆς ἀνωτάτω λοιπὸν ἐμβροντησίας τὸ χρῆμα μεστὸν, καὶ δυσσεβείας ἑλληνικῆς, καὶ λογισμῶν σκαιότητος οὐκ ἀπηλλαγμένον; καὶ τίσιν ἢ πῶς ἀμφίλογον ἔτι τό γε οὕτω κατηρρωστηκὸς ἐναργῆ τὴν κατάρρησιν; τί οὖν ἄρα τὸ δρώμενον ἦν; δύο μὲν γὰρ παρεκομίζοντο χίμαροι καλοί τε καὶ ἰσομεγέθεις ἀλλήλοις, ἀμ-

φω

φω τε ἰσήλικες, ὁμόχροοί τε καὶ κατ' οὐδένα τρόπον παθόντες τὴν ἐμπορίαν κλήροι δὲ λοιπὸν ἐγράφοντο δύο, τὰ τῶν χιμάρων ὀνόματα, κατά γε τὸ τῷ νομοθέτῃ δοκοῦν εὖ μάλα κατασημαίνοντες. εἷς μὲν γὰρ ὠνομάζετο κύριος· ἕτερος δὲ ἀποπομπαῖος. ὡς οὖν, τῶν τράγων ὀνομασθέντων τοῦ μὲν ἑνὸς, κυρίου· τοῦ δὲ ἑτέρου, ἀποπομπαίου. διά τοι τὸ ἀποπέμπεσθαι. τοὔνομα γὰρ ἐντεῦθεν αὐτῷ. δαίμονα δὲ οὐχὶ τὸν ἀποπομπαῖον, αὐτὸ δὲ τὸ ζῶον νενοήκαμεν εἰρῆσθαι. καὶ ὁ μὲν κύριος. τοῦτο γὰρ τῶν χιμάρων ἑνὶ ἦν ὄνομα, ὡς ἔφην, ἱεροπρεπῶς ἐσφάζετο. ἡγίαζε δὲ τῷ αἵματι τὴν ἐσωτάτην σκηνὴν, καὶ μὴν καὶ αὐτὸ τὸ ἔξω τε καὶ τῶν καρπωμάτων θυσιαστήριον, ἐφ' ᾧ καὶ τὰς κατὰ νόμον ἐτέλουν θυσίας. ὅ γε μὴν ἕτερος, τουτέστιν ὁ ἀποπομπαῖος, εἰς τὴν ἄβατον ἐξεπέμπετο, κατηγορηκότος ἐπ' αὐτῷ τοῦ Ἀαρὼν τὰς ἁμαρτίας τῶν υἱῶν Ἰσραήλ. σημαίνεται δὲ δι' ἀμφοῖν ὁ Χριστὸς· ἀποθανὼν μὲν, ὡς ἄνθρωπος, καὶ τεθυμένος ὑπὲρ ἡμῶν, ὡς ἐν εἴδει τράγου. ἐσφάζετο γὰρ εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν ὁ χίμαρος, ἁγιάζων δὲ τὴν ἐκκλησίαν, ὡς ἐν τύπῳ νοουμένην τῆς ἐσωτάτης σκηνῆς· καὶ μὴν καὶ αὐτοὺς τοὺς ἐν νόμῳ. ἡγιάζετο γὰρ, ὡς ἔφην, τῷ αἵματι τοῦ χιμάρου καὶ αὐτὸ τὸ κατὰ νόμον θυσιαστήριον. χωρὶς δὲ πάσης ἀντιλογίας, τὸ ἔλαττον ὑπὸ τοῦ κρείττονος εὐλογεῖται. οὐκοῦν ἐν νόμῳ τὸ τέλειον, οὐδ' ἂν ἔχῃ τὸ ἁγιάζειν δυνάσθαι τινὰς ἡ κατὰ νόμον λατρεία. δεῖται γὰρ ἀναγκαίως ὡς τελειοῦν ἰσχύοντος, τοῦ Χριστοῦ, καὶ ἁγιάζοντος τῷ ἰδίῳ αἵματι τοὺς τὴν νομικὴν λατρείαν ἐπιτηδεύοντας. τοιγάρτοι καὶ ὁ θεσπέσιος Παῦλος περὶ ἑαυτοῦ τε καὶ τῶν ἐκ περιτομῆς κεκλημένων, οὕτω πού φησιν· „εἰδότες δὲ ὅτι οὐ δικαιοῦται ἄνθρωπος ἐξ ἔργων νόμου, εἰ μὴ διὰ πίστεως Ἰησοῦ Χριστοῦ. καὶ ἡμεῖς εἰς Ἰησοῦν Χριστὸν ἐπιστεύσαμεν, ἵν' ἔχοιμεν δηλονότι τὴν παρ' αὐτοῦ δικαίωσιν. οὐκοῦν τέθυται μὲν ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν, κατὰ τὰς γραφάς· ἀνεβίω δὲ αὖ, καὶ εἰς τὴν ἀνθρώποις ἄβατον ἀπεδήμησεν χώραν, τουτέστι τὸν οὐρανὸν, ἀποβαστάζων ὥσπερ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν. αὐτὸς γάρ που φησὶν τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν αἴρει, καὶ περὶ ἡμῶν ὀδυνᾶται. τοῦτο οἶμαι ἐστιν ὁ ἀποπομπαῖος. ἀποπέμπεται μὲν γὰρ, ὥσπερ ἐκ τῶν καθ' ἡμᾶς, εἰς τὴν ἄνω πόλιν, ἵν' ἐμφανισθῆναι τῷ τρόπῳ προσώπῳ τοῦ θεοῦ ὑπὲρ ὑμῶν. καὶ πρὸς τοῦτο ἡμᾶς ἐμπεδοῖ γράφων ὁ μακάριος Ἰωάννης· „τεκνία ταῦτα γράφω ὑμῖν, ἵνα μὴ ἁμάρτητε. καὶ ἐὰν δέ τις ἁμάρτῃ, παράκλητον ἔχομεν πρὸς τὸν πατέρα Ἰησοῦν Χριστὸν δίκαιον. καὶ αὐτὸς ἱλασμός ἐστι περὶ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν, οὐ περὶ τῶν ἡμετέρων δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ περὶ τοῦ ὅλου κόσμου. †τάρρεν οὖν, ὅτι διεσμήγμεθα μὲν ἐν Χριστῷ, καὶ τῷ μώλωπι αὐτοῦ ἡμεῖς ἰάθημεν, αὐτὸς δέ ἐστι παράκλητος ὑπὲρ ἡμῶν, καὶ εἰς τὴν ἀνθρώποις ἄβατον ἀναπέ-

† ἴσως ἀρεστὸν

bo coæui eiusdemq; coloris, neque in quoquam alter alterum excellebat, aut pretio differebat: sortes autem deinceps inscribebantur duæ, quæ nomina hircorum, prout legislatori visum fuit, pulchrè significabāt. Alter enim nominabatur Dominus: alter Emissarius. Appellatis itaque hircis, altero quidem Domino, altero verò emissario (eò quòd emitteretur: inde enim nomen deductum est) non dæmonem dictū esse emissarium censebimus, sed animal ipsum ita appellatum. Ac Dominus quidem (id enim nomen erat, vt dixi, alteri hircorum) ritè mactabatur, qui suo sanguine sanctificabat intimum tabernaculum, itemque altare holocaustorū, quod extra erat, in quo & sacrificia secundùm legē peragebantur. Alter verò, hoc est emissarius, in solitudinem dimittebatur, cùm Aaron super illum confessus esset peccata filiorum Israël. Significatur autem CHRISTVS per vtrumque: mortuus est enim tanquam homo, & immolatus pro nobis in specie hirci. Nam hircus sacrificabatur in remissionem peccatorum, sanctificans Ecclesiam, quæ veluti in typo interioris tabernaculi describitur, atque adeò ipsos qui erant sub lege. Sanctificatur enim, vt dixi, sanguine hirci etiam ipsum quod secundū legem erat altare. Atqui citra controuersiam quod minus est à maiore benedicitur. Idcirco in lege non est perfectio: neque potest cultus legalis quenquam sanctificare. Opus enim ei omnino est CHRISTO; quippe qui perficere valet, & sanctificat suo proprio sanguine eos qui sub cultu legali vixerunt. Hinc D. Paulus, cùm de seipso, tum de alijs ex circumcisione vocatis ita ait: *Scientes quòd homo non iustificatur ex operibus legis, nisi per fidem* IESV CHRISTI. *Et nos in* CHRISTVM IESVM *credidimus*, vt scilicet ab ipso accipiamus iustificationē. Immolatus ergo est pro peccatis nostris secundùm Scripturas, & resurrexit iterum, ascenditque in regionem nobis inaccessam, hoc est, in cælū, quasi gestās nostra peccata. Ipse enim, ait Scriptura, tollit peccata nostra, & pro nobis cruciatur. Id, opinor, est ille emissarius. Emissus enim est ex ijs quæ sunt iuxta nos, in supernam ciuitatem, vt nunc in conspectu Dei pro nobis appareat. Huc facit quod affirmat B. Ioannes: *Filioli, hæc scribo vobis, vt non peccetis, & si quis peccauerit, aduocatum habemus* IESVM, *illum iustum. Et hic est propitiatio pro peccatis nostris, nec pro nostris solùm, sed etiā pro toto mūdo.* Placitū itaque DEO vt in CHRISTO simus mundati, & per ipsius vibicem sanati. Ipse verò est aduocatus pro nobis, atque in regionem hominibus inaccessam

Hebr. 7. 7.

Galat. 2. 16. Rom. 3. 20.

Ioan. 5. 29.

1. Ioan. [illegible]

Isai. 52.

cessam emigrauit, cuius typus esse poterit desertum. Ipse enim pro nobis in cælum præcursor tetendit, viamque nobis fecit nouam & viuificantem, atque introducentem in tabernaculũ internum. Quocirca CHRISTVS est *Emissarius*, tanquam hircus, portans nostra peccata. Nam hircus, vt dixi, pro peccatis mactabatur. Quòd autem hirci omnino inter se æquales & similes fuerint, demonstrauit latenter CHRISTVM semper esse eundem. Cùm enim impossibile sit hircum semel mactatum reuiuiscere, miraculum visum est, & nihil aliud. Ceterùm Deus non est amans ostentationis, tametsi omnia miraculosè præstare valens. Ideoque admirabili consilio duo accipiebantur, qui inter se omnimoda similitudine conuenirent. Sicut & in mundatione lepræ factum est, vbi legislator iubebat duas auiculas offerre, quarum vna mactabatur, altera dimittebatur in desertum. Ita enim infinitis ac lucu-lentissimis modis lex nos CHRISTI mysterium docet: cui gloria cum æterno Patre & consubstantiali Spiritu, nunc & semper & in sæcula sæculorum. Amen.

Leuit. 14. 4.

φοικε χώραν, ἧς ἂν εἴη τύπος ἡ ἔρημος. πρόδρομος γὰρ ὑπὲρ ἡμῶν εἰσῆλθεν εἰς τὸν † κόσμον. καὶ αὐτὸς ἡμῖν ἐνεκαίνισε τὴν ὁδὸν, πρόσφατον καὶ ζῶσαν, καὶ εἰσερχομένην εἰς τὸ ἐσώτερον τοῦ καταπετάσματος. ἀποπομπαῖος ἄρα Χριστὸς, ὡς ἐν εἴδει τράγου φέρων ἡμῶν τὰς ἁμαρτίας. χίμαρος γὰρ, ὡς ἔφην, ὑπὲρ ἁμαρτιῶν ἐσφάζετο. ἡ δὲ τῶν χιμάρων εἰς τὸ πᾶν ὁπωσοῦν ἰσότης τε καὶ ὁμοίωσις τὸν αὐτὸν ὄντα παρέδειξεν αἰνιγματωδῶς. ἐπειδὰν γὰρ οὐκ ἦν τὸν σφαγέντα χίμαρον ἀναβιῶναι πάλιν, ἔδοξε γὰρ τερατοποιΐα τις εἶναι τὸ χρῆμα, καὶ ἕτερον οὐδέν. ἀφιλόκομπον δὲ τὸ θεῖον ἀεὶ καίτοι πάντα παραδόξως ἐνεργεῖν ἰσχύον· ταύτητοι καὶ οἰκονομικῶς δύο παρελαμβάνοντο, τὴν πρὸς ἀλλήλους ἐμφέρειαν ἰσοπαλῆ τε καὶ ἀνεπίληπτον ἔχοντες καθάπερ ἀμέλει καὶ ἐπὶ καθαρισμοῦ τοῦ λεπροῦ, δύο πάλιν ὀρνίθια προσκομίζεσθαι δεῖν κεχρησμῴδηκεν ὁ νομοθέτης· ὧν τὸ μὲν ἐσφάζετο, θάτερον δὲ ἀνεῖται κατὰ τὴν ἔρημον. διὰ μυρίων γὰρ ὅσων ἡμᾶς ἐναργεστάτων παραδειγμάτων ἐκπεπαίδευκεν ὁ νόμος τοῦ Χριστοῦ μυστήριον. δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ τῷ θεῷ καὶ πατρὶ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος σὺν ἁγίῳ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

† ἴσως οὐρανόν.

Tod

Τοῦ ἐν ἁγίοις
ΠΑΤΡΟ'Σ ΗΜΩ'Ν
ΚΥΡΙ'ΛΛΟΥ
ἈΡΧΙΕΠΙΣΚΟ'ΠΟΥ
ἈΛΕΞΑΝΔΡΕΙ'ΑΣ
ΓΛΑΦΥΡΩ'Ν
ΕἸΣ ΤΟΥ'Σ ἈΡΙΘΜΟΥ'Σ
ΒΙΒΛΙ'ΟΝ.

Περὶ Χριστοῦ καὶ τῆς Ἰουδαίων συναγωγῆς.

Ἀπηνῆ καὶ ἀγριαίνουσαν ἐπὶ Χριστὸν τὴν γλῶτταν ἀνέντες οἱ τάλανες Ἰουδαῖοι, κατὰ πολλοὺς ἂν ἁλοῖεν τρόπους. γέγονε δὲ ὅτι τὸ χρῆμα αὐτοῖς οὐκ ἀζήμιον, εἰδείη τις ἂν καὶ ἐξ αὐτῶν τῶν συμβεβηκότων. ὁ γὰρ πρωτότοκος Ἰσραήλ, καὶ δόξαν ἔχων τὴν ἐπὶ τῷδε περιφανῆ, ὁ ἀγαπητὸς καὶ ἀπόλεκτος, ὀπίσω τίθεται τῶν ἐθνῶν, καὶ γέγονεν ἐν ἐσχάτοις, μᾶλλον δὲ ἐν παντὶ κακῷ. καὶ τοῦτο αὐτοῖς προαναφωνεῖ
,, κύριος, διὰ Ὠσηὲ λέγων· οὐαὶ αὐτοῖς, ὅτι
,, ἀπεδήμησαν ἀπ' ἐμοῦ. δείλαιοί εἰσιν, ὅτι ἠ-
,, σέβησαν εἰς ἐμέ. ἐγὼ δὲ ἐλυτρωσάμην αὐτούς·
,, αὐτοὶ δὲ κατελάλησαν κατ' ἐμοῦ ψευδῆ. οὐδὲν γὰρ αὐτῶν ἐστιν ἀπηχὲς εἰς λόγους, ὃ μὴ τετολμήκασιν εἰπεῖν. δεδυσφημήκασι γάρ, οὐκ ἐν-
,, νοοῦντες τὸ γεγραμμένον· θάνατος καὶ ζωὴ ἐν
,, χειρὶ γλώσσης· οἱ δὲ κρατοῦντες αὐτῆς, ἔδονται
,, τοὺς καρποὺς αὐτῆς. ἐπειδὴ δὲ πεπαρῳνήκασιν εἰς αὐτόν, ἀχάλινον εἰς συκοφαντίαν τὴν γλῶσσαν ἀνέντες, καθάπερ ἔφην ἀρτίως· ταύτῃ τοι καὶ τῆς εἰς αὐτὸν ἐλπίδος διωλισθήκασι, καὶ δὴ μὴ ἀ-
,, κουόντων λέγοντος· οὗτος ὁ κλῆρός σου, καὶ
,, ἡ μερὶς τοῦ ἀπειθεῖν ὑμᾶς ἐμοί, λέγει κύριος. οὐκοῦν ὅτι γλωσσαλγίας ἐγκλήμασι γεγονότες ἔνοχοι, καὶ τῆς εἰς Χριστὸν παροινίας πικρὰς ἔμελλον ἀποτιννῦσαι δίκας, καὶ ἐκ τῶν γεγραμμένων ἐν τοῖς Ἀριθμοῖς εὖ μά-
,, λα συνθήσομεν. ἔχει δὲ οὕτως· καὶ ἐλάλησεν
,, Μαριὰμ καὶ Ἀαρὼν κατὰ Μωσῆ ἕνεκεν τῆς γυ-
,, ναικὸς τῆς αἰθιοπίσσης, ἣν ἔλαβε Μωυσῆς, ὅτι
,, γυναῖκα αἰθιόπισσαν ἔλαβε. καὶ εἶπον· μὴ
,, Μωυσῇ μόνῳ ἐλάλησε κύριος; οὐχί, καὶ ἡ-
,, μῖν ἐλάλησε; καὶ ἤκουσε κύριος. καὶ ὁ ἄνθρω-
,, πος Μωυσῆς πρᾷος σφόδρα παρὰ πάν-
,, τας ἀνθρώπους τοὺς ὄντας ἐπὶ τῆς γῆς. καὶ εἶπε

D. CYRILLI
ARCHIEPISCOPI
ALEXANDRINI
GLAPHYRORVM
IN NVMEROS
LIBER VNVS.

ANDREA SCHOTTO Societ. IESV interprete.

De Christo & Iudæorum Synagoga.

QVOD effreni atque effera aduersus CHRISTVM lingua vsi sint miseri Iudæi, multis modis deprehendi potest. Quòd verò id non impunè fecerint, facilè quis videat ex his quę ipsis acciderunt. Nam Israël, qui primogenitus erat, eximiaque ob hoc gloria præstabat, olim dilectus & electus, Gẽtibus postpositus est, factusque in postremis: imò verò omnibus malis inuolutus: quod ipsum præsignificauit Dominus per vocem Oseæ dicens: *Væ ipsis, quia desciuerunt à me.* † *Miseri sint, quia præuaricati sunt in me. Ego autem redemi eos. Sed ipsi locuti sunt contra me mendacium.* Nihil enim est tam absurdum quod non ausi sint dicere. Maledixerunt enim non perpendentes illud: *Mors & vita in manu linguæ.* † *Qui huic dominantur, comedunt fructus illius.* Posteaquam verò debacchati sunt in ipsum, effreni ad calumnias lingua grassati sunt, vt modò dixi: idcirco etiã spe in ipsum exciderunt, vtpote qui non audiant ipsum dicentem: *Hæc est sors tua, & pars tua: nempe,* † *vt mihi non credatis, dicit Dominus.* Quare quòd istis morbus linguæ crimini fuerit, quodque debacchationis in CHRISTVM graues pœnas daturi sint, etiam ex ijs quæ in libro Numerorum scripta sunt optimè intelligemus. Ita verò habent: *Et locuti sunt Maria & Aaron contra Moysen, propterea quòd Aethiopissam duxerat vxorem: nam is Aethiopissam accepit vxorem. Dixeruntque, Num Dominus soli Moysi locutus est? An non & nobis quoque est locutus? Et audiuit hæc Dominus. Moyses autem erat valdè mansuetus homo, præ omnibus alijs, qui sunt in terra. Dixitque*

Osea 7.13.
† *Vulgata:* Vastabuntur, quia, &c.
Prou. 18. 21.
† οἱ τὲ κρατοῦντες.
Vulgata: Qui diligunt eam.
Ier. 13. 25.
† quia oblitus es mei. *Sic LXX.*
Num. 12. 1.
Moyses præ cunctis mansuetus.

Dominus confestim ad Moysen & Aaron & Mariam: Exite vos tres in tabernaculum testimonij. Et egressi sunt in tabernaculum testimonij. Dominus autem descendit in columna nubis, & stetit in porta tabernaculi testimonij, vocatiq; sunt Aaron & Maria. Et accesserunt ambo. Tunc dixit Dominus ad ipsos: Audite verba mea. Si missus fuerit vobis propheta à Domino, huic ego per visionem innotescam, & in insomnijs loquar ei. Non sicut seruo meo Moysi, qui fidelis est in tota domo mea. Ex ore ad os loquar ei per speciem, & non per ænigmata, ipseq; gloriam meam vidit. Quare ergo vos non timuistis obloqui seruo meo Moysi? Et furor iræ Domini exarsit contra eos, & discesserunt. Et nubes quoque discessit à tabernaculo Et ecce Maria erat leprosa instar niuis. Et respexit Aaron ad Mariam, & ecce erat leprosa. Dixitq; Aaron ad Moysem: Rogo, Domine, ne imponas nobis peccatum, quia ignorauimus contra quem peccauimus. Ne fiat vt æquale morti, vt abortiuum egrediens de vulua matris suæ, & quod dimidium carnis ipsius absumit. Clamauitq; ad Dominum Moyses, dicens: Deus, rogo te sanes eam. Dixitq; Dominus ad Moysen: Si pater eius expuendo expuisset in faciem ipsius, non erubesceret? Septem diebus separetur extra castra, & deinde redibit. Et separata est Maria extra castra septem dies, neque populus priùs discessit quàm Maria fuerat mundata. Affinia etiam hæc sunt ijs quæ iam diximus. Neque enim abhorrent ab illorum consideratione, sed propinquam ac vicinam eis habent sententiam. Siquidem & hæc pandunt mysterium CHRISTI, & ignominiã eorum, quibus Synagoga Iudæorum in ipsum debacchata est, ob oculos ponunt. Modus autem peccatorum parum admodum discrepat. Nam in illis quidẽ Synagoga laborabat lepra, & immunda erat, multis ac varijs erroribus seipsam corrumpens. In his verò sermo noster solius in CHRISTVM debacchationis crimina describit, itemque tumorem superbiæ Iudæorum depingit, & è contrario mansuetudinem ostendit eius, qui dicit: *Discite à me quia mitis sum & humilis corde.* (Matt. 11. 29) Adhæc eius etiam qui iustè iudicat benignitatem commemorat, quique non in perpetuum neque infinita ira in peccatores sæuiat, sed qui ita vulnerat vt post plagam rursum sanet saluumque faciat. (1. Reg. 2. 6. Deut. 32. 39) Totus igitur eorum quę hîc proposita sunt scopus in hisce quæ summatim & paucis dixi, versatur. Nunc autem particulatim singula eorum quæ dicta sunt prosequentes, sensum qui in eis latet, eruemus, Deo ostium sermoni nostro aperiente, qui & dicit sperantibus in

κύριος παραχρῆμα πρὸς Μωυσῆν καὶ Ἀαρὼν καὶ Μαριάμ· ἐξέλθετε ὑμεῖς οἱ τρεῖς εἰς τὴν σκηνὴν τοῦ μαρτυρίου. καὶ ἐξῆλθον οἱ τρεῖς εἰς τὴν σκηνὴν τοῦ μαρτυρίου. καὶ κατέβη κύριος ἐν στύλῳ νεφέλης, καὶ ἔστη ἐπὶ τὰς θύρας τῆς σκηνῆς τοῦ μαρτυρίου. καὶ ἐκλήθησαν Ἀαρὼν καὶ Μαριάμ, καὶ ἐξῆλθον ἀμφότεροι. καὶ εἶπε πρὸς αὐτοὺς κύριος· ἀκούσατε τὸν λόγον μου. ἐὰν γένηται ὑμῶν προφήτης κυρίῳ, ἐν ὁράματι αὐτῷ γνωσθήσομαι, ἐν ἐνυπνίῳ λαλήσω αὐτῷ. οὐχ οὕτως ὡς ὁ θεράπων μου Μωυσῆς ἐν ὅλῳ μου τῷ οἴκῳ πιστός ἐστι. στόμα κατὰ στόμα λαλήσω αὐτῷ ἐν εἴδει, καὶ οὐ δι' αἰνιγμάτων. καὶ τὴν δόξαν κυρίου εἶδε. καὶ διά τι οὐκ ἐφοβήθητε καταλαλῆσαι κατὰ τοῦ θεράποντός μου Μωυσῆ. καὶ ὀργὴ θυμοῦ κυρίου ἐπ' αὐτοῖς, καὶ ἀπῆλθον· καὶ ἡ νεφέλη ἀπέστη ἀπὸ τῆς σκηνῆς· καὶ ἰδοὺ Μαριὰμ λεπρῶσα ὡσεὶ χιών. καὶ ἐπέβλεψεν Ἀαρὼν πρὸς Μαριάμ, καὶ ἰδοὺ λεπρῶσα. καὶ εἶπεν Ἀαρὼν πρὸς Μωυσέα, δέομαι, κύριε, μὴ συνεπίθῃ ἡμῖν ἁμαρτίαν, διότι ἠγνοήσαμεν καθ' ὃ ἡμάρτομεν. μὴ γένηται ἡμῖν ὡς ἴσον θανάτου, ὡσεὶ ἔκτρωμα ἐκπορευόμενον ἐκ μήτρας μητρός, καὶ κατεσθίει τὸ ἥμισυ τῶν σαρκῶν αὐτῆς. καὶ ἐβόησε Μωυσῆς πρὸς κύριον λέγων, ὁ θεός, δέομαί σου, ἴασαι αὐτήν. καὶ εἶπε κύριος πρὸς Μωυσῆν· εἰ ὁ πατὴρ αὐτῆς πτύων ἐνέπτυσεν εἰς τὸ πρόσωπον αὐτῆς, οὐκ ἐντραπήσεται; ἑπτὰ ἡμέρας ἀφορισθήσεται ἔξω τῆς παρεμβολῆς. καὶ μετὰ ταῦτα εἰσελεύσεται. καὶ ἀφωρίσθη Μαριὰμ ἔξω τῆς παρεμβολῆς ἑπτὰ ἡμέρας, καὶ ὁ λαὸς οὐκ ἐξῆρεν, ἕως οὗ ἐκαθαρίσθη Μαριάμ. συγγενῆ μὲν οὖν καὶ ταῦτα τοῖς ἤδη προειρημένοις. τῆς γὰρ ἐν ἐκείνοις θεωρίας οὐ λίαν ἀπῴκισται, ἀδελφὴν δὲ ὥσπερ καὶ συμφυᾶ τὴν διάνοιαν ἔχει. λαλεῖ γὰρ καὶ αὐτὰ τὸ μυστήριον, καὶ τῆς Ἰουδαίων συναγωγῆς τὴν ἐφ' οἷς εἰς αὐτὸν πεπαρῴνηκεν ἀτιμίας εἰσφέρει. διαλλάττει δέ πως κατὰ μέρος βραχὺ τῶν πλημμελημάτων ὁ τρόπος. ἐλεπροῦτο μὲν γὰρ ἐν ἐκείνοις ἡ συναγωγή, καὶ ἀκάθαρτος ἦν πολλοῖς καὶ διαφόροις πλάσμασιν ἑαυτὴν καταφθείρουσα. ἐν δὲ τούτοις, μόνοις ἡμῖν τῆς εἰς Χριστὸν παροινίας ὁ λόγος ἀναπλάττει τὰ ἐγκλήματα, καὶ τῆς μὲν Ἰουδαίων ἀλαζονείας διαγράφει τὸ φύσημα. καταδεικνύς δὲ τὴν πραότητα τοῦ λέγοντος· μάθετε ἀπ' ἐμοῦ ὅτι πρᾶός εἰμι καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ. πρὸς δὲ τούτοις ἔτι καὶ τὴν τοῦ τὰ δίκαια κρίνοντος εἰσκομίζει φιλανθρωπίαν μὴ μέχρι παντός, μηδὲ ἀπέραντόν τινα τὴν ὀργὴν τοῖς πλημμελοῦσιν ἐπάγοντος· ἁρμοσθέντος μετὰ τὸ πλῆξαι, σώζοντός τι καὶ ὑγιάζοντος. ὡς μὲν οὖν ἐν κεφαλαίῳ ἐν ὀλίγοις εἰπεῖν, ὅλως ἐν τούτοις ὁ τῶν προκειμένων διατείνει σκοπός. διαλαβόντες ἀνὰ μέρος τῶν εἰρημένων ἕκαστον, τὸν ἐν αὐτοῖς λανθάνοντα διαπτύξωμεν νοῦν, θύραν τῷ λόγῳ διανοιγνύντος θεοῦ τοῦ λέγοντος τοῖς ἐλπίζουσιν ἐπὶ αὐτόν.

αὐτὸν· καὶ δώσω σοι θησαυροὺς σκοτεινοὺς, ἀποκρύφους, ἀοράτους ἀνοίξω σοι. κατειρήκασι τοίνυν τοῦ πανσόφου Μωσέως Ἀαρών τε καὶ Μαριὰμ ἕνεκεν τῆς γυναικὸς τῆς αἰθιοπίσσης ἣν ἔλαβε, καὶ εἶπαν, μὴ Μωυσῇ μόνῳ ἐλάλησε κύριος, οὐχὶ καὶ ἡμῖν ἐλάλησε; δύο ταῦτα τῆς κατὰ Μωσέως φλυαρίας τὰ ἐγκλήματα. πρῶτον μὲν, ὅτι γυναῖκά φημι τὴν αἰθιόπισσαν ἔλαβε. πρὸς δὲ τούτῳ δεύτερον, τὸ εἰπεῖν· μὴ Μωυσῇ μόνῳ ἐλάλησε κύριος, οὐχὶ καὶ ἡμῖν ἐλάλησεν. ἐν μὲν γὰρ τῷ πρώτῳ παρανομίας ὑπομένει γραφήν· ἐν δὲ τῷ δευτέρῳ, τὸ μὴ ἐν μεγάλοις σφόδρα τεθεῖσθαι λέγεται, μήτε μὴν ἐξαίρετόν τινα παρὰ τοὺς ἄλλους ἐσχηκέναι τὴν χάριν, εἴγε καὶ ἑτέροις ὁρᾶται λαλήσας θεός. ἐροῦμεν δὲ κατὰ τάξιν, τῷ πρώτῳ κατηγορήματι τὸν πρῶτον ἀπονέμοντες λόγον. οὕτω τε πάλιν ἐντεῦθεν τὰ ἐκ τῶν τύπων εἰς αὐτὸν ἤδη μεταληψόμεθα τὸν Χριστόν. γυναῖκα μὲν τοίνυν ἠγάγετο καὶ πάλαι Μωσῆς, καὶ σύνοικον τὴν Μαδιανῖτιν ἐποιήσατο, τὴν Ἰοθὸρ θυγατέρα φημί. χρόνου δὲ παρελθόντος οὐ μικροῦ τὴν αἰθιόπισσαν ἐπιγάμει, καὶ ἀλλογενῆ καὶ μέλαιναν. καί τοι τοῦ νομοθέτου σαφῶς διαγγέλλοντος, μὴ χρῆναι τοῖς ἀλλογενέσιν ὅλως ἐπιμίσγεσθαι τοὺς υἱοὺς Ἰσραήλ, οὕτω γὰρ γέγραπται· τὴν θυγατέρα σου οὐ δώσεις τῷ υἱῷ αὐτοῦ, καὶ τὴν θυγατέρα αὐτοῦ οὐ λήψῃ τῷ υἱῷ σου. ἐπὶ τούτοις ὡς παρανομίας ὁ μέγας κρίνεται Μωσῆς, ὑπό τε τοῦ Ἀαρὼν καὶ τῆς Μαριὰμ, οὐ νενοηκότων κατὰ τὸ εἰκὸς, καὶ δι' αὐτοῦ πάλιν ὡς ἐν τύπῳ τὸ καλῶς οἰκονομηθὲν μυστήριον. ὅπερ ἤδη φανερὸν ὡς ἔνι καταστήσομεν, τὴν τοῦ πράγματος φύσιν εἰς αὐτὸν εὖ μάλα κατασκευάζοντες τὸν Χριστὸν, ᾧ καὶ νῦν τὸ Μωσέως περιθήσομεν πρόσωπον. νομοθέτης γὰρ ὁ Χριστὸς καὶ μεσίτης θεοῦ καὶ ἀνθρώπων, ὥσπερ οὖν ἦν ἀμέλει κἀκεῖνος. ἐπεὶ καὶ οὗτος ἡμῖν καθεσήμαινε λέγων· προφήτην ὑμῖν ἀναστήσει κύριος ὁ θεὸς ἡμῶν ἐκ τῶν ἀδελφῶν ὑμῶν, ὡς ἐμέ. εἰς δέ γε τὸ σχῆμα τῆς Ἰουδαίων ἱερωσύνης Ἀαρὼν ληφθήσεται, καὶ ἀναπληρώσει τῆς συναγωγῆς τὸ πρόσωπον ἡ Μαριάμ. κατηγόρευσαν τοίνυν τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Χριστοῦ καὶ οἱ τῶν Ἰουδαίων πρεσβύτεροι, καὶ αὐτὴ δὲ μετ' ἐκείνων ἡ συναγωγή, τὴν τῶν θείων ἐνταλμάτων παράβασιν ἐγκαλοῦντες αὐτῷ, διά γε τοῦ λέγειν· εἰ ἦν οὗτος παρὰ θεοῦ ὁ ἄνθρωπος, οὐκ ἂν ἔλυε τὸ σάββατον. διεπρίοντο δὲ καὶ καθ' ἕτερον τρόπον. ὅτι τὴν μέλαιναν, τουτέστι τὴν ἐξ ἐθνῶν ἐκκλησίαν, ἐμνηστεύετο, καὶ ἐπεγάμει τρόπον τινὰ τῇ πρώτῃ, τουτέστι τῇ Ἰσραηλίτιδι, ἥτις ἦν πάλιν ἡ συναγωγή. ὅτι δὲ διεπρίοντο καταλυομένων αὐτοῖς τῶν ἐξ εἰκαίας ἐπιτηρήσεως ἐθῶν, ἢ καὶ τῶν ἐν τύποις λαληθέντων διὰ Μωσέως, οὐ χαλεπὸν συνιδεῖν τὸν ἅπαξ τοῖς εὐαγγελικοῖς ὁμιλοῦντα συγγράμμασιν. ὅτι δὲ πάλιν ἐμνηστεύετο τὴν ἐξ ἐθνῶν ἐκκλησίαν, μελαινομένην ἔτι διὰ τὸ ἐν γνώσει καὶ τρόποις σκοτεινόν. οὔπω γὰρ ἦν

se: *Et dabo tibi thesauros absconditos, & tenebris obrutos atq; inuisibiles aperiā tibi.* Contradixerūt itaq; Aaron & Maria sapienti Moysi propter Æthiopissam quā duxerat, & dixerūt; *Num Moysi soli locutus est Deus? An non & nobis locutus est?* Duobus hisce nominibus Moysen incusant: Primū, quod Æthiopissam duxerat: deinde quòd ei Dominus soli locutus fuerat. In primo accusant eum præuaricationis legis; in secundo, quòd non admodum magnificatus sit, neque præter ceteros singularem acceperit gratiam: siquidem Deus visus est & alijs loqui. Dicemus autem de his ordine, & primum locum tribuemus primæ accusationi; sicque iterum ea quæ in typis sunt in ipsum transferemus CHRISTVM. Duxit itaque Moyses primò vxorem, & coniugem sibi sociauit Madianitidem, filiam inquam Iother; postea verò non paruo tempore interiecto, duxit Æthiopissam & alienigenam ac nigram. Atqui legislator apertè vetuerat, ne quis ex sanguine Israël cum alienigenis commisceretur. Ita enim scriptum est: *Filiam tuam non dabis filio illius, nec filiā eius accipies filio tuo vxorem.* Ideo tanquam præuaricator legis iudicatus est Moyses ab Aarone & Maria, ignorantibus, vt verisimile est, mysterium per ipsum quasi in typo pulcrè adumbratum: quod quidem (quoad eius fieri poterit) perspicuum ob oculos ponemus, rei nimirum ipsius naturam pulchrè ad ipsum traducentes CHRISTVM, cui & nūc Moysis tribuemus personam. Nam CHRISTVS est legislator & mediator Dei atque hominum, sicut ferè & ille. Siquidem etiam hic nobis illum insigniuit, dicens: *Prophetam vobis excitabit Dominus ex fratribus vestris, sicut me.* Aaron verò in figuram sacerdotij Iudæorū assumetur: Maria autem præstabit personam Synagogæ. Accusarunt itaque & seniores Iudæorum CHRISTVM Saluatorem nostrum, & cum illis Synagoga, vtpote qui ipsi objiciāt transgressionem mandatorum, dum aiunt: *Si hic homo esset ex Deo, non solueret sabbatum.* Præterea & alio modo fremebant, nempe quòd Æthiopissam istam nigram, hoc est, Ecclesiam Gentium sibi adiunxerit, & quodammodo post primam, hoc est Israëlitidē, duxerit, quæ rursum fuerit Synagoga. Quòd verò fremebant, eò quòd infringeretur vana ipsorum obseruationis consuetudo, aut alioqui ea quæ in figura à Moyse dicta sunt, non difficile fuerit intelligere ei, qui vel leuiter in litteris Euangelicis fuerit versatus. Quòd verò rursus sibi desponsauerit Ecclesiam Gentium adhuc nigricantem ob mentis suæ tenebras, (nondum enim in ipsa

Marginal notes: Isai. 45. — Num. 12. — Moysis uxor Æthiopissa. — Deut. 7. 3. — Exod. 34. 16 — Moyses CHRISTI typus. — Deut. 18. 15. — Ioan. 9. 16.

erat vera lux, quæ nouit illuminare albumque reddere) facilè admodum quis ex Prophetis demonstrauerit. Conuenientius autẽ apparet per Saluatoris nostri administrationẽ id ostendi. Siquidẽ Samaritanis, cùm alienigenæ essent, prædicauit, atque ita in illis principiũ ac veluti fundamẽtũ iecit vocationis Gentium. Quòd autẽ Gẽtes fuerint alienigenæ, atque à grege Iudæorum separatæ, quiuis hinc absq; negotio perspexerit. Nam cùm emitteret suos discipulos regnũ cælorum annuntiaturos: *Ne abeatis*, inquit, *in vias gentium, nec in ciuitatem Samaritanorum ingrediamini: sed ite potiùs ad oues perditas domus Israël.* Viden' quomodo illas posuerit extra oues domus Israëliticæ? Ergo antequam repudiauit Israëlitidem, hoc est, Synagogam, aliquo modo vxorem sibi adiunxit nigram alienigenam, hoc est Ecclesiam Gentium: idcirco cum Iudæis disceptans aiebat: *Et alias oues habeo quæ non sunt de hoc ouili: & has oportet me adducere, vocemq; meam audient, & fiet vnum ouile & vnus pastor.* Imò verò ibidẽ paulo pòst vehementiùs arguens eos tanquã incredulos, quando ipsum apertè interrogabant, dicẽtes: *Si tu es* CHRISTVS, *dic nobis liberè*. respondebat eis IESVS: *Ego dixi vobis, & nõ creditis. Opera quæ ego facio in nomine Patris mei, hæc testãtur de me. Sed vos non creditis, quia nõ estis ex ouibus meis.* Suas nũc oues appellat Gentes. Quod etiam Pharisæi indignissimè ferebãt, atque aduersus eũ fremebãt, tanquã amantẽ alienigenas, legemque diuinam nihili facientẽ. Atque ita cauillantes dicebant: *Nónne rectè dicimus, quòd Samaritanus sis, & dæmonium habeas?* Nisi enim, inquiebant, saperes ea quæ sunt Samaritanorum, atque esses Græcorũ amãs & alienigenarum, nunquam certè te in vniuersum miscuisses cum Gentibus. Et nisi quoque in te idem esset dæmonium quod est in Græcis (Idololatras enim *Dæmoniontas* propter diabolum, qui ipsos exagitabat, vocabant) non quidem certè ita vilipenderes legalium præceptorum transgressionem. Quamquam ea quæ per ipsum gesta sunt, veriùs impletio legis sint, quàm transgressio, iuxta illud quod ab eo dictum est: *Non veni soluere legem, sed vt implerem.* Erat enim ipsius actio, litteram solam ad veritatem traducere. In his quidẽ accusationis nigræ versutia, & hoc in CHRISTVM malignitatis specimen, vt in Moysem deriuatur. Sed iam cognatum huic atque affine conuitium adducemus, eorum quæ dicuntur, sententiam veluti ex typo rursum ad veritatem transferẽtes. *Non enim*, inquit, *soli Moysi locutus est Deus, sed etiã nobis locutus est.* Sermo ex superbia & vano tumore profe-

Gentes, alienigenæ sunt.

Matt.10.5.

Ioan 10.16.

Ioan.8.48.

Matt 5.18.

Num.12.2.

ἐν αὐτῇ τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν, τὸ καταλαμπρύνειν καὶ καταλευκαίνειν εἰδός. συλλέξαι μὲν ἄν τις καὶ λίαν εὐκόλως τὴν ἐκ προφητῶν ἀπόδειξιν. πρεπωδέστερον δέ μοι φαίνεται διὰ τῆς τοῦ Σωτῆρος οἰκονομίας ἐπιδεικνύειν αὐτό. οὐκοῦν ἀλλογενέσι μὲν οὖσι τοῖς Σαμαρείταις ἐκήρυττε, καὶ ἀρχὴν ὥσπερ τινὰ καὶ θεμέλιον τῆς τῶν ἐθνῶν ἐκκλησίας ἐν ἐκείνοις προκατεβάλλετο. ὅτι δὲ ἦσαν ἀλλογενεῖς καὶ τῆς ἐξ Ἰσραὴλ ἀγέλης ἐξηυλισμένοι, κατίδοι τις ἂν κἀντεῦθεν ἀπονητί. τοὺς γὰρ ἑαυτοῦ μαθητὰς καταγγέλλοντας ἐκπέμπων τῆς οὐρανῶν βασιλείας τὸ κήρυγμα· μὴ ἀπέλθητε, φησὶν, εἰς ὁδὸν ἐθνῶν, » καὶ εἰς πόλιν Σαμαρειτῶν μὴ εἰσέλθητε. πο- » ρεύεσθε μᾶλλον πρὸς τὰ ἀπολωλότα πρόβα- » τα τοῦ οἴκου Ἰσραήλ. » ὁρᾷς ὅπως ἔξωθεν τέθεικεν ἐκείνους τῶν προβάτων τοῦ οἴκου Ἰσραήλ; οὐκοῦν οὔπω μὲν τῶν τῆς Ἰσραηλίτιδος ἀποφοιτήσας γάμων, τουτέστι τῆς συναγωγῆς· ἔτι δέ πως αὐτῇ δοκῶν συνοικεῖν, ἐπεμνηστεύετο τρόπον τινὰ, καὶ ἐπεγάμει τὴν μέλαιναν τὴν ἀλλογενῆ, τουτέστι τὴν ἐξ ἐθνῶν ἐκκλησίαν. διὰ τοῦτο καὶ πρὸς Ἰουδαίους διαλεγόμενος ἔφασκε, καὶ ἄλλα πρόβατα ἔχω, » ἃ οὐκ ἔστιν ἐκ τῆς αὐλῆς ταύτης, κἀκεῖνά με δεῖ » ἀγαγεῖν, καὶ γενήσεται μία ποίμνη, εἷς ποιμήν. » δριμύτερον δέ πως καὶ ἐξελέγχων ὡς ἀπειθεῖς ὅτι διαρρήδην ἀπεπυνθάνοντο λέγοντες· εἰ σὺ εἶ » Χριστὸς, εἰπὲ ἡμῖν παρρησίᾳ. ἀπεκρίθη αὐτοῖς » ὁ Ἰησοῦς· εἶπον ὑμῖν, καὶ οὐ πιστεύετε. τὰ ἔργα ἃ » ἐγὼ ποιῶ ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ πατρός μου, ταῦτα » μαρτυρεῖ περὶ ἐμοῦ. ἀλλ᾽ οὐ πιστεύετε, ὅτι οὐκ » ἐστὲ ἐκ τῶν προβάτων τῶν ἐμῶν. ἴδια γὰρ ἤδη πρό- » βατα, τοὺς ἐξ ἐθνῶν ἀπεκάλει. ἐφ᾽ ᾧ καὶ λίαν οἱ Ἰουδαῖοι διαπριόμενοί τε καὶ χαλεπαίνοντες, ὡς ἀγαπῶντι μὲν τοὺς ἀλλογενεῖς, παρ᾽ οὐδὲν δὲ τὸ θεῖον ποιουμένῳ νόμον ἐπισκήπτοντες ἔφασκον, οὐ καλῶς ἡμεῖς λέγομεν ὅτι Σαμαρείτης εἶ » σὺ, καὶ δαιμόνιον ἔχεις; εἰ μὴ γάρ φασι τὰ Σα- » μαρειτῶν, εἰ μὴ φιλέλλην ἦσθα καὶ φιλαλλογενὴς, οὐκ ἂν ὅλως ἀνεμίχθης τοῖς ἐξ ἐθνῶν. καὶ εἰ μὴ τὸ ἐν Ἕλλησι δαιμόνιον ὑπῆρχεν ἐν σοί. δαιμονιῶντας γὰρ ἐκάλουν τοὺς εἰδωλολάτρας, διὰ τὸν ἐν αὐτοῖς ὄντα διάβολον, οὐκ ἂν ἐν τῷ μηδενί, φασιν, ἐποιήσω λέγω τὴν νομικῶν ἐνταλμάτων τὴν παράβασιν. καίτοι μάλιστα πλήρωσις μᾶλλόν ἐστι νόμου τὰ διὰ Χριστοῦ, καὶ οὐ παράβασις κατὰ τὸ εἰρημένον παρ᾽ αὐτοῦ, οὐκ » ἦλθον καταλῦσαι τὸν νόμον, ἀλλὰ πληρῶσαι. » ἦν γὰρ μόνου τοῦ γράμματος μετασκευὴ πρὸς ἀλήθειαν. ὁ μὲν οὖν ἐπὶ τῇ ἐπὶ τῇ μελαίνῃ κατηγορίας τρόπος ἐν τούτοις, καὶ ἡ τῆς ἐν Χριστῷ δυστροπίας εἰκὼν, ὡς ἐν τοῖς κατὰ Μωσέα ληφθήσεται, τὴν δὲ τούτῳ καὶ γείτονα καὶ ἀδελφὴν λοιδορίαν εἰσοισόμεθα ὡς ἐκ τύπου πάλιν ἐπὶ τὸ ἀληθὲς μεταστοιχειοῦντες τῶν λεγομένων τὸν νοῦν. οὐ γὰρ μόνῳ φησὶ τῷ Μωυσεῖ λε- » λάληκε κύριος· ἀλλὰ καὶ ἡμῖν ἐλάλησεν. » ἐξ ἀλαζονείας ὁ λόγος, ἐκ διακένου φυσήματος ἡ φωνή.

νῇ. χρῆναι γὰρ δή που φρονοῦντας ὀρθῶς μὴ πάντως εἰς ἴσον ἀναβαίνειν ἐπείγεσθαι μέτρον τῷ δικαίως ἀνέχοντι. „οἶδά σε παρὰ πάντας, „καὶ χάριν εὗρες παρ' ἐμοί· ἀνατιθέναι μᾶλλον τὰ ἐφ' οἷς τετίμηνται χαριστήρια, τὴν ἄνωθεν ὡρισμένην οὐχ ὑπερβαίνοντας τάξιν. οὔτε μὴν ἁρπάζοντας ἑαυτοῖς τὴν οὕτω δοθεῖσαν τιμὴν ὅπερ ἂν νοοῖτο δικαίως τῆς ἐσχάτης ἀλαζονείας οὐκ ἀμοιρεῖν. ἀλλ' ἐννόει πάλιν τὸν μὲν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, φανερὸν τοῖς Ἰουδαίοις καθιστῶντα τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς τὸν αὐτῷ καὶ μόνῳ φυσικῶς ἐγνωσμένον σκοπὸν „καὶ λέγοντα, ἀπ' ἐμαυτοῦ οὐ λαλῶ, ἀλλ' ὁ πέμ„ψας με πατὴρ, αὐτός μοι ἐντολὴν δέδωκε τί „εἴπω καὶ τί λαλήσω· καὶ πάλιν· τὰ ῥήματα ἃ „ἐγὼ λαλῶ, οὐκ ἔστιν ἐμὰ, ἀλλὰ τοῦ πέμψαν„τός με. εἶτα πρὸς τοῦτο πάλιν ἀποθρασύνεσθαι μελετῶντας σὺν ἀνόμοις γραμματεῖς τε καὶ φαρισαίους, καὶ ἐπὶ τῷ λαλῆσαι πρὸς σὺν πατέρας αὐτῶν τὸν θεὸν, οὐ μετρίως ἀπαυθαδιαζομένους, ταύτης ἕνεκα τῆς αἰτίας ἀπειθεῖν ᾑ„ρημένους. λέγουσι γάρ· ἡμεῖς οἴδαμεν ὅτι Μω„σεῖ λελάληκεν ὁ θεός· τοῦτον δὲ οὐκ οἴδα„μεν πόθεν ἐστίν. ὁρᾷς οὖν ὅπως διὰ τοῦ λέγειν ἐξεπίστασθαι λαλῆσαι τὸν θεὸν Μωυσῇ, μονονουχὶ γὰρ τὸ ἀρχαῖον ἐκεῖνό φασι καὶ σκλη„ροτέροις ῥήμασι· μὴ Χριστῷ μόνῳ λελάληκεν „ὁ θεὸς καὶ πατὴρ, καὶ οὐχὶ τοῖς ἡμετέροις πατράσιν; ἐν δὲ τῷ ὄρει τῷ Σινᾶ· καὶ ἤκουσε κύριος. καὶ ὁ ἄνθρωπος Μωυσῆς πρᾶος σφόδρα παρὰ πάντας ἀνθρώπους τοὺς ὄντας ἐπὶ τῆς γῆς. ἀλαζονείας ὡς ἔοικεν ἀφορμὴν τὴν Μωσέως ἐποιοῦντο πραότητα Μαριάμ τε καὶ Ἀαρών. ἀλλ' ἐπὶ τούτῳ καὶ δυσωπούμενος ἐκείνου χαλεπαίνει θεὸς, καὶ αὐτόκλητος ἐπὶ τὸ δικαίως ἀγανακτεῖν κατὰ τῶν ἐξυβρίσαι τετολμηκότων ἔρχεται. τὴν ἐπὶ τῷ γνησίῳ λειτουργῷ καταφρόνησιν, εἰς αὐτὸν οἰκειούμενος. οὕτω νοήσεις καὶ ἐπὶ Χριστοῦ. ἀπὸ μὲν γὰρ τῆς ἐνούσης αὐτῷ πραότητός τε καὶ φιλανθρωπίας προαλέστεροί πως εἰς καταφρόνησιν ἦσαν οἱ φαρισαῖοι· ἀλλ' ἦν, ὡς ἔοικεν ἀναμφισβητήτως ὁρᾶν, ὡς οὐ διαφεύξουσι τὴν ἄνωθεν † κίνησιν. ὡς γὰρ ὑβρισμένος ἐν υἱῷ, δυσφορήσειν ἔμελλεν ὁ θεὸς καὶ πατήρ. εἶχε γὰρ γνῶσιν ἀδιδάκτως, καὶ διὰ θεοπρεποῦς γνώσεως, τοὺς ἐκ τῆς τῶν φαρισαίων ὑπεροψίας ἀποπτυσθέντας λόγους. εἶτα τούτοις ἐφεξῆς, καὶ εἶπε κύριος παρα„χρῆμα, φησὶ, πρὸς Μωυσῆν καὶ Ἀαρὼν, καὶ „Μαριὰμ, ἐξέλθετε ὑμεῖς οἱ τρεῖς εἰς τὴν „σκηνὴν τοῦ μαρτυρίου. καὶ κατέβη κύριος „ἐν στύλῳ νεφέλης, καὶ ἔστη ἐπὶ θύρας τῆς σκη„νῆς τοῦ μαρτυρίου. ὑπεμφαίνει πάλιν ὁ λόγος, ὅτι περ ἔσται κριτὴς ὁ θεὸς τῶν καταλαλούντων τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ καταλύσεται πάντως ἐκ δίκης εἰς ὀργὴν τοῖς διαλοιδορεῖσθαι τετολμηκόσι καὶ φιλονεικῆσαι

† ἴσως δίκησιν.

ctus. Oportebat enim omnino rectè sentientes, non contendere vt se aequipararent illi qui meritò audiebat: *Noui te prae omnibus & gratiam inuenisti apud me*; sed potiùs gratias agere pro ijs quibus à Deo erant dotati, neque ordinē sibi è supernis praescriptum trāscēdere, aut sibi rapere eum, qui ipsis à Deo datus non erat, honorem. Quod quidem optimo iure censeri potest extremâ arrogantia non carere. Ceterùm hîc rursus mihi animaduerte Dominum nostrum IESVM CHRISTVM Iudaeis ob oculos ponentem scopum atque intentionem Dei ac Patris, ipsi soli naturaliter cognitam, dicēdo: *A me ipso non loquor, sed qui misit me Pater, ipse mihi mandatum dedit quid dicam, & quid loquar.* Et rursus: *Verba quae ego loquor, non sunt mea, sed eius qui misit me.* Deinde cùm impij scribae ac Pharisaei audacia efferrentur, atque immodicè de Patribus suis gloriarentur, quasi hisce solis Deus locutus fuisset, ea de causa factum fuit, vt in diffidentia perseuerarint. Dicunt enim: *Nos scimus quòd Deus locutus sit Moysi: hunc autem nescimus vnde sit.* Viden' quo pacto per id quod dicūt se scire Deum locutum esse Moysi, tantùm non vetus illud dicunt, & quidem durioribus verbis; *Num* CHRISTO *soli locutus est Deus?* An non patribus nostris in monte videlicet Sinai, aiunt, locutus est. Atqui audiuit Dominus, & *Moyses erat homo valdè mansuetus, prae omnibus hominibus qui sunt in terra.* Maria & Aaron ex mansuetudine Moysis superbiendi, vt videtur, occasionem arripuerunt. Verum enimuero Deus etiam ipso tacente offenditur, ac per se mouetur ad indignationem aduersus eos, qui contumeliam inferre veriti non erant, & legitimi sacrorum ministri contemptum ad seipsum transfert. Idem intelliges etiam in CHRISTO factum esse. Nam propter insitam illi mansuetudinem atque benignitatem Pharisaei procliuiores ad ipsius contemptum ferebantur. Sed certò deprehendi poterat, quòd diuinam vltionem non essent euasuri. Deus enim & Pater contumelia affectus in Filio iusta ira incendetur. Nouit enim ea absque magistro, & per diuinam notitiam, verba prae Pharisaeorum arrogantiâ emissa audiuit. Sequitur deinde: *Et dixit Dominus confestim Moysi & Aaron ac Mariae: Exite vos tres in tabernaculum testimonij. Et descendit Dominus in columna nubis, stetitque in porta tabernaculi testimonij.* Iterum subindicat historia quòd Dominus adfuturus sit iudex eorum, qui Seruatori nostro CHRISTO contradicunt, quodque omnino venturus sit ad exigendas poenas de ijs qui ausi sunt contumelijs eum afficere, & ad aequa-

Exod 33 17. † *Vulgata:* Noui te ex nomine, & inuenisti gratiam coram me.

Ioan. 12. 49.

Ioan. 14. 10. & 24.

Ioan. 9. 29.

Num. 12. 3.

aequa-

æqualitatem honoris cum ipso nefariè contendere. Iudicium autem hoc omnino fiet per Filium, cui perpetuò adest, qui ipsum genuit, iuxta illud: *Ego in Patre, & Pater in me.* Postquam autem ei qui iustè iudicat peccantes, adstiterunt Maria & Aaron; *Audite*, inquit, *verba mea: Si fuerit vobis missus propheta à Domino, huic per visionem innotescam, & per somnium loquar ei, nequaquam sicut famulo meo Moysi, qui fidelis est in tota domo mea, cui † ex ore ad os loquar in specie, & non per ænigmata. Et gloriam Domini vidit* Moysi excellentia hæc præ alijs in videndo Deum propter hoc reseruata est, atque item quòd priuatim potuerit diuina audire oracula pulcrè testatum est. Hoc autem verius in CHRISTO videas. Non enim sicut in Prophetis locutus est Deus & Pater, ita & in Filio. Sed illis per Spiritum suggerebatur cognitio eorum quæ discenda erant; hic autem nouit non doctrinali modo Patris consilia, vtpote sapientia & consilium genitoris. Adhæc beati Prophetæ contemplationem gloriæ Dei per ænigmata receperunt. *Deum enim nemo vidit vnquam:* sed à solo suapte natura Filio videtur. atque ita vt hoc intelligatur diuinè. Huius rei testis est nobis ipse Saluator dicens*: Non quòd Patrem quis viderit vnquam, nisi qui est ex Deo, ille videt Patrem.* Quamobrem Iudæi non rectè, at impiè potius prætendentes Deum patribus suis locutum fuisse, aspernabantur CHRISTVM loquentem quæ ex Patre suo audiuerat. Nam quæ in monte Sinai dicta sunt, vmbræ fuerunt & typi magis atque ænigmata, quæ parturiunt occultam quandam & parum manifestam mittendi cognitionem. CHRISTVS autem per se verba Patris audit; si modò conuenit ob ineuitabilem intellectus inopiam etiam crassius quid dicere. Infert præterea sermo etiam magnam in CHRISTO differentiam à reliquis omnibus. Ait enim: *In tota domo mea est fidelis.* An non enim per hoc particularem & præfinitam fuisse ostendit administrationem legis & Prophetarum? generalem verò atque vniuersalem eam quæ est per CHRISTVM? Lex enim vnam duntaxat domum, Israëliticam nimirū, seruauit. CHRISTVS verò non ita, sed totum mundum per fidem in se & per sanguinem proprium, sicut scriptum est, redemit Deo ac Patri. Ideoque ait: *Non veremini obloqui seruo meo Moysi:* Eiusmodi enim quid etiam olim per Prophetam dictum est ad impios Pharisæos ob petulantem atque effrenatam in CHRISTVM linguam: *Vos autem accedite huc filij iniqui, † semē mæchorum & fornicationis. Quid de-*

Ioan. 10. 38.

† Facie ad faciem: Exod. 33. 11.

Deus aliter locutus est in Prophetis, aliter in CHRISTO. Hebr. 1. 2.

CHRISTI Sapientia & consilium Patris.

Ioan. 6. 37.

Num. 12. 7.

Hebr. 9. 12. Apoc. 1. 9.

Num. 12. 8. Mala. 4. 4. Isai. 57. 3. † Vulgata: augurātricis, semen adulteri & fornicariæ.

πρὸς ἰσοτιμίαν αὐτοῦ. δι' υἱοῦ δὲ πάντως ἡ κρίσις, συνόντος δηλονότι ἀδιαστάτως τοῦ τεκόντος αὐτοῦ, κατὰ τὸ· ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ, καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοί. ἐπειδὴ δὲ τῷ τὰ δίκαια κρίνοντι παρεστῶτες ἐφαίνοντο, Μαριάμ τε καὶ Ἀαρὼν ἀκούσατε, φησὶ, τῶν λόγων μου. ἐὰν γένηται, φησὶ, προφήτης ὑμῶν τῷ κυρίῳ, ἐν ὁράματι αὐτοῦ γνωσθήσομαι, καὶ ἐν ὕπνῳ λαλήσω αὐτῷ, οὐχ οὕτως ὡς ὁ θεράπων μου Μωυσῆς ἐν ὅλῳ τῷ οἴκῳ μου πιστός ἐστι. στόμα κατὰ στόμα λαλήσω αὐτῷ, ἐν εἴδει, καὶ οὐ δι' αἰνιγμάτων. καὶ τὴν δόξαν κυρίου εἶδε. Μωυσῆς τὸ ἐξαίρετον, ἐν θεοπτίαις παρὰ τοὺς ἄλλους διὰ τοῦτο τετήρηται, καὶ τὸ ἐξηλλαγμένως δύνασθαι τῶν θείων παρακροᾶσθαι λόγων, ἐπιμαρτυρηθῇ καλῶς. τοῦτο δ' ἂν ἴδοις ἀληθέστερον ἐπὶ Χριστοῦ. οὐ γὰρ ὥσπερ ἐν προφήταις ἐλάλησεν ὁ θεὸς καὶ πατὴρ, οὕτω καὶ ἐν υἱῷ. ἀλλ' οἱ μὲν οὖν διὰ τοῦ πνεύματος ἐχορηγοῦντο τὴν γνῶσιν ὧν ἔδει μαθεῖν. ὁ δὲ οἶδεν οὐ διδακτῶς τὰ ἐν πνεύματι βουλεύματα ὡς σοφία καὶ βουλὴ τοῦ γεννήσαντος. καὶ οἱ μὲν μακάριοι προφῆται τὴν δι' αἰνιγμάτων ἐδέχοντο θεωρίαν τῆς δόξης αὐτοῦ. θεὸν γὰρ οὐδεὶς ἑώρακε πώποτε. θεωρεῖται δὲ μόνῳ τῷ κατὰ φύσιν υἱῷ. καὶ οὕτως ἂν νοοῖτο θεοπρεπῶς. καὶ τούτου μάρτυς αὐτὸς ἡμῖν σωτὴρ γενήσεται, λέγων· οὐχ ὅτι τὸν πατέρα ἑώρακέ τις, εἰ μὴ ὁ ὢν παρὰ τοῦ θεοῦ· οὗτος ἑώρακε τὸν πατέρα. οὐκοῦν οὐκ εὐλόγως, μᾶλλον δὲ ἤδη καὶ δυσσεβῶς Ἰουδαῖοι τὸ λαλῆσαι τοῖς πατράσιν αὐτῶν τὸν θεὸν προϊσχόμενοι, παρ' οὐδὲν ἐποιοῦντο λέγοντα τὸν Χριστὸν, ὅπερ ἤκουσε παρὰ τοῦ πατρὸς, ταῦτα καὶ λαλεῖν. τὰ μὲν γὰρ ἐν τῷ ὄρει τῷ Σινᾶ, σκιαὶ καὶ τύποι εἰσὶ καὶ αἰνίγματα, κεκρυμμένην τινὰ καὶ οὐ σφόδρα συμφανῆ τὴν τοῦ διαστελλομένου γνῶσιν ὠδίνοντα. Χριστὸς δὲ τῶν τοῦ πατρὸς ῥημάτων αὐτήκοος ἦν, εἰ δέ τι πρέποι διὰ τὴν τοῦ νοήματος ἀπαραίτητον χρείαν, καὶ σωματικώτερον εἰπεῖν. εἰσφέρει γε μὴν καὶ πολλὴν ὁ λόγος τὴν ἐπὶ Χριστῷ διαφορὰν, ὡς πρὸς ἅπαντας τοὺς ἑτέρους. ἐν ὅλῳ γὰρ τῷ οἴκῳ μου πιστός ἐστιν. ἢ οὐχὶ διὰ τούτου μερικὴν μὲν τινα καὶ συμμεμετρισμένην τὴν οἰκονομίαν ἐπιδεικνύει, τὴν διὰ νόμου καὶ προφητῶν; γενικὴν δὲ καὶ καθόλου τὴν διὰ Χριστοῦ; ὁ μὲν γὰρ νόμος ἕνα τὸν ἐξ Ἰσραὴλ ἔσωζεν οἶκον, Χριστὸς δὲ οὕτως συμπαντά τε τὸν κόσμον διὰ πίστεως τῆς εἰς αὐτὸν, καὶ δι' αἵματος τοῦ ἰδίου ἀγοράζων, κατὰ τὸ γεγραμμένον, τῷ θεῷ καὶ πατρί. διότι τοίνυν φησὶ, οὐκ ἐφοβήθητε καταλαλῆσαι κατὰ τοῦ θεράποντός μου Μωυσῆ; τοιοῦτο γάρ ἐστι τὸ διὰ τοῦ προφήτου πρὸς τοὺς ἀνοσίους Φαρισαίους ἐκ πάλαι λαλούμενον διὰ τὰς ἐπὶ Χριστῷ φλυαρίας τε καὶ ἀθυρογλωττίας. ὑμεῖς δὲ προσάγετε ὧδε υἱοὶ ἄνομοι, σπέρμα μοιχῶν καὶ πόρνης. ἐν τίνι ἐνετρυ-

τρυφήσετε; καὶ ἐπὶ τίνα ἠνοίξατε τὸ στόμα ὑμῶν; καὶ ἐπὶ τίνα ἐχαλάσατε τὴν γλῶσσαν ὑμῶν; ὅλας γὰρ ὥσπερ τῇ θεομάχῳ γλώσσῃ τὰς ἡνίας χαλάσαντες οἱ Φαρισαῖοι δυστροχωτάτην τρόπον τινὰ τὴν δυσφημίαν ἐποιοῦντο τὰ Χριστοῦ, καὶ πρὸς ὑπέρογκον ἀλαζονίαν ἀναφυσώμενοι, σὺν ἐξ ἀπονοίας ἐρεύγονται λόγους· οἷς καὶ λίαν ἐπαλγήσας ὁ μελῳδός, εἶπα, φησί, τοῖς παρανομοῦσι, μὴ παρανομεῖν. καὶ τοῖς ἁμαρτάνουσι, μὴ ὑψοῦτε κέρας, μὴ ἐπαίρεσθε εἰς ὕψος τὸ κέρας ὑμῶν, καὶ μὴ λαλεῖτε κατὰ τοῦ θεοῦ ἀδικίαν. παρηνόμουν γὰρ ὄντως ὃν ἥκιστα χρὴ δυσσεβῶς κατακρίνοντες, καὶ εἰς ὕψος τὸ κέρας ἐπαίροντες ἁλοῖεν ἄν· οὐ μόνῳ παραχωροῦντες Χριστῷ, τὸ εἰδέναι τὸ θέλημα τοῦ πατρός, καὶ αὐτοὶ δὲ μᾶλλον ἐπίστασθαι τοῦτο διισχυριζόμενοι, διὰ τοῦ λέγειν καθάπερ ἤδη προείρηται· ἡμεῖς οἴδαμεν ὅτι Μωυσεῖ λελάληκεν ὁ θεός, ὡς καὶ ἀπειθεῖν διὰ τοῦτο σπουδάζειν. καὶ ἀπέστη μὲν τῷ τηνικάδε τῆς τοῦ μαρτυρίου σκηνῆς ἡ νεφέλη. λεπρῶσα δὲ παραχρῆμα ἐφαίνετο Μαριάμ, καὶ οὐχ ἁπλῶς, ἀλλ' ὡς χιών. καὶ γὰρ ταῖς εἰς Χριστὸν παροινίαις, καὶ τοῖς ἀνοσίοις τῶν Ἰουδαίων τολμήμασιν ἐπασχάλλουσα, καὶ διαπιθεῖσα πικρῶς ἀνέπτη τρόπον τινά, καὶ ἀναπεφοίτηκε τῆς συναγωγῆς, ἡ θεία τε καὶ ἀκήρατος φύσις, κατὰ τὸ εἰρημένον παρὰ Χριστοῦ· ἐγκαταλέλοιπα τὸν οἶκόν μου, ἀφῆκα τὴν κληρονομίαν μου. καταβεβηκὼς γὰρ ὁ κύριος ἐν στύλῳ νεφέλης ὡς νεφέλη πάλιν ἀποφοιτᾷ, κατὰ τὸν ἐν γράμματι τύπον. ἐπειδὴ δὲ τῆς τῶν Ἰουδαίων συναγωγῆς εἰκότως ἀπενοσφίζετο, ἀκάθαρτος ἀνεδείχθη παραχρῆμα· καὶ ἀκάθαρτος οὐχ ἁπλῶς, ἀλλ' εἰς ἀκρότητα θραύουσα τοῦ πάθους. τὸ γὰρ σφόδρα καταλευκαίνεσθαι τὸν λεπρωθέντα λέγειν, τῆς νόσου τὴν ἐπίτασιν ἔχει. τί δ' ἂν γένοιτο χιόνος τὸ λευκότερον; ἦν γὰρ δὴ καὶ εἰκός, μᾶλλον δὲ ἀναγκαῖον, καὶ ἀναμφιβόλως ἔχον τὸ ἐν παντὶ γίνεσθαι κακῷ τὴν τῶν Ἰουδαίων συναγωγὴν τῆς τοῦ διασώζοντος ἀποπεσοῦσαν φροντίδος. ὁ μὲν οὖν ἀπίθασσός τε καὶ φιλοσκώμμων τῶν ἀγελαίων ἑσμός, ἀκαθαρσίᾳ τε καὶ ἀτιμίᾳ κολάζεται, κατὰ τὸ ὑπὸ τοῦ τῶν ἁγίων ὀρθῶς εἰρημένον πρὸς τὸν θεόν· πλήρωσον τὰ πρόσωπα αὐτῶν ἀτιμίας, καὶ γνώσονται ὅτι ὄνομά σοι, κύριος. συγκατηγορήσας δὲ τῇ Μαριὰμ οὐ συλλεπροῦται χρησίμως ὁ Ἀαρών, καί τοι τὴν ἴσην ἐποφλήσας τῷ κρίνοντι δίκην· ἐπειδὴ γὰρ τίμιον καὶ μέγα παρὰ θεῷ τῆς ἱεροσύνης τὸ χρῆμα, ταύτῃ τοι τὸ ἐν λέπρᾳ φαίνεσθαι διαφυγών, λύπῃ μᾶλλον τῇ ὑπὲρ τῆς τούτου πάθους ἐκολάζετο, κατὰ τὸ εἰρημένον παρὰ θεοῦ, περιζώσασθε καὶ κόπτεσθε οἱ ἱερεῖς, θρηνεῖτε οἱ λειτουργοῦντες θυσιαστηρίῳ· εἰσέλθατε ἐν σάκκοις λειτουργοῦντες θεῷ, ὅτι ἀπέλιπεν ἐξ οἴκου θεοῦ ἡμῶν θυσία καὶ σπονδή. πρόσεισι δὲ λέγων

liciamini? contra quem aperuistis os vestrum? & aduersus quem †laxastis linguam vestram? Nam Pharisæi, totis quodammodo habenis impijssimæ linguæ in Deum laxatis, acerbissima in CHRISTVM conuitia iaciebant, atque immensa superbia elati, verba euomebant scelerum & amentiæ plena: quibus neque immeritò condolens Psalmista, *Dixi*, ait, *iniquè agentibus: Nolite iniquè agere. & peccantibus: Nolite exaltare cornu vestrũ, neque in altũ tollite cornu vestrum, neque loquimini cõtra Deũ iniustitiam.* Reuera enim iniquè in eum agebant, quem minimè debebant impiè damnantes, vereque deprehensi sunt cornu in altum tollere, cùm non concederent solum Filium scire Patris voluntatem; imò semetipsos magis eam scire asseuerarent per hoc quod iam dictum est: *Nos scimus quòd Moysi locutus sit Deus.* Atque ita fidem ei adhibere nolebant. Quocirca discessit nubes à tabernaculo testimonij, & Maria ilico apparet leprosa, idque non simpliciter sed tanquam nix. Nam diuina atque immortalis natura succensens, ægreque ferens temeraria Iudæorum facinora debacchationesque in CHRISTVM, auolauit quodammodo, recessitq; à Synagoga, iuxta illud quod dictum est à CHRISTO: *Reliqui domum meam, & deserui hæreditatem meam*, quia cùm Dominus descendisset in columna nubis, iterum tanquam in columna ascendit secundùm typum literalem. Posteaquam autem is à Synagoga Iudæorum est separatus, continuò ipsa immunda ac potiùs immundissima reddita est. Nam dicas leprosum albescere morbi intensionem significat. Ecquid verò albius esse potest niue? Conueniebat enim, aut potiùs necessarium erat, atque indubium, vt cum multitudine Iudæorum qui cura Saluatoris exciderant, vbique malè ageretur. Indomita igitur & proterua Iudæorum turba meritò immunditia atque ignominia punitur: sicut rectè à Sanctis dictum est ad Deum: *Imple facies eorum ignominia, & cognoscent quòd nomen tibi, Dominus.* Porrò etsi Aaron simul accusatus sit, atque in eadem fuerit culpa, in qua Maria, vtiliter tamen nõ afficitur lepra. Quandoquidem sacerdotium est res magna & pretiosa in conspectu Domini. Ideoque Aaron effugit speciem lepræ. Dolore tamen ob eam, quæ hoc morbo correpta est, affectus fuit iuxta illud quod dictum est à Deo: *Præcingite vos & plangite sacerdotes: lamentamini qui inseruitis altari. Introite, & dormite in sacris qui ministratis Deo, quia perijt de domo Dei nostri sacrificium & libatio.* Aaron autem

† eiecistis linguam.

Psal.74.5.

Ioan.9.29.

Ier.12.7.

Psal.82.17.

Sacerdotij dignitas quanta sit.

Ioel.1.13.

Num.12.11. accedit dicens sapienti Moysi: *Obsecro Domine, ne imponas nobis peccatum, quia ignorauimus in quem peccauimus.* Qui enim ex genere Israëlis sunt, habituque secundùm carnem à Synagoga Iudæorum non alieni, sed declarati mysteriorum Dei dispensatores, hi oblaturi sunt Deo preces pro istis qui ex ignorantia peccauerunt, quamquam ipsi initio simili culpæ fuerint obnoxij. Ceterùm quidem orant CHRISTVM, ne simul in eos irruat ira Patris. cuiusmodi fuit Paulus, Rom.10.1. ita dicens: *Fratres, voluntas bona cordis mei, & obsecratio ad Deum pro Israële est ad salutem.* Verùm qui hoc dixit erat dispensator mysteriorum Dei, atque sacerdos diuini præconij, sicut olim fuit Aaron. (1.Cor.4.1. 2.Cor.6.4.) Clamante autem Moyse pro leprosa, & rogante vt sanaretur, Deus veniæ dandæ supersedet, sed dicit: Num.12.14 *Separetur septem diebus extra castra, & deinde ingrediatur.* Hæc historia nobis iterum velut in imagine ostendit quàm parata sit diuina natura ad misericordiam præstandam, & ad propitiandum promptissima: at verò multitudine sæpenumerò & magnitudine nostrorum delictorum retardatur, & benignitatem erga reos differt. Hoc idem significat mea quidem sententia, quòd magnæ preces Sanctorum & supplicationes ad Deum factæ sint pro Israële, cùm tamen fieri non posset vt pœnam effugeret, qui ob tanta peccata esset damnatus. Ideoque & Deus misericordiam posteriùs quàm pœnam adhibuit. Quòd autem sæpenumerò Deus propter nostra delicta exacerbetur atque irritetur, ita vt quamuis immensa clementia sit præditus, tamen eam interdum differat atque subducat, haud difficile est vel ex his ipsis videre. Nam cùm cædem Babyloniorum lege belli in Iudæos grassantium, quæ suo tempore in regione Iudæorum futura erat, quondam per Spiritum Ieremiæ Prophetæ reuelasset, ac iam permulti occubuissent, mortuique passim conspicerẽtur, tum ad sanctum Prophetam Ier.4. & 5. ait: *Heu mihi, quia defecit anima mea propter interfectos. Circumite vias Ierusalem, & videte, & cognoscite, & quærite in plateis ipsius an inueniatis virum, qui faciat iudicium, & quærat fidem, & propitius ero eis, dicit Dominus.* Vidésne in his quanto afficiatur dolore propter occisos, quamquam libenter vellet misericordiam Ierosolymis exercere? sed tamen ab ipsis quodammodo claudit benignitatem sibi insitam, propter peccatorum molem propemodum eam retrahens atque auertens. Nihilominus tamen quærit occasiones miserendi, ita vt vel ob vnum iustum velit iram deponere. Iubebat enim circum-

Sanctorum preces ad Deum.

λέγων τῷ πανσόφῳ Μωυσῇ· δεόμεθα κύριε, » μὴ συνεπίθει ἡμῖν ἁμαρτίαν διότι ἠγνοή- » καμεν. οἱ γὰρ γένει μὲν ὄντες ἐξ Ἰσραὴλ, καὶ » τῇ κατὰ σάρκα σχέσει τῆς Ἰουδαίων συναγωγῆς οὐκ ὄντες ἀλλότριοι, μυστηρίων δὲ τῶν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἀποδεδειγμένοι ταμίαι, τὰς ὑπὲρ τῶν ἐξ ἀγνοίας ἡμαρτηκότων ἀναφέρειν ἔμελλον προσευχάς· καί τοι συμπταίσαντες ἐν ἀρχῇ. μὴ συνεπιθέσθαι δὲ τῇ τοῦ πατρὸς ὀργῇ παρακαλοῦσι Χριστὸν, ὅπερ ἐποίει λέγων ὁ Παῦλος. ἀδελφοὶ, ἡ μὲν » εὐδοκία τῆς ἐμῆς καρδίας, καὶ ἡ δέησις » πρὸς τὸν θεὸν, ὑπὲρ αὐτῶν, εἰς σωτηρίαν. » ἀλλ' ἦν τοῦτο λέγων, καὶ οἰκονόμος μυστηρίων θεοῦ, καὶ ἱερουργὸς τοῦ θείου κηρύγματος· ὅπερ ἦν ποτὲ καὶ ὁ Ἀαρών. βοῶντος δὲ τοῦ Μωυσέως ὑπὲρ τῆς λελεπρωμένης, καὶ ἰάσασθαι παρακαλοῦντος αὐτὴν, ὑπερτίθεται τὸ συγγνῶναι θεὸς· ἀφορισθήτω, λέγων, ἑπτὰ ἡμέρας ἔξω τῆς παρεμβολῆς, καὶ μετὰ ταῦτα εἰσελεύσεται πάλιν. ἡμῖν ὡς ἐν εἰκόνι διαδεικνύντος τοῦ λόγου, ὅτι ταχεῖα μὲν εἰς ἐλεεῖν, καὶ τρόπον τινὰ πρὸς τὸ παρακαλεῖν ἑαυτὴν ἡ θεία φύσις ἑτοιμοτάτη. τῷ δὲ πλήθει πολλάκις ἢ τῷ μεγέθει τῶν ἡμετέρων πλαισμάτων ἀποτραχύνεται, καὶ τὴν ἐπὶ τοῖς ἐνόχοις φιλανθρωπίαν ἀναδύεται. σημαίνει δὲ κἀκεῖνο, κατά γε τὸν ἡμέτερον νοῦν, ὅτι πολλὴ μὲν ἁγίων πρεσβεία ἀναβέβηκε πρὸς τὸν θεὸν, ὑπὲρ τοῦ Ἰσραήλ· οὐκ ἐνδεχομένου δὲ τοῦ μὴ κολασθήσεσθαι πρέπειν αὐτὸν, οὐκ ἐπὶ ταῖς τυχούσαις κατεγνωσμένων, δεύτερον ἐπίθει τῆς δίκης τὸν ἔλεον. ὅτι δὲ πολλάκις διὰ τῶν ἡμετέρων πλαισμάτων παραθήγεται θεὸς εἰς τὸ καὶ αὐτῆς ἐσθ' ὅτε τῆς ὅτι μάλιστα φιλαιτήτης αὐτῷ γαληνότητος κατοκνεῖν τὴν ἐπίδοσιν, χαλεπὸν οὐδὲν καὶ διὰ τούτων ἰδεῖν. ἀπεκαλύπτετό τι διὰ τοῦ ἁγίου πνεύματος Ἱερεμίᾳ τῷ προφήτῃ τὴν ἐσομένην κατὰ καιροὺς ἐν χώρᾳ τῇ τῶν Ἰουδαίων σφαγὴν· κατατρεχόντων αὐτὴν πολέμου νόμῳ τῶν Βαβυλωνίων. ἀλλ' ὡς πολλῶν ἤδη πεσόντων τε καὶ ὁρωμένων νεκρῶν, πρὸς ἅγιον προφήτην φησὶ, οἴμοι ὅτι ἐκλείπει ἡ ψυχή » μου ἐπὶ τοῖς ἀνῃρημένοις· περιδράμετε ἐν ταῖς ὁ- » δοῖς Ἱερουσαλὴμ, καὶ ἴδετε, καὶ γνῶτε, καὶ ζητήσατε ἐν » ταῖς πλατείαις αὐτῆς· ἐὰν εὕρετε ἄνδρα, εἰ » ἔστι ποιῶν κρίμα, καὶ ζητῶν πίστιν, καὶ ἵ- » λεως ἔσομαι αὐτοῖς, λέγει κύριος. ὁρᾷς ἐν » τούτοις ὠδίνοντα μὲν ἐπὶ τοῖς ἀνῃρημένοις » αὐτὸν, καὶ πρόχειρον μὲν ἐλεεῖν ἐθέλοντα τὴν Ἱερουσαλὴμ· εἰργόμενον δέ πως ἐφ' ἑαυτοῦ μονονουχὶ, καὶ ἀναστρέφοντα τὴν θεοπρεπῆ γαληνότητα, διὰ τὸ τῆς ἁμαρτίας ὑπέρογκον, ζητοῦντα δ' οὖν ὅμως τοῦ κατοικτείρειν τὰς ἀφορμὰς, καὶ ἐφ' ἑνὶ θέλοντα καταλύειν τὰ ἐκ τῆς ὀργῆς. ἕνα γὰρ ἄνδρα τοῦτον θέλον-

θέλοντας ἐπιδεικνύναι πιστὸν ἐν αὐτῇ διετελεῖτο. ἐκπέμπεται τοίνυν ἡ Μαριὰμ ἐπὶ τῇ λέπρᾳ κάτοχος. ἀλλ' οὐκ ἐξῆρε, φησὶν, ὁ λαὸς, ἕως ἐκαθαρίσθη Μαριάμ. περιμένομεν γὰρ καὶ ἡμεῖς οἱ πιστεύοντες εἰς Χριστὸν τὸν τῶν Ἰουδαίων καθαρισμὸν, δῆλον δὲ ὅτι τὸν διὰ πίστεως. οὕτω τε τὸ λοιπὸν τὰς ἐν τῷδε τῷ βίῳ καταλιπόντες σκηνὰς, ἐπὶ τὴν ἄνω πόλιν ἀναζεύξομεν, καὶ εἰς τὴν τῆς ἐπαγγελίας ἀναδραμούμεθα γῆν. ἀληθεύει δὴ οὖν
„ ὁ Σωτὴρ ὅταν λέγει πρὸς τοὺς Ἰουδαίους· εἰ πι-
„ στεύετε Μωυσῇ, ἐπιστεύετε ἂν ἐμοί· περὶ γὰρ
„ ἐμοῦ ἐκεῖνος ἔγραψε. δι' οὗ, καὶ μεθ' οὗ τῷ θεῷ καὶ πατρὶ ἡ δόξα σὺν ἁγίῳ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων· ἀμήν.

euntes vrbem vnum sibi ostendere iustum. Maria itaque emittitur ob lepram, quia erat infecta. Sed populus, ait, non est profectus, donec mundata esset Maria. Nam & nos qui credidimus in CHRISTVM expectaturi sumus Iudæorum purificationem, eam inquam, quæ est per fidem. Sic tandem tabernaculis huius vitæ derelictis ad supernam reuertemur ciuitatem, atque in terram veræ promissionis contendemus. Verè igitur dicit Saluator noster, quando ait ad Iudæos: *Si crederetis Moysi, crederetis vtique & mihi. De me enim ille scripsit:* per quem & cum quo Deo & Patri gloria cum sancto Spiritu nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

Ioan. 5. 46.

Περὶ τῶν κατασκεψαμένων τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας.

Ἐξαίρετος μὲν ὁ κλῆρος τοῖς ἀγαπᾶν ᾑρημένοις τὸν τῶν ὅλων βασιλέα θεὸν, ἡτοίμασται δὲ αὐτοῖς τῶν ὑπὲρ νοῦν ἀγαθῶν ἡ κτῆσις. καὶ πιστώσεται λέγων ὁ μακά-
„ ριος προφήτης Ἡσαίας· ἔστι κληρονομία τοῖς
„ θεραπεύουσι κύριον. καὶ πάλιν, καὶ ἔσῃ πε-
„ ποιθὼς ἐπὶ κύριον, καὶ ἀναβιβάσει σε ἐπὶ
„ τὰ ἀγαθὰ τῆς γῆς· καὶ ψωμιεῖ σε τὴν κληρονο-
„ μίαν Ἰακὼβ τοῦ πατρός σου. τὸ γὰρ στόμα κυ-
„ ρίου ἐλάλησε ταῦτα. οὐκοῦν ἀληθὴς ἂν εἴη, καὶ ἐρηρεισμένη πάντη τε καὶ πάντως ἡ ὑπόσχεσις. οὐ γὰρ ἂν ἁμάρτῃ τ' ἀληθοῦς. οὐδ' ἂν διαψεύσαιτό ποτε τὸ τοῦ θεοῦ στόμα· ἀποπερανεῖ δὲ πάντως τὰ ἐπηγγελμένα. καὶ τοῦτο εἰδὼς ὁ θεσπέσιος μελῳδὸς οὕτω που φησί·
„ κύριος μερὶς τῆς κληρονομίας μου. σὺ εἶ ὁ
„ ἀποκαθιστῶν τὴν κληρονομίαν ἐμοί. τίνες οὖν ἄρα οἱ θεραπεύοντες τὸν κύριον, ἢ καὶ εἰς τίνας οὕτω λαμπρός τε καὶ ἀξιόληπτος καταντήσει κλῆρος; οἱ τῷ θεῷ δοκοῦν ἀποπεραίνειν ἐσπουδακότες, καὶ πρὸς πᾶν ὁτιοῦν τῶν τεθαυμασμένων ἀμελητὶ διατιθεῖν εἰδότες, καὶ παντὸς ἐχθροῦ καταθλεῖν ἀοκνότατα προθέμενοι. καὶ οὐχ ὡς ἰδίαις δυνάμεσι, ἤγουν εὐτεχνίαις ἐπιθαρσήσαντες, ἀλλ' ὅπλον ὥσπερ τι περιεχόμενοι τὴν ἄνωθεν χάριν, προεστηκότα τε, καὶ συνασπίζοντα τὸν τῶν ὅλων ἔχοντες θεόν. διατεθέντες γὰρ οὕτω,
„ φασίν. οὐκ ἐπὶ τῷ τόξῳ μου ἐλπιῶ, καὶ ἡ
„ ῥομφαία μου οὐ σώσει με. ἔσωσας γὰρ ἡ-
„ μᾶς ἐκ τῶν θλιβόντων ἡμᾶς, καὶ τοὺς μι-
„ σοῦντας ἡμᾶς κατῄσχυνας. τοὺς μὲν ἀγα-
» σμεν, οὕτω καὶ αὐτοὶ ἐν ἡμῖν. ὡς ἂν ὁ κολλώμενος τῷ κυρίῳ, ἓν πνεῦμά ἐστι. δράγμα τοίνυν, ὡς πάντας ἔχων ἐν ἑαυτῷ, καὶ ὑπὲρ πάντων ἀνακείμενος, καὶ ἀνθρωπότητος ἀπαρχὴ τετελειωμένης ἐν πίστει καὶ ὀφειλούσης ἤδη λοιπὸν εἰς τοὺς ἄνω καὶ ἐν οὐρανῷ κομίζεσθαι θησαυρούς. προσκομίζεσθαι δὲ δεῖν τὸ δράγμα φησὶ τῇ ἐπαύριον τῆς πρώτης, ὅ ἐστι τῇ τρίτῃ. ἀνεβίω γὰρ ἐκ νεκρῶν κατὰ τὴν τρίτην ἡμέραν, αὐτοῦ τι ἀναπεφοίτηκεν εἰς οὐρανὸν, εἰς τὴν σκηνὴν τὴν ἀληθινὴν, καὶ εἰς τὰ ἅγια τῶν ἁγίων. ἀλλ' ὥσπερ ἄρτος νοούμενος κατεσημαίνετο κἂν τῷ μόσχῳ τῷ πρὸς ὁλοκαύτωσιν καὶ εἰς ὀσμὴν εὐωδίας, καὶ μήν τοι καὶ ἐν χιμάρῳ τῶν ἀγνοημάτων παρεστηκότι· οὕτω δὲ πάλιν, καὶ εἰ δράγμα νοοῖτο τυχὸν, ἀλλ' ἐστὶν αὐτὸς τὸ ἐνιαύσιον πρόβατον, τουτέστι τὸ τέλειον. παντέλειος γὰρ καὶ ἀνενδεὴς ὁ Χριστὸς ἰδίᾳ φύσει. ἔστι δὲ πρὸς τούτῳ καὶ ἄμωμος παντελῶς. οὐ γὰρ ἔγνωκεν ἁμαρτίαν, οὐδ' ἐστὶ δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ. αὐτός τι ἡ σεμίδαλις ἡ λαμπρὰ, καὶ ἐλαιόδευτος, τουτέστιν, ἡ ὡς ἐν πιότητι καὶ ἱλαρότητι ζωή. ζῶμεν γὰρ χαίροντες ἐν αὐτῷ διὰ τὴν ἀποκειμένην ἐλπίδα, καὶ τῇ τοῦ ἁγίου πνεύματος κατερδευόμενοι χάριτι, κατὰ τὸ ἐν ψαλμοῖς ἐκεῖνό φαμεν,
» ἐλίπανας ἐν ἐλαίῳ τὴν κεφαλήν μου. γεγο-

Quamobrem, vt iam diximus, messi agrorum rectè comparandi qui terram incolunt. CHRISTVS autem ex nobis factus adinstar spicæ è sancta natus Virgine: quandoquidem etiam frumenti granum se ipse nominat: *Amen amen dico vobis, nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet: si autem mortuum fuerit, multum fructum adfert.* Igitur tamquam anathema seu deuotum quid & oblatum pro nobis factus est Patri, & in morem manipuli ac veluti primitiæ terræ†. Spica verò vna cõsiderata, vt & nos ipsi, non vna spica solùm, sed quasi manipulus quidam conficitur è multis spicis fascis vnus. Et verò res ista ad commodum & profectum est pernecessaria, mysterijq; supplet typum. CHRISTVS enim IESVS vnus est, verumtamen veluti fasciculus quidam, coagmentatus & intelligitur & est: propterea quòd omnes in se credentes contineat, vnione nimirum spiritali. Alioqui qua ratione scilicet Diuus Paulus scriberet: *Quemadmodũ cõresuscitati sumus in ipso, sic & considebimus in cælestibus?* Cùm etenim ex nobis sit, ipsi facti sumus coæquales, & propter *carnẽ vnionẽ cũ ipso* acquisiuimus. Et propterea dicimus quòd in ipso omnes sumus. Etenim ipsemet sic alibi ad Deũ Patrẽ cælestem verba facit: *Volo, Pater, vt quemadmodum ego & tu vnum sumus, sic & ipsi in nobis.* vti qui Domino cõglutinatus est, vnus quoque spiritus efficitur. Manipulus ergo CHRISTVS est, quasi omnes in se complexus, cunctisque incubãs, & humanę conditionis, quæ in fide perfecta est, quæ sursum atque in cælestes transferri thesauros debet, primitiæ. Adferri ait oportere manipulum perendie, hoc est tertio pòst die. Reuixit enim CHRISTVS à mortuis tertia die, suaque in cælum virtute ascendit, in verum scilicet tabernaculum & in sancta sanctorum. Verùm qua ratione panis est spiritalis, adumbratus per vitulum ad holocaustum, & in odorem suauitatis destinatum, nec non per hircũ pro ignorãtijs oblatum; ita & rursum licet fortè manipulus intelligatur, tamen ipse est etiam ouis illa annicula, id est perfecta. Perfectus enim nulliusque indigus est CHRISTVS per propriam suam naturam. Quare & præterea est omnino irreprehensibilis. Nesciuit enim peccatum, nec est in eius ore dolus repertus. Ipse est simila illa illustris, atque oleo conspersa, hoc est, vita illa in pinguedine & hilaritate. Viuimus enim in ipso exultantes propter spem reconditã; & quia sancti Spiritus gratia irrigati sumus, secundũ id quod in Psalmis est, canimus: *Impinguasti in oleo caput meum.* Miseri-

Ioan. 12. 24. | Ephes. 2. 6. | Ephes. 5. 6. | Ioan. 17. 11. & 21. | 1. Cor. 6. 17. | 1. Pet. 2. 22. | Psal. 22. 5.

sericordiam enim sumus consecuti per fidē in CHRISTVM: cum quo pariter quodammodo sacro thymiamatis suffitu sumus imbuti, secundarium tenentes locum. Quemadmodum denique etiam illa quæ vocātur chidra, ad illius similam. *Chidra* enim esse dicimus ex leguminibus subactam farinam. Quia enim nobis per dispensationem similis factus est, quin meritò nobis superior aut præstantior sit æstimandus dubitet profectò nemo. Honorabilior itaque citra controuersiam ipsius vita est. Sancta enim penitus est & immaculata. In minoribus ac retro sunt nostra, & chidrorū adinstar, quæ, vt iam dixi, è frumēto simila est. Simila autem vitæ imaginem præ se fert. Adhęc ei chidra cū simila ad altare deferūtur. Cōthurificamur enim, vt dixi, CHRISTO, eidemque bonum omnes odorem suauitatis ferimus, fumusque simul accepti Deo ac Patri. At qui CHRISTVM nō habent, inepti planè sunt ad eius sacrificiū. *Sine me*, ait, *nihil potestis facere.* Nouum porro, ait, ne edite nisi in tertium diem, donec manipulum offeratis. Neque enim legis tempus, neque Prophetarū cœtus nouum habet cibum, hoc est, Christianam doctrinā, neque ipsam naturæ humanæ innouationem, nisi fortè in sola prædictione. Postquam verò tandem resurrexit omnium Dominus IESVS CHRISTVS, & quasi manipulus humanæ primitias conditionis obtulit seipsum Deo Patri, tunc, tunc inquam, in nouam veluti vitam reformamur. Euangelicam enim vitam ducimus *non in vetustate litteræ, sed in nouitate Spiritus*: per quem & cum quo Deo Patri gloria cum S. Spiritu in sæcula sæculorum. Amen.

Rom. 11.

Chidra quid.

Ioan. 15. 5.

Rom. 7. 6.

De vacca rufa extra castra combustâ.

ALibi quidem diuinus ait Dauid: *Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi?* Nosquoque deceat maximè talis vox. Quid enim nobis suppetat, quo paria possimus facere Deo ac Patri? Dedit enim pro nobis proprium suum Filium, *vt omnis qui credit in ipsum, non pereat, sed habeat potiùs vitam æternam*; ac propemodum sibi debitæ prodigus indulgentiæ & amoris. Tradidit enim seipsum pro peccatis nostris, vt sacra loquitur Scriptura; & salui per ipsum facti sumus. Ipse etenim pro nostris attritus est delictis, dolores pro nobis ipse portauit, ipsa etiam in carne morte obita, non vt nobiscū quidem mortuos inter manens cernatur; sed vt cum ipso, & per ipsum vitæ redditi

Psal. 115. 3.

Ioan. 3. 16.

Rom. 8. 10.
1. Cor. 15. 3.
Gal. 1. 4.

ναμεν γὰρ ἠλεημένοι, διὰ πίστεως ἐν Χριστῷ, ᾧ τρόπον τινὰ καὶ συνθυμιώμεθα δευτέραν ἔχοντες τάξιν. καθάπερ ἀμέλει τὰ καλούμενα χίδρα πρὸς τὴν ἐκείνου σεμίδαλιν. χίδρα γὰρ εἶναί φαμεν, τὰ ἐξ ὀσπρίων ἄλευρα. ὅτι γὰρ καὶ εἰ γέγονε καθ' ἡμᾶς οἰκονομικῶς ὑπὲρ ἡμᾶς ὁ Χριστὸς, νοοῖτ' ἂν εἰκότως, ἐνδοιάσειεν ἂν οὐδείς. οὐκοῦν τιμιωτέρα μὲν ἀσυγκρίτως ἡ αὐτοῦ ζωή. ἁγία γὰρ παντελῶς καὶ ἄμωμος. ἐν μείοσι δὲ καὶ κατόπιν τὰ καθ' ἡμᾶς, καὶ ὡς ἐν τάξει χίδρων, ὡς πρός γε φημὶ τὴν ἀπὸ σίτου σεμίδαλιν. ζωῆς δὲ τύπος σεμίδαλις. πλὴν συναναφέρεται πρὸς τὸ θυσιαστήριον τὰ χίδρα τῇ σεμιδάλει. συνθυμιώμεθα γὰρ, ὡς ἔφην, Χριστῷ, καὶ αὐτῷ πάντες εὐωδιάζομεν, καὶ ἐσμὲν σὺν αὐτῷ δεκτοὶ τῷ θεῷ καὶ πατρί. καὶ οἱ Χριστὸν οὐκ ἔχοντες, οὐδ' ἂν εἶεν ὅλως εἰς θυσίαν ἐπιτήδειοι. χωρὶς γὰρ ἐμοῦ, φησὶν, οὐ δύνασθε ποιεῖν οὐδέν. νέα δὲ, φησὶν, οὐ φάγεσθε ἕως εἰς αὐτὴν τὴν ἡμέραν ταύτην, ἕως ἀναφέρητε τὸ δράγμα. οὔτε γὰρ ὁ τοῦ νόμου καιρὸς, οὔτε μὴν ὁ τῶν ἁγίων χορὸς προφητῶν τὴν νέαν εἶχε τροφὴν, τουτέστι τὰ διὰ Χριστοῦ παιδεύματα· οὔτε μὴν αὐτὸν τὸν τῆς ἀνθρωπείας φύσεως ἀνακαινισμόν· πλὴν ὡς ἐν μόνῃ προαγορεύσει τυχόν. ἐπειδὴ δὲ ἀνεβίω λοιπὸν ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, καὶ ὡς ἐν τάξει δράγματος, τὴν τῆς ἀνθρωπότητος ἀπαρχὴν προσκεκόμικεν ἑαυτὸν τῷ θεῷ καὶ πατρὶ, τότε δὴ τότε καὶ εἰς νέαν ὥσπερ ζωὴν μεταστοιχειούμεθα. πολιτευόμεθα γὰρ εὐαγγελικῶς, οὐκ ἐν παλαιότητι γράμματος, ἀλλ' ἐν καινότητι πνεύματος· δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ τῷ θεῷ καὶ πατρὶ ἡ δόξα σὺν ἁγίῳ πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

Περὶ τῆς δαμάλεως τῆς πυῤῥᾶς, τῆς κατακαείσης ἔξω τῆς παρεμβολῆς.

ΑΛλὰ μὲν που καί φησιν ὁ θεσπέσιος Δαβὶδ, τί ἀποδώσω τῷ κυρίῳ περὶ „ πάντων ὧν ἀνταπέδωκέ μοι; πρέποι δ' ἂν μά- „ λιστα καὶ ἡμῖν αὐτοῖς ἡ τοιάδε φωνή. τί γὰρ ἔσται τὸ παρ' ἡμῖν ἰσοστάσιον τῷ θεῷ καὶ πατρί; δέδωκε γὰρ ὑπὲρ ἡμῶν τὸν ἴδιον υἱὸν, ἵνα πᾶς ὁ πιστεύσας εἰς αὐτὸν, μὴ ἀπόληται, ἀλλ' ἔχῃ ζωὴν αἰώνιον· μονονουχὶ καὶ τῆς αὐτῷ πρεπούσης ἀφειδήσας φιλοστοργίας. δέδωκε γὰρ ἑαυτὸν ταῖς ἁμαρτίαις ἡμῶν, κατὰ τὰς γραφὰς, καὶ σεσώσμεθα μὲν ἡμεῖς. μεμαλάκισται δὲ αὐτὸς διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν καὶ ὑπὲρ ἡμῶν ὀδυνᾶται, καὶ αὐτὸν ἀνατλὰς τὸν τῆς σαρκὸς θάνατον· οὐχ' ἵνα μεθ' ἡμῶν ἐν νεκροῖς ὁρῷτο μεμενηκὼς, ἀλλ' ἵνα σὺν αὐτῷ τε καὶ δι' αὐτὸν εἰς ζωὴν ἀνα-

ἀναθέοντες, καὶ παλινδρομοῦντες εἰς ἀφθαρσίαν, χαίροντες λέγωμεν· ποῦ σου νῖκος θάνατε, ποῦ σου τὸ κέντρον, ᾅδη; τίς οὖν λοιπὸν εἰς τοῦτο ἀποφέρουσα τρίβος; ἡ διὰ τοῦ βαπτίσματος χάρις, δι' οὗ πάντα ῥύπον ἀποτριβόμενοι, κοινωνοὶ τῆς θείας ἀναδεικνύμεθα φύσεως, ἐνοικοῦντος ἡμῖν διὰ τοῦ πνεύματος τοῦ Χριστοῦ. τότε γὰρ τότε καθαρίζεται τὴν συνείδησιν ἀπὸ νεκρῶν ἔργων, ὡς μακάριος γράφει Παῦλος, καὶ τῆς μυστικῆς εὐλογίας γεγόνατε μέτοχοι, καὶ τῆς ἄνωθεν χάριτος τὸν οἰκεῖον ἀναπιμπλάντες νοῦν, ζηλωταὶ καὶ ἀπόβλεπτοι, καὶ τί γὰρ οὐχὶ τῶν τοιούτων ὁρώμεθα; ἴδοις δ' ἂν ἀληθὲς, ὅπερ ἔφην, τὰ δὴ τῇ δαμάλει προαπεσημασμένα εἰ συνήσεις. καὶ ἐλάλησε, φησὶν, κύριος πρὸς Μωυσῆν καὶ Ἀαρὼν, λέγων· αὕτη ἡ διαστολὴ τοῦ νόμου, ὅσα συνέταξε κύριος λέγων· λάλησον τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ, καὶ λαβέτωσαν πρὸς σὲ δάμαλιν πυῤῥὰν, ἄμωμον, ἥτις οὐκ ἔχεται ἐν αὐτῇ μῶμον, καὶ ᾗ οὐκ ἐπιβλήθη ἐπ' αὐτὴν ζυγός. καὶ δώσεις αὐτὴν πρὸς Ἐλεάζαρ τὸν ἱερέα, καὶ ἐξάξουσιν αὐτὴν ἔξω τῆς παρεμβολῆς εἰς τόπον καθαρὸν, καὶ σφάξουσιν αὐτὴν ἐνώπιον αὐτοῦ. καὶ λήψεται Ἐλεάζαρ ἀπὸ τοῦ αἵματος αὐτῆς, καὶ ῥανεῖ ἀπέναντι τοῦ προσώπου τῆς σκηνῆς τοῦ μαρτυρίου, ἀπὸ τοῦ αἵματος αὐτῆς ἑπτάκις. καὶ κατακαύσουσιν αὐτὴν ἐναντίον αὐτοῦ, καὶ τὸ δέρμα αὐτῆς, καὶ τὰ κρέα, καὶ τὸ αἷμα αὐτῆς σὺν τῇ κόπρῳ κατακαυθήσεται. καὶ λήψεται ὁ ἱερεὺς ξύλον κέδρινον, καὶ ὕσσωπον, καὶ κόκκινον, καὶ εἰσβαλοῦσιν εἰς μέσον τοῦ κατακαύματος τῆς δαμάλεως. καὶ πλυνεῖ τὰ ἱμάτια αὐτοῦ ὁ ἱερεὺς, καὶ λούσεται τὸ σῶμα αὐτοῦ ὕδατι, καὶ μετὰ ταῦτα εἰσελεύσεται ὁ ἱερεὺς εἰς τὴν παρεμβολὴν, καὶ ἀκάθαρτος ἔσται ὁ ἱερεὺς ἕως ἑσπέρας. καὶ ὁ κατακαίων αὐτὴν πλυνεῖ τὰ ἱμάτια αὐτοῦ, καὶ λούσεται τὸ σῶμα αὐτοῦ ὕδατι, καὶ ἀκάθαρτος ἔσται ἕως ἑσπέρας· καὶ συνάξει ἄνθρωπος καθαρὸς τὴν σποδὸν τῆς δαμάλεως. καὶ ἐν τοῖς ἑξῆς· καὶ ἔσται τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ καὶ τοῖς προσηλύτοις τοῖς προσκειμένοις ἐν μέσῳ ὑμῶν, νόμιμον αἰώνιον. προστίθησι δὲ τούτοις ὁ νομοθέτης, ὅτι καταμιαίνει μέν τινας καὶ βεβήλους ἀποφαίνει τὸ τεθνεῶτος ἀποθιγεῖν. ἔσται δὲ ἀκάθαρτος ὁ τοῦτο παθὼν ἐφ' ὅλαις ἡμέραις τὸν ἀριθμὸν ἑπτά. ἁγνισθήσεται δὲ τῇ σποδῷ τῆς δαμάλεως ἀναμὶξ ὕδατι τὸ αἷμα ἐῤῥαμμένος τῇ ἡμέρᾳ τῇ τρίτῃ, καὶ μέντοι καὶ ἐν ἑβδόμῃ. εἰ δὲ μὴ τοῦτο δρῴη φησὶν, ἀναπόνιπτον ἕξει τὴν ἀκαθαρσίαν. ἀποτίσει δὲ καὶ δίκας, ὡς τὴν σκηνὴν κυρίου μιάνας. ἐκτριβήσεται, φησὶν, ἡ ψυχὴ αὐτοῦ ἐξ Ἰσραὴλ, ὅτι ὕδωρ ῥαντισμοῦ οὐ περιεῤῥαντίσθη ἐπ' αὐτόν. εἰ δὲ καὶ ἐν οἰκίᾳ γένηται, φησὶν, ἐκθανεῖν τινα, καθοριζέσθω δὴ τότε καὶ αὐτῆς τῆς οἰκίας, καὶ πάντων τῶν ἐν αὐτῇ, σκευῶν δὴ λέγω τῆς ἀκαθαρσίας τὸ ἔγκλημα. καὶ εἰ πωμάτων ἔρημα κέοιτό τινα τῶν ἀγγείων, ἔσω καὶ ταῦτα μεμολυσμένα. βέβηλος δὲ οὐδὲν ἧττον, φησὶν, ὁ ἀψάμενος ἐν πεδίῳ, ἢ τραυματίου τυχὸν, ἢ ὀστέου νεκροῦ, ἢ μνήματος. τίνι δὴ οὖν ἀποσμήχεσθαι τὰ τοιαῦτα προστέταχεν, ἐροῦμεν ὡς ἔνι, τὴν τοῦ γράμματος ἀσάφειαν τοῖς κα-

videamur, & restituti denuo incorruptioni dicere gaudentes possimus: *Vbi mors victoria tua? vbi stimulus tuus inferne?* Quæ nos eò tandem via ducit? Baptismatis nimirum gratia, qua sordibus vniuersis ablutis diuinæ participes videamur naturæ, quæ per Spiritum CHRISTI habitet in nobis. Tunc enim, tunc inquam, *mundatur conscientia*, vt Pauli verbis vtar, *ab operibus mortuis*, & cælestis consortes reddimur benedictionis, & mentem superna gratia pleni, feruidi & spectabiles, & quid non huiusmodi videamur? Videas certè quod dixi verũ esse, id in vacca vaticinatum si cognoscas. *Et locutus est*, inquit, *Dominus ad Moysen & Aaron dicens: Hæc est distinctio legis quæcumque constituit Dominus dicens: Loquere filijs Israël, & accipiant ad te iuuēcam rufam, irreprehensibilem, quæ non habet in se vitium, & cui non est superpositum super eam iugum: & dabis eam ad Eleazarum sacerdotem: & ejcient eam extra castra in locum mundum, & occident eam in conspectu eius. Et accipiet Eleazar de sanguine eius, & asperget contra faciem tabernaculi testimonij de sanguine eius septies. Et cremabunt eam in conspectu eius, & pellis, & carnes eius & sanguis eius cum fimo eius comburetur. Et accipiet sacerdos lignum cedrinum, & hyssopum, & coccinum, & immittet in medium combustionis iuuencæ. Et lauabit vestimenta sua sacerdos, & lauabit corpus suum aqua, & postea introibit in castra, & immundus erit sacerdos vsque ad vesperam. Et qui comburit eam, lauabit vestimenta sua, & lauabit corpus suum aqua, & immundus erit vsque ad vesperam. Et congregabit homo mundus cinerem iuuencæ.* Et infrà: *Et erit filijs Israël, & proselytis, qui apponuntur, legitimum sempiternum.* His verò addit legislator, contaminari quosdam, & profanos apparere qui mortuorum contingant cadauera. Immundus enim erit huiusmodi septem ipsis diebus. Expiatur verò cinere vitulæ cum aqua misto, sanguine aspersus die tertia; aut certè septima. Ni id faciat ait, impuram habiturum immunditiam; pœnas verò daturum, quòd Domini tabernaculũ inquinarit: & peribit, inquit, anima eius de Israël, quia aqua aspersionis minimè aspersus est. Sin autem domi quem mori contingat, circumscribatur & ipsa domus, & omnis eius supellex tanquam immũditiæ rea. Et si vasa quædam operculis carentia iaceant, & hæc immunda sint. Profanus verò nihilominus, inquit, quicumque tetigerit in campo aut vulneratum, aut os mortui, aut denique sepulturam. Qua igitur ratione purgari talia præscripserit, dicemus vt possumus, Scripturæ obscuritatem con-

Osee 13. 14. 1. Cor. 15. 55. Hebr. 2. 14. Hebr. 9. 14. Num. 19. 1.

uenienti meditatione aptè explanantes. Igitur vitula vitio carẽs, & omni vacãs macula, quando delictum non nouit, Dominus noster IESVS CHRISTVS est, qui dicere non est veritus: *Venit princeps mundi huius, & † in me nihil reperiet.* Ad Iudæos verò ait: *Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veritatem dico vobis, quare non creditis mihi.* Illud interim considera, in diuinis Scripturis illum nunc vitulum, nunc vitulam nominari. Vitulum quidem, qua dux ac præfectus est; vitulam verò, quatenus minor ac subditus designatur. Vniuersorum enim præfectus Deus existit, ac potentiam in omnes cum Deo Patre exercens; factus sua ipse voluntate sub lege seruauit Moysis, vt ætate prioris, præcepta, tametsi filius esset. Nec mirum: quando & Propheta vocari sustinuit, & in serui forma apparuit, quamuis Prophetarum esset, vt Deus ac Dominus, caput. Rufa autẽ iuuenca petitur. Perfectum enim mysterium est in sanguine Filij hominis: siquidem certum est Patri obedientem vsque ad mortẽ, mortem autem crucis fuisse; & abstulit Seruator proprio sanguine mũdi delicta. Sanguinis autem signum euidens, valdeque apertum argumentum rufus est color. Sed etsi obediens factus sit Patri, & nobiscum legi, quà humanæ fuit conditionis, subiectus, & seruus appellatus, assumptæ etiam carnis honestauerit naturã; erat tamen estque liber, quandoquidem natura Deus, & seruitutis iugo minimè subiectus, nec penitus eidem obnoxius. De cælis enim veniẽs omnibus imperat, ex ipsa Dei ac Patris genitus substãtia libera. Idcirco vitulam adduci iubet rufam, vitioque carentem, & temonis aratri laborum expertem. Si enim seipsum Vnigenitus exinaniuit, volensque in serui formam se demisit, cur & quomodo dubiũ esse potest, fuisse à summa altitudine extenuatum, & ẽ plenitudine exinanitum? ex insita verò & antiqua libertate postliminiò descẽdisse in serui veluti formam. Igitur vitula quidem, quia subditus ac legi paruit, cũ imperet ac ducat: rufa verò, quia humanæ redẽptionis ratio propter nos & pro nobis in sanguine cõtigit: at irreprehẽsibilis, quia non peccauit: neque enim nouit peccatum. expers verò iugi & operis, propter libertatẽ diuinã, & quòd seruire nõ consueuerit, etsi nostri instar & in forma serui factus sit. Verùm *tradẽt*, ait Scriptura, *vitulam Eleazaro sacerdoti, deducentq́ ipsam extra castra in locũ mũdum, iugulabuntq́ eam in conspectu sacerdotis.* Sacerdos typum exhibet sacerdotũ omnium ac sanctificatorum, & à S. Spiritu vnctorum: quandoquidem nobis credentibus S. Apo-

Ioan. 14. 30.

† Vulgata: in me non habet quicquam.

Ioan. 8. 46.

Philip. 2. 8.

Philip. 2. 7.

Num. 19. 3.

θήκασι λογισμοῖς εὐτέχνως διαπτύσσοντες. δάμαλις μὲν οὖν ἡ ἀμώμητος παντελῶς, καὶ ῥύπου παντὸς εἰσάπαν ἀπηλλαγμένη, καὶ οὐκ εἰδυῖα τὸ πλημμελεῖν, ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός. † πεθάρσηκε γὰρ εἰπεῖν· ἔρχεται ὁ ἄρχων τοῦ κόσμου τούτου, καὶ ἐν ἐμοὶ εὑρήσει οὐδέν. καὶ μὲν τοι πρὸς Ἰουδαίους· τίς ἐξ ὑμῶν ἐλέγξει με περὶ ἁμαρτίας; εἰ ἀλήθειαν λέγω ὑμῖν, διὰ τί ὑμεῖς οὐ πιστεύετέ μοι; πλὴν ἐκεῖνο ἀθρεῖ δὴ, ποτὲ μὲν μόσχος, ποτὲ δὲ δάμαλις παρά γε τοῖς ἱεροῖς ὠνόμασται λόγοις. ἵνα διὰ μὲν τοῦ ἄρρενος, ὡς καθηγητής, διὰ δὲ τοῦ θήλεως, ὡς ἐν μείονί τι καὶ ὑποταγῇ σημαίνηται. καθηγούμενος γὰρ τῶν ὅλων ὁ θεὸς, καὶ τὸ κατὰ πάντων μετὰ τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς ἀνημμένον κράτος· γέγονε μὲν γὰρ ἑκὼν ὑπὸ νόμον. τετήρηκε δὲ τὰ Μωσέως, ὡς πρεσβεύοντος εἰ καὶ ἦν οἰκέτης. καὶ θαυμαστὸν οὐδέν, ὅτε καὶ προφήτης ὠνόμασται, καὶ ἐν δούλου πέφηνε μορφῇ, καί τοι προφητῶν ὑπάρχων κύριος καὶ θεός. πυῤῥὰ δὲ ἡ δάμαλις· τετέλεσται γὰρ ἐφ' αἵματι τὸ ἐνανθρωπήσεως τὸ μυστήριον, εἴπερ ἐστὶν ἀληθὲς ὅτι γέγονεν ὑπήκοος τῷ πατρὶ μέχρι θανάτου, θανάτου δὲ σταυροῦ. καὶ ἀφίκηται σώζων τὴν ὑπ' οὐρανὸν ἰδίῳ αἵματι. αἵματος δὲ σημεῖον ἂν γένοιτο καὶ μάλα σαφῶς ἡ πυῤῥότης. ἀλλ' εἰ καὶ γέγονεν ὑπήκοος τῷ πατρὶ, καὶ μεθ' ἡμῶν ὑπὸ νόμον οἰκονομικῶς ὡς ἄνθρωπος, εἰ καὶ δοῦλος ὠνόμασται, τῆς ἀναληφθείσης σαρκὸς οὐκ ἀτιμάσας τὴν σάρκα· ἀλλ' ἦν τε καὶ ἔστι καὶ οὕτως ἐλεύθερος, ὅτι καὶ φύσει θεὸς, καὶ ζυγῷ δουλείας ἥκιστα μὲν ἐνδούμενος, ἀπείρατος δὲ τούτου, οὐδὲ παντελῶς. ἔρχεται γὰρ ἄνωθεν, καὶ ἐπάνω πάντων ἐστὶν, ἐξ αὐτῆς ἀναφὺς τῆς ἐλευθέρας οὐσίας τοῦ θεοῦ καὶ πατρός. ταύτῃ τοι τὴν δάμαλιν παρενεχθῆναι δεῖν ἔφη πυῤῥάν τε καὶ ἄμωμον, καὶ τῆς ζεύγλης πόνων ἀπείρατον. εἰ γὰρ κεκένωκεν ἑαυτὸν ὁ μονογενὴς, καθίεται δὲ καὶ ἑκὼν ἐν δούλου μορφῇ, πῶς ἂν ἢ πόθεν εἴη ἂν ἀμφίλογον ὡς ἔσται μὲν πάντως ἐξ ὑψωμάτων ἡ ὕφεσις, ἐκ πληρωμάτων δὲ ἡ κένωσις; ἐξ ἐμφύτου δὲ ἂν καὶ πρεσβυτέρας ἐλευθερίας ἡ κάθοδος, ἢ ὡς ἔν γε φημὶ τῇ τοῦ δούλου μορφῇ. οὐκοῦν δάμαλις μὲν διά τοι τὸ ἐν ὑποταγῇ τε καὶ ὑπὸ νόμον ὡς ἡγούμενον· πυῤῥὰ δὲ ὅτι τῆς οἰκονομίας ὁ τρόπος ἐφ' αἵματι γέγονε δι' ἡμᾶς καὶ ὑπὲρ ἡμῶν. ἄμωμος δὲ διὰ τὸ ἀπλημμελές. οὐ γὰρ οἶδεν ἁμαρτίαν. ἔργου δὲ καὶ ζεύγλης ἀπείρατον, διὰ τὸ ἐλεύθερον ἐν θεότητι, καὶ τὸ ἀήθες τῆς δουλείας, εἰ καὶ γέγονε καθ' ἡμᾶς καὶ ἐν δούλου μορφῇ. „ ἀλλὰ δώσουσι, φησὶ, τὴν δάμαλιν πρὸς Ἐλεάζαρ τὸν ἱερέα, καὶ ἐξάξουσιν αὐτὴν ἔξω τῆς παρεμβολῆς εἰς τόπον καθαρὸν, καὶ σφάξουσιν αὐτὴν ἐνώπιον αὐτοῦ. τύπος δ' ἂν εἴη τῶν ἱερῶν καὶ ἡγιασμένων, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι καταχρισμένων, ὁ ἱερεύς· ἐπείτοι καὶ πρὸς ἡμᾶς τοὺς πεπιστευκότας εἴρηταί που διὰ φωνῆς ἁγίου

† ἴσως πεθαρσηκὼς pro πεθαρσήκως

ἁγίῳ, ὑμεῖς δὲ γένος ἐκλεκτὸν, βασίλειον ἱεράτευμα, ἔθνος ἅγιον. ἡμῖν ἄρα τοῖς ἱεροῖς, τῷ ἀπολέκτῳ γένει, καὶ τῷ ἁγίῳ ἔθνει δέδοται Χριστὸς παρὰ θεοῦ καὶ πατρὸς, ἁγιασμὸς καὶ ἀπολύτρωσις, σοφία καὶ δικαιοσύνη, σωτήρ τε καὶ λυτρωτὴς, καὶ ὡς ὁ θεσπέσιος γράφει Παῦλος, ἔξω τῆς πύλης ἔπαθεν. ἔνθα καὶ ἡμᾶς ἰέναι δεῖν ἔφη, τὸν ὀνειδισμὸν αὐτοῦ φέροντας, τουτέστι, τὸν ἴδιον σταυρόν. τοῦτο γὰρ αὐτὸς ἔφασκεν ὁ σωτήρ· » εἴ τις θέλει ὀπίσω μου ἐλθεῖν, ἀπαρνησάσθω ἑαυτὸν, καὶ ἀράτω τὸν σταυρὸν αὐτοῦ, καὶ ἀκολουθήτω μοι. ὅτι δὲ τοῖς ἱεροῖς καὶ ἡγιασμένοις πρεπωδέστατόν τι καὶ οἰκεῖον εἰς ὄνησιν, μονονουχὶ καὶ ἐν ὀφθαλμοῖς ἔχειν τὸν ἀποθανόντα Χριστὸν, ὑπεμφήνειεν ἂν, τὸ ὡς ἐν ὄψει ἱερέως κατασφάττεσθαι δεῖν νομοθετῆσαι δάμαλιν. ὅτε δὲ μεμνήμεθα τοῦ δι' ἡμᾶς καὶ ὑπὲρ ἡμῶν ἀποθανόντος Χριστοῦ, τότε δὴ τότε μειζόνως καταπεθήπαμεν τὸν θεσπέσιον ἡμῖν ὑποφωνοῦντα Παῦλον περὶ αὐτοῦ· » εἷς γὰρ ὑπὲρ πάντων ἀπέθανεν, ἵνα οἱ ζῶντες, μηκέτι ἑαυτοῖς ζῶσιν, ἀλλὰ τῷ ὑπὲρ ἡμῶν ἀποθανόντι καὶ ἐγερθέντι. » καὶ πάλιν· ἐγὼ γὰρ διὰ νόμου νόμῳ ἀπέθανον, ἵνα θεῷ ζήσω, Χριστῷ συνεσταύρωμαι. ζῶ δὲ οὐκέτ' ἐγὼ, ζῇ δὲ ἐν ἐμοὶ Χριστός. ὃ δὲ ζῶ ἐν σαρκὶ, ἐν πίστει ζῶ τῇ τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ, τοῦ ἀγαπήσαντός με, καὶ παραδόντος ἑαυτὸν ὑπὲρ ἡμῶν. οὐκοῦν προκείσθω τρόπον τινὰ τοῖς τῆς διανοίας ὄμμασι τῶν ὑπὲρ ἡμῶν ὑπομένων σφαγήν. ζήσομεν γὰρ οὕτως, ἑαυτοῖς μὲν οὐκέτι, θεῷ δὲ μᾶλλον ὡς ἠγορασμένοι τῷ αἵματι τοῦ Χριστοῦ, παραδόντος ἑαυτὸν ὑπὲρ ἡμῶν κατὰ τὰς γραφάς. προστέτακται γε μὴν τῇ τοῦ ἱερέως χειρὶ, καταρραίνεσθαι τῷ αἵματι τὴν ἁγίαν σκηνήν· καὶ τοῦτο ἑπτάκις. κατεμπίμπρασθαι δὲ τὴν δάμαλιν, οὐδενὸς τὸ σύμπαν ἐκβεβλημένου τῶν ὅσα ἐστὶν αὐτῆς· ἀλλ' ὁμοῦ τοῖς κρέασι καὶ κόπρῳ, τὸ δέρμα καὶ τὰ λοιπὰ τοῦ σώματος. ἁγιάζει γὰρ ὁ Χριστὸς τῷ ἰδίῳ αἵματι τὴν ἀληθεστέραν σκηνὴν, τουτέστι τὴν ἐκκλησίαν· ἁγιάζει δὲ τελείως, τουτέστι πλουσίως. τοῦτο γὰρ οἶμαι ἐστι, τὸ ἑπτάκις τῷ αἵματι καταρραίνεσθαι τὴν σκηνήν. τελειότητος δὲ σημεῖον, ὁ μέχρις ἑπτὰ προήκων ἀριθμός. τὸ δέ γε πυρὶ τὴν δάμαλιν κατεμπίμπρασθαι μετὰ τὴν σφαγὴν, ὑπεμφαίνειν ἔοικε τὴν μέχρι θανάτου δοκιμασίαν, ἣν ὑπὲρ ἡμῶν ὑπέστη Χριστός. δοκιμάζεται γὰρ ἐν πυρὶ τὸ ἀργύριον, κατὰ τὸ ἐν ψαλμοῖς ὑμνούμενον· » ὅτι ἐδοκίμασας ἡμᾶς ὁ θεὸς, ἐπύρωσας ἡμᾶς, ὡς πυροῦται τὸ ἀργύριον. ὅτι δὲ δι' ὑπακοῆς τῆς μέχρι θανάτου δεδοκίμασται τρόπον τινὰ ὁ Χριστὸς, ἐνδείξειεν ἂν οὐκ ἀσυμφανῶς ἐκεῖνο οἶμαι που. ἔφη μὲν γάρ που διὰ φωνῆς Ζαχαρίου τοῦ προφήτου, τάχα που πρὸς τοὺς ἐν πίστει δεδικαιωμένους, ἤγουν ὑπὲρ ὧν ἀπέθανε. » καὶ ἐρῶ πρὸς αὐτοὺς, εἰ καλὸν ἐνώπιον ὑμῶν ἐστι, δότε στήσαντες τὸν μισθόν μου, ἢ ἀπείπασθε. εἶτά φησιν ὁ προφήτης, καὶ ἔστησαν τὸν μι-

stoli voce sic pronunciatur: *Vos estis genus electum, regale sacerdotium, gens sancta.* Nobis igitur sacris, generi electo, sanctæque genti CHRISTVS datus à Deo & Patre, sanctificatio ac redemptio, sapientia ac iustitia, Saluator & Liberator, vtque ait Beatus Paulus, *extra portam passus est*: quò etiam nobis inquit eundum, ad improperium eius portãdum, hoc est, suam cuiusque crucem. Hoc enim & ipse Saluator iubet: *Si quis vult venire post me, abneget seipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me.* Quòd verò sacratis hominibus ac sanctificatis decentissimum ac proprium ad medelam sit, propemodum in oculis CHRISTVM passum gestare, hinc appareat, quia in oculis sacerdotis lege sit ordinatum iuuencam cædi. Cùm verò meminimus CHRISTI propter nos & pro nobis occisi, tunc, tunc inquam, meliùs cum stupore sumus admiraturi Diuinum Paulum nobis ita de ipso concionantem: *Vnus pro omnibus mortuus est* CHRISTVS, *vt & qui viuunt, non iam sibi viuant, sed ei qui pro ipsis mortuus est & resurrexit.* Et rursum: *Ego per legem legi mortuus sum, vt Deo viuam,* CHRISTO *confixus sum cruci. Viuo autem iam non ego: viuit verò in me* CHRISTVS. *Quòd autem nunc viuo in carne, in fide viuo Filij Dei: qui dilexit me, & tradidit semetipsum* †*pro nobis.* Igitur ante oculos mẽtis CHRISTVM se pro nobis immolantem proponamus. Sic fiet vt viuamus, nõ ipsi nobis, quin potiùs Deo; vtpote CHRISTI sanguine redempti, *qui tradidit seipsum,* vt iam Scriptura testatur, *pro nobis.* Præcepit itaque Sacerdotis manu sacrum sanguine aspergi tabernaculum, idque septies. Comburi verò totam vitulam, nulla illius excepta corporis parte, sed vnà cum carnibus atque excrementis pellem: itemque corporis reliqua. Sanctificat enim CHRISTVS suo sanguine verum tabernaculũ, quod est Ecclesia, idq; perfectè, hoc est abũdè & opulẽter. Id, opinor, significat, septies illud aspergendũ esse sanguine. Septenarius enim numerus perfectorum est signum. Igne adhæc iuuẽcam post mactationem comburi, indicare probationem ad mortem vsque, quam pro nobis CHRISTVS sustinuit, videtur. Argentum enim in igne probatur, vt regius Psaltes canit: *Probasti nos, Deus: igne nos examinasti, sicut examinatur argentum.* Obedientia verò ad mortem vsque probauit quodammodo CHRISTVM, vt clarè hinc, opinor, animaduertas. & ipse alibi Zachariæ Prophetæ voce ait fere ad iustificatos in fide, hoc est pro quibus mortẽ oppetijt: *Et dicam ad eos: Si bonũ est in cõspectu vestro, date mercedẽ meã; aut remittite.* Pergit Propheta: *Et statuerũt mercedem*

1. Petr. 2. 9.
Hebr. 13. 12. & 13.
Marc. 8. 34. Luc. 9. 23.
Passionis CHRISTI *quàm vtilis meditatio.*
2. Cor. 5. 15.
Gal. 2. 19.
† ὑπὲρ ἐμοῦ *est Gal. 2. 20. & Vulgata, pro me.*
Gal. 2. 20.
Septenarij numeri perfectio.
Probatio, seu tẽtatio.
Psal. 65. 10.
Zach. 11. 12.
Matt. 27. 9.

καὶ τὸ ἐν ἡμῖν καθαρότητος πλησιάσαι Χριστῷ. ἔξω δὲ τῆς παρεμβολῆς ἀποχεῖσθαι δεῖν ἔφη τὸ ὕδωρ τοῦ ἁγνισμοῦ, καὶ οὐχὶ δὴ μᾶλλον ἐν αὐτῇ τῇ παρεμβολῇ. ἔξω γὰρ ὥσπερ τῆς Ἰουδαίων συναγωγῆς ἡ ἐν Χριστῷ κάθαρσις. ἀπεφοίτησε γὰρ αὐτῆς ἐν πλέξεται λέγων· ἰδοὺ ἀφίεται ὑμῖν ὁ οἶκος ὑμῶν ἔρημος. μετερρύηκε δὲ ὥσπερ ἐπὶ τὰ ἔθνη λοιπὸν ἡ ἀφαγνίζουσα χάρις· καὶ ὡς ὁ Παῦλός φησιν, οἱ μακρὰν, γεγόνασιν ἐγγύς· κέκληνται γὰρ διὰ πίστεως, καὶ τῇ ἐν Χριστῷ δικαιοσύνῃ πεπλουτήκασιν, ἀπειθεῖν ἑλομένων τῶν ἐξ Ἰσραήλ. ὅτι δὲ πᾶν εἶδος ἀκαθαρσίας διατμήξειεν ἂν καὶ λίαν εὐκόλως τὸ ὕδωρ τοῦ ἁγνισμοῦ, διεσάφει λέγων, ὡς εἴ τις ἅψαιτο νεκροῦ καταμιανθήσεται μέν. ἀπαλλαχθείη δ' ἂν οὐχ ἑτέρως τοῦ συμβεβηκότος, εἰ μὴ καταρραίνοιτο τῷ ὕδατι τοῦ ἁγνισμοῦ κατὰ τὴν τρίτην καὶ ἑβδόμην ἡμέραν. καὶ † νεκρότης μὲν, σωμάτων φθορὰ, καὶ ἀκαθαρσίας σύμβολον. ὁ δὲ τοῦ ὕδατος ῥαντισμὸς, ἀναμεμιγμένης αὐτῷ τῆς σποδοῦ τῆς δαμάλεως καὶ τῶν ἑτέρων, τύπος ἂν εἴη τοῦ ἁγίου βαπτίσματος. οὐκοῦν ὁ νεκροῖς ἔργοις καὶ τοῖς εἰς φθορὰν μιάσμασιν ἐνεχόμενος. ἔργα δὲ νεκρότητος τὰ σαρκὸς εἶναί φαμεν ἀνόσιά τε καὶ βδελυρὰ πάθη, πορνείαν, ἀκαθαρσίαν, πάθος, ἐπιθυμίαν κακήν. οὐχ ἑτέρως ἂν ἔχοι τὸ καθαρὸν, εἰ μὴ ἀφαγνίζοιτό τε, καὶ τὸν μολυσμὸν ἀπονίψει διὰ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος, κατά τε τὴν τρίτην καὶ τὴν ἑβδόμην. καὶ σημαίνει μὲν ἡ τρίτη τὸν τῆς ἀναστάσεως καιρὸν, τὸν ἔσχατόν τε καὶ ὡς ἐν τέλει λοιπὸν, καθ' ὃν γέγονεν ἄνθρωπος ὁ μονογενής. εἰ δὲ δὴ καὶ οἶκος καταμιαίνοιτο, φησὶ, τεθνειῶτός τινος ἐν αὐτῷ. ἀκάθαρτοι μὲν οἱ εἰσβαίνοντες ἐν αὐτῷ. βδελυρὸν δὲ καὶ σκεῦος ἅπαν καὶ ἀγγεῖον οὐ πεπωμασμένον πλὴν τῷ ὕδατι τοῦ ἁγνισμοῦ καὶ ταῦτα διακαθαίρεται κατὰ τὸν ἴσον τρόπον, κατὰ τὴν τρίτην καὶ τὴν ἑβδόμην ἡμέραν. οἶκον δὲ τὸν μεμολυσμένον, σκεύη τε τὰ ἐν αὐτῷ καὶ ἀγγεῖον οὐ πεπωμασμένον, ὁ νομοθέτης ἡμῖν ἐν τούτοις ὑποδηλοῦν ἔοικεν, τὴν κυριοκτόνον τάχα που τῶν Ἰουδαίων συναγωγήν· συλλήβδην μὲν, ἁπασῶν ὡς ἐν οἴκῳ νοουμένην· καθέκαστον δὲ, ὥσπερ διὰ τῶν σκευῶν. σκεῦος γὰρ ἐπὶ γῆς ὁ ἄνθρωπος. ὅτι δὲ αὐτοῖς οὐκ ἀσφαλὴς ὁ νοῦς, ἕτοιμος δὲ λίαν εἰς μολυσμοὺς, καὶ πρὸς τὸ πᾶν ὁτιοῦν εἰσδέξασθαι τῶν ἀδικεῖν εἰωθότων, ὑπαινίττεταί πως διὰ τῶν ἀγγείων τῶν οὐ πεπωμασμένων, εἰς ἃ τοῖς ἐθέλουσι καταλισθεῖν εὔκολον. κἂν εἴτε ἀσκαλαβῶτες, εἴτ' οὖν ἕτερόν τι τῶν ἐνοικιδίων ὑπάρχοι ζώων. ἀλλ' οὐχὶ τῶν ἐν πίστει δεδικαιωμένων, οὐχ ὧδε ἔχει νοῦς. ἀσφαλὴς γὰρ καὶ πεπωμασμένος, καὶ τοῖς ἀδικεῖν εἰωθόσιν οὐχ ἁλώσιμος. ἀλλὰ κἂν εἴ τις ἅψηται, φησὶν, ἢ τραυματίας τυχὸν, ἢ ὀστέον νεκροῦ, ἢ μνήματος, καὶ οὕτως ἔσω μεμολυσμένος. καὶ τραυματίαν εἶναί φαμεν τὸν οὐχ ὑγιᾶ τὴν καρδίαν. τετραυματισμένον δὲ ὥσπερ, ἢ ἐπιθυμίαις κοσμικαῖς, ἢ θελήμασι κοσμικοῖς, εἴτ' οὖν σαρκικοῖς. νεκροῦ δὲ

† ἴσως νεκρώδης

& eam quæ in nobis est puritas, CHRISTO proximè accedere. Fundendam verò aquam purificantem extra castra esse ait, potiùs quàm in ipsa castra. CHRISTI enim puritas extra Iudæorum est Synagogam. Ea enim cùm exisset, liberè sic prędixit: *Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta.* Profluxit verò demū quasi ad Gentes emundans Dei gratia, atque, vt Pauli verbis vtar, *qui longè positi erant, facti sunt propè.* Vocatæ enim per fidem sunt, & iustitia in CHRISTO ditatæ, credere nolētibus Israëlitis. Quòd verò impuritatis omne genus detergere etiam commodè aqua lustralis possit, sic ostendit Scriptura: *Quisquis cadauer cōtigerit inquinatur.* nō aliter autē ea inquinatione liberabitur, nisi aqua purgante aspergatur die tertio, aut septimo demum. Cadauerosus est corruptio corporum, impuritatisque signum. Aquæ verò aspersio, commisto simul cinere de vitula, aliisq; typus est baptismatis. Igitur qui opera mortua & corruptionis inquinamenta habet (Opera verò mortua esse dicimus impias ac noxias concupiscentias: *fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiscentiam malam)* non aliter euadat mundus, nisi mundetur, sordesque eluerit sacro regenerationis lauacro, tertio vel septimo die. Et tertius quidem dies resurrectionis significat tempus, vltimum inquam tempus & perfectum, quo Vnigenitus homo factus est. Si verò & domus inquinetur mortuo quodam in ea; immundi quoque erunt in eā ingredientes. Supellex itē omnis diris erit sacra, & vas nō coopertū, nisi & hæc aqua piaculari ad eundem modū tertio ac septimo die perpurgentur. Per domū verò immundam & vasa eius, vasque nō opertum, legislator nobis ostendere fortasse videatur Iudæorum, quæ Dominum suum occidit, Synagogam, quæ iunctim per domū intelligatur; singulatim verò per vasa singula. Homo enim vasis instar est. Quòd autem illis non firma mēs sit, atque adeò ad suscipiendas sordes valdè prompta, & ad quamcumque iniustitiā admittendam iam assueta, obscurè per vasa nō operta designatur, in quæ noxia quæ sunt facilè irrepere queunt, siue †stelliones, siue alia animantia domestica. At fide iustificatorum non talis est animus. Firmus enim est & opertus & nō facilè ab ijs quæ nocere solent inuasibilis. Sed si, ait, casu quis tetigerit vel vulneratū, vel os hominis mortui, aut sepulcrum, erit & hic immundus. Vulneratum porro dicimus qui corde sit ægro, vulneratum inquam sæcularibus desiderijs, vel mundanis cupiditatibus, seu carneis. Cadaueris verò

Matt. 23. 38. Luca 13. 34.

Eph. 2. 13. & 17.

Num. 19. 11.

Coloss. 3. 5.

Tertius dies quid significet.

† araneæ, blattæque, aliaque insecta. Sic Catena Græc. in Pentateuc. pag. 197.

os accipiemus vt impuritatis quid reliquũ. Monumentum autem est ad recordandum quodammodo etiam extinctæ impuritatis. Diabolus enim interdũ cor vulnerat. Victi verò ex parte carnis affectionibus nos etiã ipsi ægrotamus, non in quodlibet tamen peccatũ incidentes, in reliquijs tamen eius adhuc hærentes in mũdo versamur. Vt si irã quis vincere conatur aut auaritiam, non effugiet tamen per omnia excessũ seu exsuperantiam. Id equidem opinor de reliquis vitiorum sentiendum, esse immunditias quasdam: cuius signum sit aut symbolum mortui hominis os. Sed & passionẽ iam superatam memoria repetẽtes, ac sopitæ voluptati accedentes propiùs, interdum non parum inquinamur. Abscedimus verò ab his peccatorũ vitijs detergente nos CHRISTO, & suis perpurgãte cruciatibus. Mortem enim pro nobis obijt, & liuore eius omnes sanati sumus, & peccata nostra ipse tollit, estq; apud Patrem aduocatus pro peccatis nostris: nec pro nostris tantùm, sed & pro totius mundi, vt quibusdam B. Ioannes scripsit. In ipso itaque omnis purificatio, omnis iustitia, sanctimonia, & redemptio: cum quo & per quem Deo ac Patri gloria cum sancto Spiritu in sæcula sæculorum. Amen.

Isai. 53. 5.
Ioan. 1. 29.
1. Ioan. 2. 1.

ἐστίν, παραδεξόμεθα ἂν εἰς ἀκαθαρσίας λείψανον. μνῆμα δ' ἂν, εἰς ἀνάμνησιν τρόπον τινὰ, καὶ ἀποθανούσης ἀκαθαρσίας. πλήττει γάρ ἐστιν ὅτε τὴν καρδίαν ὁ σατανᾶς. ἡττώμενοι δ' ἀνὰ μέρος τοῖς τῆς σαρκὸς πάθεσι καὶ ἡμεῖς αὐτοὶ νοσοῦμεν οὐκ εἰς ἅπασαν τὴν ἐφ' ὁτιοῦν ἁμαρτίαν, ἐν λειψάνοις δ' αὐτῆς ἔτι ζῶντες διαπλέομεν ἐν κόσμῳ. οἷον τί φημι· κρατεῖν ἐπειγέσθω τις ὀργῆς, ἢ φιλαργυρίας, διαφεύξεται δ' οὐκ εἰσάπαν τὴν ὑπερβολήν. τοῦτο οἶμαί ἐστι τὸ ἐν λειψάνοις εἶναί τινας ἀκαθαρσίας. οὗ σημεῖον ἂν γένοιτο τοῦ νεκροῦ τὸ ὀστοῦν. ἀλλὰ καὶ πάθους ἤδη νενικημένου πρὸς ἀνάμνησιν καθέντες τὸν νοῦν, καὶ τεθαμμένης ἡδονῆς ἐγγὺς ἰόντες ἐσθ' ὅτε πλημμελοῦμεν οὐ μικρῶς. ἀπαλλαττόμεθα δὲ τῶν τοιούτων αἰτιαμάτων, διασμήχοντος ἡμᾶς τοῦ Χριστοῦ, καὶ τῷ ἰδίῳ πάθει διακαθαίροντος. ἀπέθανε γὰρ ὑπὲρ ἡμῶν, καὶ τῷ μώλωπι αὐτοῦ ἡμεῖς ἰάθημεν. καὶ αὐτὸς τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν αἴρει, καὶ ἔστι παράκλητος πρὸς τὸν πατέρα περὶ τῶν ἁμαρτιῶν· οὐ περὶ τῶν ἡμετέρων δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ περὶ ὅλου τοῦ κόσμου, καθὰ γέγραφέ τισιν ὁ θεσπέσιος Ἰωάννης· ἐν αὐτῷ δὴ οὖν ἡ πᾶσα κάθαρσις, ἡ πᾶσα δικαίωσις, ὁ ἁγιασμὸς, ἡ λύτρωσις, σὺν αὐτῷ τε καὶ δι' αὐτοῦ τῷ θεῷ καὶ πατρὶ ἡ δόξα σὺν ἁγίῳ πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

De serpente æneo.

Ezech. 18. 23. & 32. 11.

DEus quidem mortem non fecit, neque delectatur pernicie viuentium, sicut scriptum est. Omnia enim condidit vt subsisterent, atque salutares sunt mundi generationes. Sed posteaquã nostri generis primitiæ, hoc est, Adã, inobedientia & neglecto diuino præcepto offendit creatorem; ideò delapsus est in corruptionem, & hominis natura maledicta est, atque adeò totum genus nostrum pœnæ subiectum. Nos verò miseri, etiamsi in incorruptione nati, deinceps sicut vmbræ, ac veluti herbæ in agris parũ ac vix efflorescentes, procidimus præter opinionem in terram tanquam matrem nostram. Hinc Sancti variè exclamarunt, statum nostrum deplorantes. Apertè enim licet audire beatum Dauid clamantem: *Homo vanitati similis factus est.* Adhæc Isaiam: *Omnis caro fænum, & gloria eius quasi flos fæni.* Eò enim calamitatis & miseriæ recidimus, quemadmodum dixi, vt nullus quantumlibet præditus sapientia diuinitus inspirata possit dicere, cui meritò res nostræ comparari queant. Verùm enimuerò nos ita affectos Creator non despexit, at potiùs

Psal. 143. 4.
Isaia 46. 6.
1. Pet. 1. 24.
Iac. 1. 10.
Eccl. 14. 18.

Περὶ τοῦ ὄφεως τοῦ χαλκοῦ.

ΟΜὲν θεὸς θάνατον οὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ τέρπεται ἐπ' ἀπωλείᾳ ζώντων, κατὰ τὸ γεγραμμένον. ἔκτισε γὰρ εἰς τὸ εἶναι τὰ πάντα, καὶ σωτήριοι αἱ γενέσεις τοῦ κόσμου. ἐπειδὴ δὲ τοῦ γένους ἡ ἀπαρχὴ, τουτέστιν Ἀδὰμ κατηρρώστησε τὴν παρακοὴν, καὶ τῆς θείας ἀλογήσας ἐντολῆς, προσκέκρουκε τῷ θεῷ δημιουργῷ, ταύτῃ τοι κατωλίσθησεν εἰς φθοράν· καὶ ἐπάρατος μὲν ἡ ἀνθρώπου φύσις, καὶ ὑπὸ δίκην τὸ γένος. ἡμεῖς δὲ οἱ τάλανες καίτοι γεγονότες ἐν ἀφθαρσίᾳ, σκιαῖς ἐν ἴσῳ λοιπὸν καὶ πόαις ταῖς ἐν ἀγρῷ, βραχὺ καὶ μόλις νοσήσαντες, πίπτομεν ἀδοκήτως ὡς ἐπὶ μητέρα τὴν γῆν. ἐντεῦθεν οἱ ἅγιοι διαφόρως ἀνακεκράγασι τὰ καθ' ἡμᾶς ἀνοιμώζοντες. ἔστιν οὖν ἀκούειν ἀναφανδὸν βοῶντος τοῦ μὲν μακαρίου Δαβίδ· ἄνθρωπος ματαιότητι ὡμοιώθη. Ἡσαΐου δὲ αὖ· πᾶσα σὰρξ ὡς χόρτος, καὶ πᾶσα δόξα ἀνθρώπου, ὡς ἄνθος χόρτου. καθικόμεθα γὰρ ὡς ἔφην, εἰς τοῦτο λοιπὸν ἀθλιότητός τε καὶ ταλαιπωρίας, ὡς οὔτω περ ἂν εἰκότως τὰ καθ' ἡμᾶς παρεικάζοντος, μὴ ἂν δυνασθῆναι λέγειν, καίτοι λίαν ὄντας σοφοὺς τοὺς πνευματοφόρους. ἀλλ' ἐν τούτοις γεγονότας, οὐ περιεῖδεν ὁ ποιητής· ἠξίωσε δὲ μᾶλλον

καὶ

καὶ ψευδοῦς καὶ λόγου, καὶ θανάτου καὶ φθορᾶς ἐλευθέρους ἀπέφηνεν ἐν Χριστῷ. πῶς ἢ τίνα τρόπον; πρόδηλον μὲν ἅπασι, κἂν εἰ μή τις λέγοι τυχόν· πλὴν καὶ ἐν αὐτοῖς κατίδοι τις ἂν τοῖς ἀρχαιοτέροις γράμμασιν, τοῦ μυστηρίου τὴν
„ δύναμιν. ἔχει δὲ οὕτως ἐν τοῖς ἀριθμοῖς· καὶ
„ ἐπάραντες ἐξ Ὢρ τοῦ ὄρους ὁδὸν ἐπὶ θάλασσαν
„ ἐρυθρὰν, περιεκύκλωσαν τὴν γῆν Ἐδώμ·
„ καὶ ὠλιγοψύχησεν ὁ λαὸς ἐν τῇ ὁδῷ· καὶ
„ κατελάλει ὁ λαὸς πρὸς τὸν θεὸν κατὰ Μωυσῆ λέγοντες· ἵνα τί ἐξήγαγες ἡμᾶς ἐξ Αἰγύπτου, ἀποκτεῖναι ἡμᾶς ἐν τῇ ἐρήμῳ; ὅτι οὐκ
„ ἔστιν ἄρτος, οὐδὲ ὕδωρ. ἡ δὲ ψυχὴ ἡμῶν
„ προσώχθισεν ἐν τῷ ἄρτῳ τῷ διακένῳ τούτῳ.
„ καὶ ἀπέστειλε κύριος εἰς τὸν λαὸν τοὺς ὄφεις
„ τοὺς θανατοῦντας, καὶ ἔδακνον τὸν λαόν. καὶ
„ ἀπέθανεν ὁ λαὸς πολὺς τῶν υἱῶν Ἰσραήλ·
„ καὶ παραγενόμενος ὁ λαὸς πρὸς Μωυσῆν
„ ἔλεγεν· ὅτι ἡμαρτήκαμεν, ὅτι κατελαλήσαμεν τοῦ κυρίου καὶ κατὰ σοῦ. εὖξαι οὖν πρὸς κύριον, καὶ ἀφελέτω ἀφ᾽ ἡμῶν τὸν ὄφιν. καὶ ηὔξατο Μωυσῆς περὶ τοῦ λαοῦ. καὶ εἶπε κύριος
„ πρὸς Μωυσῆν· ποίησον σεαυτῷ ὄφιν, καὶ θὲς
„ αὐτὸν ἐπὶ σημείου. καὶ ἔσται ἐὰν δάκῃ ὄφις ἄνθρωπον, πᾶς ὁ δεδηγμένος ἰδὼν αὐτὸν ζήσεται. καὶ ἐποίησεν ὁ Μωυσῆς ὄφιν χαλκοῦν,
„ καὶ ἔστησεν αὐτὸν ἐπὶ σημείου. καὶ ἐγένετο ὅταν
„ ἔδακνεν ὁ ὄφις ἄνθρωπον, καὶ ἐπέβλεψεν ἐπὶ
„ τὸν ὄφιν τὸν χαλκοῦν, καὶ ἔζη. ἐθήτευον μὲν γὰρ ἐν Αἰγύπτῳ, καὶ ἀφορήτῳ δουλείᾳ κατηχθισμένοι λελύτρωνται παρὰ θεοῦ, πολλῶν καὶ ἀξιαγάστων γεγονότων ἐκεῖ σημείων· μετεστοιχειοῦτο μὲν γὰρ εἰς αἷμα τὸ ὕδωρ, βάτραχοί τε καὶ σκνῖπες, καὶ μέν τοι καὶ κυνόμυιαι, καὶ χαλάζης ἐπαγωγαὶ μονονουχὶ τῆς Αἰγυπτίων κατεστράτευον γῆς· ἐκόλαζον δὲ καὶ σκότῳ, καὶ τῶν πρωτοτόκων ὁ θάνατος ἀφορήτως κατῃκίζετο τοὺς πλεονεκτεῖν ᾑρημένους, θεοῦ παραδόξως ἀνασώζοντος τοὺς ἐξ Ἰσραήλ. εἶτα διὰ μέσης θαλάσσης ἰόντες ὡς ἐπὶ ξηρᾶς ἀθλίως ἀπολωλότας ἐθεῶντο τοὺς Αἰγυπτίους. ἄρτον ἐδέχοντο τὸν ἐξ οὐρανοῦ, καθίει γὰρ αὐτοῖς τὸ μάννα θεός. εἵπετο δὲ ὡς ἐν πέτρᾳ νοούμενος Χριστός· καὶ ἀδοκήτως νάμασι δεδιψηκότας ἠλέει. πανάλκες γὰρ τὸ θεῖον, καὶ ἀφθόνως τὰ ζωαρκῆ δωρούμενον τοῖς ἀνακειμένοις αὐτῷ. ἀλλ᾽ οἱ τῶν οὕτως ἐξαιρέτων ἀπολαύσαντες ἀγαθῶν, ὀλίγοις ἐλέγχονται πόνοις. ὅτι καὶ ἀμνήμονες τῶν παρὰ θεοῦ, καὶ ἥκιστα μὲν ἑδραῖοι πρὸς τὸ πιστεύειν αὐτῷ, θρασεῖς δὲ καὶ εὐκατάσειστοι καὶ ἕτοιμοι πρὸς μικροψυχίαν, καὶ τὰ ἐφ᾽ οἷς τετίμηνται παραλόγως ἠγνοηκότες. διάκενον γὰρ καλοῦσιν ἄρτον τὸν ἐξ οὐρανοῦ, καὶ τῶν ὑδάτων ἐπεκάλουν τὸ σπάνιν· καί τοι μεμαθηκότες ὡς ἀνήνυτον οὐδὲν τῇ θείᾳ τε καὶ ἀπορρήτῳ φύσει, ἣ καὶ ποταμίων ναμάτων μητέρα τὴν
† ἀκρότομον αὐτοῖς πέτραν ἐτίθει. ἀπεροφάσιστον δὲ κατὰ θεοῦ ποιούμενοι τὴν καταρρη-

† ἴσως ἀπότομον

sua cura benignitateque est dignatus, atque à morte & corruptione liberos per CHRISTVM reddidit. Quonam verò modo? Manifestum est cuiuis, tacentibus etiam omnibus. Præterea ex veteribus etiam scriptis facilè quis intelligat huius mysterij vim. Ita verò habet in libro Numerorum: *Et profecti à monte Hor per viam ad mare rubrum, circumierunt terram Edom. Et populus factus est pusillanimis ad Deum contra Moysen, dicentes: Quare duxisti nos ex Aegypto, vt nos in hoc deserto interficeres? Quia hic nec panis est nec aqua. Anima nostra abhorret à pane isto leui. Et misit Deus serpentes in populum mortiferos, qui morderent populum. Et multus populus filiorū Israël moriebatur. Aggressus autem populus Moysen dicebant: Peccauimus, quia oblocuti sumus Domino & tibi. Ora igitur Dominum, vt tollat à nobis serpentem. Et orauit Moyses Dominum pro populo. Dixitq; Dominus ad Moysen: Fac tibi serpentem, & pone hunc in signum, fietq; vt cùm momorderit serpens hominem, omnis qui fuerit morsus & intueatur hunc, sit victurus. Fecitq; Moysen serpentem aneum, & accidit, vt cùm serpens momordisset hominem, videret ad serpentem aneum & viueret.* Seruiebant enim in Ægypto, & intolerabili seruitute oppressi à Deo sunt redempti, multis & stupendis signis ibi editis. Conuertebatur aqua in sanguinem: ranæ & culices, itemque cynomyia, ac grando inducta tantùm-non Ægyptiorum terram expugnabant. Adhæc obruebantur tenebris, & mors primogenitorum eos occupabat tyrannidem in ipsos exercere volentes, Deo interim Israëlitas mirabiliter seruante. Deinde per medium mare tanquam per siccum profecti Ægyptios miserè perijsse viderunt. Panem etiam accipiebant è cælo, (Deus enim ipsis demittebat manna.) Tandem CHRISTVS veluti in petra intellectus, insperatis fluentis sitientium est misertus. Potens enim est Dei numen in illis, atque affatim quæ ad vitam sunt necessaria suppeditat eis, qui ipsi consecrati sunt. Isti autem qui tot eximia perceperunt bona, debiles sunt, & exiguis laboribus succumbūt: quia & obliti sunt beneficiorum Dei, neque firmos ad credendum ei sese exhibuerunt, inconstantes verò facileque mobiles fuere, valdeque ad timiditatē procliues, & bonorū, quibus à Deo affecti sunt, stolidè ignari. Panem enim cælestem appellant *leuem*, & aquarum inopiam culpant, etsi iam olim experientia didicissent, nihil esse impossibile apud diuinam atque ineffabilem naturam, quæ ipsis duram petram posuerit in fontem aquarum. Cùm igitur temerè ac nefariè obmurmurarent.

Num. 21. 4.

Iudæi ab Aegyptiaca seruitute liberati.

Iudæi ingrati erga Deum.

rarent Deo, morsibus serpentum sunt puniti. Deinde reuersi ad se, peccatorum suorũ agnitionem lacrymis testantur, confitentur delicta, & mediatorem implorant Moysen, vt misericordem ipsis & placatum reddeţet Deum. Hic verò procidens orabat, & mandatis supernis obediens, serpentẽ confecit æneum, quem in altum erectum, morsos intueri iubebat. Quod quidem facientes curabantur. Sed quis sit spiritalis huius historiæ sensus, atque item magnum & excellens in hoc mysterium, par eit vt accuratè inquiramus. Neque enim sufficiet littera prudentioribus, sed mysteria quæ in typis latent. Age igitur dicamus, ex figura rursus ad vniuersale, & quod verum est, narrationem traducentes. Nam pertæsi diuina & superna bona, inconsiderateque ruentes ad id quod iucũdum est potiùs, quàm ad id quod vtile est, & virtutis operibus reiectis addicti turpibus actionibus benefactorem iniuria affecimus, neque vno modo creatorem offendimus. Vnde etiam nos obiecti sumus serpẽtum, intelligibilium scilicet morsibus, qui nos per singula peccata pungentes, laqueis mortis subijciunt. Nam harum venenatarum bestiarum princeps est draco iste apostata, hoc est Satanas, cuius morsibus primus homo perijt, hoc est Adam. Serpit autem deinceps tanquam ex radice etiam in nos, qui ex ea prognati sumus, istud malum. Saluati autem sumus quodammodo. Intuiti enim sumus nos serpentem, hoc est, CHRISTVM. Quo igitur modo qui suapte natura bonus est, imò ipsa bonitas, poterit esse serpens? Quia factus est iuxta nos, qui libero arbitrio praui sumus, iuxta illud: *Factus est in similitudinem carnis peccati.* Item: *Inter iniquos reputatus est.* Quòd autem nos mali, non quidem à Deo creati, sed prolapsi in vitia per peccatum tyrannidem in nos exercens, manifestum tibi faciet ipse CHRISTVS dicens: *Si vos cùm sitis mali, scitis bona dare filijs vestris, quanto magis Pater vester cælestis dabit bona petentibus eum?* CHRISTVS igitur est serpens tanquã in similitudine peccati, quia factus est homo. Attamen si quis eum intelligibiliter intueatur, superior erit morte, & euadet corruptionem, morsusque contemnet, & venenosorum turbam nihili faciet. Intuebimur autem CHRISTVM si mysteriũ de ipso rectè intelligamus, firmiterque credamus. Quòd cùm suapte natura sit Deus, factus sit homo, atque etiamsi fuerit in similitudine peccati, nihilominus tamẽ permansit bonus. Factus est enim sicut nos, non vt nobiscum esset malus, sed vt nos bonos efficeret per Spiritum sanctum, qui nos trans-

CHRISTVS qua ratione serpens dicatur.

Rom. 8. 3.

Matth. 7. 11

σιν, τοῖς τῶν ὄφεων δήγμασιν ἐκολάζοντο. εἶτα τῶν σφῶν αὐτῶν πλημμελείας ἐρχόμενοι περὶ ἀνάμνησιν, δακρυρροοῦσι λοιπὸν, καὶ ὁμολογοῦσι τὰ ἐγκλήματα. παρακαλοῦσι τὸν μεσιτεύοντα, φημὶ δὴ Μωσέα, φιλοικτίρμονά τε καὶ ἤπιον ἐπ' αὐτοῖς καταστῆσαι θεόν. ὁ δὲ περὶ τούτων ἐλιπάρει, τοῖς γε μὴν ἄνωθεν εἴκων νεύμασιν ὄφιν ἐργάζεται χαλκοῦν· ὑψοῖ τε ἐπὶ ξύλου, καὶ τοῖς πληττομένοις ἐκέλευεν ἀτενίζειν εἰς αὐτόν· ὁ δὴ καὶ δρῶντες ἐσώζοντο. ἀλλὰ τίς ὁ λόγος, ἀλλὰ τί τὸ μέγα καὶ σοφὸν μυστήριον, πολυπραγμονεῖν ἀκόλουθον. οὐ γὰρ ἀρκέσει τὸ γράμμα τοῖς νουνεχεστέροις. ἐγκέχωσται δὲ ὥσπερ τοῖς τύποις τὰ μυστήρια. οὐκοῦν φέρε λέγωμεν, ὡς ἐκ τύπου πάλιν ἐπὶ τὸ καθόλου καὶ γενικώτερον, καὶ ὅπερ ἐστὶν ἀληθὲς μεταπλάττοντες τὸ διήγημα. δυσαρεστούμενοι γὰρ τοῖς παρὰ θεοῦ καὶ ἄνωθεν ἀγαθοῖς, καὶ ἀκατασκέπτως ἰόντες ἐπὶ τὸ ἡδὺ μᾶλλον ἢ τὸ συμφέρον, καὶ τὰ τῆς ἀρετῆς γυμνάσματα παρωθούμενοι, προσκείμενοι δὲ τοῖς αἰσχίστοις, λελυπήκαμεν τὸν εὐεργέτην, προσκεκρούκαμεν οὐ καθ' ἕνα τρόπον τῷ δημιουργῷ. ταύτῃ τοι πεπτώκαμεν ὑπὸ τὰ τῶν ὄφεων δήγματα· ὄφεων δέ φημι τῶν νοητῶν. οἱ διὰ πάσης ἡμᾶς πλήττοντες ἁμαρτίας, τοῖς τοῦ θανάτου δεσμοῖς ὑποφέρουσιν. ἐξάρχει δὲ ὥσπερ τοῦ τῶν ἰοβόλων θηρίων πλήθους ὁ δράκων ὁ ἀποστάτης, τουτέστιν ὁ σατανᾶς. οὗ τοῖς δήγμασιν ἐν ἀρχαῖς τε καὶ πρώτοις διόλωλεν ὁ ἄνθρωπος, τουτέστιν ὁ Ἀδάμ. ἕρπει δὲ καθάπερ ἐκ ῥίζης καὶ εἰς ἡμᾶς τὸ κακὸν, τοὺς ἐξ αὐτῆς γεγονότας. σεσώσμεθα δὲ ἕνα τρόπον, τεθεάμεθα γὰρ τὸν ὄφιν, τουτέστι Χριστόν. πῶς οὖν ὄφις ὁ ἀγαθὸς κατὰ φύσιν ὡς θεὸς, μᾶλλον δὲ αὐτόχρημα τὸ ἀγαθόν; ὅτι γέγονε καθ' ἡμᾶς, τοὺς ἐκ προαιρέσεως πονηροὺς, γέγονεν ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς ἁμαρτίας, καὶ ἐν τοῖς ἀνόμοις κατελογίσθη. ὅτι δὲ ἡμεῖς πονηροὶ, γεγονότες δὲ οὐχ οὕτως παρὰ θεοῦ, μετερρυηκότες δὲ εἰς τοῦτο φαυλότητος, διά τοι τῆς καθ' ἡμῶν τυραννησάσης ἁμαρτίας, διατρανοῖ λέγων καὶ αὐτὸς ὁ Χριστός· εἰ οὖν ὑμεῖς πονηροὶ ὄντες, οἴδατε δόματα ἀγαθὰ διδόναι τοῖς τέκνοις ὑμῶν· πόσῳ μᾶλλον ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος δώσει ἀγαθὰ τοῖς αἰτοῦσιν αὐτόν; ὄφις δὴ οὖν ὁ Χριστὸς, ὡς ἐν ὁμοιώματι πονηρίας, ὅτι γέγονεν ἄνθρωπος. ἀλλ' εἴ τις αὐτὸν θεάσαιτο νοητῶς, ἀμείνων ἔσται φθορᾶς, καὶ ὑπεραλεῖται θάνατον, καὶ ἀλογήσει δηγμάτων, καὶ τῆς τῶν ἰοβόλων πληθύος οὐ φροντιεῖ. ὀψόμεθα δὲ Χριστὸν συνιέντες ὀρθῶς τὸ ἐπ' αὐτῷ μυστήριον. καὶ † ἀρηρότως πιστεύοντες ὅτι θεὸς ὢν κατὰ φύσιν, γέγονεν ἄνθρωπος· ἀλλ' εἰ καὶ ἦν ἐν ὁμοιώματι πονηρίας, οὐδὲν ἧττον ἀπομεμένηκεν ἀγαθός. γέγονε γὰρ καθ' ἡμᾶς, οὐχ ἵνα μεθ' ἡμῶν ὁρῷτο πονηρὸς, ἀλλ' ἵνα ἡμᾶς ἀγαθοὺς ἐργάσηται, τῷ ἁγίῳ μετασχεῖ-

† ἴσως ἀρη. ὡς

χει-

χειρώσας πνεῦμα πρὸς πᾶν εἶδος ἀρετῆς. ἐπὶ σημείου γέγονεν ὁ ὄφις. ὑψώθη γὰρ ὁ Χριστὸς ἐπὶ τοῦ τιμίου σταυροῦ. καὶ τοῦτο αὐτὸς Ἰουδαίοις προσφωνεῖ λέγων· ὅταν ὑψώσετε τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου, τότε γνώσεσθε ὅτι ἐγώ εἰμι. ὅτι δὲ τύπος εἰς τὸ αὐτοῦ βλέπει μυστήριον, ἀναμάθοις αὐτοῦ λέγοντος ἐναργῶς· ὥσπερ γὰρ ὁ Μωϋσῆς ὕψωσε τὸν ὄφιν ἐν τῇ ἐρήμῳ· οὕτως ὑψωθῆναι δεῖ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου. χαλκοῦς δὲ ὁ ὄφις ἦν, διὰ τὸ εὔηχές τι καὶ εὐφωνότατον τοῦ θείου τε καὶ εὐαγγελικοῦ κηρύγματος· ἀνήκοος γὰρ οὐδεὶς τῶν διὰ Χριστοῦ θεσπισμάτων. ἀλλ᾽ εἰς ἅπασαν μὲν τὴν ὑπουράνιον, τὸ ἐπ᾽ αὐτοῦ λαλεῖται μυστήριον, καὶ αὐτῷ κάμψει πᾶν γόνυ, καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσεται ὅτι κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, εἰς δόξαν θεοῦ πατρός, ἀμήν.

format ad omne genus virtutis. Serpēs itaque est in signum. Siquidem & CHRISTVS exaltatus est in pretiosam crucem, sicut ipse hoc Iudæis declarat, dicens: *Cùm exaltaueritis filium hominis, tunc cognoscetis quòd ego sum.* (*Ioan 8.28.*) Item quòd typus ad hoc mysterium respiciat, similiter ex ipso didiceris apertè dicente: *Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita oportet exaltari filium hominis.* (*Ioan 3.14.*) Cæterùm serpens erat æneus propter suauissimam & maximam vocalitatem diuinæ Euangelicæque prædicationis. (*Serpens aeneus quid significet.*) Quia nemo est, quin audierit CHRISTI oracula, vtpote quæ per vniuersum orbem terrarum diuulgata sint: & ipsi flectetur omne genu, omnisque lingua confitebitur quòd Dominus noster IESVS CHRISTVS sit in gloria Dei Patris. Amen. (*Philip. 2.10.*)

Δευτερονομίῳ· ἐὰν δὲ εὑρεθῇ τραυματίας ἐν τῇ γῇ ἣν κύριος ὁ θεός σου δίδωσί σοι κληρονομῆσαι, πεπτωκὼς ἐν τῷ πεδίῳ, καὶ οὐκ οἴδασι τὸν πατάξαντα, ἐξελεύσεται ἡ γερουσία σου καὶ οἱ κριταί σου, καὶ ἐκμετρήσουσιν ἐπὶ τὰς πόλεις τὰς κύκλῳ τοῦ τραυματίου, καὶ ἔσται ἡ πόλις ἡ ἐγγίζουσα τῷ τραυματίᾳ, καὶ λήψεται ἡ γερουσία τῆς πόλεως ἐκείνης δάμαλιν ἐκ βοῶν ἥτις οὐκ εἴργασται, καὶ ἥτις οὐχ εἵλκυσε ζυγόν· καὶ καταβιβάσουσιν ἡ γερουσία τῆς πόλεως ἐκείνης τὴν δάμαλιν εἰς φάραγγα τραχεῖαν, ἥτις οὐκ εἴργασται, οὐδὲ σπείρεται. καὶ νευροκοπήσουσι τὴν δάμαλιν ἐν τῇ φάραγγι καὶ προσελεύσονται οἱ ἱερεῖς καὶ οἱ Λευῖται, ὅτι αὐτοὺς ἐξελέξατο κύριος ὁ θεός σου παρεστηκέναι αὐτῷ, καὶ εὐλογεῖν ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ. καὶ ἐπὶ τῷ στόματι αὐτῶν ἔσται πᾶσα ἀντιλογία καὶ πᾶσα ἁφή. καὶ πᾶσα ἡ γερουσία τῆς πόλεως ἐκείνης, οἱ ἐγγίζοντες τῷ τραυματίᾳ, νίψονται τὰς χεῖρας ἐπὶ τὴν κεφαλὴν τῆς δαμάλεως τῆς νενευροκοπημένης ἐν τῇ φάραγγι· καὶ ἀποκριθέντες ἐροῦσιν· αἱ χεῖρες ἡμῶν οὐκ ἐξέχεαν τὸ αἷμα τοῦτο· καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ ἡμῶν οὐχ ἑωράκασιν. ἵλεως γενοῦ τῷ λαῷ σου Ἰσραὴλ κύριε οὓς ἐλυτρώσω ἐκ γῆς Αἰγύπτου, ἵνα μὴ γένηται αἷμα ἀναίτιον ἐν τῷ λαῷ σου Ἰσραήλ. καὶ ἐξιλασθήσεται αὐτοῖς τὸ αἷμα. σὺ δὲ ἐξαρεῖς τὸ αἷμα τὸ ἀναίτιον ἐξ ὑμῶν αὐτῶν· ἐὰν δὲ ποιήσῃς τὸ καλὸν καὶ ἀρεστὸν ἐναντίον κυρίου τοῦ θεοῦ σου. τετραυμάτισται μὲν οὖν δι' ἡμᾶς ὁ Ἐμμανουήλ. μεμαλάκισται γὰρ διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν κατὰ τὰς γραφάς. ηὕρηται δὲ τοῦτο παθὼν ἐν τῇ τῶν Ἰουδαίων γῇ, καὶ ἔξω πύλης Ἱερουσαλήμ. πλὴν οὐκ ᾔδεσαν τὸν πατάξαντα πῶς ἢ τίνα τρόπον. τί δὴ ἄρα φησὶν ὁ νόμος; καί τοι τῆς Ἰουδαίων ἀνοσιότητος ἔργον εἶναί φαμεν, τὰ κατὰ Χριστοῦ τολμήματα. αὐτοὶ γὰρ Πιλάτῳ προσήγαγον· αὐτοὶ διακεκραγότες ἁλοῖεν ἄν· αἶρε αἶρε, σταύρωσον αὐτόν. καὶ πάλιν· ἐὰν μὴ τοῦτον ἀποκτείνῃς, οὐκ εἶ φίλος τοῦ Καίσαρος. καὶ οἱ θεσπέσιοι δὲ μαθηταὶ τὴν ἐκείνων δυστροπίας κατηγόρευον ἐναργῶς, πρὸς τὸν ἐν οὐρανοῖς πατέρα θεὸν ὧδε λέγοντες· ἐπ' ἀληθείας γὰρ συνήχθησαν ἐν τῇ πόλει ταύτῃ ἐπὶ τὸν ἅγιον παῖδά σου Ἰησοῦν Χριστὸν ὃν ἔχρισας, Ἡρώδης τε καὶ Πόντιος Πιλᾶτος σὺν ἔθνεσι, καὶ λαοῖς Ἰσραήλ. ἐναργέστατα καὶ ἀναφανδὸν ὁ μακάριος Πέτρος τοῖς Ἰουδαίων λαοῖς ἐπιπλήττει λέγων· ποτὲ μὲν ὅτι· τὸν ἀρχηγὸν τῆς ζωῆς ἀπεκτείνατε. ποτὲ δὲ αὖ· ὑμεῖς δὲ τὸν ἅγιον καὶ δίκαιον ἠρνήσασθε, καὶ ᾐτήσασθε ἄνδρα φονέα χαρισθῆναι ὑμῖν. τί οὖν ἄρα φησὶν ὁ νόμος, ὅτι οὐκ οἴδασι τὸν πατάξαντα· μυστικὸς ὁ λόγος, καὶ οὐ πᾶσιν ἁπλῶς ἐγκείμενος· μόνοις δὲ τάχα γνώριμος, τοῖς νοοῦσιν ὀρθῶς τὸ μυστήριον τοῦ Χριστοῦ. ᾤοντο γὰρ οἱ τῶν Ἰουδαίων καθηγηταί, καὶ οἱ τοῖς ἀνοσίοις αὐτῶν κοινωνοῦντες σκέμμασιν, ὅτι κεκρατήκασι, καὶ οὐχ ἑκόντος Χριστοῦ καὶ τῶν ἑαυτῶν δυστροπίαις τὸ χρῆμα προσνέμοντες, ἔχαιρον μὲν ὡς νενικηκότες, καὶ οὐκ ᾔδεισαν ὅτι πέπονθεν ἑκών, καὶ τοῖς τοῦ πατρὸς ἑπόμενος νεύμασιν, ἑαυτὸν δέδω-

mio scriptum habetur: *Si vulneratus fuerit inuentus in terra, quam Dominus Deus tuus dabit tibi in hæreditatem, prostratus in campo; nec constat quis percusserit enim; tunc senatus tuus, & iudices tui exibunt & metientur ad ciuitates quæ sunt in circuitu vulnerati. Et illius ciuitatis quæ ipsi vulnerato proxima est, senatus accipiet vitulam ex armentis, quæ nondum laborauit, nec traxit iugum, ducetq́; senatus illius ciuitatis vitulam in vallem asperam, quæ inculta est, nec seminatur, & neruos concidet vitulæ in valle, accedentq́; sacerdotes & Leuitæ, quia hos elegit Dominus Deus tuus, vt adducerent ipsi, atque benedicerent in nomine ipsius, & in ore ipsorum esset omnis controuersia omneq́; iudicium. Tum totus senatus illius ciuitatis qui appropinquant vulnerato, lauabunt manus super caput vitulæ, cuius nerui sunt concisi in valle. datoq́; responso dicent: Manus nostræ non effuderunt sanguinem hunc, neque oculi nostri viderũt. Propitius sis populo tuo Israël, quẽ redemisti Domine è terra Aegypti, vt nõ sit sanguis innocẽs in populo tuo Israël. Et sanguis ipsius remittetur. Tu autẽ tolles sanguinẽ innocentẽ ex nobis ipsis, si feceris quod bonũ & placitũ corã Domino Deo tuo.* Vulneratus quidem propter nos est Emmanuel: lãguit enim propter peccata nostra, secundũ Scripturas. Visus est autẽ hoc pati in terra Iudæorũ & extra portas Ierusalẽ. Atqui ignorarũt quẽ percusserint. Quomodo aut qua ratione hoc affirmat lex? At verò nos dicimus ista aduersus CHRISTVM scelera ab impijs Iudæis perpetrata esse. Nam isti Pilato eum adduxerunt; isti item deprehensi sunt vociferantes: *Tolle, tolle, crucifige eum.* Et rursus: *Nisi hunc occideris, non es amicus Cæsaris.* Itẽ diuini discipuli conqueruntur palàm ad Deum ac Patrem cælestem ita dicentes: *Verè enim conuenerunt in ciuitate ista contra sanctum puerum tuum Iesum, quem tu vnxisti, Herodes & Pilatus vnà cum Gentibus & populo Israëlis.* Longè autem euidentissimè ac manifestissimè B. Petrus obijcit populo Iudæorum. alibi quidem sic: *Vos ducem vitæ interfecistis;* nunc verò sic: *Vos sanctum & iustum denegastis, & petistis vobis virum homicidam donari.* Quare ergo asserit lex, quòd ignorarint quem percusserint? Mysticus est sermo, neque omnibus simpliciter expositus; sed tantùm notus illis qui rectè CHRISTI mysterium intelligunt. Putabãt enim Iudæorũ principes, quique impijs ipsorum conciliis communicabant, quòd vicissent CHRISTVM etiã inuitũ, & sibi ipsis hanc rem adscribentes, gaudebant quidem tanquam victores: ceterùm ignorabant quòd volens passus esset, & Patris in hoc obediens voluntati, semetipsum tradide-

Deut.21.1.

Isai.53.4.

Ioan.19.15.

Ioan.19.12.

Act.4.27.

Act.3.14. & 15.

Iudæi quo pacto dicantur ignorasse quem occiderint.

κεν

rit pro nobis. Ex quo apertè Pilato dicit: *Non haberes potestatem vllam cōtra me, nisi esset tibi è supernis data.* Pater igitur tradidit Filium, atque, vt ita dicamus, ipse Emmanuelem percussit. Hinc & in libro Psalmorum CHRISTI persona introducitur, dicens de Iudæorum impietate ad Patrem cælestem ac Deum: *Quem tu percussisti, ipsi persecuti sunt, & super dolorem vulnerum meorum addiderunt.* Ne igitur posthac magnificè sese efferat, atque superbiat Domini interfector, vtpote qui non ipsimet vicerint tanquam imbecillem CHRISTVM, at potiùs discant ex Moyse veritatem. Ignorant enim quem percusserint. Quare vulneratum quidem vide in terra Iudæorū Emmanuelem. Apud eos autem nequaquam completum est ipsius mysterium, sed potiùs figuratè sacrificatum in regione ac terra Gentium. Nam *si inuentus fuerit*, ait, *vulneratus, accipient vitulam, iugi & laboris expertem: cuius in vallem asperam ductæ neruos concidant per eos qui ad sacerdotium ordinati sunt. Deinde lotis manibus super ipsam dicant: Manus nostræ non effuderunt sanguinem hunc.* Hæc vitula est typus CHRISTI, vt iam prædiximus. Vitula quidem, quatenus iugerum expers est. Nam etsi sub iugo fuerit, quatenus homo, tamen quoniam suapte natura Deus est, ideo iugi expers. Diuinitas enim est libera, nullique creatorum subiecta; quin potiùs dominatur vniuersis, atque adeò sub potestate sua tenet omnem creaturam. Ceterùm licet suapte natura Filius tanquam Deus liber sit, factus est tamen nobiscum veluti homo & subiugalis. Idcirco nobiscum Deum vocabat Patrem. Nos enim subiugati sumus potestati diuinæ. Quamobrem vitula quidem est quatenus se demisit subiugum naturę humanæ: extra iugum verò est, propter gloriam Deitatis, quæ omnino libera est. At vide vitulam in vallem asperam & incultā deductam. Nam post venerandam crucem, quando vulneratus inuentus est CHRISTVS, discessit è terra Iudæorum, migrauitque in regionem Gentium, quæ nunquam culta fuit, neque semen accepit. Antequam enim CHRISTVS illuxit ipsis Gentibus, erant in mundo velut terra quædam arida atque inculta & diuino fructu vacua. Hinc & Propheta Isaias de hac terra ait: †*Lætare deserta, siticulosa & villæ ipsius. Exultet deserta, & floreat sicut lilium.* Idcirco regio aut multitudo Gentium haud incommodè æquiparatur asperæ cuidam incultæque terræ. Ibi ait, *vitulæ nerui concidendi sunt per diuinos sacerdotes.* CHRISTI enim mysterium apud nos ex Gentibus (vt

Ioan 19.11. CHRISTVS à Patre quodammodo percussus.

Psal.68.27.

Isai.35.1. † *Vulgata:* Lætabitur deserta & inuia; & exultabit solitudo, & florebit quasi liliū. *Deut.21.4.*

κεν ὑπὲρ ἡμῶν. καὶ γοῦν Πιλάτῳ φησὶν ἐναργῶς· οὐκ εἶχες κατ' ἐμοῦ ἐξουσίαν οὐδεμίαν, εἰ μὴ ἦν σοι δεδομένον ἄνωθεν. οὐκοῦν δέδωκεν ὁ πατὴρ τὸν υἱόν, καὶ ἰδιώτως εἴπωμεν, αὐτὸς τὸν Ἐμμανουὴλ πατάξαι λέγεται. καὶ γοῦν ἐν βίβλῳ ψαλμῶν τὸ Χριστοῦ πρόσωπον εἰσφέρεται λέγον περὶ τῆς τῶν Ἰουδαίων ἀνοσιότητος, πρὸς τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς πατέρα καὶ θεόν· ὃν γὰρ σὺ ἐπάταξας, αὐτοὶ κατεδίωξαν, καὶ ἐπὶ τὸ ἄλγος τῶν τραυμάτων μου προσέθηκαν. μὴ μέγα δὴ οὖν φρονείτω λοιπὸν ὁ κυριοκτόνος. οὐ γὰρ αὐτίκα κεκρατήκασιν, ὡς ἀσθενοῦντος Χριστοῦ· μανθανέτωσαν δὲ διὰ Μωσέως τὸ ἀληθές. οὐ γὰρ ἴσασι τὸν πατάξαντα. ὅρα τοίνυν τὸν τετραυματισμένον ἐν τῇ τῶν Ἰουδαίων γῇ, τὸν Ἐμμανουήλ. τὸ δὲ ἐπ' αὐτῷ μυστήριον, παρ' αὐτοῖς μὲν οὐδαμῶς πληρούμενον· αἰνιγματωδῶς δὲ μᾶλλον ἱερουργούμενον ἐν τῇ τῶν ἐθνῶν χώρᾳ τε καὶ γῇ. εἰ γὰρ μὲν εὑρεθείη, φησίν, ὁ τραυματίας, λήψονται δάμαλιν ζυγοῦ τε πόνων ἀπείρατον. καὶ δὴ καταβιβάσαντες αὐτὴν εἰς τραχεῖαν καὶ ἀνήροτον φάραγγα, νευροκοπήσωσιν διὰ τῶν τεταγμένων εἰς ἱερουργίαν. ἀπονιψάμενοι δὲ τὰς χεῖρας ἐπ' αὐτῇ †λεγόντων, ὅτι αἱ χεῖρες ἡμῶν οὐκ ἐξέχεαν τὸ αἷμα τοῦτο. δάμαλις μὲν οὖν ὡς ἐν τύπῳ Χριστοῦ, καθάπερ ἤδη προείρηται. δάμαλις μέν, καθότι καὶ ζυγοῦ ἀπείρατος, καὶ ὑπὸ ζυγὸν ὡς ἄνθρωπος καὶ μὴν ἔξω ζυγοῦ, διά τοι τὸ εἶναι κατὰ φύσιν θεός, ἐλεύθερον γὰρ τὸ θεῖον, καὶ οὐδενὶ τῶν ὄντων ὑπεζευγμένον· κατακρατοῦν δὲ μᾶλλον τῶν ὅλων, καὶ ὑπὸ χεῖρας ἔχον τὴν σύμπασαν κτίσιν. ἀλλ' ἐλεύθερος ὢν κατὰ φύσιν ὁ υἱὸς ὡς θεὸς γέγονε μεθ' ὑμῶν, ὡς ἄνθρωπος, καὶ ὑπὸ ζυγόν. τοιγάρτοι μεθ' ἡμῶν θεὸν ἐπεγράφετο τὸν πατέρα. ὑπεζεύγμεθα δὲ ἡμεῖς τῇ τῆς θεότητος ἐξουσίᾳ. οὐκοῦν δάμαλις μὲν ἡ ὑπὸ ζυγὸν ὅσον ἧκεν εἰς τὴν φύσιν· ἔξω δὲ ζυγοῦ, διὰ τὴν τῆς θεότητος δόξαν, καὶ τὸ εἶναι πάντη ἐλεύθερον. ἀλλ' ὅρα τὴν δάμαλιν εἰς τραχεῖαν καὶ ἀνήροτον ἀποφερομένην φάραγγα. μετὰ γάρ τοι τὸν τίμιον σταυρόν, ὅτε τραυματίας ηὕρηται Χριστός, τῆς Ἰουδαίων ἀπεφοίτηκε γῆς. μεταπεφοίτηκε δὲ λοιπὸν ἐπὶ τὴν τῶν ἐθνῶν χώραν, ἥτις οὐκ εἴργασται, οὐδὲ σπείρεται. πρὸ γάρ τοι τοῦ καὶ αὐτοῖς ἔθνεσιν ἐπιλάμψαι Χριστόν, διετέλουν ἐν κόσμῳ, γῆ τις ὥσπερ ξηρὰ καὶ ἀνήροτος, καὶ τῆς κατὰ θεὸν εὐκαρπίας ἐρήμη. καὶ γοῦν ὁ προφήτης Ἡσαΐας περὶ αὐτῆς· εὐφράνθητι ἔρημος, φησίν, καὶ αἱ κῶμαι αὐτῆς. ἀγαλλιάσθω ἔρημος, καὶ ἀνθήτω ὡς κρίνον. οὐκοῦν τραχείᾳ τινὶ καὶ οὐκ εἰργασμένῃ γῇ, καὶ ἀκάρπῳ παντελῶς τὴν τῶν ἐθνῶν χώραν, ἤτοι πληθὺν εὖ μάλα παρεικαστέον. ἐκεῖ διὰ τῶν θείων ἱερουργῶν νευροκοπεῖσθαι δεῖν ἔφην τὴν δάμαλιν. τελεῖται γάρ, ὡς ἔφην, παρ' ἡμῖν τοῖς ἐξ ἐθνῶν. τὸ

† ἴσως λέγουσιν

τὸ Χριστοῦ μυστήριον, καὶ ὁμολογοῦντες αὐτοῦ τὸ πάθος, καὶ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀναβίωσιν, ταῖς μυστικαῖς προσιέμεθα εὐλογίαις. τοῦτο οἶμαι ἐστὶ τὸ νευροκοπεῖσθαι τὴν δάμαλιν. καταγγέλλοντες γάρ, ὡς ἔφην, τὸν θάνατον αὐτοῦ, καὶ μέντοι καὶ τὴν ἀνάστασιν, τὸ σεπτὸν πληροῦμεν μυστήριον· ἀλλ' ὅσοι τῆς Ἰουδαίων ἀνοσιότητος ἀποφοιτῶσι μακρὰν ἀφέντες τὴν πόλιν ἐν ᾗ τετραυμάτισταί τε καὶ ἤυρηται πεπονθώς, ἐπὶ τὴν τραχεῖαν καὶ ἀνήροτον ἥκοντες φάραγγα, ἐκεῖ νίψονται τὰς χεῖρας ἐπ' αὐτῷ τῷ Χριστῷ. ἀπολούσονται γὰρ εἰς τὸν αὐτοῦ θάνατον βαπτιζόμενοι. τοῦτο γὰρ οἶμαι ἐστί, τὸ ἐπ' αὐτῷ νίψονται τὰς χεῖρας. ὁμολογοῦντες δὲ ὅτι τῆς Ἰουδαίων ἀνοσιότητος γεγόνασι κοινωνοί, κομιοῦνται τὴν ἄφεσιν. Ἰουδαῖοι μὲν γὰρ ἐμπαροινήσαντες τῷ Χριστῷ, ταῖς ἑαυτῶν κεφαλαῖς κατεγράψαντο τὸ δυσσέβημα, λέγοντες· τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐφ' ἡμᾶς καὶ ἐπὶ τὰ τέκνα ἡμῶν. οἱ δὲ τῆς παρ' αὐτοῦ γλιχόμενοι χάριτος, καὶ τὴν διὰ τοῦ ἁγίου πνεύματος ζητοῦντες κάθαρσιν, δι' ὧν ἐγνώκασι τιμᾶν, μονονουχὶ καὶ ἀνακεκράγασι, λέγοντες· αἱ χεῖρες ἡμῶν οὐκ ἐξέχεαν τὸ αἷμα τοῦτο. ἐν Χριστῷ δὴ οὖν ἡ κάθαρσις. κἂν εἴ τις ἐξ Ἰουδαίων ἕλοιτο φρονεῖν ὀρθά. ὃ δὴ καὶ δεδράκασι καὶ πρό γε τῶν ἄλλων οἱ θεσπέσιοι μαθηταί, καὶ οἱ δι' αὐτῶν πιστεύσαντες. οἷς ἄν τις εἰκότως καὶ τὸ τῆς γερουσίας περιθείη πρόσωπον. τίμιοι γὰρ καὶ ἀπόλεκτοι, τὴν τοῦ Ἰσραὴλ ἀνοσιότητα παραιτούμενοι διὰ πίστεως τῆς ἐν Χριστῷ. δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ τῷ θεῷ καὶ πατρὶ ἡ δόξα σὺν ἁγίῳ πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

dixi) conficitur, atque confitentes passioné eius, mortuorumque resurrectionem, ad mysticas benedictiones admittimur. Id arbitror est, quòd vitulæ nerui sint concisi. Quia annuntiantes, vt dixi, ipsius mortem, atque item resurrectionem, venerandum mysterium peragimus. Verumenimuero quicumque à Iudæorum impietate longè recesserunt, relicta ciuitate, in qua ipse vulneratus est, & passus, in asperam incultamque vallem profecti, lauabunt manus super ipsum Dominum. Abluentur enim in mortem ipsius baptizati. hoc enim arbitror est, quòd ab ipsis manus sint ablutę; nimirum vt sic confitentes, quòd impietatis Iudæorum expertes sint, consequantur remissionem. Nam Iudæi in CHRISTVM debacchati sua ipsorum capita damnauerunt impietatis, dicentes: *Sanguis eius super nos, & super filios nostros.* [Matt. 27. 25.] Qui autem ab ipso expectabant gratiam, sanctique baptismatis mundationem quærebant, per quæ intellexerunt se ipsum honorare, tantùm-non exclamarũt, dicentes: *Manus nostræ non effuderunt sanguinem hunc.* [Deut. 21. 7.] In CHRISTO igitur est purificatio. Et si quis ex Iudæis rectè sentire voluerit; quod quidem fecerunt præ alijs diuini discipuli, quíque per hos crediderunt, quibus sanè haud immeritò persona senatus imponetur; tum & ipsi fuissent honorati & electi, impietatem quidem Israëlis deuitantes, ac se per fidem copulantes CHRISTO, quem decet honor & adoratio cum æterno Patre & consubstantiali Spiritu, nunc & semper & in sæcula sæculorum. Amen.

Περὶ τῆς αἰχμαλώτου γυναικὸς ξυρομένης, καὶ ὀνυχιζομένης.

De muliere capta, rasa, & vnguibus præcisa.

Ἐξείλετο μὲν ἐξ οἴκου δουλείας, καὶ ὡς ἐκ καμίνου σιδηρᾶς τὸν ἐξ αἵματος Ἰσραὴλ ὁ τῶν ὅλων θεὸς μονονουχὶ πεπολεμικὼς Αἰγυπτίοις ἐν χειρὶ κραταιᾷ, καὶ ἐν βραχίονι ὑψηλῷ, καθὰ γέγραπται· καὶ ταῖς τῶν πλεονεκτούντων ἀπονοίαις ἀντεξάγων τὰ θαύματα. εἰργάσατο γὰρ σημεῖα καὶ τέρατα, καὶ προσέταχε μὲν θαλάσσης ἰέναι μέσον ὡς ἐπὶ ξηρᾶς. ὡς δὲ ὁ θεῖος ἔφη Δαβίδ, ἐτροφοφόρησεν αὐτοὺς ἐν τῇ ἐρήμῳ, καὶ ἄρτον οὐρανοῦ ἔδωκεν αὐτοῖς· ἄρτον ἀγγέλων ἔφαγεν ἄνθρωπος. πηγὰς ἀνῆκεν ὑδάτων. καὶ τί γὰρ ἂν οὐχὶ τῶν λίαν τεθαυμασμένων παραδόξως διεπεραίνετο. οὐκοῦν ὡς θεῖος γράφει Μωυσῆς, ὡς ἀετὸς σκεπάσαι νοσσιὰ αὐτοῦ ἐδέξατο αὐτούς, καὶ ἀνέλαβεν αὐτοὺς, ἐπὶ τῶν μεταφρένων αὐτοῦ. οἱ

ERipuit quidem ex domo seruitutis, ac veluti ex fornace ferrea Israëlitas huius vniuersi Deus, tantùm-non bellum gerens cum Ægyptijs *in manu forti, & brachio excelso,* [Ps. 135. 12.] sicut scriptum est, ac impiorum tyrannidem in ipsos exercentium machinationibus sua opponens miracula. Fecit enim signa & prodigia, iussitque per mare tanquam per aridam, incedere, &, vt inquit diuinus Dauid: [Psal. 77. 25] *Cibum præbuit eis in deserto, panemq́ cæli dedit ipsis. Panem angelorum edit homo. Fontes emisit aquarum.* Breuiter quid non supra modum mirabile præter omnem opinionem fecit? Quocirca, sicut diuinus scribit Moyses: [Deut. 32. 11] *Sicut aquila protegit nidum suũ, assumpsit ipsos, atque recepit in scapulas suas.* Isti

verò in tantam dementiam tantamque cogitationum prauitatem atque operum feritatem deuenerunt, vt ipsum secundum carnem præsentem redemptorem ignominia affecerint. Sed quid hæc commemoro, prætermittens alia his atrociora? Interfecerunt enim eum feruenti crudelique audacia, ad extremam deinceps impietatem elati. Idcirco & quidem iure ablegatur quidem Domini interfectrix Synagoga, siue Ierusalem, & à Dei amicitia alienata, ad quoduis proruit malum, accersitam quodammodo capiti suo recipiens pœnam. Cui etiam ipse Emmanuel acclamabat, ita dicens: *Ierusalem, Ierusalem quæ occidis Prophetas, & lapidibus obruis qui ad te mittuntur. Quoties volui colligere filios tuos sicut gallina colligit pullos suos sub alas, & noluistis: Ecce relinquetur domus vestra deserta.* Nam quòd Synagoga CHRISTO exosa eiusmodi grauem intolerandamque persolutura esset pœnam, ipsa etiam lex nobis figuratè significauit. Ita enim habet: *Si egressus fueris in bellum contra hostes tuos, & Dominus dederit ipsos in manus tuas, & direptione diripueris eos, videris in direptione mulierem pulcram specie, atque concupiueris eam, & duxeris tibi in vxorem, introduxeris in domum tuam, tum rades caput eius, & præcides vngues ipsius, tolles vestes captiuæ, & sedebit domi tuæ, vt defleat patrem & matrem suam † mense diei. Posthac ingredieris ad ipsam, & cohabitabis ei, eritq; tua vxor. Sin autem ipsam nolueris, dimittes eam liberam, nec argento diuendes, aut per potentiam opprimes, quia eam humiliasti.* Absurdum itaque arbitror in historiæ textu peruestigando laborare, aut accuratè expendere quæ in vmbris continentur: siquidem nihil difficultatis in se habent. Subtilis verò est; quæque non absque labore intelligi possit præceptorum mens. Eundum itaque est ad spiritalium inuestigationem. Ecquod enim in vniuersum fuerit hoc bellum, aut aduersus quos gestum: item quæ sit illa pulcra ac præstanti forma mulier, & cur ipsius capilli radantur, vnguesque præcidantur, atque exuatur vestibus captiuitatis. Synagoga itaque Iudæorum, vt iam antea diximus, seruiuit in Ægypto. Patres enim olim, vrgente fame, eò descenderunt. Cùm verò temporis cursu aucti in innumerabilem fermè multitudinem excreuissent, timebant sibi Ægyptij, ne tanto numero freti ipsis rebellarent, & eos qui olim ipsis dominati fuerant, in suam ipsorum potestatem redigerent. Hîc Israëlitæ conficiendis lateribus non mediocriter vexabantur. Cæterùm Deus horum miser-

Prou. suo capiti malum accersere.

Matt. 23. 37. Luc 13. 34.

Deut. 21. 10.

† Vulgata: mense vno.

ἦν, εἰς τοῦτο καθήκοντο δυσβουλίας καὶ σκαιότητος λογισμῶν, καὶ ἀγρίων ἐπιχειρημάτων, ὡς καὶ παρόντα μετὰ σαρκὸς ἐπίλεν τὸν λυτρωτὴν ἀπειθοῦντες. καὶ τί τοῦτο λέγω, τὰ ἔτι χείρω μεθείς; ἀπεκτείνασι γὰρ θερμῷ καὶ ἀνημέρῳ θράσει πρὸς τὴν ἀνωτάτω λοιπὸν ἀνοσιότητα στρατηγούμενοι. ταύτῃ τοι δικαίως ἀποπέμπεται μὲν ἡ κυριοκτόνος Ἱερουσαλὴμ, καὶ τῆς πρὸς Θεὸν οἰκειότητος ἐρήμη λοιπὸν δεδειγμένη, πρὸς πᾶν ὁτιοῦν μετακεχώρηκε τῶν κακῶν, αὐτόκλητον ὥσπερ τῆς ἰδίας κεφαλῆς κατέχουσα δίκην. ᾗ καὶ αὐτὸς προσπεφώνηκεν ὁ Ἐμμανουὴλ, οὕτω λέγων· Ἱερουσαλὴμ, Ἱερουσαλὴμ, ἡ ἀποκτείνουσα τοὺς „ προφήτας, καὶ λιθοβολοῦσα τοὺς ἀπεσταλμένους „ πρὸς αὐτήν· ποσάκις ἠθέλησα ἐπισυναγαγεῖν „ τὰ τέκνα σου, ὃν τρόπον ἐπισυνάγει ὄρνις τὰ νοσσία „ ἑαυτῆς ὑπὸ τὰς πτέρυγας. καὶ οὐκ ἠθελήσατε· „ ἰδοὺ ἀφίεται ὁ οἶκος ὑμῶν ἔρημος. ὅτι γὰρ „ ἔμελλε τὴν οὕτω δεινὴν καὶ δύσοιστον ἀνατλῆναι δίκην ἡ τῶν Ἰουδαίων συναγωγὴ κατεστυγημένη παρὰ Χριστοῦ, καὶ αὐτὸς ἡμῖν αἰνιγματωδῶς παραδείξειεν ἂν ὁ νόμος. ἔχει γὰρ οὕτως· ἐὰν δὲ ἐξέλθῃς „ εἰς πόλεμον ἐπὶ τοὺς ἐχθρούς σου, καὶ παραδῷ „ αὐτοὺς κύριος ὁ Θεός σου εἰς τὰς χεῖράς σου, καὶ „ προνομεύσῃς τὴν προνομὴν αὐτῶν, καὶ ἴδῃς ἐν τῇ „ προνομῇ γυναῖκα καλὴν τῷ εἴδει, καὶ ἐπιθυ- „ μήσῃς αὐτῆς, καὶ λάβῃς αὐτὴν σαυτῷ γυναῖ- „ κα· καὶ εἰσάξῃς αὐτὴν εἰς τὴν οἰκίαν σου ἔνδον, καὶ „ ξυρήσεις τὴν κεφαλὴν αὐτῆς, καὶ περιονυχιεῖς „ αὐτήν, καὶ περιελεῖς τὰ ἱμάτια τῆς αἰχμαλωσίας „ αὐτῆς ἀπ' αὐτῆς, καὶ καθιεῖται ἐν τῇ οἰκίᾳ σου, „ καὶ κλαύσεται τὸν πατέρα καὶ τὴν μητέρα μηνὸς ἡμέ- „ ρας. καὶ μετὰ ταῦτα εἰσελεύσῃ πρὸς αὐτήν, καὶ „ συνοικισθήσῃ αὐτῇ, καὶ ἔσται σου γυνή. καὶ ἔσται ἐὰν „ μὴ θέλῃς αὐτήν, ἐξαποστελεῖς αὐτὴν ἐλευθέ- „ ραν, καὶ πράσει οὐ πραθήσεται ἀργυρίου, οὐκ ἀθε- „ τήσεις αὐτήν, διότι ἐταπείνωσας αὐτήν. τὸ μὲν „ οὖν περιεργάσασθαι τῆς ἱστορίας τὸν λόγον, καὶ τέχνην ποιεῖσθαι θέλειν τὸν ἐν σκιαῖς βάσανον, εἰκαῖον οἶμαί που. δυσέφικτον γὰρ οὐδέν· ψιλὸς δὲ δὴ σφόδρα, καὶ σὺν ἱδρῶτι ληπτὸς τῶν τεθεσμένων ὁ νοῦς. ἰτέον δὴ οὖν εἰς ἔρευναν τῶν πνευματικῶν. τίς γὰρ ὅλως, ἢ πρὸς τίνας νοοῖτ' ἂν γεγονὼς ὁ πόλεμος; καὶ τίς ἡ καλὴ τῷ εἴδει καὶ εὐπρεπεστάτη γυνή; τί δὲ δὴ αὖ, τὸ ἀποψιλοῦσθαι μὲν αὐτὴν τῆς κεφαλῆς τὴν τρίχα; ἀπαλλάττεσθαι δὲ καὶ ὀνύχων, καὶ τῶν τῆς αἰχμαλωσίας ἐσθημάτων; οὐκοῦν καθάπερ ἤδη προεῖπον, οἷά τις αἰχμάλωτος ἐθήτευσεν Αἰγυπτίοις ἡ τῶν Ἰουδαίων συναγωγή. καθίκοντο μὲν γὰρ οἱ πατέρες εἰς Αἴγυπτον, λιμοῦ κατωθήσαντος ἐν ἀρχαῖς. ἐπειδὴ δὲ μακρὸς διϊππεύσας χρόνος, ἀδροὺς καὶ δυσπολεμωτάτους, καὶ ἀριθμοῦ κρείττονας ἐπιτέλει λοιπόν, περιδεεῖς ἦσαν Αἰγύπτιοι μὴ ἄρα τῷ πλήθει θαρσήσαντες καταστρατεύοιντο μὲν αὐτῶν, ὑπὸ χεῖρα δὲ ποιοῖντο τὴν σφῶν τοὺς πάλαι κεκρατηκότας. ἐνταῦθα ὁ Ἰσραὴλ τοῖς εἰς πλινθείαν ἱδρῶσιν οὐ μετρίως κατῃκίζετο. πλὴν ἠλέει

λέει θεός. πεπολέμηκε γάρ, ὡς ἔφην, πλεονεκτοῦσιν οὐ φορητῶς τοῖς Αἰγυπτίων δεσμοῖς, ἐξείλετο καὶ νενίκηκεν. εἶδεν ἐν τῇ προνομῇ τὴν δορύληπτον Ἱερουσαλήμ, ἤτοι τὴν τῶν Ἰουδαίων πληθὺν τῷ τῆς πατρῴας εὐγενείας διαστίλβουσαν κάλλει· καλὴ γὰρ καὶ ἀξιάγαστος διὰ τοὺς πατέρας. ἐπειδὴ δὲ τεθέαται καὶ ἐπεθύμησεν αὐτῆς, τουτέστιν, ἀξιέραστον ἐποιήσατο, μονονουχὶ δὲ καὶ συνοικῆσαι θελήσας, καὶ ἀγαθῶν σπουδασμάτων αὐτὴν ἀποδεῖξαι μητέρα, εἰσήγαγεν εἰς τὸν ἴδιον οἶκον. καὶ τί δὴ τοῦτό ἐστιν; ἔπηξεν ἐν τῇ ἐρήμῳ τὴν ἁγίαν σκηνήν, ἵνα ταῖς κατὰ νόμον θυσίαις, καὶ ταῖς ἐν τύπῳ λατρείαις παιδαγωγουμένη, μανθάνῃ κατὰ βραχὺ τὸ Χριστοῦ μυστήριον. παιδαγωγὸς γὰρ ὁ νόμος ἐπὶ Χριστόν· ὡς γοῦν ὁ μακάριος ἔφη Παῦλος. εἰσοικισάμενος καὶ ἐξύρησε, καὶ ὀνύχων ἀπήλλαξε, καὶ τῶν τῆς αἰχμαλωσίας ἀμφίων. κεφαλὴν μὲν οὖν, τὸ γράμμα τὸ ἱερὸν κατείθισταί πως εἰς νοῦ ποιεῖσθαι δήλωσιν· τρίχας δὲ τὰς ἐν αὐτῇ τοῖς εἰς νοῦν παρεικάζει νοήμασιν. οὐκοῦν ἡ ξύρησις τῶν τριχῶν τὴν ἐννοιῶν ἀπόθεσιν εὖ μάλα παραδηλοῖ. ὃ δὴ καὶ λελυτρωμένος ὁ ἀρχαῖος Ἰσραὴλ πληροῦν ἐπιτέτακτο θεοῦ λέγοντος ἐναργῶς » διὰ τοῦ πανσόφου Μωσέως. οὐκ ἔσονταί σοι θεοὶ » ἕτεροι, πλὴν ἐμοῦ. καὶ πάλιν· οὐ ποιήσεις οὕτω » κυρίῳ τῷ θεῷ σου. τὰ γὰρ βδελύγματα ἃ κύριος ἐμίσησεν, ἐποίησαν τοῖς θεοῖς αὐτῶν. ἐν Αἰγύπτῳ μὲν γὰρ ποιούμενοι τὰς διατριβάς, ἑτέρας εἶχον ἐννοίας, μυρίους εἶναι νομίζοντες τοὺς θεούς, καὶ τῇ κτίσει τὸ σέβας παρὰ τὸν κτίσαντα ἀνάπτοντες· ξύλοις τε καὶ λίθοις ἀναπιθέντες τὴν δόξαν. ἐπειδὴ δὲ κέκληνται διὰ Μωσέως εἰς ἐπίγνωσιν τοῦ θεοῦ τοῦ κατὰ φύσιν ἀληθοῦς καὶ μόνου, πῶς ἐστιν ἀμφιβάλλειν ὅτι καὶ ἑτέρων αὐτοῖς ἐννοιῶν καινότητα πάντη τε καὶ πάντως εἰσεκόμισεν ὁ καιρός; τοῦτο καὶ ἡμῖν ἐπείγεσθαι κατορθοῦν ὁ θεσπέσιος » Παῦλος προσεπέταξε λέγων· μὴ συσχηματί» ζεσθε τῷ αἰῶνι τούτῳ· ἀλλὰ μεταμορφοῦσθε » τῇ ἀνακαινίσει τοῦ νοὸς ὑμῶν, εἰς τὸ δοκιμά» ζειν ὑμᾶς τί τὸ θέλημα τοῦ θεοῦ τὸ ἀγαθὸν καὶ » εὐάρεστον καὶ τέλειον. τὸ μὲν οὖν ψιλοῦσθαι τὴν κεφαλήν, τουτὶ δή που πάντως ὑπεμφήνειεν ἄν· τὸ δὲ δὴ καὶ ὀνύχων ἀπαλλάττεσθαι μακρῶν, ῥύπου καὶ ἀκαθαρσίας ἀποβολὴν αἰνίττεται. ῥυπῶσι γὰρ λίαν οἱ τῆς χρείας εὐμηκεστέρους τοὺς ὄνυχας ἔχειν, οὐκ οἶδ' ὅπως ἠγαπηκότες. ἀποφοιτᾶν ἔδει τὸν Ἰσραήλ, τῆς πρὸς θεὸν οἰκειότητος ἠξιωμένον, οὐκ ἂν ἐνδοιάσειέ τις, ἀνακεκραγότος τοῦ νόμου σαφῶς. οὐ φονεύσεις, οὐ μοιχεύσεις, οὐ ψευδομαρτυρήσεις κατὰ τοῦ πλησίον σου μαρτυρίαν ψευδῆ· καὶ ὅσα τούτοις συνήρμοσται. τὰ δὲ τῆς αἰχμαλωσίας ἱμάτια, φαίην ἂν ἔγωγε τῆς δουλείας τὸ σχῆμα, καὶ τῆς ἐν φαυλότητι πολιτείας ἀναγράφειν τοὺς τύπους. ὑπηλλαγμένη μὲν γὰρ

tus est. Bellum enim intulit, vt dixi, populis Ægyptiorum intolerabilem in Israëlitas tyrannidem exercentibus, eosque deuastauit. Vidit autem in ea deuastatione captiuam Ierusalem siue Iudæorum multitudinem, quæ nobilitate patrum clarescebat. Pulcra enim admirabilisque erat propter patres. Cùm autem aspexit eam, & concupiuit eam, hoc est, dignam quę amaretur censuit, at tantùm nō cohabitare ipsi volens, bonorumque operum ipsam efficere matrem, introduxit eam in domum suam. At quid hoc sibi vult? Fixit in deserto sanctum tabernaculum, vt sacrificijs legalibus, & typico cultu instructa, disceret faciliùs CHRISTI mysterium. Lex enim est pædagogus ad CHRISTVM, sicut B. Paulus ait. Receptam autem in domum suam rasit, & circumcidit vngues, vestibusque captiuitatis eam exuit. Porro familiare est sacræ Scripturæ per *caput, mentem* significare: *capillos* verò capitis, comparare *cogitationibus mentis*. Detonsio igitur capillorum pulcrè admodum cogitationum significat depositionem, quę quidem vetus Israël redemptus facere iubebatur Deo apertè per sapientissimum Moysen dicente: *Non erunt tibi dij alij præter me.* Et iterum: *Non facies sic Domino Deo tuo.* Abominationes enim quas oderat Dominus, fecerūt ipsorū dijs. Cùm enim adhuc in Ægypto degerent, aliter sentiebant, vtpote qui infinitos putarent deos, & creaturas vltra creatorem colerent; lignoque & lapidibus diuinam gloriam tribuerent. Vbi autem per Moysen in cognitionem Dei, qui suapte natura & verus & solus est, vocati fuerunt, quo pacto dubium esse potest, quin illud tempus nouas omnino in ipsis cogitationes pepererit? Idem nobis agendum etiam diuinus Paulus præcepit dicens: *Nolite conformari huic sæculo, sed transformemini per renouationem mentis vestræ, vt probetis quæ sit voluntas Dei bona, & †accepta, atque perfecta.* Hoc igitur per abrasionem capitis omnino ostenderit. Per vnguium autem longiorum amputationem, sordium & immunditiæ depositionem significat. Nam ij quibus promissiores sunt, sordes in ijs alere consueuerunt. Quòd autem à pristina immunditia discedere oporteat Israëlem, quem Deus amicitia sua est dignatus, nemini dubium fuerit, qui legem clarè audierit concionantem. *Non occides. Non mœchaberis. Non furtum facies. Non dices falsum testimonium contra proximum tuum*, & reliqua his similia. Porro vestimēta captiuitatis dixerim equidem esse figuram seruitutis, vitæque in prauitate typum præ se ferre. Subiecta enim

Iudæorum natio propter patres clara fuit.

Gal. 3.24. & 25.

Caput & capilli quid significent.

Exod. 20. 2. & 23.

Deut 5.7.

Leuit. 18. 26. & 26. 1.

Iudæi in Ægypto idololatriæ dediti, & ipsi idola coluerunt.

Rom. 12. 2.

† *Vulgata: beneplacens. Gr. εὐάρεστον.*

Vnguium amputatio quid.

Exod. 20. 13

Vestimenta captiuitatis Deuter. 21. quid significent.

voluntati diaboli, ipsiusque tyrannidi ceruicem subdens veluti indumentum tritum sordida carnis desideria contraxit. Posteaquam verò redempta lege, & meliora sapere ac facere docta est, exuit pristinæ prauitatis crimina, ac quasi splendidam quandam tunicam institutionem legalem sibi induit. Atque hoc, vt arbitror, est quod à nobis ipsis faciendum esse Paulus monet, ita dicens: *Exuti veterem hominem cum actibus suis, indutíq; nouum hominem, qui renouatur ad imaginem sui conditoris.* Exuimur enim in sancto baptismo abijciētes tantùm-non satanæ captiuitatis vestimenta: atque ita deinceps induti ipsum Emmanuelem, gratias agimus: *Exultet anima mea in Domino: quia induit me vestimento salutis & †tunica lætitiæ.* Paulus etiam legis peritissimus alibi ita ait: *Induite Dominum nostrum* IESVM CHRISTVM, *neque carnis curam agatis ad concupiscentiam.* Viden' quomodo exuti carnis tanquam captiuitatis vestibus, splendida ac diuina veste vtamur, CHRISTI inquam? Ipse enim est tunica lætitiæ, & salutis vestimentum. Abrasis igitur capillis, ac sordidis prælongisque vnguibus præcisis, captiuitatisque vestibus sublatis, tunc demum in tua habitabit domo, & introducetur tanquam nupta. Cæterùm patrē & matrem deflebit mēsis diebus, hoc est, domesticorum recordabitur. Et postea ingredieris ad illam, eritque tibi vxor. Oportere enim arbitror, eos qui in amicitiam Dei nimirum vocati sunt, ab absurdis cogitationibus, ab ijs inquam quæ seducere possunt, & à cunctis sordibus mentem auertere, atque, vt diuinus Paulus scribit, *exuere veterem hominem, qui corrumpitur, iuxta concupiscentias erroris,* & Deo, qui nos ita ornauit, atque in amicitiam spiritualem recepit, indiuulsos adhærere. Nam adhærere indiuulsum significatum puto per hoc, *sedebit in domo tua.* Hinc & beatus Dauid, cùm sciret hanc rem optimam & vtilissimam: *Vnam,* ait, *petij à Domino, hanc requiram:* nempe *vt habitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ; vt contempler †voluptatem Domini, & visitem templum sanctum eius.* Argumentum autem esse poterit, & quidem euidens quòd mentem habuerit confirmatam ac refertam amore erga Deū; quippe qui putarit sibi per omnes vitæ dies permanendum in diuinis atrijs. Porro non ignorauit Creator, humanæ mentis mensuram. Nam quomodo ignoraret, aut vnde? Siquidem verum est quod ipse dicit: *Ipse cognouit figmentum nostrum.* Discedentes enim à vita humana, atque à concupiscentijs car-

Coloss. 3. 9.

Isai. 61. 10. *† Vulgata: indumento iustitiæ, Gr. εὐφροσύνης.*

Rom. 13. 14.

Eph. 4. 22.

Psal. 26. 4.

† Gr. τὴν τερπνότητα κυρίου.

Dauidis Regis constantia.

Psal. 102. 14

τοῖς τοῦ διαβόλου θελήμασι, καὶ ταῖς ἐκείνου πλεονεξίαις ὑποφέρουσα τὸν αὐχένα, ἀμφίον ὥσπερ τι διερρωγὸς καὶ ῥυπῶν τῆς φιλοσαρκίας ἐδέχετο. ἐπειδὴ δὲ λελύτρωτο νόμῳ, καὶ τὰ ἀμείνω καταπαιδεύετο φρονεῖν τε καὶ δρᾶν, τῆς ἀρχαίας φαυλότητος ἀπεδύσατο τὰ ἐγκλήματα, καὶ οἷα δή τινα χιτῶνα λαμπρὸν τὴν διὰ νόμου παίδευσιν ἑαυτῷ περιθεὶς διετέλει λοιπόν. καὶ τοῦτο οἶμαί ἐστιν, ὃ δὴ καὶ ἡμᾶς αὐτοὺς ἀναπείθει δρᾶν ὁ θεσπέσιος Παῦλος, λέγων οὕτως· ἀπεκδυσάμενοι τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον σὺν ταῖς πράξεσιν αὐτοῦ, καὶ ἐνδυσάμενοι τὸν νέον τὸν ἀνακαινούμενον κατ' εἰκόνα τοῦ κτίσαντος αὐτόν. ἀπαμφιεννύμεθα γὰρ καὶ ἐν τῷ ἁγίῳ βαπτίσματι, μονονουχὶ παραρρίπτοντες τῷ Σατανᾷ τὰ τῆς αἰχμαλωσίας ἱμάτια. οὕτω τε λοιπὸν αὐτὸν ἐνδυσάμενοι τὸν Ἐμμανουὴλ ἀναπέμπομεν τῷ θεῷ καὶ πατρὶ τὰ χαριστήρια λέγοντες· ἀγαλλιάσθω ἡ ψυχή μου ἐπὶ τῷ κυρίῳ. ἐνέδυσε γάρ με ἱμάτιον σωτηρίου, καὶ χιτῶνα εὐφροσύνης. ἔφη δὲ πάλιν νομοθέτης ὢν ὁ Παῦλος· ἐνδύσασθε τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν, καὶ τῆς σαρκὸς πρόνοιαν μὴ ποιεῖσθε εἰς ἐπιθυμίαν. ὁρᾷς ὅπως ἀπαμφιεννύμενοι τὰ τῆς σαρκὸς ὡς αἰχμαλωσίας ἱμάτια λαμπρῷ καὶ θείῳ περιβλήματι κεχρήμεθα τῷ Χριστῷ. αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ τῆς εὐφροσύνης χιτὼν καὶ τὸ τῆς σωτηρίας ἱμάτιον. καταψιλωθεῖσαν δὴ οὖν τὴν τρίχα, καὶ περιῃρημένην, φησίν, ὄνυχάς τε τοὺς ῥυπῶντας καὶ μακρούς, καὶ τὰ τῆς αἰχμαλωσίας ἐσθήματα, τότε δὴ τότε τὸ σὸν οἰκήσει δωμάτιον, καὶ εἰσοικισθήσεται μὲν ὡς ἐν τάξει τῆς γεγαμημένης. πλὴν κλαύσεται τὸν πατέρα καὶ τὴν μητέρα μηνὸς ἡμέρας, τουτέστι τῶν οἴκοι διαμεμνήσεται. καὶ μετὰ τοῦτο εἰσελεύσῃ πρὸς αὐτήν, καὶ ἔσται σου γυνή. δεῖν γὰρ οἶμαι τοὺς εἰς οἰκειότητα κεκλημένους τὴν ὡς πρὸς θεόν, ἀτόπων μὲν ἐννοιῶν καὶ εἰκαίων ἐνθυμημάτων, τῶν ἐπί γε τῷ πλημμελεῖν φημὶ καὶ ῥύπου παντὸς τὸν νοῦν ἀπαλλάττοντας, καὶ ὡς ὁ θεσπέσιος γράφει Παῦλος, τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον τὸν φθειρόμενον κατὰ τὰς ἐπιθυμίας τῆς ἀπάτης, προσεδρεύειν ἀπερισπάστως τῷ τετιμηκότι, καὶ εἰς οἰκειότητα τὴν πατρικὴν παραδεξαμένῳ θεῷ. τὸ γὰρ προσεδρεύειν ἀπερισπάστως παραδηλῶσαι ἂν οἶμαί που, τὸ καθίσαι ἐν τῇ οἰκίᾳ σου. καὶ γοῦν ὁ μακάριος Δαβίδ, ἄριστόν τε καὶ ὀνησιφόρον ἀληθῶς τὸ χρῆμα εἰδώς· μίαν ᾐτησάμην, φησί, παρὰ κυρίου, ταύτην ἐκζητήσω, τὸ κατοικεῖν με ἐν οἴκῳ κυρίου πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς μου· τοῦ θεωρεῖν με τὴν τερπνότητα κυρίου, καὶ ἐπισκέπτεσθαι τὸν ναὸν τὸν ἅγιον αὐτοῦ. σημεῖον δ' ἂν γένοιτο καὶ μάλα σαφές, τοῦ καὶ ἐρηρεῖσθαι τὸν νοῦν, ἀναπεπλῆσθαί τε καὶ ἀγάπης τῆς εἰς θεόν, τὸ δεῖν οἴεσθαι καὶ τοῦτο διὰ παντὸς ταῖς θείαις αὐλαῖς ἐμφιλοχωρεῖν. πλὴν οὐκ ἠγνόησε τῆς ἀνθρώπου διανοίας τὸ μέτρον ὁ δημιουργός. πῶς γὰρ ἢ πόθεν; εἴπερ ἐστὶν ἀληθὴς ὁ λέγων· οὐκ αὐτὸς ἔγνω τὸ πλάσμα ἡμῶν. ἀποφοιτῶντες μὲν γὰρ τῆς ἐν κόσμῳ ζωῆς, καὶ τῶν τῆς φιλοσαρ-

κίας

κίας παθῶν τὸν νοῦν ὑπεξάγοντες, οὐκ εἰσέπειν ἀνεγκλήτως τοῦτο ποιεῖν εἰθίσμεθα. ἀσθενοῦμεν δέ πως ἐν ἀρχαῖς, καὶ ὑποφέρεται μὲν ὁ νοῦς τῶν εἰς τὸ φαῦλον ἡδοναῖς. διολισθήσει δ' ἂν εὐκόλως τῶν ἐν κόσμῳ περισπασμῶν εἰς ἀνάμνησιν· μονονουχὶ δὲ καὶ τὴν πρὸς αὐτὸν οἰκειότητα πολὺ δὴ λίαν ἀσμένως ἀσπάζεται· κἂν εἰ κατείργοι τυχὸν ὁ νόμος, καὶ εἰς τοὐπίσω ὥσπερ ἀναστρέφοι θεὸς, εἰς προφερεστέραν ἡμᾶς καὶ ἀσυγκρίτως ἀμείνω μετακομίζων ζωήν. ἐπειδὴ γάρ ἐστιν ἀνάντης ἡ ἀρετή, λειοτάτη δὲ ὥσπερ ἡ εἰς τὸ φαῦλον ἡμᾶς ἀποφέρουσα τρίβος, ταύτῃ τοι τὸ πονεῖν διωθούμενοι, τὴν ἑτέραν ἴμεν εὐκόλως. τί τοίνυν φησὶν ὁ νόμος; κλαύσεται τὸν πατέρα καὶ τὴν μητέρα μηνὸς ἡμέρας· τουτέστιν, οὐκ εὐθὺς ἀσπαστὸν ποιήσεται τὸ τὴν σὺν ἑστίαν οἰκεῖν· διαμεμνήσεται δὲ τῶν οἴκοι βραχύ. συμβαίνει δὲ τοῦτο τοῖς ἐμπίπτουσιν ἐν τιμῇ κἂν εἰ παραδέχοιτό πως αὐτοῖς τὸ τρυφᾶν ἀφθόνως. ἀλλ' οὖν οἴκου καὶ γεγεννηκότων πόλεώς τε τῆς σφῶν, ἐφίενται πάλιν. καὶ οὐδὲν ἧττον εἰσὶ τῶν ἰδίων μνήμονες, καὶ δακρυρροοῦσιν ἔσθ' ὅτε, πόνου καὶ ἀνίας τὸν οἰκεῖον ἀναπιμπλάντες νοῦν, ὅτι τῆς ἐνεγκούσης ἐστέρηνται. τοῦτο συνέβη παθεῖν ταῖς Ἰουδαίων ἀγέλαις. λελύτρωνται μὲν γὰρ ἐξ Αἰγύπτου καὶ πικρᾶς δουλείας ἐξῃρημένοι, κέκληνται παρὰ θεοῦ πρὸς τὴν ἄνωθεν αὐτοῖς καὶ ἐκ πατέρων ἐλευθερίαν, ἀλλ' ἦσαν καὶ οὕτω τῶν ἐν Αἰγύπτῳ μνήμονες· καὶ ἔκλαιον λέγοντες, ὄφελον ἀπεθάνομεν πληγέντες ὑπὸ κυρίου ἐν γῇ Αἰγύπτῳ. κατεπεφύοντο δὲ καὶ Μωσέως λέγοντες· ἵνα τί ἐξήγαγες ἡμᾶς, ἐν τῇ ἐρήμῳ ταύτῃ; ὅτι τοίνυν ἀνάγκη τοὺς ἐπαράτου φιλοσαρκίας καὶ τῆς εἰς κόσμον ζωῆς ἀπαλλαττομένους, δυσαποσπάστως ἔχειν ἐν ἀρχαῖς, καὶ ζητεῖν ἔσθ' ὅτε τὰ ἐν αὐτῷ, πλαγίως ἡμῖν ὑπεμφαίνει λέγων ὁ νομοθέτης· ὅτι κλαύσεται τὸν πατέρα καὶ τὴν μητέρα μηνὸς ἡμέρας. καὶ οὐ δή που φαμὲν ὅτι κλαίειν αὐτοὺς προστέταχε· συγχωρεῖ δὲ μᾶλλον, καὶ ἀσθενούντων ἀνέχεται. καὶ ἀνίεσθαι δεῖν ἔφη τοῖς πεπονθόσι αὐτὸ τὰ ἐγκλήματα, διά τοι τὸ οὔπω κεκτῆσθαι τὸ τληπαθές. καὶ γοῦν συγκεχώρηκε τοῦ πάθους κατὰ τὴν ἔρημον τῇ τῶν Ἰουδαίων συναγωγῇ, καὶ οὐκ εἰς ἅπαν ὠλόθρευσε τοὺς ἡμαρτηκότας, εἰ καὶ ἠγανάκτει χρησίμως. ὅτι γὰρ οὐκ ἀεὶ συγκεχώρηκεν ἀρρωστεῖν, καὶ τῆς ἀρχαίας ἡμᾶς οἰκειότητος, τῆς ἐν κόσμῳ φημὶ μνήμας εἰσδέχεσθαι, παρέδειξεν ἐναργῶς, χρόνους τοῦ κλαίειν ἀπονέμων οὐ μακρούς· μηνὸς γὰρ ἡμέρας, τουτέστι καιροῦ περίοδον βραχεῖάν τινα καὶ συνεσταλμένην. τοιοῦτόν τινα νοῦν, καὶ θεῖος ἡμῖν μελῳδὸς εἰσκεκόμικεν εἰπὼν πρὸς τὴν ἐξ ἐθνῶν ἐκκλησίαν· ἄκουσον θύγατερ, καὶ ἴδε, καὶ κλῖνον τὸ οὖς σου, καὶ ἐπιλάθου τοῦ λαοῦ σου καὶ τοῦ οἴκου τοῦ πατρός σου· ὅτι ἐπεθύμησεν ὁ βασιλεὺς τοῦ κάλλους σου. κλαύσασα τοίνυν

nis subducentes mentem, non omnino perfectè id facere consueuimus. Infirmi enim sumus ab origine; mensque à prauis voluptatibus abripitur. Facilè namque prolabaris, si negotia, quæ in mundo sunt, in memoriam reuoces; ac fit ferè vt amicitiam cum ipso multo libentiùs amplectamur, etiamsi coërceat lex, & Deus quodammodo retrorsum trahat, traducēs nos ad vitam longè meliorem & citra controuersiam præstantiorem. Cùm enim virtus sit ardua, & accliuis ad eam semita; quæ verò ad vitium ducit via pronissima, idcirco detrectantes laborem, ad aliam facilè rapimur. At quid dicit lex? *Lugebit patrem & matrem per dies mensis*, hoc est, non potest confestim abstrahi vt cohabitet, sed parumper recordabitur domesticorum. Hoc autem contingit captiuis, vt tametsi ab ijs à quibus capti sunt, honore afficiantur, atque in summis delicijs habeantur; tamen domum, parentes, ciuitatemque suam iterum expetunt, nec possunt non suorum meminisse, atque interdū lacrymas fundere, molestia ac dolore animum occupante, quòd patria sua sint priuati. Idem accidit & turbis Iudæorū. Nam etsi liberarit ex Ægypto, & ex acerba seruitute ereptos vocarit Deus ad supernam atque auitam libertatem, tamen adhuc erant rerum Ægyptiacarum memores, flebantque dicentes: *Vtinam mortui fuissemus percussi à Domino in terra Aegypti. Et insurgebant aduersus Moysen, Quare*, inquientes, *duxisti nos in desertum hoc?* Quòd igitur isti, qui recèns à detestabili voluptate carnali, & vita mundana sint liberati, difficulter initio diuelliqueant, sed interdum adhuc mundana appetāt, obliquè nobis ostēdit legislator, dicens: *Deflebit patrem & matrem per dies mensis.* Nec tamen dicimus quòd eos plorare iussèrit, sed potiùs quòd permittat, quodque id ab infirmis sustineat, dicitque ista crimina mereri veniam, quia nondum didicerint patientiam. Vnde & Synagogæ Iudæorum, quæ ita in deserto affecta fuit, ignouit, neque penitus eos deleuit, qui peccarant; etsi haud iniuria ipsis iratus fuerit. Nam quòd non permittat, vt semper simus infirmi, pristinæque amicitiæ quæ nobis fuit in mundo memoriam reuocemus; vel inde patet, quòd præscribat tempus flendi, & quidem breue. Ait enim *Dies mensis*, hoc est, temporis spatium exiguum & contractum. Huiusmodi sententiam etiam Psaltes nobis inculcat, dicens ad Ecclesiam Gentium, *Audi filia & vide, & inclina aurem tuam & obliuiscere populum tuum, & domum patris tui; quia concupiscet rex decorem tuum.* Cùm ergo *defleuerit*

Exod. 14. 11.
Num. 14. 3. & 16. 13.

Deut. 21. 13.

Psal. 44. 11.

rit patrem & matrem per dies mensis, postea, ait, erit tibi uxor. Liberati enim à vita, vt dixi, mundana, tunc, tunc inquam, agglutinabimur Deo, vnione scilicet spiritali. *Qui enim agglutinatur Domino, vnus spiritus est.* At verò, *si nolueris eam ducere*, ait, *dimittes ipsam liberam, nec diuendes argento.* Cùm enim Iudæorum Synagoga impiè egit, manusque intulit CHRISTO, debacchata in suum ipsius Dominum, tum odio habita est, factaque inuisa, ac tantùm-non diuina ac sancta domo expulsa. Neque tamẽ in seruitutem tradita est, nec satanæ vendita, aut ipsius voluntati in integrum subiecta: quippe cùm non seruierit idolis, etiamsi diuina amicitia exciderit Israël Adhæsit enim vni & suapte natura Deo, quem & confessus adorauit, dilectionemque seruauit erga Moysen & legem, quia Deus huius vniuersi non omnino eum reiecit, quippe qui etiã tum ipsum sua amicitia sit dignatus. Id enim nos docet, dicens; *Non reijcies ipsam, quia humiliasti ipsam.* Porro *humiliationem* vocat ibi delibatam virginitatem, aut modum spiritalis coniunctionis, nempe eius quæ est in CHRISTO, per quem & cum quo sit Deo ac Patri gloria cum sancto Spiritu in sæcula sæculorum. Amen.

1. Cor. 6. 17.
Deut. 21. 14.

τὸν πατέρα, φησὶν, καὶ τὴν μητέρα μηνὸς ἡμέρας, ἔσται σου τότε γυνή. ἀπαλλαττόμενοι γὰρ ὡς ἔφην τῆς ἐν κόσμῳ ζωῆς, τότε δὴ τότε θεῷ κολλώμεθα, καθ' ἕνωσιν δηλονότι τὴν πνευματικήν. ὁ γὰρ κολλώμενος τῷ κυρίῳ, ἓν πνεῦμά ἐστιν. ἀλλ' ἔσται, φησὶν, ἐὰν μὴ θέλῃς αὐτὴν, ἐξαποστελεῖς αὐτὴν ἐλευθέραν, καὶ πράσει οὐ πραθήσεται ἀργυρίου. ὅτι γὰρ δεδυσσέβηκεν ἡ τῶν Ἰουδαίων συναγωγὴ, καὶ αὐτῷ τὰς χεῖρας ἐπαφεῖσα Χριστῷ, ὅλη πεπαρῴνηκεν εἰς τὸν ἑαυτῆς δεσπότην, τότε μεμίσηται, καὶ γέγονεν ἀνεπιθέλητος· μονονουχὶ δὲ καὶ τῆς θείας τε καὶ ἱερᾶς ἑστίας ἐξεπέμπετο. πλὴν εἰς δουλείαν οὐ παραδέδοται, οὐδὲ οἷον πεπραμμένη τῷ Σατανᾷ, τοῖς ἐκείνου θελήμασι παντελῶς ὑπενήνεκται. οὐ γὰρ λελάτρευκεν εἰδώλοις, καίτοι τῆς εἰς Χριστὸν οἰκειότητος ἀπολισθήσας ὁ Ἰσραήλ. ἀπομεμένηκε δὲ τὸν ἕνα καὶ φύσει θεὸν ὁμολογῶν τε καὶ προσκυνῶν, καὶ ἀγάπην τετήρηκε τὴν εἰς Μωσέα καὶ νόμον. οὐ γὰρ ἠθέτησεν αὐτὸν ὁ τῶν ὅλων θεὸς, ὅτι τῆς πρὸς αὐτὸν οἰκειότητος ἠξιώθη ποτέ. τοῦτο γὰρ ἡμᾶς διδάσκει λέγων· οὐκ ἀθετήσεις αὐτὴν ὅτι ἐταπείνωσας αὐτήν. ταπείνωσιν γὰρ ἐνταῦθά φησι τὴν διαπαρθένευσιν, ἤτοι τῆς πνευματικῆς συναφείας τὸν τρόπον δηλονότι τῆς ἐν Χριστῷ, δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ τῷ θεῷ, καὶ πατρὶ ἡ δόξα σὺν ἁγίῳ πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

De eo qui contra hostes militat.

Περὶ τοῦ πολεμοῦντος πρὸς τοὺς ἐναντίους.

Arripite arma & clypeos, affatus est quosdam Propheta Isaias. Paulus quoque ille sapientissimus, *Induite*, ait, *omnem armaturam Dei.* Qui enim amici sunt Deo virtutisque studiosi, & omnium officiorum alumni, hi sanè fortissimè repugnãt omni impurę atque carnali voluptati, & firmitudinem in fide, inconcussumque patientiæ robur, ac laborum tolerãtiam, promptitudinemque animi ad cuncta quę præclara sunt operandum, diabolicæ peruersitati fortiter opponunt. Ceterùm non arbitror quemquam ad eam spiritalis fortitudinis mensurã ascensurum, vt adeò eximiam atque admirãdam gloriam consequatur, nisi habeat propugnatorem Adiutor autem omnino futurus est illis, qui volunt ea quæ ipse, sapere, quique purificationem per ipsum consecuti, opprobrium suum honorem esse iudicent. Hinc beatus Psaltes ait: *Qui habitat in adiutorio Altissimi, in protectione Dei cæli cõmorabitur. Dicet Domino, Susceptor meus es tu, & refugium meum, Deus meus, adiutor meus; & sperabo in eum. Quia ipse liberabit me de laqueo venantium, & à verbo aspero.* Superiores enim hosti-

Isai. 21. 5.
Ephes. 6. 11.
Psal. 90. 1.

Ἀναλάβετε ὅπλα καὶ ἀσπίδα, προσπεφώνηκέ τισιν ὁ προφήτης Ἱερεμίας. Παῦλός γε μὴν ὁ σοφώτατος· ἐνδύσασθε, φησὶν, τὴν πανοπλίαν τοῦ θεοῦ. οἱ γὰρ θεῷ γνώριμοι, καὶ ἀρετῆς ἐρασταὶ, καὶ τῆς παγκάλαις ἐπιεικείαις σύντροφοι, κατεστράτευον δὲ μὲν ὅλη μάλιστα γεννικῶς ἁπάσης βεβήλου καὶ σαρκικῆς ἡδονῆς. ἀντεξάγουσι δὲ ὥσπερ τῆς τοῦ διαβόλου δυστροπίαις, τὸ ἐρηρεισμένον ἐν πίστει, τὸ ἀκατάσειστον εἰς ὑπομονὴν, τὸ εἰς πόνους ἀληπαθὲς, καὶ τὸ πρόθυμον εἰς φιλεργίαν, τὴν ἐφ' ἅπασι δηλονότι τοῖς τεθαυμασμένοις. ἀλλ' οὐκ ἂν οἶμαί τις εἰς τοῦτο ποτὲ πνευματικῆς εὐρωστίας ἀφίκοιτο μέτρον, ὡς καὶ τὴν οὕτω περιφανῆ καὶ παντὸς ἐπέκεινα θαύματος δόξαν ἑλεῖν, εἰ μὴ Χριστὸν ἔχοι τὸν προασπίζοντα. συναθλήσει δὲ πάντως, καὶ συνέσται προθύμως τοῖς τὰ αὐτοῦ φρονεῖν ᾑρημένοις, καὶ τὴν δι' αὐτοῦ κάθαρσιν ἐκπεπλουτηκόσιν, αὔχημά τε ποιεῖσθαι μεμελετηκόσι τὸν ὀνειδισμὸν αὐτοῦ. καὶ γοῦν ὁ θεσπέσιος ψαλμῳδός· ὁ κατοικῶν ἐν βοηθείᾳ τοῦ ὑψίστου ἐν σκέπῃ τοῦ θεοῦ οὐρανοῦ αὐλισθήσεται. ἐρεῖ τῷ κυρίῳ· ἀντιλήπτωρ μου εἶ, καὶ καταφυγή μου. ὁ θεός μου, βοηθός μου, καὶ ἐλπιῶ ἐπ' αὐτόν. ὅτι αὐτὸς ῥύσεταί σε ἐκ παγίδος θηρευτῶν, καὶ ἀπὸ λόγου ταραχώδους. ἀμείνους γὰρ ὅτι τῶν πολε-

μίων

μένων ἐσόμεθα. διασώζοντος τοῦ θεοῦ. πιστὸς ἔσται λέ-
» γων αὐτός, ὅτι ἐπ' ἐμὲ ἤλπισε, καὶ ῥύσομαι αὐτόν· κέ-
» κράξεται πρός με, καὶ ἐπακούσομαι αὐτοῦ. μετ'
» αὐτοῦ εἰμι ἐν θλίψει. ἐξελοῦμαι, καὶ δοξάσω αὐ-
» τόν. ἀλλ' ὅρα τὸ χρῆμα, καὶ δι' αὐτοῦ γραφόμενον
» τοῦ πανσόφου Μωσέως. ἔφη γάρ· ἐὰν δὲ ἐξέλ-
» θῃς παρεμβαλεῖν εἰς τὸν πόλεμον ἐπὶ τοὺς
» ἐχθρούς σου, καὶ φυλάξῃ ἀπὸ παντὸς πονηροῦ
» ῥήματος· ἐὰν ᾖ ἐν σοὶ ἄνθρωπος ὃς οὐκ ἔστι
» καθαρὸς ἐκ ῥύσεως αὐτοῦ νυκτός, καὶ ἐξε-
» λεύσεται ἔξω τῆς παρεμβολῆς, καὶ οὐκ εἰσ-
» ελεύσεται εἰς τὴν παρεμβολήν. καὶ ἔσται τὸ πρὸς
» ἑσπέραν λούσεται τὸ σῶμα αὐτοῦ ἐν ὕδατι, καὶ
» δεδυκότος ἡλίου, εἰσελεύσεται εἰς τὴν παρεμ-
» βολήν. καὶ τόπος ἔσται σοι ἔξω τῆς παρεμβολῆς·
» καὶ ἐξελεύσῃ ἐκεῖ ἔξω· καὶ πάσσαλος ἔσται
» σοι ἐπὶ τῆς ζώνης σου. καὶ ἔσται ὅταν διακαθι-
» ζάνῃς ἔξω, καὶ ὀρύξεις ἐν αὐτῷ, καὶ ἀπαγαγὼν
» καλύψεις τὴν ἀσχημοσύνην σου ἐν αὐτῷ. ὅτι
» κύριος ὁ θεός σου ἐμπεριπατεῖ ἐν τῇ παρεμ-
» βολῇ σου, ἐξελέσθαι σε, καὶ παραδοῦναι τὸν ἐχ-
» θρόν σου εἰς τὰς χεῖράς σου. καὶ ἔσται ἡ παρεμβολή
» σου ἁγία, καὶ οὐκ ὀφθήσεται ἐν σοὶ ἀσχημοσύνη
» πράγματος, καὶ ἀποστρέψει ἀπό σου. ἀκούεις ὅτι
τοὺς κατανεανιεύεσθαι τῶν ἐχθρῶν καὶ εὐδοκιμεῖν
ἐθέλοντας, ἀπαλλάττεσθαι χρὴ παντὸς μολυ-
σμοῦ; ἡ πάλη γὰρ ἡμῶν, οὐ πρὸς αἷμα καὶ σάρ-
κα, ἀλλὰ πρὸς τὰς ἀρχάς, πρὸς τὰς ἐξουσίας,
πρὸς τοὺς κοσμοκράτορας τοῦ σκότους τούτου, πρὸς
τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας ἐν τοῖς ἐπουρανίοις.
αἳ τὸν ἀνθρώπινον ἀκριβῶς κατασκέπτονται βίον,
καὶ τῆς ἑκάστου ζωῆς πολυπραγμονοῦσι τὸν τρόπον.
δεῖ δὴ οὖν ἀμώμητόν τι καὶ ἀνεπίληπτον ἡμᾶς
ποιεῖσθαι τὴν πολιτείαν, ἵνα μὴ τοῖς παρ' ἐκείνων
ἐγκλήμασιν ὑποφέρηται. καὶ γὰρ καὶ ἐχθρός ἐστι καὶ
ἐκδικητὴς ὁ τῆς ἁμαρτίας πατήρ. οἱ μὲν οὖν ἐν
τῷδε τῷ κόσμῳ, νόμῳ πολέμου καὶ μάχης
ἀνεγειρόμενοι τοῖς ἐχθροῖς, τὰς εἰς σῶμα
πληγὰς ἤτοι δέχονται τυχόν, ἤγουν ἑτέροις ἐ-
πάγουσιν. ἡμεῖς δὲ οὐχ οὕτω. τὰ γὰρ ὅπλα
ἡμῶν οὐ σαρκικά, κατὰ τὸ γεγραμμένον, οὐκ-
οῦν οὐδὲ εἰς σάρκα πληττόμεθα, ἀλλ' εἰς νοῦν
καὶ καρδίαν εἰσδεχόμενοι τὰς ἐπιθυμίας,
καὶ εἰς τὰ τῆς φιλοσαρκίας διαπίπτοντες πά-
θη. χρὴ τοίνυν ἡμᾶς πανοπλίαις ἐνηρμό-
σθαι ταῖς πνευματικαῖς, καὶ τῇ ἄνωθεν χάριτι
περιφράττεσθαι, καὶ εἰς ὅσον οἷόν τε τὸν νοῦν
ἔξω βέλους νοητοῦ ποιεῖσθαι παντός. περιε-
σόμεθα γὰρ ὧδε τῶν ἀνθεστηκότων, καὶ πέρα
παντὸς ἰόντες πάθους, ἀδιαλώβητον τῷ θεῷ
τὸ τῆς ψυχῆς τηρήσομεν κάλλος. ταύτη τοι
» φησὶν ὁ νόμος· ἐὰν δὲ ἐξέλθῃς παρεμ-
» βαλεῖν εἰς πόλεμον ἐπὶ τοὺς ἐχθρούς σου,
» καὶ φυλάξῃ ἀπὸ παντὸς ῥήματος πονηροῦ,
τουτέστιν αἰτίας ἁπάσης ἀπωτάτω ποίει σαυτόν,
μηδεὶς ἔσται κατὰ σοῦ λόγος ἀληθὴς ἐπ' αἰσχίω
τι καὶ διαβεβλημένῳ πράγματι, παραιτοῦ
τὴν κατάρρησιν τὴν ἐφ' ὁτῳοῦν· καὶ ἀργείτω κατὰ σοῦ πᾶν ῥῆμα πονηρόν. ὅτι δὲ ἡμᾶς καὶ τῆς σαρ-
κικῆς ἀκαθαρσίας ἀποφορτίζεσθαι χρὴ τὰ ἐγκλήματα, παρέδειξεν αἰνιγματωδῶς, τὸν ἐκ ῥύσεως αὐ-

bus futuri sumus, Deo saluante. Huius fidē idē facit. *Quia ad me, inquiēs, venit, & liberabo eū. Clamauit ad me, & exaudiā eum: cū ipso sum in tribulatione: eripiam eum, & glorificabo eum.* Imò verò eandem rem videbis quoque per ipsum Moysen descriptam. Ait enim: *Si egressus fueris ad pugnandum contra hostes, custodito te ab omni re mala. Si autem fuerit in te homo immundus ex fluxu suo per noctem, tum exibit castra, nec ingredietur in castra, & vesperi lauabit corpus suum aqua, atque post solis occasum reuertetur in castra.* † *Et locus erit tibi extra castra: egredieris illuc foras, & paxillus erit in zona tua, eritq́, cū sedeas foris, per hūc fodies tibi ipsi, & adducendo terram teges fœditatem tuam: quia Deus tuus obambulat in castris tuis, vt te eripiat, & hostem tradat in manus tuas, sintq́ castra tua sancta, nec appareat in te vllius rei deformitas,* † *vt Deus se abs te auertat.* Audin' quomodo istos, qui volunt vincere hostes & Deo probari, oporteat esse ab omni inquinamento ablutos. Pugna enim nobis non est *aduersus sanguinem & carnem*, sicut scriptū est; *sed contra principatus, contra potestates, contra mundi rectores tenebrarum sæculi huius, contra spiritales nequitias in cælestibus*: quæ humanam vitam perlustrant accuratè, & vniuscuiusque viuendi modum inquirunt. Oportet igitur nos inculpatam & irreprehensibilem vitam tueri, ne istorum criminationibus subijciatur. Hostis enim est, & persecutor noster, peccati parens. Qui igitur in hoc mundo iure belli ac pugnæ decertant cum hoste, hi aut ipsimet accipiunt vulnera, aut alijs infligunt. Nobis verò non sic: quandoquidem *arma nostra non sunt carnalia*, sicut scriptum est. Vnde neque in carne vulneramur, sed in mentem & in cor recipimus concupiscentias, atque in voluptatum illecebras irruimus. Idcirco oportet nos armis spiritalibus instructos adeoque superna gratia vallatos esse, &, quoad eius fieri potest, mentem extra omne telum intelligibile collocare. Ita enim superiores erimus nostris aduersarijs, omniq́ue affectū superato animæ nostræ pulcritudinem inuiolatam Deo seruabimus. Hinc lex ait: *Si egressus fueris ad pugnandum contra hostes tuos, custodi te ab omni verbo malo*, hoc est, ab omni te criminatione quàm lōgissimè abstrahito, nec sit vllum verbum aduersus te verum, in rebus prauis & turpibus, deuitaq́ue in quacumque re vituperationem, néque habeat locum contra te omne verbum malum. Quòd autem oporteat nos carnalis immunditiæ crimina excutere ac deuitare, ostendit figuratè, quòd eum qui se fluxu

Deut.23.9.

† Vulgata sic: Habebis locum extra castra, ad quē egredieris ad requisita naturæ, gerens paxillum, &c.

† Vulgata: ne derelinquat te.

Ephes.6.12.

2.Cor.10.4.

polluit, iubeat exire è castris, & vesperi aqua ablui, ac tum demum sibi reuertendũ esse domum, & in ipsa denique si voluerit castra. Iam quid hæc res sit, & quis in huiusmodi sensus sit, dicere conabor. Nam si facta fuerit aliqua pollutio humana, cùm mens sese paululum deflexerit ad molliciẽ, atque admiserit impetum prauarum cupiditatum, tum eum qui peruenit in gregem sanctorum censet Dominus separandum esse: neque cum immundis patitur mundũ commisceri. Nullo enim modo permittit peccatũ, quod corrumpit in nobis, irreprehensum. Ceterùm inueniemus in CHRISTO purificationem mundati aqua, iuxta illud: *Lauamini, & mundi estote*. Idque facientes circa vesperam, hoc est, in nouissimis sæculi temporibus, sicut videre licet in gregibus gentium. Qui enim coinquinati erant tætris voluptatibus, quique olim manebant extra castra sanctorum, procul remoti à sacro grege, hi per sanctũ baptisma assecuti sunt mundationem; & cùm quondam longinqui essent, nunc socij & conciues posthac & participes spei facti sunt, nempe in tempore aduentus CHRISTI, quasi in vespere atque in ipso præsentis sæculi occasu. Ait igitur lex illis, qui expetunt CHRISTI purificationem, amouendam esse voluptatis criminationẽ. Sed erit tibi, ait, locus extra castra, & egredieris illuc foras, sitque tibi paxillus sub zona tua, & cùm sederis foris fodies per hunc, atque adducendo terram operies fœditatẽ tuam. Quia Dominus Deus tuus obambulat in castris tuis, vt te eripiat, tradatque inimicum tuum in manus tuas. Et erunt castra tua sancta, & nihil in eis apparebit fœditatis. Cõuenit enim eos qui cupiũt victoriam de hostibus intelligibilibus obtinere, quãta potest maxima diligentia, omnẽ, vt dixi immunditiæ speciem vitare. Sed quoniam in multis labimur omnes, laboratque hominis natura procliuitate in vitium. verùm *nemo intelligit delicta*, iuxta Psalmistæ vocẽ: ideo si contingat, ait, aliquã naturali immunditiã occupari, & deprehendi aliquem laborantẽ ijs rebus, quæ legi sanctæque vitæ repugnãt, (habitat enim in mẽbris carnis peccati lex) tunc quidẽ primò nõ apertè & indissimulãter, neque in conspectu multorum ponantur delicta infirmitatis, sed quasi extra & latenter, adeoque longissimè à castris: deinde emendationibus cõtegantur, ait propterea: *Sapientes enim occultant suas turpitudines*, sicut scriptum est. Nam cũ peccare cessemus, & per inclinationes ad melius traducamus quodammodo mẽtem ad eligendum id, quod nobis est salutare, tum è medio tollimus lapsuum deformita-

Isai 1.16.

